2/6

Universidad de Deusto
Biblioteca

~~1 0 9~~ 2/6 405

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMUS LOYOLAEAE S. J.
JHS
BIBLIOTHECA

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERA

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, QVOTQVOT PER GRAECORVM EXEMPLARIVM facultatem in Latinam linguam hactenus traduci potuerũt, in quibus quid hac postrema editione sit præstitum, ex Præfatione & Catalogo licebit cognoscere.



BASILEAE M. D. LVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDISSIMO PATRI ET ILLV-
STRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO
Ioanni Rodolpho, abbati Murbacensi & Lutrensi &c.
Sigismundus Gelenius S. D.

CVM uariæ sint æmulationis species, quædã improbatæ, quædã laudabiles, omnes tamen factę ad excitandam fouendamq; industriam hominũ, ne inter laudatas quidem aliam uideo utiliorẽ uel priuatim uel publice, quàm typographorum, dum pro se quisq; nõ alios modo, sed seipsum etiam certat uincere posterioribus melioribus, ut est in Græcorum prouerbio. Id ita esse facile mihi assentietur, qui modo perpendat, quàm egregiam hac occasione optimorum siue sacrorum siue prophanorum uoluminum fœturam nostra ætate, immo uel his proximis uiginti annis officinæ dederint, uiris doctis & impigris per Italiam, Galliam, Germaniã in hoc studia sua conferentibus, ut non minus iam inter nationes ipsas hîc certamen sit: his inuentam apud se artem non etiam absolutissimam domi esse non ferentibus, illis quicquid in literario negocio palmarium est, non libenter transalpinis cedentibus: Gallis quemadmodum de bellica uirtute, ita etiam de pacis artibus cum Italis contendentibus. In hunc librorum censum inter primos uenit aureus ille & melleus concionator CHRYSOSTOMVS, ut olim sacris Christianæ plebis conuenticulis, ita nunc piæ doctrinæ studiosis expetitus omnibus. Is non semel recusus, nũquam sine accessione prodijt. Nam primi eius editores quicquid Anianus priscus interpres nõ malus, nisi quod alicubi paraphrastæ propior, quicquid recentior Georgius Trapezontius uertit aut Franciscus Aretinus, fecerunt publicum: & quòd tum rarior esset usus Græcarum literarũ, excusis latinis bibliothecis cõuerrerunt cum puluisculo quicquid CHRYSOSTOMI præferret titulum, in aliquot homilijs tota phrasi reclamante & prodente latinum declamatorem, nisi quòd interdum leuis inest siue allusio siue imitatio. Posteriores his non contenti perpulerunt ad Græca uertẽda uiros doctissimos, in quorũ numero eximiam operam præstiterunt, [redacted] + auctor damnatus
Erasmus Roterodamus, Germanus Brixius, Simon Grynæus. Tandem Giberti Veronensis præsulis beneficio prodierunt cõmentaria in Paulinas epistolas, opus CHRYSOSTOMO dignissimum: moxq; Volfangus Musculus + [redacted] + auctor damnatus
[redacted] hoc quoq; communicauit Latinis hominibus, ut iam nihil uideretur hic desiderandum aut requirẽdum amplius. Verum quia ubicq; terrarum hic scriptor amatores inuenit, inuentæ sunt post germanæ aliquot eius homiliæ, quas ipse non sum grauatus uertere: & quia præsentis editionis autores cuperent hanc quàm fieri potest absolutissimam, conquisitis undicq; Græcis exẽplaribus, quorum moles æquabat iniquam penè baiuli sarcinam, onus conferendi cum eis latina mihi soli est impositum, exceptis in Matthæum cõmentarijs, graue profecto si quis inuitus sumeret. Sed quia ad huiusmodi labores fortasse natus sum, consolatur me imprimis utilitas publica, deinde amicorum uoluntas & gratitudo, postremo applausus eorum qui literis præsertim pijs prospectum cupiunt cq; maxime. Inter quos cum tua Princeps Illustrissime amplitudo emineat confessione omnium, libuit mihi facti mei te potissimum arbitro rationem reddere: quippe qui à tenera ætate sub optimis præceptoribus edoctus omni literatura delecteris ipse literatissimus, iudicio polleas, candore inuites, fauorẽ ostentes etiam: & alioqui id iampridem promerita est tua benignitas, cuius bibliotheca nos adiuuit sæpius, nec hodiecq; adiuuare desinit. Quod autem ad præsentem hunc nostrũ laborem attinet, in celebriũ quidem ac primæ notæ interpretum uersione parũ fuit uel difficultatis uel tedij, nisi sicubi minus castigata exemplaria secuti scopum non attigerunt: in reliquorum interpretationibus non paruum fuit operæprecium, sicut nec ipsa opera mediocris aut facilis, præsertim in Genesi, Apostolorum actis, epistolis Paulinis, & homilijs ad Antiochenum populum habitis. Cæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terum homiliæ nũc primum per me adeptæ ius Latij, sunt nouem, sparsim per tomos iuxta argumentorum cognationem dispositæ, sicut octo aliæ quas nobis communicauit Ioannes Checus Britannus, à se uersas felicissimeæ as omnes in tomorum indice discreuimus sua notula. Hoc igitur deuotionis meæ pignus, & reuerentiæ qua tuam reuerendam amplitudinem prosequor, spes est non fore fastidio. Equidem maluissem propriarum lucubrationum aliquid inscribere, quarum unam atq; alteram seruamus dum lætior affulgeat temporum facies: interim non potui me continere, quin affectum meũ hac occasione apud Amplitudinẽ tuam proderem, cui precor omnia fausta & felicia, meq; inter clientelam huius officioli commendatione admitti percupio. Basiliæ Cal. Augusti, Anno à natali salutis,

M D XLVII.

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI EX HISTORIAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBRO DECIMO MAGNA EX PARTE CONCINnata, nonnullis adiectis ex dialogo Palladij episcopi Helenopolitani, qui fuerat Chrysostomi discipulus, & Theodori Romanæ ecclesiæ diaconi, per Des. Erasmum Roterodamum, ad Christophorum episcopum Augustanum.

+ autherum Dem patrum hæc aut op. f. misi—

IOANNES Chrysostomus, patria Antiochenus, patrẽ habuit Secundum, inter eos qui in Syria militari dignitate p̃cellebant, cum primis illustrem: matrẽ Anthusam iuxta nomẽ suum omni uirtutum genere florentem, utrunq; nobilem lautaq; fortuna. Puer nondum sacro lauacro regeneratus, audiuit ingeniosum, sed insigniter impium Libanium sophistam. Sic enim tum rhetores appellabantur. Iam annum ingressus decimumoctauum alijsq; liberalibus disciplinis strenuam nauauit operam, ætatis lubricum assiduis laboribus coercens. Philosophiæ doctorem habuit Andragathium, iam tum Aegyptiorũ opes ad dominici templi structuram comparãs, ut teneris statim annis eloquentiã cum sapientia coniungeret. Verũ postea quàm ante capitis canos mentis caniciem induisset, maturè ad diuinarum literarum cognitionem, studiumq; pietatis animum applicuit. Tam insignem adolescentis indolem uarijs indicijs emicantem animaduertens Meletius Antiochenæ ecclesiæ antistes, eum ad se accitum inter familiares habuit, quem quum ferme triennio Christianæ fidei dogmatibus satis imbuisset, aqua regenerante tinxit, moxq; lectorem ordinauit. At iuuenis haudquaquam tutum ratus in ciuitate celebri publicis functionibus implicari, in montes uicinos secesit, atq; illic seni cuidam Syro adhæsit, ut ex eius contubernio continentiam uitæq; austeritatem disceret. Mansit autem apud hũc annos quatuor, diuinarum literarum uigilanti studio iuuenilis ætatis stimulos æstusq; domans ac reprimens. ab hoc gradu tendit ad perfectiora, abdit se in remotiora deserti, ibiq; speluncæ inclusus biennium ferè peregit solus, noctesq; dies q; uersans in meditatione sacrorum uoluminum, eaq; ediscens. Verũ dum hic humi cubat, saxo insidet, ieiunijs ac peruigilijs utitur, carnis quidem rebellionem prorsus edomuit, sed corporis ualetudinẽ uehementer offendit. Ea res illum compulit, ut uelut è graui tempestate ad ecclesiæ portũ redire cogeretur, hæc omnia moderante prouidentia numinis ad publicam hominum utilitatẽ. Reuersus itaq; à Meletio diaconus ordinatus per quinquennium sacris ministrat altaribus. In qua functione quũ ita se gessisset, ut & uitæ cõtinentia & egregia doctrina cunctis esset perspecta atque explorata, à Flauiano episcopo presbyter cõsecratur, præ singulari animi modestia tãti muneris dignitatẽ pro uiribus detrectãs: in hoc munere summa cũ omniũ laude summaq; ecclesię utilitate uersatus est annis duodecim, nõdum episcopus episcopi uices agens, gregẽ domini cum morũ integritate, sermonibus ac libris ad pietatẽ erudiendo. Sed ut his aliquãtisper intermissis, ad rudimenta illius recurrã: iuuenis studiorũ sodali usus est Basilio Magno, quod ipse testatur in libris quos scripsit de sacerdotio; hoc est, de munere functioneq; episcoporũ. Nam id tẽporis soli episcopi sacerdotes dicebantur, presbyteri recitabant atq; enarrabant scripturã Canonicam, cæterisq; sublimioribus functionibus episcopum adiuuabant. Destinatus erat causis forensibus: uerum ille perpendens hoc uitæ institutum non solum esse turbulentum, multisq; molestijs obnoxium, uerumetiam inquinatũ uitijs, parumq; conueniens animo philosophico, ad pietatis professionẽ sese conuertit, Euagrij exemplo potissimũ prouocatus, q et ipse post prophanas disciplinas, quietum ac solitarium uitæ genus elegerat. Mox igitur Chrysostomus posito fastu mundi, atq; ipsa etiam uestitus ac morum simplicitate, mentis propositum præ se ferens, assiduus erat in euoluẽdis sacris uoluminibus, nõ ignarus ex hisce fontibus petendam esse ueram sapientiam. Et ne sibi tantum magister esset, frequens erat in tẽplis audiẽs sacras conciones, à quibus non arcebantur nondum in Christo renati. Porrò quẽadmodum ipse tractus erat exẽplo Euagrij, ita suo suasu ad idem institutum pertraxit Theodorum ac Maximum, quos apud Libaniũ habuerat cõdiscipulos: Quorum uterq; pòst uocatus est ad episcopi munus, Theodorus apud Mopsuestienses, Maximus apud Seleuciã Isauriæ. Simul interim se tradiderãt literis sacris erudiendis Diodoro atq; Carterio, qui id temporis sacris monasterijs præsidebant. Nam in his solis tum docebantur sacræ literæ, ac iuuentus ad pietatẽ instituebatur. Siquidem scholæ multis post seculis inuentæ sunt: monasteria uero, ni fallor, ea ætate dicebantur episcoporum ædes, in quas se recipiebant à popularibus feriati negotijs. Sed Diodorus pòst Tarsensis episcopus factus, etiam libris editis inclaruit. Interea Ioannes uersabatur cum suo Basilio, paribus animis quietam uitam meditante. Verum Christus nõ passus est illas lucernas diu latere sub modio. Nam Basilius à Meletio creatus est diaconus, de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde Cæsaream Cappadociæ pertractus coactus A est episcopi sarcinam suscipere. Ab huiusmodi tyrocinijs olim non irruebant, sed pertrahebantur absoluti doctrina uitaq; uiri ad ecclesiarū gubernacula: Ioannem uero Meletius Antiochiæ episcopus, ut ante dictum est, lectorem instituit. Miror autem quur quod Palladius refert à Meletio factum, Socrates in historia, quam Tripartitam uocant, dicat à Zenone factum: nisi forte quemadmodum Ioannes ob eloquij suauitatem dictus est Chrysostomus, ita Meletius ob insignem uitæ continentiam dictus est Zeno: aut nisi Zeno præcessit Meletium: quanquam & alias in narrādo magna uarietas est. Palladius ita refert quasi ab uno Meletio Ioannes fuerit lector, diaconus & presbyter ordinatus: quum ecclesiastica histo- B ria, cui magis fido, narret eum à Flauiano creatum diaconum: ab Euagrio, qui Paulino successit, ordinatum presbyterum. Verum utcunq; hoc habet, Ioannes iam lector in delegato sibi munere egregium specimen dedit, ædito libro aduersus Iudæos, quem nos latinū fecimus: paulò post à Meletio creatus est diaconus, in quo gradu scripsit opus de sacerdotio, multosq; psalmos enarrauit. Posteaquam autem Meletius Constantinopoli decessisset è uita, Ioannes Chrysostomus ita recessit à Meletianis, Meletij cuiusdam Aegyptiæ ciuitatis episcopi abecclesia sua depulsi, peruersum dogma sequentibus, ut tamen nec Paulino, qui Flauiano successerat, cōmunicaret. Erat enim inter hos contentiosa quæstio de Ario & C Origene: itaq; neutri se parti admiscens triennium quietam egit uitam. Paulino successit Euagrius, à quo prouectus est Ioannes ad presbyteri dignitatem: quam ita gessit, ut Nectario defuncto, imperiali iussione Cōstantinopolim accitus sit, ac multorum episcoporum quos eò imperatoris autoritas euocarat, autoritate coactus fuerit eius ecclesiæ gubernacula suscipere: prouinciam sanè perdifficilem multis nominibus, ob Thraciq gentis barbariem, ob ciuitatē opibus, luxuq; diffluentem, ob plebem, Arianorum & Origenistarum dogmatibus infectam. Nec minima malorum pars erat illic aula Cæsarea, plurimam, ut solet, malorum lernam secum trahens, præsertim quum adhuc pro ratione temporum principis fa D milia, ex Paganis, Iudæis, hæreticis, & orthodoxis esset permixta. Ea rerum difficultas egregium quēpiā & impigrū ducē requirebat. Porrò quanta uigilantia docuerit, quanto studio pugnarit aduersus hæreticos, scripta uiri declararunt, de quibus mox suo loco plura dicemus. Sed interim mirabitur aliquis qui factum sit, ut episcopus tam rara doctrina, tam mirabili eloquentia, tam sanctis moribus bis depulsus sit ab ecclesia, ac demum in exilio mori coactus. Zelus domus dei quam amabat, conciliabat apud multos inuidiam integerrimo præsuli. Nam præter sectarum dissidia, clerici & episcopi ad mundanos mores degenerārat, unde factus est talis populus, qualis sacerdos. Ergo dum ille pro suo officio libera lingua iuxta propheticum sermonē euellit, destruit, dissperdit, dissipat, ædificat & plantat, barbaricæ gentis odium in se conuertit. Neq; enim unius tantum ciuitatis curam gerebat, sed latissime sese proferebat ignea Chrysostomi charitas, per uniuersam Thraciam, quæ sex præfecturis erat diuisa, totamq; Asiam, quæ ab undecim præsidibus regebatur: hoc agens, ut sacerdotes iuxta ecclesiasticas constitutiones uiuerent, ni facerent, ab ecclesiis arcerentur, indignū esse prędicās eos apostolorū dignitatem usurpare, qui uitā illorū nollent imitari. Idem molitus est per regionem Ponticam, quæ & ipsa ab undecim iudicibus gubernabatur. Nam hæreticorum tyrannis & ambitio uitiarat omnes earū regionū ecclesias. Quin ubi cognouisset in Phœnice nondum extinctam idololatriam, delegauit eò monachos spectatæ probitatis, imperialibus etiam edictis armatos, qui pecunijs datis cōduce rent operas demoliēdis Paganorū templis. Eam pecuniā Ioannes non acceperat ex ærario publico, sed à pijs fœminis, ultrò in rem sanctam conferentibus. Nec his contentus, ubi sensit cohortē Celticā, hoc est, Germanicam, quæ sub Imperatore merebat, Arianorum dogmatibus corruptam, Celticæ linguæ presbyteros, diaconos ac lectores aliquot creauit, eisq; unā dedit ecclesiā. Hac arte plurimos eius gentis pellexit ad ecclesiasticā doctrinam. Vbi uero cognouit & apud Scythas esse qui sitirent euangelicam doctrinā, quum ipsi non esset integrum eo proficisci, selegit uiros apostolico zelo feruentes, qui nationem efferā Christi iugo submitterent: quod & euenit. Rursus ubi resciuit in uicis aliquot adhuc spirare pestē Marcionis, scripsit eius loci pastoribus, ut ex Cæsaris edicto, qui Marcionis dogmata sequebantur, aut resipiscerent, aut in exilium ire iuberentur. Nónne hunc meritò dixeris alterum Paulum, tanta solicitudine prospicientem omnibus ecclesiis? Sed quò plures ille lucrifaciebat Christo, hoc uehementius in illum exarsit inuidia diaboli, qui per organa sua moliebatur, ut ab opere sanctissimo depelleretur. Primus in illum impetus ab ipsius clericis exortus est, adeo uetus est, quod hodie quoq; fit, ut collegijs male conueniat cum episco po. Quidam hoc uno neuo conantur illius obscurare gloriam, quòd æquo rigidior fuerit ac præfractior: nō solum aduersus clericos & plebeios, uerumetiam aduersus magnates & ipsam adeò Augustam. Donec enim tantum clericis suis habebatur exosus, populi fauore facile tutus erat. Sed excelsa fulmen ab arce uenit, ac populus undarum in morem, quocunq; spirat aura principū, eò uoluitur. Immodicæ seueritatis exempla hæc ferè commemorant. Eutropius eunuchus præfectus Cæsaris, consulari dignitate, studens supplicium sumere de quibusdam qui ad templa confugerant, persuasit Imperatori, ut lex cōderetur, uetās ne quis in periculo capitis ad tēpla cōfugeret: & si qui eò cōfugissent, liceret extrahere. Lata lex

recidit

recidit in caput illius qui procurauerat, iuxta ue A tus Græcorum prouerbium: Malum consilium, consultori pessimū. Euenit em ut ipse offenso Imperatore, ad tēplum confugeret. Is quū se præ nimio metu sub altare condidisset, Chrysostomus è suggesto unde solet apud populū uerba facere, multa iurgiose dixit in Eutropiū. Ea homilia prodita, non parū inuidiæ conflauit episcopo, quòd hominem in calamitate constitutū non solū non subleuarit, uerūetiā oratione seuera grauarit. Extractus igit ab imperatore Eutropius, capite plexus est: nomen eius è numero cōsulum erasum. Ita cuius felicitas erat inuidiosa apud populum, eius calamitas conflauit odium episcopo. Nam quòd Gainæ conatibus fortiter obstitit, feliciter cessit. Is genere Celta, ingenio barbarus ac ferox B religione Arianus, tyrannidis affectator, magister militum, tanta potentia, ut ipsi etiam principi ob regni affectati suspicionem esset formidabilis, petijt ab Imperatore ut Arianis intra ciuitatē daret unam ecclesiam: Pollicitus est Imperator se uoluntati illius morem gesturum. Interim accitus ad se Ioānem Chrysostomum, petens ut Gainæ postulationi cōcederet, ne magis iritatus pergeret affectare tyrannidem. Ibi præsul solita libertate: Noli, inquit, Imperator sanctum dare canibus. Non enim potero dei gloriam celebrantes eijcere, & blasphemis tradere ecclesiam. Nec est quòd metuas hunc barbarum, quin potius ambos nos accersi iube: tu tacitus audies quæ dicen C tur, ego sic os occludam homini, ut posthac non ausurus sit petere, quæ dare nefas est. Inperator delectatus hac prēsulis fiducia, iussit ambos uocari. Quumq; Gainas proposuisset suam postulationem, episcopus respondit: Nō licet, ô Gaina, Imperatori Christianā sectanti pietatem quicquam persuadere moliri, quod pugnet cum præceptis dei. Gainas respondit esse par, ut ipse quoq; haberet orandi locum. Ad hoc præsul: Vbiuis tibi patet domus dei, neq; quisquā te uerat orare. Tum Gainas: At sum, inquit, diuersæ religionis: itaq; cum meis peculiare templum habere cupio, nec æquum est hanc meam postulationem cōtemni, qui tantum laborum pro Romano Imperio susceperim. Ad hæc præsul: Præmia, inquit, quæ cœpisti longe superant tuos labores: tribunus mi D litum factus es, consulari clauo ornatus. Confer qui pridem fueris, & qui nunc sis: confer pristinā inopiam tuam, cum opibus quas nunc possides: cogita quo cultu trāsieris Histrū, & quibus nunc utaris uestibus, nec sis ingratus ei qui tibi tantum habuit honoris. His dictis, episcopus Gainæ os obturauit. Ille tamen non desiit moliri quod moliebatur: quumq; dolus parum succederet, cœpit aperte tyrannidem exercere, per totā Thraciam populans ac uastans omnia: quūq; barbaricā ferā tatem expaueſcerēt oēs, Ioanni periculosæ legationis onus imposuere. Is nec ueteris cōtentionis memor, nec hominis immanitate deterritus, profectus est. Ibi quiddam accidit uix credibile. Gainas admiratus episcopi fortitudinem, nullum omnino periculum pro pietate recusantis, occurrit illi longo itinere, ac præsulis dextram oculis suis admouit, quin & filios suos iussit sacra illius genua osculari. Tantū ualuit etiā apud impiū barbarum Christianę fortitudinis admiratio. Apud clericos exasperauit odium episcopi Serapio diaconus, qui præsentib. clericis (uelut omniū nomine loquēs) clara uoce dixit: Nunq; episcope poteris hos corrigere, nisi uno baculo percusseris uniuersos: sed maxime grauabat illū Eudoxiæ Augustæ odium. Nā & hæc Ariana fuit, & Arianis ad nocturnos hymnos præbebat cruces argenteas, ac cereos argenteos, cū quib. totam noctē obambulabāt per urbē, canētes sui dogmatis hymnos, ac uelut exprbrantes orthodoxis errorē, qui tres crederent esse natura unū. Ea pōpa diluculo exibant ciuitatē ad suam ecclesiā: nam intra mœnia, ut dictum est, illis habere non licuit. Horū cantiones, quoniā uidebanē celebriores, ne seducerent infirmos, Ioānes item auxit hymnos: sed res in cruentā exijt pugnam, in qua Brisonn eunuchus Augustę, præfectus hymnis exercendis, lapide ictus est in fronte, extinctis etiam utrinque nonnullis. Hac occasione uetuit Imperator, ne post Ariani intra urbem publice canerent hymnos. Accesit oleum camino. Seueriano Gabalensi episcopo, uiro docto, & ad populares conciones accommodato, fauebat Augusta: ei Ioannes in Asiam proficiscens, commendauit ecclesiam suam. At Seue- C rianus magis se studuit cōmendare multitudini, quàm Ioanni, cui in sinu male uolebat, utcunq; coram blandus. Reuerso ex Asia Ioanne, euenit ut prætereunti Seueriano Serapio data opera non assurgeret, ueluti nō agnoscens pro episcopo. Ille hac exacerbatus cōtumelia, Si, inquit, Serapio mortuus fuerit clericus, Christus non est factus homo. Hanc uocem quum ceu blasphemam ad Ioannē detulisset Serapio, eius autoritate ciuitate pulsus est. Sed Augusta Seuerianū Chalcedone reuocauit, quē tamē Ioānes non prius recepit in gratiā, q; post multorū contēptas preces Augusta in tēplo Apostolorū Theodosiū filiū episcopi genibus imponens, diu supplex obtestationibus extorsit, ut Seueriano reconciliaretur. Ac reuo- D catus ab exilio Chrysostomus, suæq; redditus ecclesiæ, nihilo mitior est factus erga peccātes. Eudoxiæ Augustæ statua argentea chlamide amicta in columna Porphyretica posita erat, haud procul ab ecclesia Sophia. Ad eam publici ludi solent exerceri. Hoc episcopus ad ecclesiæ contumeliam pertinere ratus, solita libertate increpauit proceres qui talia fieri iuberent. Hoc Augusta sic interpretans, quasi in ipsius odium fieret, iritata procurabat, ut denuo aduersus Ioannem synodus congregaretur. Id sentiens episcopus homiliam supra modum liberam in ecclesia pronunciabat, cuius initium est: Rursus Herodias insanit, rursus turbatur, denuo saltat, denuo caput Ioānis in disco cōcupiscit accipere.

 Fueruns

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fuerunt qui & illud optimo præsuli uitio uerterint, quòd quũ inter episcopi uirtutes Paulus recenseat hospitalitatẽ, ipse solitus sit solus cibum capere, nec inuitatus ibat, nec rogabat alios, ne cum clericis quidẽ suã mẽsam habẽs cõmunem, quum id summæ laudis esse rear: siue hoc tribuebat corpusculi ualetudini, quæ sæpenumero etiã firmior periclitaꝛ in cõuiuijs. At eam uir pius in eremo immodica uitæ austeritate uehemẽter attenuarat: siue modestię fuit, qui singularẽ ciborũ abstinentiã noluerit apud alios ostẽtare: siue tẽporis lucrũ hac ratiõe captabat, uir tot distractus curis, tot distentus negotijs, super hęc totus intẽtus meditationi scripturarũ, ut sæpe cibũ differret in noctem. Quis em̃ nescit quantũ tẽporis nobis pereat in frequẽtib. conuiuijs? In quib. ut à delicijs non corrũparis, ut sobrietatis ac pudicitiæ thesaurum serues illæsum, multos tamẽ offendis, quibus tua parsimonia uideꝛ alijs exprobrare crapulã, tuũq; bonum perperã interpretanꝛ, quod pietatis est, hypocrisi tribuentes: Certe diutius accũbendum, apparatus lautior ob cõuiuas apponendus, interdum & audiendæ fabulæ, nec gratæ, nec dignæ pijs auribus. Quantã tẽporis portionẽ nos perdimus, qui fere tres horas desidemus in prãdio, totidem in cœna, quũ reficiẽdo corpusculo sufficiat horæ dimidiũ. Ne cõmemorẽ interim q barbari lauticiarum ostentatores, pro hoste habent si quis non deguſtet appositas delicias, si quis calicẽ porrectum recusꝛet, si quis uocanti excusꝛet, quũ apud alios egerit cõuiuiũ. Nec ista est hospitalitas quã commendat Apostolus, uel assidere diuitum, uel adhibere diuites lautis mensis: sed aduenas & egenos humaniter excipere hospitalitas est episcopo digna, quam ipsam tamen per alios rectius exercet, quemadmodũ Apostoli prędicando uerbo dei toti intenti, mensarum curam delegarunt diaconis. Quanto uero studio prospexerit egẽtibus scripta hominis ubiq; clamant. Quin & clericos habuit, eius gentis moribus corruptos, qui tam sobrium uitæ modum non tulissent. Ob has causas maluit solus capere cibum: uerum interim episcopo soli accũbenti, adstabat diaconus recitãs aliquid è sacris uoluminibus: quo conuiuio quid esse potest lautius, quum simul & animus & corpus reficitur? Ego sic existimo, merã esse calumniam, quòd de illius ꝛuitia prẽfractisq; moribus iactatũ est. Nam hominis scripta prẽ se ferunt admirandam quandã humanitatẽ ac mansuetudinẽ, quũ ille & in reprehẽdendis uitijs sit admodũ moderatus, magisq; uideaꝛ eblandiri religionis amorẽ, q; exigere. Quòd si qñ seuerius ꝛegesit, dubitandum non est, quin illi constiterit sui consilij ratio. Minatur & Paulus interdum uirgam: ac rebelles euangelio, tradi satanæ. Nec statim uituperandum est, quod à re laudata diuersum est. Sunt uarij ingeniorum habitus, nec omnibus omnia cõgruũt. Dubitari iure possit, utrũ plus cõtulerit reip. Romanæ, Catonis seueritas, an Lælij mitis, ut ait Flaccus, sapientia. Augustini ciuilitas multum profuit ecclesiæ dei, nec minus tamen utilis fuit Hieronymi austeritas, uterq; diuersis uirtutibus deo fuit gratissimus. Vitauit, inquiunt, turbã raroq; cõspectus est in populo. Sed assiduus fuit in ecclesia. At nec singulos, inquiunt, aut paucos ad colloquiũ admittebat. Nimirũ & unus & pauci interdũ turba fũt. Sed quò ille nõ alacriter ibat, si quando pietatis negotiũ agebaꝛ? Quid ille non faciebat, ut dissidia aut nõ orirenꝛ, aut citra grauem tumultũ cõponerenꝛ? In magnis ac manifestis criminib. fecit quod fecit Ioãnes Baptista erga Herodẽ, quod Christus erga Phariseos, quod Paulus erga Elymã, Hermogenẽ et Phygelũ. Nõ igitur mirũ q; has procellas pertulerit Chrysostomus, quas omes ipse nondũ episcopus prospexit omnibus episcopis syncere Christi negotiũ agentibus imminere. Illud mirũ, q; per uiros laudatos uir laudatissimus dignitate priuatus sit, & in exilium actus. Ego Theophilũ Alexandrinũ episcopum hominem egregie doctũ existimo, cæterum ingenio uafro, & ad cõpescẽdos illorũ tẽporũ tumultus fortassis accõmodũ. De sanctimonia nihil habeo cõperti. Certe in historia tripartita multa de illo narranꝛ, de studio cõgerẽdę pecunię, de uafricie qua elusit monachos Anthropomorphitas, rursus de impia uersutia, qua decepit monachos Aegypti, de studio uindictæ, de uiolentia, aliijsq; huius generis, quæ nõ cõpetunt nisi in malum uirũ. Nã epistolas illas Theophili ad Hieronymũ, Hieronymi ad Theophilũ, confictas esse non dubito, quum ob breuitatẽ qua non solet uti Hieronymus, tum ob characterem in utriusq; simi lem, quũ Theophilus utiq; si scripsit, Græce scripserit. Quòd si uera sunt, ut sunt uerisimilia, quæ de illo in dialogo narrat Palladius, deq; Theophilo, ac cęteris partes illius sequentibus, nostrorum temporum episcopi præ illis sancti sunt. Epiphanius Cypri episcopus, quum adhuc ageret eremitam, ob uitæ austeritatem multum honesti nominis meruisse legitur. Iam ut miracula recipiamus, de eo qui se mortuũ simulauit, pauloq; post uere mortuus repertus est: quod ad Epiphanium attinet, nullum erat miraculum, sed erat uindicta dei in irrisorem, miraculum erat futurũ si mortuum reuocasset in uitam. Et potuit esse συμπάθωμα, cuiusmodi permulta accidunt in uita mortali, hoc non minus mirabilia. Itidem quod narrant de auro conjecto in ędes œconomi, tale quiddam esse potuit, quale fecisse legitur diuus Nicolaus. Sed ad illius monumentũ pellebãtur, ut fertur, dæmones. Id magis arguit fidẽ uiuorũ, quàm merita defunctorum, ut ne quid hic tribuamus impiorum spirituum præstigijs, utq; demus esse uera quæ memorantur. Nam monachorum genus, & simplex hominum uulgus hoc genus fabulis solet impensius indulgere. Neq; hæc eò dixerim, ut Epiphanium opinione sanctitatis spoliem: sed arbitror hominis in eremo educati simplicitati imposuisse Teophili calliditatem, ut Epiphanius persuasus non alio animo persequutus sit Chrysostomum

stomũ, quàm Paulus initio persequutus est Christianos. Postremo ut centum miracula de Epiphanio proferantur, plus apud me ponderis habet animus ille Chrysostomi, in tot illius monumentis tam uiuide spirans pietatem erga deum, charitatem erga proximum, mirabile quoddam studium erga Christi sponsam Ecclesiam. Deniq; inter sanctos quoq; deus permittit interdum humanos quosdam affectus incidere, ne pro dijs habeantur. Etenim si inter Paulum & Barnabam tam acris incidit concertatio, ut alter ab altero discederet: quid mirum si talis error incidit inter Epiphanium & Chrysostomum? Et fieri potest ut simili astu Theophilus imposuerit Hieronymo, abusus simultate, quæ illi fuit cum Ioanne episcopo Hierosolymitano, à cuius communione abstinebat Hieronymus, quòd haberetur Arianæ factionis. Theophilus Dioscorum monachum, opinione sanctitatis celebrem, fecerat episcopũ Hermopoli: duos illius fratres apud se detinuit, committens illis œconomiam Ecclesiæ. Hi offensi opibus studioq; congerendi auri, quod deprehenderunt in præsule, Aegypti monasteria repetunt. Theophilus odoratus suam uitam illis displicuisse, simul odisse cœpit & Dioscorum episcopum. Ardebat Theophilus cupiditate uindicandi: uerum quoniam hos omnes ob uitæ sanctimoniam suspiciebat populus ac monachorũ cohortes, censuit rem astu tractandam, & iuxta prouerbium, Vulpinam pellem assuendam, si leoninam nõ assequeretur. Id ætatis quidam sub Origenis titulo hæresim Arianam instaurare conantes, (nam Arius damnatus erat, Origenes non erat,) multum inuidiæ conflauerant Origenico nomini. Porrò qui sequebantur Origenem, asseuerabant deum incorporeum esse, ac monachos secus sentientes contumelioso nomine appellabant Anthropomorphitas. Hinc acris inter eruditos & indoctos monachos cõtentio. Porrò Dioscorus hac in parte sequebatur Origenem, Epiphanius quem apparet parum fuisse literatum, cum turba simplicium monachorum sentiebat, unde Theophilus quem in prioribus epistolis hæresiarcham appellauerat, pòst aduersus Chrysostomum incitatum appellauit sanctissimum. Hinc homo uafer Theophilus ansam arripuit, quum ipse frequẽter esset profesA sus deum esse incorporeum, tamen monachos ali quot simplices minusq; literis diuinis exercitatos misit in Aegyptum, qui spargerent deum esse corporeum, & iuxta diuinas scripturas, hominũ more oculos, faciem, os, manus & pedes habere: recedendum esse à Dioscoro & fratribus eius, qui sequentes blasphemum Origenis dogma, negarent deum habere membra humana. Ea res tantam seditionem excitauit in Aegypto, ut Theophilus cum armatorum cohorte Nitriam profectus sit, oppressurus Dioscorũ & fratres illius. Ita factum est ut Dioscorus comitatus duobus fratribus, & aliquo numero monachorum uenerit Constantinopolim: In his erat Isidorus, quem Theophilus prius amicum ob huiusmodi causam cœpit habere exosum. Erat quidam Petrus Alexandrinæ ecclesiæ archipresbyter, hunc quum ob priuatas causas Theophilus haberet exosum, submouere tentauit ab Ecclesia, crimen prætexens, quòd mulierem Manichæam ad communionem recepisset, nondum abiurata hæresi. Id quum Petrus diceret esse factum iussu Theophili episcopi, isq; inficiaretur, Isidorum citauit testem. Is Roma reuersus, testimoniũ dixit pro Petro. Quare magis exasperatus Theophilus utrũque depulit ab Ecclesia. Hanc ob causam Isidorus & Dioscorus cum alijs eremitis, ut dixi, Constantinopolim profecti sunt, ut Imperatori & Ioanni Chrysostomo quid accidisset, referrent. Eos Chry B sostomus honorifice quidem excepit, communicare tamen cum illis noluit, nisi tota causa cognita. At mendax rumor ad Theophilum detulerat, Ioannem cum illis communicasse, hoc animo ut illis aduersus Theophilũ ferret suppetias. Moxq; accensus ira, cogitabat de ulciscendo, non solum Isidorum ac Dioscorum, uerumetiam Ioannem Chrysostomum, quem cogitabat ab episcopi dignitate depellere. Nec mirum, quandoquidem in uitus illum ordinarat. Id quò magis succederet, dissimulauit quid agitaret animo, scripsitq; epistolas ad singularum ciuitatum præsules, de damnandis libris Origenis, hoc fuco sibi concilians Epiphanium Cypri episcopum, qui cum ante ipsi fuerat simultas ob dogma diuersum. Simulauit igitur se pœnitere prioris sententiæ, & in eam C opinionem pedibus discessisse, cui fauebat Epiphanius: eoq; hortatus est hominem, curaret Cypri celebrandam synodum, cuius autoritate libri Origenis damnarentur. Epiphanius pro sua simplicitate non sentiens Theophili dolum, nec ab episcopo sene tantum expectans uersutiæ, coacta synodo uetuit legi libros Origenis, simulq; scripsit Ioanni Chysostomo, ut idem faceret Constantinopoli, quod ipse fecisset in Cypro. Interim & ipse Theophilus, posteaquam uideret successisse conatum, conuocatis episcopis damnauit libros Origenis. Ne Chrysostomo quidem oboluit quid uafer ille senex his procœmijs moliretur, aut si quid suspicabatur, pro conscientiæ suæ synceritate negligebat, intentus ecclesiasticæ doctrinæ. D Cæterum ubi iam præ se ferret Theophilus quid ageret, quicunq; ex clericis aut proceribus aulicis male uolebant Chrysostomo, Theophilo uelut signifero semet adiunxerunt, atq; occasionem nacti moliebantur, ut aduersus Ioannem episcopum synodus coiret. Quibus autem de causis clericos ac proceres aliquot ipsam etiam Augustam haberet infensam, ante dictum est. Paucis pòst diebus Epiphanius à Theophilo persuasus uenit Constantinopolim, episcoporum decretum secum adferens, quo non ipse quidem Origenes, sed illius libri damnabantur. Nec legitimo more res gesta est ab Epiphanio, sed ex Theophili præscripto magis, quàm ex ecclesiastica disciplina. Nam

quum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quum Ioannes offerret hospitium cæteraq; necessaria, ille recusauit, in suo sese diuersorio continens. Egressus urbem in basilica sancti Ioannis, quæ abest ab urbe septem passuũ milibus, celebrauit illic collectam, quasi Ioannis communionem euitans: ibidem ordinato diacono, reuersus est in ciuitatem. Ibi conuocatis episcopis recitabat Origenicorum librorum damnationem, cui subscribebant nonnulli Epiphanij reueriti autoritatem. Plurimi tamen reclamarunt, præcipue uero Theotimus Scythiæ episcopus. At Ioannes quem faciunt tam rigidum, non quidem offensus est, quòd Epiphanius in aliena ecclesia celebrasset ordinationem: tantum inuitabat ut cum cæteris episcopis uteretur suo hospitio. Ille uero negabat se uel ipsius usurum hospitio, uel cum eo oraturum, nisi Dioscorum & illi adhærentes urbe pelleret, atq; ipse quoq; damnatis Origenis libris subscriberet. Ad id Ioannes tergiuersabatur, negans esse quicquam temere agendum ante catholicam cognitionem. Erat enim Origenes ob admirabilẽ scripturarum peritiam doctis omnibus gratiosus, quem & ipse Athanasius aliquot locis honorifice citat, distinguens sermonem disputantis, à sermone de cernentis. Atq; adeo Theophilus post damnatos Origenis libros compertus est illis legẽdis incumbere. Quin diuus Hieronymus Origenis ingenio uehemẽter delectatus uidetur, donec mutato nomine Ariani r edderent illum inuidiosum. Proinde uidebatur iniquũ eius libros qui uixerat ante ducentos annos, nec ulla hactenus synodo fuerãt damnati, nunc infrequenti concilio condemnare. Ergo quum Chrysostomus detrectaret illico damnationi subscribere, callidi quidam Epiphanium animo simplici prædítum huc instigant. Quum in Ecclesia apostolorum esset celebranda collecta, efficiunt ut Epiphanius procedat coram uniuerso populo, & recitata Origenis damnatione, inter Origenistas pronunciauit Dioscorum cũ suis comitibus: simul & Ioannis nomẽ perstrinxit, ueluti Origenistarũ patroni. Hæc quũ Chrysostomo essent renunciata, quum postridie rursus Epiphanius uenisset ad Ecclesiam, misit ad illum Serapionem, qui illi præsulis uerbis hæc diceret: Contra regulas ecclesiasticas multa gessisti Epiphani, Primum, quòd in ecclesia quæ tui iuris non est, peregeris ordinationem: deinde, quòd iniussu meo in ea sacra celebrasti: adhæc, quòd inuitatus ad hospitium & communionem recusasti, nunc rursus fidis tibi. Caue ne turbato populo periculum in tuum recidat caput. Hac oratione territus Epiphanius secesssit, nec tamen peruenit Cyprum, sed in naui mortuus est. Iam sperari poterat trãquillitas, uerum Chrysostomus ubi resciuit quicquid egisset Epiphanius, instinctu Augustæ fecisse, concionem habuit apud populum dentatam in uituperationem omnium fœminarum. Id Augusta interpretans in odium sui factum, imperatorẽ instigauit in episcopum, dicens eam contumeliam uxori factam, magis in ipsum recidere. Ad hanc fabulæ partem accesit Theophilus, hoc agẽs cum Seueriano, ut quamprimũ aduersus Chrysostomum synodus fieret. Coire permulti præsules à Theophilo prouocati, & in his episcopi quos Ioannes in Asia ob manifesta crimina, legitime ab officio semouerat. Breuiter, quotquot Ioanni uarijs de causis male uolebant. Chalcedone primum conuenere, ubi Cyrinus eius loci præsul multa inimice in Ioannem Chrysostomum effudit, at non impune. Nam Maruthas Mesopotamiæ episcopus Cyrini pedem calcauit imprudens, quamobrem non licuit illi Constantinopolim trajicere, sed latius serpente malo coactus est pedem amputare, ac paucis post diebus uita defunctus est. Theophilus autem cum uenisset Constantinopolim, noluit ingredi ecclesiam, sed in Placidiana, quæ erat domus Augustæ, uersabatur, ut agnoscas aulicam esse synodum, non ecclesiasticam. Hic non iam de libris Origenis, sed de criminibus agebatur, quibus Ioannem opprimerent. Quæ fuerint crimina, partim ex Palladio, partim ex Chrysostomi epistolis colligitur. Vnũ erat, quòd Origenistis communicasset. Alterum, quòd sedecim in Asia episcopos præter ius deposuisset: quum sex tantũ submouerit, eosq; legitime, nec nisi coactus, quorum præcipuus fuit Antonius Valentinopoleos episcopus. Tertium, quòd nõ esset purus à consortio mulierũ. Palladius affirmat omnia esse falsa, uno excepto, nempe quòd instituerat, ut qui accessissent ad mensam dominicam, mox aut aquam aut pastillos sumerent, ne quid sacramẽtorum excrearent. In suburbano Chalcedonensi, quod Ruffini dicitur, ubi est basilica in Petri & Pauli honorem extructa, congregati episcopi, citarunt Chrysostomum ad crimina responsurũ. Iusserũt simul adesse Serapionem & Tigrium eunuchum presbyterũ, & Paulum lectorem, quasi & hi criminibus essent obnoxij. At Ioannes uidens à palam inimicis congregatam synodum, appellauit ad synodum frequentem & generalem. Illi contempta appellatione quater illum citarunt: qui quum non compareret, in absentem pronunciarunt, iam non aliud crimen intendentes, nisi quòd citatus non paruerit. Supererat exequutio ut ab ecclesia extraheretur. Id populus non sinebat. Sed urgebat iussio principis. Hoc ubi resciuit Ioannes, ne seditionis præberet causam, clam populo, se tradidit deportandum tertio à damnatione die. Amicos qui flentes aderant consolatus est, petijtq; ut sibi darent paululum temporis ad quietem. Iumentum illius stabat ad portam qua putabat exiturus, ut eò confluueret populus, ipse clàm per aliam portam euasit. Exulabat autem apud ostium Ponti, quod uocatur Hieron. Sed interim populus odio, ut fit, uerso in misericordiam, desiderio præsulis murmurabat aduersus imperatorem & concilium episcoporum: sed præcipue contra Theophilum, cuius odium in Chrysostomum priuatum hoc argumento omnibus patefactum est, quòd illo depulso protinus cum Dioscoro eiusq; fratribus rediit in

in gratiam. Cæterum quum incruduisset populi tumultus, adeo ut multitudo circum regiã uociferaretur, Augusta metuẽs exorauit Imperatorẽ ut Ioannem reuocaret. Ad id missus Breson eunuchus. Addunt quidã terræmotu territos Cõstantinopolitanos, per multos legatos sollicitasse Ioannem ut reuerteretur, ac precibus suis pericula depelleret. Passus est uir sanctus expugnari animum suum, & redijt ad dignitatem nolens, ad benemerendum uolens, oblitus ingratæ multitudinis. Occursum est incredibili frequẽtia uenienti: Ingressus urbem, frustra detrectãs adactus est improbis populi precib. ut in cathedra præsulis sedens, populo orationem pacis impenderet, & cõcionem haberet apud multitudinẽ. Existimabãt enim quod per inuidiam contra regulas ecclesiasticas actum esset, actum non esse. Iam uidebatur esse trãquillitas. Sed diabolus alias atq; alias causas suppeditabat. Serapionem Ioannes constituerat Heraclæ Thracẽsis episcopum, quem simul cum Ioanne damnarat Theophilus. Hinc rursus odium incanduit. Accessit quod ante narrauimus, de ludis iuxta Augustæ statuam agi uetitis, qua occasione mulieris odium recruduit. Coit igitur denuo synodus, in qua aderant Leontius Ancyræ Galatiæ, Ammonius Laodiciæ, Breson Thraciæ Philippensis, Acacius Beroeæ Syriæ episcopus, alijq; nonnulli. Subornantur accusatores ueteres, Ioanne flagitante ut accusatio legitime institueret. Quorum minis quum nihil moueretur Chrysostomus, episcopi nihil aliud intendebant, nisi quòd per concilium abdicatus à munere, nihilo secius consedisset in cathedra. Quũq; respondisset Ioannes, quòd post eam damnationem sexagintaquinq; episcopi ipsi communicantes declarassent irritam esse depositionem, illi reclamarunt. Plures, inquiunt, Ioannes, te deposuerunt. Adhæc Ioannes docuit eam regulam, ut numero æstimaretur decretum, Arianorum esse, nõ orthodoxorum. Nam Ariani Antiochiæ cõgregati regulam eam studio prodiderãt, quòd damnarent Athanasium: Quę si ualeret, oportet, inquit, & Athanasiũ pro damnato haberi, quòd à pluribus dãnatus sit quàm probatus. Sed episcopi, nõ recepta hac satisfactione, condemnarũt Chrysostomum. Negocio fauebat Imperator, dubiũ nõ est quin Augusta ad aurem obganniente. Sub natalem enim Christi, non uenit ex more ad templum, sed Ioanni denunciauit se nõ cõmunicaturum illi donec criminibus esset purgatus, idq; prius quàm synodus in eum pronunciasset. Sub Paschæ uero festum, quo tempore iam pronũciatũ erat, rursus denunciauit ei imperator, se non posse uenire ad illius ecclesiam, qui duobus cõcilijs esset condemnatus. Hoc accepto nuncio, & Ioannes ne quid tumultus oriretur, ab ecclesia abstinuit, cui qui fauebant in thermis Constãtinianis Pascha celebrarunt. Quod exemplum secuti plures episcopi, presbyteri, clerici, diuersis in locis collectas celebrarunt, qui post dicti sunt Ioannitæ. Ioannes autẽ uitans omnes tumultus occasio nes, per duos menses nusquam processit in publicum, donec Imperator iuberet illum duci in exilium. Quo die ducebatur, quidam Ioannitarũ incẽderunt ecclesiã, quod incendiũ uento delatũ etiam Senatus basilicam corripuit. Palladius refert flammam ex ipsa cathedra in qua sedere cõsueuit Ioannes, erupisse. Is casus quoniam autore Ioanne putabat accidisse, effecit ut in longinquius ac durius exiliũ relegaret. Hac de causa Optatus urbis præfectus homo paganus, in Christianos nactus occasionem, plurimos Ioannitarũ uarijs tormentorũ generibus lacerauit. Intẽpestiuus itaq; fauor lęsit Chrysostomũ, ut durius ac lõginquius exilium sortiretur, in pusillũ ac desertũ Armeniæ oppidulũ nomine Cucuson, deportatus. Quo ex loco scripsit Cyriaco episcopo exuli, exul. Ibi uixit annũ unũ, plurimos interim sua uita linguaq; ad euangelicam philosophiã pertrahens: & quoniam eam regionẽ premebat ualida fames, miro studio subleuauit egenos. Hinc acrior exarsit inuidiæ flãma. Itaq; Cucuso Arabissum deportatus est, hoc studio agentibus qui eũ deportabãt, ut itineris incõmodis extingueretur homo tenui corpusculo. Verum ille spiritu infracto, & illic plurimos ad Christi fidem conuertit. Quid enim aliud potuit lucerna, spiritus igni accẽsa, q̃ ardere & lucere? Ea res mire discruciauit Seueriani & Porphyrij, neq; nõ aliorũ aliquot è Syria episcoporũ animos, dum perspiciunt uiri gloriam afflictioni bus inclarescere, Antiochenã ecclesiam in Armeniam demigrasse, ac rursus rerum in Armenia gestarum gloriam Antiochiæ prædicari. Quò se uerterent inuidia diruptis? Impetrant rescriptũ arrogantius, ut in desertũ angustumq; locũ deportaret, unde nõ liceret prodire, Pityuntem uocãt, ubi fines sunt Ponti regionis imperijq; Romani, regio crudelissimis Barbaris finitima. Milites præfecti prætorij, qui illum deducebant, nõ dissimulabant sibi promissa præmia magnifica, si Ioannes in itinere moreretur. Itaq; mensibus tribus per hymbres, per æstus sine ulla refrigeratione corpusculi durissimum iter pertulit. Nec enim Comanę remoratus est, sed per eam perrexit ad templũ quoddã, quod milibus plus minus quinq; à Comana aberat. Ibi nocte martyr Basiliscus, qui Comanæ ciuitatis episcopus cũ Luciano Antiochiæ presbytero sub Maximiano coronatus fuerat, Ioanni apparuit, dicens: Confide frater Ioannes, cras enim simul erimus. Ferunt eum prius & eius templi presbytero apparuisse ac dixisse, præpara Ioãni fratri locum, uenturus est enim. At uir pius nihil addubitãs de oraculo, spirituq; exhilaratus non aliter quàm accepto læto nuncio, postridie rogat milites, ut illic commorarentur usq; ad horam quintam. Qui metuentes ne refocillatus uires reciperet, ad iter perurgebant. Verum quum iã stadia ferme triginta peregissent, conspicientes Ioannem iam febribus concuti, ad templum unde discesserant, redierunt. Hic protinus uelut episcopũ acturus candidis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis ſeſe induit,uſq; ad pedes, reliquũ amictum in eos qui aderant,diſtribuit. Mox ſumptis eccleſię ſacramẽtis,& extrema oratione gratijs deo actis, ſeipſum conſignans expirauit. Quãquam autem in extrema barbarie uitam finijt, tamẽ mors eius preciosa fuit in cõſpectu domini. Tãta enim multitudo uirginum, monachorum & aliorum uitæ teſtimonio inſignium,è Syria, Cilicia,Ponto,Armenia,eò confluit,ut plerię; crederent ex condicto cõueniſſe.Corpuſculum honorifice iuxta Baſiliſcum in eandẽ eccleſiam conditum eſt, ac martyri iũctus eſt martyr. Quur enim uerear illũ appellare martyrem,qui tot iniurijs,tot cõtumelijs, tot afflictionibus,nec ad impatientiam perpelli, nec à propaganda Chriſtiana pietate depelli potuit? Non percuſſus eſt ſecuri, ſed calumnijs omni ſecuri acutioribus non ſemel ictus eſt. Hoc præmij uir optimus pro tam preclaris in eccleſiã meritis retulit per epiſcopos orthodoxos, & ſub Imperatore Chriſtiano. At dominus non paſſus eſt famulum ſuum diutius inter barbaros uiuere,ſed cito illum ad cœleſte brabeũ euocauit. Tametſi ſecundam ad Innocentium Epiſtolam ſcripſit anno exilij tertio. Nam & nos, inquit,tertium iam annum in exilio uerſamur,expoſiti peſtilentię,fami,bello,continuis incurſionibus,ſolitudini inenarrabili, quotidianæ morti, & Iſauricis gladijs. Hanc calamitatem uir ſanctiſſimus forti alacrię; tulit animo,quod liquet ex his quæ ſcripſit Cyriaco:Ego,inquit,cum ciuitate eijcerer in exiliũ,nihil horum moleſte ferebam, ſed intra me dicebã: Pſal.23 Si regina uult me exulem,agat in exilium: Domini eſt terra & plenitudo eius: & ſi uult ſecare, ſecet,&c. Tãtum doluit hac occaſione turbari tranquillitatem et concordiam eccleſiarum.Nam Ioannitæ qui dicebantur,dum Arſacio, quẽ Auguſta in Ioannis locum ſubrogarat, cõmunicare nolunt,uarijs afflictionum generibus uexati ſunt,adeo ut nõnulli presbyteri in carceribus ac tormẽtis mortui ſint, multi præclari ciues, graues matronæ Cõſtantinopolim reliquerint. Ad hos ſcripſit epiſtolam conſolatoriam. Chryſoſtomi uero celebris fama, & facti indignitas effecere, ut per Orientis pariter & Occidentis eccleſias negocij rumor protinus dimanarit. Hinc & inter epiſcopos graue diſſidium. Siquidẽ Europæ & Illyrici præſules refugerunt illorum communionem, qui Ioannis damnationi conſenſerant:nec Occidentales eccleſiæ,Aegyptiorum, Orientalium, Boſphorenſium, atq; Thracẽſium cõmunionem admiſerunt, priuſquam egregij doctoris nomẽ, qui iam deceſſerat,in epiſcoporum catalogum reponereẽ. Atqui hoc erat palam reſcindere,quod aduerſus Ioannem fuerat actũ. Arſacium uero qui electo Ioanni ſubſtitutus eſt, ne alloquio quidẽ dignati ſunt,cum ętate maior eſſet annis octoginta, uir alioq; moderatus. Porrò qui ſucceſſit huic Atticus,cum crebro miſſis legatis flagitaret pacem,non prius receperunt, quàm in tabulis inter epiſcopos ſcriberet nomen Ioannis.Quanquã in ſucceſſoris nomine,ſcribarum , ut opinor, errore uariant codices.Nã Chryſoſtomus in epiſtola ad Cyriacũ ſignificat Nectarium ſibi ſucceſſiſſe. Sic enim loquitur: Audiui enim & ego de deliro illo Nectario,quẽ regina in throno collocauit, quòd afflixerit fratres & uirgines nolentes ipſi cõmuni care,quod; complures illorũ propter me in carcere mortui ſint.Incertum autem an ſcriba quiſpiam ex Arſacio fecerit Nectariũ: nã in ſenem magis competit deliri conuicium: an quoniam procul aberat,rumor falſum nomẽ detulerit ad Chryſoſtomũ. Quin & inter Orientales eccleſias erãt plurimi , qui iudicium illud pro irrito habebant, ſed ſatius iudicabant, inultam ſinere unius innocentis iniuriam,quàm ſcindere tot eccleſiarũ concordiam. Chryſoſtomus exul ſcriptis ad Innocentium Romæ epiſcopũ literis per Demetriũ,Panſophum , Pappum , & Eugeniũ implorauit illius ſedis auxilium, non ad priuati doloris ultionem, ſed ad coercendam eiuſmodi licentiã,quæ ſemel recepta uidebaẽ uniuerſas ſubuerſura eccleſias. Verum ille præter miſericordiam nihil attulit opis, niſi quòd Chryſoſtomi damnationẽ non approbauit, niſi res per legitimã ſynodum agereẽ. Poſtea uero & Alexander Antiochię epiſcopus, uir ob multa præclara dei dona uehementer laudatus, Ioannis Chryſoſtomi nomẽ retulit in præſulum catalogum. Tandem & huius reliquiæ Cõſtantinopolim Imperatoris iuſſu deportatæ ſunt, miroq; totius populi gaudio ac celebritate exceptæ,exiſtimantis eam ciuitatem incõparabili theſauro locupletatã. At nos precioſiorem tenemus theſaurũ,illius ſanctiſſimæ mẽtis uiuas reliquias, in eius monumentis poſſidentes ac fruentes. De quibus nũc pauca mihi dicẽda ſunt,ut quod polliciti ſumus,abſoluamus. In alijs eccleſiæ doctoribus alias diuini ſpiritus dotes admiramur, hic ſic miſcuit utile dulci, ut nemo felicius. Sed inter uaria ſpiritus dona præcipue in illo eminet λόγου διδασκαλία, quod potiſſimũ in epiſcopo requirit beatus Paulus apoſtolus. Quis enim docet euidentius? Quis hęreticos refellit acrius? Quis in mores declamat uel frequẽtius,uel liberius? At cõtrà,quis id facit populariùs? Tanta charitatis ſuauitate cõdulcat etiã illa, quæ natura ſunt amara. Quoſdam uix ferimus adulantes, hunc & obiurgantem poſſis amare. Iam quãta ubiq; cura prouidẽtiaq; pauperum, quàm ſollicita ad humanitatis officia cohortatio, quàm diligens monachorum commendatio,quos tũ mũdus, opinor, habebat optimos. Omitto q uix alius plura ſcripſit, nec in his ullũ eſt argumentum quod non tractet ea quæ ſunt Chriſtianæ pietatis, cum Auguſtinus noſter, qui cum hoc polygraphia fortaſſis certare poſſit,tantum operæ dederit grammaticæ,dialecticæ,muſicæ,ac prophanæ philoſophiæ quęſtionibus.Harum diſciplinarum cũ Chryſoſtomus fuerit exacte doctus: Oratoriam enim puer, ut dictum eſt, ſub Libanio rhetore, philoſophiã didicit ſub Andragathio:nullam tamen uſquam præbet oſtẽtationis

tionis ſpeciem,ſed omẽs humanas diſciplinas cogit ſeruire Chriſtianæ pietati,ſic admiſcens, quaſi uinũ generoſum aqua modica diluas.Nuſquã emi eſt aquæ uel color,uel ſapor, ſed tamen ſentis uinum eſſe ſuauius. Cumq; tantus eſſet, tum eruditione,tum eloquentia:tamen incredibili quodam iuuandi ſtudio,quicquid ferè ſcripſit, accommodauit auribus populi,eoq; ad huius captum demiſit orationis habitum, quaſi præceptor cum puero diſcipulo balbutiat. Quòd ſi cuncta dixit apud populum,quæ hoc modo figuraq; ſcripta ſunt, utrum magis admirari debeam neſcio,illum ne qui tam aſsiduo concionandi labori ſuffecerit,an populum qui tam auidus fuerit diſcendi, quæ ſunt pietatis.Adhæc dubium uideri poteſt, an inter dicendum excipi paſſus ſit uoces ſuas, quod in Auguſtini ſcriptis aliquot perſpicuum eſt: aut quoniam hoc probabile non eſt,utrũ ſcripſerit dicturus:an poſt dictionem quæ dixerat,in literas redegerit.Nam de ſcripto non dixiſſe, liquet ex ipſius homilijs,in quibus multa reſpondent ijs, quæ caſus fortuitus,aut tempus præter expectationẽ dabat,uelut ſolito frequentior alacriorq; populi conuentus,indecora plebis acclamatio aliud ue ſimile. Fortaſſe quædam ſcripſit,tanquam populo recitanda,qualia ſunt Iſocratis pleraq;.Nec enim eſt ueriſimile lectori(nihil enim aliud erat cum ſcriberet aduerſus Iudæos)fuiſſe ius apud cõcionem loquendi:niſi fortè tali lectori permiſſum eſt, ut extra ordinem ſua ſcripta recitaret populo.Iam nihil eſt reconditum in diuinis literis,quod ille tractando non reddiderit theatricum, ut ita loquar, ac populare.Sic eruit quæ ſunt abſtruſa,ſic oſtentat,ſic ingerit oculis, dicas eſſe quempiam,qui ſingularis artificij tabula ſpectatores remoretur:quã quo diutius ac propius inſpicias, hoc magis aperit ſeſe ſubinde noui quippiam, quod oculos fefellerat,& animaduerſum recreat. Tali reuera tabulæ ſimilis eſt diuina ſcriptura,quam incomparabilis artifex ſpiritus ille cœleſti penicillo nobis depinxit,ut in huius contemplatione iugiter uerſantes,& huius mundi tedia fallamus, & ſemper aliquid nouæ uoluptatis percipiamus ex cognitione rerum æternarum.Atqui commonſtrator idoneus huius tabulæ non poſsit eſſe, niſi qui ſit ipſe pręclarus artifex,& inſigniter oculatus.Veluti hic noſter Lazarum ac diuitem producit in theatrũ: ſit enim hoc exempli cauſa propoſitum. Quis alius perſpexiſſet, quæ ille ibi commonſtrat? Cumq; iam ſpectator credens nihil ſupereſſe parat abitũ, ille reuocat,heus inquiens,ſupereſt aliud cum primis annotatu dignum:deinde rurſus aliud ex alio commõſtrat,nec te patitur à tabula diſcedere,tandem adhuc auidum & inhiantem dimittit. Metaphoris & collationibus,quoniam plurimum conducunt & ad lucem & ad iucũditatem orationis, frequenter utitur,in quibus inueniendis quidem mirus eſt,ſed multo mirabilior artifex in tractandis. Tractantur autem ex circunſtantijs, à pari, maiori & minore. Hic mirum quos gradus inue-

nit,uel deprimendi,uel exaggerandi. Addit ſubinde ſtimulos,nunc collaudans illorum docilitatem, nunc obiurgans ſegnitiem, nunc pollicens ſe digna cognitu prolaturum ſi cõſpiciat attentos & auidos,nunc alijs atq; alijs nominibus cõmendans argumentum, quod tractaturus eſt. Nõnunquam repetens quæ prídie dixerat,nec raro faciẽs idem in eadem concione.Dedit hoc uir eloquentiſsimus multitudinis ingenio,rudi pariter atque obliuioſo,quæ nec intelligit,niſi dilucide craſſeq; tradas,nec meminit niſi ſubinde repetitum infigas. Hoc admonui, ne quis loquacitatis nomine damnet, quod charitas, quæ nihil aliud quærit cẽq; ædificare,dedit auditorũ imbecillitati. Sic & Paulus apud Theſſalonicenſes,ad illorum ruditatem 1.Theſſ.2 ſubmiſit ſeſe,factus ut paruulus in medio eorum, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos. Nec ſententias argutas, nec epiphonemata captat uſquam, quibus ſolet excitari concionis acclamatio, quod dictionis genus placuit Hieronymo & Ambroſio:nec iocos admiſcet in quibus frequens eſt, interim & immodicus Tertullianus , frequentior Hieronymus,ſed perpetua quadam orationis iucunditate facilitateq; detinet auditorem , pietate delectans uerius quàm facetia.Eccleſiaſticus orator facile reperiet,quo deliniat auditorem, ſi perfecerit,ut norit ametq; populus quod diſcit. Affatim eſt in ipſis arcanis literis quod uoluptate demulceat pios animos, etiamſi nihil illecebrarum ex poetarum aut mimorum ſalibus accerſatur. Si qui docet ardet,facile accendet:ſi uehementer gaudet ijs quæ docet, facile transfundet eundem affectum in animos auditorũ. Hoc pectus, hoc os aureũ foro prophano deſtinatum Chriſtus ad euangelij præconium interuertit. Vtinam tales oratores nunc haberet ubiq; Chriſtianus orbis . Ab his enim præcipue pendet totius Reipublicæ diſciplina. Ideo tam nihil penè tenemus de dogmatibus euangelicæ philoſophiæ , ideo ſic frigemus ad ea quæ ſunt charitatis,ideo tam dubie credimus,quę debebant eſſe certiſsima,quia raro populus audit concionatores euangelicos,rariùs idoneos.Et tamen hodie commodior eſt conditio dicentium, quàm olim fuit.Tum etiam paganitatis reliquiæ, gladiatorum paria, concurſus equorum, athletæ, pugiles, aliaq; theatri certamina, plebem auocabant à concione ſacra, nec epiſcopis ullum aliud ius erat, quàm linguæ. Ad hæc in ipſis concionibus cogebãtur quiddam è theatro pati,ſibilos,applauſus,acclamationes, geſticulationes frequenter indecoras,quibus uel corrumpi, uel interpellari poterat dicẽtis impetus.Et tamen Chryſoſtomus quotidie loquens populo,frequens habebat auditorium.Quis enim non mallet talem uirum audire de rebus diuinis tanta ſuauitate diſſerentem,quàm ſpectare gladiatores,aut equos currentes , aut ludere aleam? Nunc ſublata ſunt auocamenta publica , populus humilis & quietus magna religione præbet aures,nihil obſtrepens, etiam ſi quid abſurdi proferatur è ſuggeſto:& tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

concionatorum idoneorum mira est raritas, cum episcoporum, sacerdotum ac monachorum tanta sit ubiq; copia. Hac in parte præcipue uigilare oportuit principum & episcoporum prouidẽtiam, ut parentur idonei pastores, qui bona fide dispensent populo euangelicæ doctrinæ dimẽsum. Hoc officio multo citius demereantur deum, quàm extruendis monasterijs, aut instituendis canonicorum collegijs. Erat omni decorum & opum genere florentissima Constantinopolis, uerum Arcadius Imperator nõ existimabat suam ciuitatem & imperij summi sedem sat splendidam, nisi & insignem haberet euãgelij præconem, eoq; Ioannem Chrysostomum ad sacerdotij functionem, unde Nectarius decesserat, Constantinopolim euocauit Antiochia. Vtinam Arcadij exemplum æmularentur omnes principes, utinam ad Chrysostomi formam sacerdotes quàm plurimi contenderent. Id si fieret, nec tot bellis, nec tot opinionum dissidijs cõcuteretur orbis, ac longius abessemus omnes à Iudaismo simul & à paganismo: sed regnaret in nobis Christus, & sub illius uexillis felici tranquillitate frueremur. Deniq; latius sese proferrent Christianæ ditionis pomœria. Vereor eñ ne nostri mores partim in causa sint, quò minus Turcæ, Mahumetani, Saraceni, Moschobitę, Græci, & si quæ aliæ nationes, uel semichristianæ, uel schismaticæ, sese adiungãt ouili Christi, quò minus Iudæi resipiscant à sua cæcitate, qua tot iam seculis detinentur, quos equidem demirabor, si tam dilucidæ Chrysostomi rationes, si tam urgentia scripturarum testimonia, non saltem huc adigant, ut pudeat pigeatq; tam diutinæ calamitatis. Apostolo Paulo hoc debet infelix hominum genus, quod adhuc supereſt, quod extat seminarium, unde posit restitui. Is enim ad Romanos XI. spem bonam nobis fecit, fore ut aliquando resipiscentes agnoscant nobiscum uerum Messiam, & fiat unus pastor, & unum ouile. In hanc spem seruanẽ à nobis. Nolo enim, inquit, uos ignorare fratres, mysterium hoc, ut ne sitis apud uosmetipsos elati animo, quòd excæcatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Israel saluus erit, sicut scriptum est: Aduenit ex Sion, qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Ac mox: quemadmodum enim & uos quõdam increduli fuistis deo, nunc autẽ misericordiam estis cõsecuti per incredulitatem illorum: sic & isti nunc increduli facti sunt, ex eo quòd uos misericordiã estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequãtur. Rursus in eodem capite docet Iudaicæ gentis ruinam non esse desperabilem. Num ideo, inquit, impegerunt, ut concíderent? Absit. Sed per lapsum illorum salus contigit gentibus, in hoc ut eos ad æmulandum prouocaret. Quòd si lapsus illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo illorũ? Vobis enim dico gentibus, quatenus ego quidem sum Apostolus Gentium, ministerium meũ illustro, si quomodo ad æmulandum prouocem carnẽ meam, ut saluos reddam nonnullos ex illis. Si Iudæis à Christo deficientibus nos recepti sumus, ut illos uicissim ad æmulationem prouocemus, conandũ est ut in omni uita nostra resplendeat ueritas, puritas, & synceritas euãgelica. Glorificemus & nos euangelium nostrum. Id quidem in primis est episcoporum ac sacerdotum, qui dicuntur angeli domini, ex quorum ore populus requirit legem dei sui: omnis tamen Christianus pro sua quisq; portione glorificare potest euangelium, si spretis ijs quæ sunt super terram, conuersationem habeat in cœlis. Sic enim futurum est, ut Turcæ simul & Iudæi uidentes opera nostra bona, glorificẽt patrem nostrum qui in cœlis est, cupiantq; in tale consortium asscribi. Ad Chrysostomũ redeo in cuius libris oportet assiduos esse qui suscipiunt curam ecclesiarum. Operum illius certum indicem nõ habemus: saltem hoc beneficij nobis impendisset ecclesiastica historia. Apud Suidam, haud scio quis non indoctus, primam laudem tribuit operi de sacerdotio, quòd non alibi stylo sit usus grandiore, nec magis elaborato, proximam commentarijs in Ioannem, Matthæum, Marcum, & Lucam, quos libros utinã haberemus omneis. In catalogo scriptorum ecclesiasticorum hæc tantum de illo Hieronymus: Ioannes Antiochenæ ecclesiæ presbyter, Eusebij Emiseni, Diodoriq; sectator, multa cõponere dicitur, de quibus πρὸς ἱουδαίους tantum legi. Diuus Augustinus sex librorum contra Iulianum primo respondet loco cuidam per Iulianum citato ex Homilia de baptizatis, cuius initium est: Benedictus deus, qui fecit mirabilia solus: & ipse citat ibidem testimonium eius ex commentarijs illius in epistolam ad Romanos. Porrò cum nullum nomen apud Græcos fuerit unquam plausibilius quàm Chrysostomi, mirum est nõ plures libellos illius prodisse nomine. De opere in Matthæum imperfecto, suo loco ponemus nostrum iudicium, quod extra controuersiam est, Ariani cuiuspiam esse, licet eruditi. Commentarium in epistolam ad Hebræos, tametsi lectu non indignum, titulus ipse uerecunde significabat non esse Chrysostomi, indicans post mortem illius æditum. De cõmentarijs in acta Apostolorum, decq; commentarijs in secundam ad Corinthios epistolam iudicẽt me doctiores, ego, prsus in eis Chrysostomi phrasin pectusq; desidero. Nec enim ut Chrysostomus uidearis satis est, subinde repetere ὁρᾶς πῶς, τί ὅτι τοῦτο; ὁ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστιν, σκόπει δὲ οὕτως, quibus tropis ille interdum uel excitat oscitantem auditorem, uel adiuuat tardũ. Etiam in illis maxime popularibus uis quædam est & spiritus Chrysostomi: eam simij non possunt exprimere. Nec satis est post enarratam scripturæ partem in locos communes excurrere. Hoc pari facilitate facere difficillimum est. Dimittam lectorem, si prius illud admonuero, ne quis offendatur imprudens. Loca quæ citantur è sacris uoluminibus, in his dũtaxat quæ nos uertimus, reddidimus iuxta Græcam lectionem, quam in codice comperi. Græcorum autem lectio

lectio, nõ uidetur tantum Septuaginta, sed ex Aquilæ quoq; Symmachi ac Theodotionis æditione temperata. Cæterum quo minus Latinam æditionem supposuerim, illud obstitit, q aliquoties sententię tenor non quadrat ad nostram lectionẽ. Id frequẽter accidit in nouo Testamẽto, sed in uetere multo crebrior & insignior est lectiõis uarietas. Et cõsentiunt in citando Græci doctores, Gregorius Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Theophylactus, Cyrillus, alijq; quorũ eruditissimis lucubrationibus uehementer illustratur Christiana philosophia: ut uel ob hanc tantam utilitatem operæprecium fuerit, nouí testamenti libros iuxta Grecorum lectionem tradi Latinis auribus: quod à me pridem, magno reclamãtium strepitu, sed ingenti studiosorum fructu factum est. Idem ut ab alijs curaretur in uteris Testamenti uoluminibus, maior etiam in uitauit necessitas. His uero qui nobis Cyrillum, Chrysostomum, ac Theophylactum uerterunt Latine, quoniam uulgatam Latinorum uersionem supponere maluerunt, sæpe ridiculum quiddam accidit, ut aliud sonet uox contextus, aliud cithara commentarij. Quòd si stulte faciat, qui nunc Cypriani, Tertulliani, Ambrosii, & Augustini lectionem, uelit ad nostram translationem corrigere, reclamantibus illorum commentarijs, multo minus id fieri conueniebat in uertendis Græcis, apud quos Hieronymi translatio nunquam fuit recepta. Habes ornatissime præsul, uitam Chrysostomi.

Dominus R. amplitudinem tuam
semper sospitet ac tueatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI

EX SVIDAE COLLECTANEIS INTERPRETE QVIdem incerto, sed per Godefridum Tilmannum Carthusianum ad Græcorum exemplarium fidem restituta germanæ lectioni.

ΙΩΑΝΝΗΣ Ἀντιοχεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Χρυσόστομος, πρεσβύτερος μὲν γέγονε πρώτοις Ἀντιοχείας, Εὐσεβίου δὲ τοῦ Ἐμεσηνοῦ φιλοσόφου καὶ Διοδώρου ἀκόλουθος. οὗτος πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν οἱ περὶ ἑρμηνείας ὑποβάλλουσι λόγοι, ὥστε ὑψηλὰ καὶ πρᾶσιν, καὶ τὴν λειότητα, καὶ ὡς κοινὰ τῶν ὀνομάτων. Τούτοις ἐφάλλεται, καὶ οἱ εἰς οὖς ψάλλουσι τοῦ Δαβὶδ λόγοι, καὶ ἡ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου σημασία, κατὰ τὰ εἰς τὸν Ματθαῖον καὶ Μάρκον καὶ Λουκᾶν ὑπομνήματα. τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ συγγράμματα, πρόηδνα ἀριθμοῦ τυγχάνει. ἅπασαι γὰρ ἰουδαϊκῶν γραφῶν καὶ Χειρωνικῶν ὑπομνημάτων ὡς ἄλος οὐδείς. τὰς τῶν μαρτύρων δὲ πανηγύρεις ἐπαύξησε γὼ τοῦ χειμάζειν ἀνεμοστάσεως, καὶ τὸν γλῶσσαν αὐτοῦ καταῤῥεῖν, ὑπὲρ τοὺς νεφέλους καταῤῥήκτης. οὐδεὶς οὖν τῶν ἀπ' ἀεῶν τοιούτων λόγων ἠνύσησεν δύρειαν, ὧν μόνος ἀπλούτησε, καὶ μόνος ἀκιβδήλως τὸ χρυσοῦν καὶ θεῖον ἐκληρονόμησεν ὄνομα. τῶν δὲ συγγραμμάτων αὐτοῦ καταλέγειν τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἀνθρώπου, θεοῦ δὲ μᾶλλον τοῦ τὰ πάντα γινώσκοντος. οὗτος ὁ ἁγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, ἀσιλυτὴς ὢν ἄκρος. καὶ πολυαλγητος, καὶ φιλήσυχος λίαν. καὶ διὰ ζῆλον σωφροσύνης ὑπαῤῥησίας, καὶ ἀκρόλεος. θυμῷ γὰρ μᾶλλον, ἢ ἀσθενεῖ ἐχαρίζετο. καὶ ἐλεύθερος ομίᾳ πρὸς τοὺς ὑντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐκέχρητο. καὶ γὼ μὲν ὡς διδάσκαλον, πολὺς ὢν πρὸς ὠφέλειαν. ὢν δὲ τῆς σωτηρίας, ἀλαζονικός τις, καὶ ἀστερόπης ὠμιζε τοῖς αὐτὸν ἀγνοοῦσι. Διὸ καὶ ὧν τῶν ὕβρεων πλὴν προβλῆθεὶς, μείζονι ὀφρύι κατὰ τῶν ὑποκόων ἐλιχρυσε, πρὸς διόρθωσιν ἐκάλεσεν καὶ σωτηρίαν, καὶ τοὺς τρόπους, καὶ τοὺς λόγους μετεκόσμησεν. οὐ τοίνυν ἐμέ τις εἴη κόλαξ, ὧδε ἀλαζόνα νομίσειεν εἶναι, οὐδ' ἂν πάλιν εἰ κόλαξ εἴη ἀγνώς, τοῦτον μετριόφρονα λεκτέον. ἀλλὰ τὸν γὼ τῇ προσηκούσῃ τάξει τῆ ἐλευθερίοις πρεπούσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα, μεγαλόψυχον μὲν εἶναι προσήκει οὐχ ὑπερήφανον, ἀνδρεῖον οὐ θρασύ. ὥσπερ, οὐ πολυλογεπῆ. μετριόφρονα, οὐ πανοφροσύνῃ ὑποκειμένου. ἐλευθέριον, οὐ ἀνδραποδώδη. ὡς καὶ αὐτὸς λέγει. διὰ τοῦτο ποικίλον εἶναι δεῖ τὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον. ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον, οὐ δὲ κόλακα καὶ ὑβριστήν. ἀλλὰ πολλῆς ἐλευθερίας καὶ παῤῥησίας ἀναμικτον. ἐπιτεταμένον συγκαταβαίνειν χρησίμως, ὅταν ἀπαιτῇ τοῦτο ἡ τῶν πραγμάτων ὠφέλεια, καὶ χρεὼν εἶναι ὁμοῦ καὶ αὐστηρόν. οὐ γὰρ ἑνί τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασι δεῖ. ἐπεὶ μὴ δὲ ἰατροῦ πάσιν ἑνὶ φαρμάκῳ πᾶσι τοῖς κάμνουσι προσφέρεσθαι καλόν. μὴ δὲ κυβερνήτην μίαν ὁδὸν ἰέναι τῆς πρὸς τὰ πνεύματα μάχης.

Ἐννοήσομεν οὖν ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ, τὸν μέλοντα πᾶσι χειμῶνα ποσοῦτον ἀνδέξεσθαι, καὶ τοιούτοις ζάλαις καὶ τοσούτοις κύμασι, πᾶσι τὸ χρυσίζεσθαι τοῖς πᾶσι παντα, ἵνα πάντας κερδήσῃ. καὶ γὰρ σεμνὸν εἶναι δεῖ τὸν τοιοῦτον, καὶ ἄτυφον, καὶ φοβερὸν, καὶ προσηνῆ, καὶ ἀρχοντικὸν, καὶ κοινωνικὸν, καὶ ἀδέκαστον, καὶ θεραπευτικὸν, καὶ ταπεινὸν, καὶ ἀδούλωτον, καὶ φαιδρὸν, καὶ ἥμερον, ἵνα τοῦτα δυνάμως ἅπαντα μαχέσθαι. οὐκοῦν δεῖ τὸν ἐναγέσατον καὶ ἐχίφρονα, φεύγειν τὸ πολακεύειν καὶ πολακεύεσθαι. μήτε ἀλαζονικὸν εἶναι, μήτε κόλακα. ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακῶν τοῦτων πολλῆς τῆς ἀμετρίας. καὶ ἐλεύθερον εἶναι, μήτε εἰς ἀνθαδίαν ἀποκλίνοντα, μήτε εἰς δουλοπρέπειαν καταπίπτοντα. πῶς μὲν γὰρ χρεὼν, ταπεινὸν ὑπάρχειν δεῖ. πῶς δὲ θρασὺν, ὑψηλὸν. ἐπέκεινα μὲν, αἰρετῶν εἶναι τῶν ἐκείνων ἡγοῦνται. οἱ δὲ ἀνδρείαν, θρασύτητα. ἐκείνοις μὲν τῶν ταπεινοφροσύνῃ προσφέρειν, τούτοις δὲ τῆς ἀνδρείαν σβεννύουσιν ἀνθ' ὧν τῆς ἀπὸ τῆς θρασύτητος δόξαν. ἵνα οὖν μὲν ὠφελήσῃς, ἧν δὲ ταπεινώσῃς τὸ φρόνημα. καιρὸς γὰρ ὡς παντὶ πράγματι φησὶ Σολομῶν. τοῦτοι ταπεινότητος, ὀδύνας, ἐλέγχου, παρακλήσεως, φειδοῦς, παῤῥησίας, χρυσότητος, ἀκριβείας, καὶ ἁπλῶς πάντος πράγματος, ὥσε ποτὲ μὲν τὸ εἰ ταπεινότητος δεικνύειν καὶ μιμεῖσθαι γὼ ταπεινώσει τὰ παιδία κατὰ τῶν κυκλικῶν φωνῶν. ποτὲ δὲ, τῇ ὀδύνας ἐκχεῖσθαι, ἵν' ἕλωσιν ὁ χειρὸς εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ὅταν ἡ χρεία ὠνυχῆ τῶν παῤῥησίαν. καὶ γὼ καιρῷ μὲν παρακλήσεως τὸ χρηστὸν φιλεύνυσθαι, γὼ καιρῷ δὲ ἀκριβείας, τὸ ζηλοῦν ἐμφαίνειν, καὶ ἐφ' ἑλάσσον ἧν ἄλλῳ ὁμοίως τὸν ἐγκειτον καὶ δίκαιον λογισμὸν ἀκριβεῖσθαι. λογισμοὶ γὰρ διδάσκαλοι κρίματος. καὶ ἐσίδιλωσ δὲ τὸν αὖχοντα δίκαιον εἶναι δεῖ καὶ φοβερὸν. εὖ βιοῶντων, θαῤῥοῦσιν, οἱ δὲ ἁμαρτάνοντων, ὀκνοῦσιν. θατέρου γὰρ θατέρου χωρὶς, ἀναρχία μᾶλλον ὄντι, ἢ ἀρχὴ. εἰ μὲν γὰρ πάντας ἦσαν ὄντειθεῖς καὶ φιλόρετοι, ἀγαθοῦ τοῦ ἰδίου μόνου. εἰ δὲ φλαμαρτήμονες, φόβου. ἐπιδεὴ δὲ καὶ ἀγαθοὶ εἰσὶ καὶ καλοὶ, ἀμφοτέρα κατὰχειρεῖσθον δεῖ ἀρχοντι καὶ πολίταμένῳ.

Igitur animo cõcipe qualẽ oporteat eum esse, cui tãtis est procellis, tã sæuę maris tẽpestati, totq; fluctibus insurgẽtib. resistendũ. Ad hæc, qui debeat oĩa omnib. fieri, ut omnes lucrifaciat. Venerandũ sanè talẽ oportet esse & grauẽ, absq; tamẽ fastu, formidabilẽ etiã, sed & lenẽ, principalẽ pariter & libenter alijs cõmunicantem, qui nullis se sinat corrũpi largitionibus, qui salutis remedia norit adhibere, qui sit hũilis, alienus à sordida seruitute, iucũdus, sedatæq; mentis: ut eiusmodi pericula expugnare queat facile. Enimuero qui sic apertissimus est & cordatus, necesse, ut summopere caueat, nequãdo turpiter adulet, & ne aures patulas aperiat adulatori, ne ipse insolescat, néue assentet cuiquã, sed ab utriusq; mali sibi tẽperet excessu: adeoq; liber sit, ut peruicacià declinãs, nõ incidat seruitutis incõmodũ. Et erga bonos quidẽ submissius se gerat, oportet: aduersus uero præsidentes, animo necesse est sublimi ut sit: quia & illi uirtutẽ esse mãsuetudinẽ deputãt: hi aũt temeritatẽ existimãt fortitudinẽ. Illis itaq; humilitatẽ insinua, hisuero grauitatẽ uiro dignã adhibe, quæ ipsorũ extinguat temeraria de se existimationẽ: quo & illis prosis, horũ autẽ de se cõceptã magnificã opinionẽ extenues. Tẽpus uni cuiq; rei est accõmodũ, ait Salomon: hoc est, humiliationis, potestatis, correptiõis, cõsolationis, parcẽdi, audẽdi, suauitatis, rigoris, atq; in uniuersum rei cuiuslibet: ita ut interdũ humilitatẽ re ipsa demõstret, imitetq; se demittẽdo paruulos secũdum dominicã uocẽ: nõnunquã aũt potestate utat, quã dedit Christus in ędificationẽ & nõ in destructionẽ: idq; dũ res ipsa postulat increpãdi libertatẽ. Et tẽpore quidẽ cõsolatiõis, benignitatẽ demõstret: in tẽpore seueritatis, feruentẽ re ipsa exprimat zelũ. Alio itẽ quouis tẽpore quod ex usu cõprobarit cogitaritq; esse iustũ, exhibeat. Cogitatiões em iustorũ iudicia, Iis Isidor[9] subscribit: Oportet, ait, iustũ esse principẽ, sic ut sit terror: quò q; pbe uiuũt, cõfidentiã sumãt bonã, qui peccatores sunt, suppudescãt. Nã alterũ sine altero regnũ potius cẽsendũ est sine principe, q; legitimus principatus. Si enim pereque oẽs essent officiosi et ad bonũ tractabiles, si similiter uirtutẽ exoscularent, una op[9] solũ foret cõmuni beneuolẽtia: cõtrà, si peccatis iuxtà oẽs essent dediti, timori tantũ esset locus. Nũc uero qñ boni malíq; permixtim cõgredimur: utrũq; ut præstet princeps ac populi præfectus, necessum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS OMNIVM OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, in quo illustrata asteriſci nota, acceſſerunt huic nouiſſimæ æditioni, aut denuo ſunt uerſa, aut collata ad ueritatem Græcorum codicum.

PRIMVS TOMVS QVI EST VETERIS TESTAMENTI.

* In Geneſin, Homiliæ LXVII 1
De Geneſeos lectione, & ieiunijs, ſermo 526
Quòd primus homo omni prælatus ſit creaturæ, ſermo 532
De Adam & Eua, Homilia 534
De Geneſi, et interdictiõe arboris eſus ad Adam, ſermo 539
De lapſu primi hominis, Homil. II 541
De Adam, Sodomitis, Achab, & pœnitentia, ſermo 545
Super illud Geneſeos, Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſermo 547
De fide Abraham & immolatione Iſaac, ſermo 549
De habenda cura ſalutis proximi, & de mutatione nominis Abram, in Abrahã, Gen. 17. Homilia 552
De Iacob & Eſau, ſermo 560
De Ioſeph, ubi à fratribus uenditur, ſer. 562
In Ioſeph de continentia, ſermo 565
De Moſe, ſermo 568
De eo quod ſcriptum eſt in Iudicũ, cap. XI. Iephthe perrexit ad pugnam, & uotum uouit &c. 570
De fide Annæ Elcanę, deq; philoſophia, Homilia ſecunda: nam prima deſideratur 572
De Anna deq; Samuelis educatione, Homilia tertia 581
* Item de Anna & cõtinuis precibus, Homilia quarta 588
* De eadem Anna, Homilia quinta 597
De Dauid & Saule, deq; tolerantia, Homilia 604
De uirtute deq; Dauid & Saule, Homil. 614
Quòd periculoſum eſt adire ſpectacula, deq; Dauid & Saul, Homilia 622
De inſigni uictoria beati Dauid aduerſum Goliath, Homilia 635
De uerbis Dauid, Quis ſum ego, quòd talem gratiam inuenerim, &c. Homilia 638
De Abſalon patrem perſequente, & eius interitu, ſermo 641
In Eliam prophetam, ſermones II 643.647
De aſcenſione Eliæ, Homilia 649
De Naaman Syro ab Eliſæo curato, ſer. 652
De Eliſæo & Syrorum inſidijs detectis, ſermo 654
De patientia Iob, Homiliæ V 657
De beato Iob, Homilia 696
In beatos Iob & Abraham, ſermo 697
De Dauidicis canticis, ſermo 702
De loco Pſalmi IX. Narrabo omnia mirabilia tua domine, Homilia 705
De loco Pſalmi IX. Patientia pauperum non interibit inæternum, Homilia 707
Expoſitio Pſalm. XXII, & CXVI 709
De loco Pſalmi XXIIII. Dirige me in ueritate tua, &c. 714
De loco Pſalmi XXV. Redime me & miſerere mei 716
De loco Pſalmi XXVI. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, &c. 718
De loco Pſal. XXIX. Domine deus meus, in æternum confitebor tibi 719
De loco Pſalmi XXXIII. Quis eſt homo qui uult uitam 720
Expoſitio in ſuperſcriptionem Pſal. L 723
Expoſitio in Pſalmum L. Miſerere mei deus, Homiliæ II 724.738
De loco Pſalmi LXVIII. Exaudi me domine, quoniam ſuauis eſt miſericordia tua 751
De loco Pſalmi LXXI. Deſcendet ſicut pluuia in uellus, &c. 752
De loco Pſalmi LXXXIIII. Non inæternũ ira ſcaris nobis, &c. 754
Expoſitio Pſalmi XC. Qui habitat in adiutorio altiſsimi 756
De loco Pſalmi XCIII. Quis exurget mihi aduerſus malignantes, &c. 760
In Pſalmum XCV. Cãtate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra 764
Explanatio in Pſalmum XCVI. Dominus regnauit, exultet terra 775
Explanatio in Pſalmum CXV. Credidi propter quod locutus ſum 778
De loco Pſalmi CXVIII. Bonitatem feciſti cũ ſeruo tuo domine 782
De loco Pſalmi CXVIII. In proximo es domine, & omnes uiæ tuæ ueritas 784
De loco Pſalmi CXXI. Fiat pax domine in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis 786
Explanatio in Pſalmum CXXII. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlo 789
De loco Pſalmi CXLII. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quoniam non iuſtificabitur &c. 791
In Pſalmum CL. Laudate dominum in ſanctis eius 793
Super illud Sapiẽtiæ, Iuſtorum animæ in manu dei ſunt &c. 794
Super illud Eſaiæ, Si uolueritis & audieritis me &c. 797
De uerbis Eſaiæ, Vidi dominum ſedentem in throno excelſo, &c. Homil. V 799
De loco Eſaiæ, cap. IX. Poteſtatis & pacis eius non erit finis 833
De loco Eſaiæ, cap. XLII. Cantate domino canticum nouũ, laus eius in extremis terræ 834
De loco Eſaiæ, cap. LXII. Gaude Sion, Ecce rex tuus uenit 836
De Ieremia propheta, ſermo 837
De tribus pueris, Homilia 839
De ſancta Suſanna, Homilia 841
De Iona propheta, Homilia 842
De loco Zachariæ, capite VI. Ecce uir, Oriens nomen eius, ſub umbra eius orietur ſol, &c. 876
De natiuitate ſeptem Machabæorum, Homilia 848

CATALOGVS TOMI SECVNDI, QVI EST IN Matthæum, Marcum, & Lucam.

* Commentariorum Chryſoſtomi in Euangelium Matthæi, Homiliæ LXXXIX. per Sebaſtianum Guldenbec ad Græcum collatæ & emẽdatæ parte ſui dimidia: nam reliquum deerat in Græco codice 9
Commentariorum in Euãgelium Matthæi, in certo autore, Homiliæ LIIII.

FRAGMENTORVM EX EVANGELIO Matthæi, Homiliæ XXVI. hoc ordine digeſtæ.

Ex capite II. Cum natus eſſet Ieſus in Bethlehẽ Iudææ &c. In Epiphania domini 1137
Ex eodem cap. ſuper illud, Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph &c. In feſto Innocentum 1141
Ex eodem, de natali ſanctorum Innocentum 1143
Ex eodem cap. illud, Defuncto Herode, ecce apparuit angelus, &c. In uigil. Epiphaniæ 1144
Ex cap. IIII. Ductus eſt Ieſus in deſertum, &c. In dominica I. quadrageſimæ 1146
Ex cap. V. Cum uidiſſet Ieſus turbas, aſcendit in montem 1150
Ex eodem capite. Qui fecerit & ſic docuerit, maximus uocabitur in regno cœlorum 1157
Ex eodẽ, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuum &c. In feſto ſanctorum Ioannis & Pauli 1158
Ex capite VI. Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut Hypocritæ. In feria quarta Cinerum 1161
Ex eodem cap. ſuper eodem 1164
Ex cap. VII. in illud, Cauete à pſeudoprophetis 1166
Ex cap. IX. Aſcendens Ieſus in nauiculam transfretauit &c. Dominica XVIII. poſt Pentecoſtes 1169
Ex eodem ſuper illud, Tranſiens inde Ieſus uidit hominem ſedentem &c. De conuerſione Matthæi 1170
Ex cap. XIIII. Herodes apprehenſum Ioannem poſuit in carcere. In decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ 1172
De eodem 1178
Ex cap. XV. Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis &c. De muliere Chanaæa 1180
Ex cap. XVIII. Væ mundo ab ſcandalis, neceſſe enim eſt ut ueniant &c. 1188
Ex eodem, ſuper illud, Domine ſi peccauerit in me frater meus, quoties dimittam ei? 1191

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eodem dicto 1192
* De eo quidebebat x. m. talentorum 1199
Ex cap. xix. Silicet homini dimittere uxorem suam, quacunq; ex causa, In Inuentione sanctæ crucis 1212
* Laus Maximi, & quales ducendæ sint uxores 1217
Ex eod. cap. In illud, Ecce nos reliquimus omnia &c. In cõmemoratione S. Pauli 1232
Ex cap. xxi. Cum appropinquasset Hierosolymã, Dominica i. aduentus domini 1237
Ex eodem capite, de arbore ficus a domino arefacta 1243
Ex cap. xxv. Quàm diu feciſtis uni ex minimis meis &c. De diuite & paupere, & de eleemosyna facienda 1246

MARCVS.

In euangelium Marci, Hom. xiiii 1249

EX EVANGELIO LVCAE fragmenta.

De natiuitate sancti Ioãnis Baptistæ, sermo, ex cap. i 1286
Ex cap. ii. Et reclinauit eum in præsepio &c. De natiuitate domini, Homilia 1294
Ex cap. x. De eo qui incidit in latrones, sermo 1298
Ex cap. xv. De patre & duobus filijs, Homilia 1301
Ex cap. xvi. De diuite, Homilia 1306
Ex eodem cap. De Lazaro & diuite, Homiliæ iiii 1313
Ex cap. xix De Zachæo, sermo 1363

CATALOGVS TOMI TERTII, QVI COMMENTARIOS habet in Ioannem, Acta apostolorum, & conciones festas.

Commentariorum Chrysostomi in Ioannis euangelium, Homiliæ lxxxvii 13

HOMILIAE ALIQVOT IN IOANnem secundum ordinem capitum.

In caput primum, De fide in Christo 421
Ex eodem, Fuit homo missus à deo, De diuo Ioanne Baptista 423
Ex cap. iiii. Veniet hora quando ueri adoratores adorabunt patrem &c. 427
Ex cap. xi. De Lazaro resuscitato 429
Ex cap. xv. Vos amici mei estis, si feceritis quæ mando uobis, Homil. ii 430. 433
* In Acta apostolorum, Homiliæ lv 437

CONCIONES FESTAE.

De proditore & mysterijs cœnæ domini, in quinta feria Passionis, Hom. vi 805
De proditione Iudæ, In cœna domini 816
De latrone, sermo 824
De cruce & latrone, In die Parasceues, Homiliæ ii 823. 833
De cruce dominica, Homilia 836
De resurrectione, Homilię ix 842
De ascensione domini, sermo 865
De pentecoste, sermo 873
In pentecoste de S. spiritu, sermo 878
De sancto & adorando spiritu, Hom. 886
De fide & lege naturæ & S. spiritu, ser. 901
De sancta Trinitate, sermo 908
In Encœnijs de Eucharistia, sermo 919
De præmijs sanctorũ diuersis q; honoribus apostolorum, & de gehenna, sermo 921
De martyribus, sermo 924
De martyribus, quòd aut imitandi, aut non laudandi sunt, sermo 927
De beato Philogonio, Oratio 929
In Iuuentinum & Maximũ martyres, ser. 937

FRAGMENTORVM EX EPIstolis Pauli, Homiliæ xiiii.

* Non solum autẽ sed & gloriamur 941
* In locũ Pauli ad Romanos, cap. xvi. Salutate Priscam & Aquilam, &c. de colendis sacerdotibus 949
In dictum Pauli 1. Cor. 7. Mulier alligata est legi &c. de libello repudij 959
In dictum Apostoli 1. Cor. 10. Nolo uos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, &c, 966
In dictum Apostoli 1. Cor. 11. Oportet hæreses esse 975
In epistola 1. Cor. 13. de fide, spe & charitate, sermo 983
In dictũ Apostoli 1. Cor. 15. Cum subiecta fuerint illi omnia, tũc & filius subijcietur ei 986
Ex epistola 1. Cor. 16. De eleemosyna & collatione in sanctos 995
* Habentes aũt eundem spiritum fidei, Homilia 1005
De eisdem & aduersus Manichæos 1013
De eisdem & eleemosyna 1022
In dictum Pauli 2. Cor. 11. Vtinam tolerasse tis

tis paululũ quiddam insipientiæ meę 1032
In dictum Apostoli ad Philip. 1. Siue occasione, siue ueritate Christus annunciatur &c. de profectu Euangelij 1041
* In dictum Apostoli 1. Thess. 4. De dormientibus nolo uos ignorare fratres 1049
De laudibus beati Pauli, Homil. viii 1059
De ferendis reprehensionibus, in conuersione diui Pauli 1101

CATALOGVS TOMI QVARTI, QVI EST in D. Paulum.

* In epistolam Pauli ad Romanos, Homiliæ xxxii 9
* In epistolam Pauli ad Corinthios priorẽ, Homiliæ xliii 327
* In epistolam Pauli ad Corinthios posteriorem, Homiliæ xxx 681
* In epistolã Pauli ad Galatas enarratio 881
* In epistolã ad Ephesios, Hom. xxiii 951
* In epistolam Pauli ad Philippenses, Homiliæ xv 1123
* In epistolam Pauli ad Colossenses, Homiliæ 1229
* In epistolã Pauli ad Thessalonicenses primam, Homiliæ xi 1321
* In epistolam Pauli ad Thessalonicenses secundam, Homiliæ v 1397
* In epistolam Pauli ad Timotheũ priorẽ, Homiliæ xviii 1429
* In epistolam Pauli ad Timotheum secundam, Homiliæ x 1533
In epistolam Pauli ad Titum, Hom. vi 1599
* In epistolam Pauli ad Philemonem, Homiliæ iii 1641
* In epistolam Pauli ad Hebræos, Homiliæ xxxiii 1661

CATALOGVS QVINTI TOMI, QVI EST VARIOrum argumentorum.

Ad populum Antiochenum, Homil. lxxx quarum argumenta sequuntur.
1 *Vino modico utendum 9
2 *De Theodosij magni imperatoris pij imaginum subuersione, & in dictũ Apostoli, Diuitibus huius seculi, præcipe nõ sublime sapere, & contra auaritiam 25
3 *De legatione Flauiani episcopi, pro ciuitate, & detractione 37
4 *De patientia & tolerantia, & de abstinentia à iuramentis 49
5 *Quod mors non timenda, sed peccatũ, & de iuramentis omni studio fugiendis 57
6 *Quod utilis est principũ timor, & de iuramentorum custodia 69
7 *Quòd tristitia ad peccati destructionẽ utilis, de creatione, & de fugiendo iuramento 79
8 *Ad uirtutem exhortatio, & de fugiendis iuramentis 84
9 *De superstitione, & de nõ iurando, & de auscultatione uerbi post cibum 89
10 *Contra gentiles enarratio, & de euitando iuramento 96
11 *Gratiarumactio ad deum 104
12 *De creatione hominis 112
13 *De mutatione tristium, & de hominis creatione 120
14 *De populo liberato ab omni angustia, & constituto in fiducia, & de iuramentorum abstinentia admonitio 127
15 *De calamitate ciuitatis Antiochiæ 130
16 *De seditione eiusdem ciuitatis 136
17 *Ad magistratus à Theodosio imperatore missos, pro inquirẽdis statuarum euersoribus 153
18 *De ieiunio, & in illud Apostoli, Gaudete in domino semper 161
19 *Ad homines agros colentes 169
20 *De regis cũ ciuitate recõciliatione 177
21 *Catechesis ad illuminãdos, de mulieribus se sertis & auro ornãtib. & uaticinia & incantationes sectantibus 187
22 De pœnitentia, continentia & uirginitate 196
23 Quòd Christianum oportet uitã rectam habere 214
24 De optima conuersatione 220
25 De uita recta 225
26 Quòd ex minimis incipienda uirtus 230
27 De iuramentorum abstinentia 235
28 De fugiendis iuramentis 240
29 Contra irascentes 244
30 De ira 248
31 De

Universidad de Deusto
Biblioteca

31 De ira & longanimitate & mansuetudine 254
32 De eleemosyna & misericordia 257
33 Quòd ars est eleemosyna, & omnium artium quæstuosissima 259
34 Quòd oportet multum circa dei desiderium studium habere, & de eleemosyna 265
35 37 De eleemosyna & misericordia & 271 281
36 Quòd magnum est bonũ dimittere peccata in nos peccantibus, & de eleemosyna 275
38 De humilitate & quiete 285
39 De humilitate, & quod præsentia, quasi non sint, contemnenda 290
40 De pœnitentia & quod non oporteat de seipso lapsum desperare 295
41 De pœnitentia, & quod magnum bonũ est propria peccata agnoscere 301
42 Quomodo propriæ animæ curam oporteat habere, de oratione & pœnitentia 305
43 De uana gloria & ambitione 312
44 De liuore & inuidia 315
45 De inuidia & liuore 319
46 Quòd semper oporteat peccatorum habere memoriam 324
47 Quod supplicio peius est dei regno priuari, & de iudicio 329
48 De tremenda iudicij die, & de dilectione dei, 334
49 De iudicio & auaritia, quæ non ex magnitudine, sed ex uoluntate iudicatur, & de his qui gehẽalem pœnam non credunt 339
50 De his qui gehẽales pœnas credere nolunt, & de iudicio 344
51 De concordia & charitate, & de benefaciendo calumniantibus 350
52 In mansuetudine Christus imitãdus, de malorum obliuione, & quod in uirtute positum lædere nihil potest 354
53 De charitate secundum deum, & inuido 358
54 Contra eos qui ebrietati & delicijs uacant 361
55 Contra luxuriantes & deditos delicijs, & de præsentis seculi consummatione 371
56 De monachorum uita 376
57 De eodem, & de iudicio 380
58 De uita monachorum, & scripturarum lectione 386
59 De beneficio quod indigentibus exibetur, & de uita monachorum 395
60 De sumẽtibus indigne diuina sacramenta 396
61 De sacrorum mysteriorum participatione, & quod communicare nolens nec orationi dignus est interesse 400
62 Vtiles esse tentationes moderatas, & qp deo seruiens tribulationem expectare debet 406
63 Ob amorem Christi omnẽ oportere tribulationem sufferre 412
64 Maximum in tribulationibus lucrũ gratiarumactio 416
65 Deo gratias agere debemus, & quod nihil graue præceperit 420
66 Regnũ cœleste absqꝫ tribulationibus & laboribus acquiri non posse 424
67 Hic affligi, peccatorum exhibet remissionem 429
68 Infestantem magnanimiter ferre propter deũ, maius est, quàm benefacere 434
69 Peccatores lugẽdi uiuẽtes & mortui 438
70 Pro defunctis non lugendum, sed orandum potius 443
71 Nihil prodesse ieiunium, si reliqua desint merita, & de oratione 446
72 Dei beneficia cogitare maximum sacrificium, & de ieiunio 451
73 De sanctæ quadragesimæ ieiunio, & qp torpentibus nobis nulla erit excusatio 454
74 Vtilem esse paupertatem to. 1
75 In id euangelij secundum Matthæum, Cum uidisset Iesus turbas, ascendit in montem to. 2
76 In euangelicum illud, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? to. 2
77 Quòd ad finem usqꝫ stantem concidere non oportet, neque lapsum desperare 459
78 Melius esse iniuriam pati, quàm inferre 463
79 De oratione 467
80 De pœnitentia 474

DIDACTICA ET parẽnetica.

De sacerdotio, Libri VI 484
* De compunctione cordis, Lib. II 565
De prouidentia dei ad Stagirium monachũ, Libri III 597
* De prouidentia uel fato, serm. VI 667
De orando deum, Libri II 691
De laude dei, sermo 702
De amore dei & tolerantia in aduersis, sermo 708
De gratijs deo reddendis, non solum uerbis, &c. sermo 711
De oratione dominica, Homilia 715
In symbolum Apostolorum expositio, Homil. II 718
Ad Neophytos, Homilia 723
Ad baptizandos, Homilia 728
De militia spirituali, Homilia. 736
De militia Christiana, Homilia 739
De eruditione disciplinæ, Homilia 743
De turture & ecclesia, Homilia 746
Quòd nemo lædatur, nisi à semet 750
De uirtutibus & uitijs, Oratio 769
De charitate, quæ cuncta dirigit & perficit, sermo 781
De mansuetudine, sermo 783
De amore erga persequentes, sermo 787
Vt benedicamus maledicẽtibus, sermo 790
Ne scandalum cuiquam fratrum ponamus, sermo 791
De malis à nobis euertendis, sermo 795
De nequitia depulsa, & uirtute inducta, sermo 798
De excludenda uitiorum memoria, sermo 803
Carnis concupiscentias ne sectemur, sermo 805
Virtutibus progenitorum ne confidamus, sermo 810
Contra desperationem & superbiam, sermo 812
Bene operando, ne deseremus, sermo 814
De amore & charitate, sermo 817
De inanis gloriæ cupiditate, sermo 819
Contra luxum & crapulam, sermo 824
Contra gulam & cæteras uoluptates, sermo 828
De leuium peccatorum periculis, sermo 832
De uanitate & breuitate præsentis uitæ, sermo 834
De pœnitentia, Homiliæ X 837
De pœnitentia, sermo 900
De pœnitentia & confessione, sermo 904
De confessione peccati, sermo 908
De ieiunio, sermones II 909
De eleemosyna & hospitalitate, sermo 919
De misericordia, sermo 922
De misericordia & duabus mulieribus uiduis, Homilia 927
De dispẽsatione rerum tuarum per teipsum facienda, & de uita monachorum, sermo 929
Ne scrutemur pauperes studiose, sermo 935
* Oratio Calendis habita, cum non uenisset in publicũ eo die episcopus Antiochiæ Flauianus, contra eos qui nouilunia obseruãt, & in ciuitate choros ducũt, et in dictũ Apostoli, omnia in gloriã dei facite 937
Quum presbyter esset designatus Ioannes Chrysostomus, de se, ac de episcopo, deqꝫ populi multitudine, sermo 947
De expulsione sancti Ioannis Chrysostomi, Homilia 953
Post reditum prioris exilij, Homilia 955
De regressu sancti Ioannis de Asia Constantinopolim, Homilia 957
Quum Sartonius & Aurelianus acti essent in exilium, & Gainas egressus esset à ciuitate, & de auaritia, Homilia 961
De recipiendo Seueriano 965
Seueriani episcopi de pace, Sermo 967

EPISTOLAE VII. NAM IN EVtropium oratio absurde inter epistolas relata fuerat, quærenda circa huius tomi finem.

Innocentio episcopo Romano 969
Ad eundem Innocentium 973
Cyriaco episcopo exuli 974
Ad episcopos & presbyteros ob impietatem carcere inclusos 977
Ad Theodorũ lapsum parænesis prior, uel, De reparatione lapsi 979
Ad Theodorum monachum 1009
Ad Olympiam fœminam illustrem 1018

APOLOGETICA.

Contra Gentiles, siue in Babylam martyrem, Lib. I 1033
Aduersus Iudæos, Orationes V 1077

De incomprehẽsibili dei natura, cõtra Anomœos

Universidad de Deusto
Biblioteca

mœos, Homiliæ v 1149
De anathemate, sermo 1196
Aduersus Gentiles demõstratio, quòd Christus sit deus 1201
Contra Anomœos, sermo 1224
Aduersus hæreticos, sermo 1230
Contra Iudæos, Gentiles & Hæreticos, Sermo 1234
De comparatione regis & monachi, Lib. I 1241
* Aduersus uituperatores uitæ monasticæ Lib. III 1247
* In Eutropium, sermo 1325
Quod regulares fœminæ uiris cohabitent, sermo 1330
Contra concubinarios, & eos qui fouent sorores adoptiuas 1347
Missa D. Ioannis Chrysostomi 1365

CATALOGI FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI SERMO ADMONITORIVS, SVB INITIVM sanctæ Quadragesimæ, in qua opus sex dierum enarrare cœpit,

HOMILIA PRIMA

1

GAVDEO & lætor, uidens hodie ecclesiã dei, suorum filiorum multitudine ornari, uosq; omnes multa iucũditate concurrisse. Nam quũ alacres uultus uestros intueor, qd uoluptatis esse in animab. uestris, coniecturam capio maximam: quemadmodũ & Sapiẽs dicebat, Corde Prouer. 15.b lætante uiret facies. Eaproprer & ipse hodie ingenti alacritate surrexi, una uobiscũ lætitiæ illius spiritalis particeps futurus, & uolens aduentus sanctæ Quadragesimæ, remedij, inquam, animarum nostrarũ, uobis annuntiator esse. Cõmunis enim nostri omnium dominus, ueluti pater filios indulgenter amans, cupiens ea quæ unquam peccauimus nos abluere, hanc quæ per ieiuniũ fit curationẽ adinuenit. Nullus igitur sit mœstus, nullus etiam tristis appareat, sed omnes exultent & gaudeãt, ac glorificent animarũ nostrarum curatorem, qui hanc optimam nobis aperuit uiã, accipiantq; multa cum iucunditate illius aduentum. Confundantur Gentiles, erubescãt Iudæi, uidentes uestrã charitatem hilari promptitudine illius aduentum salutantem ac excipientem, discantq; per experientiam quantum inter nos & ipsos interuallum. Et illi quidem ferias nominent, ebrietatem, omnemq; aliam intemperantiam, ac turpitudines, quas uerisimile est inde ipsos attrahere: at ecclesia dei, ea quæ illis aduersa sunt, nempe ieiunium, uentris despectum, & omnes alias uirtutes illius comites, ferias appellet. Hæ enim ueræ feriæ sunt, ubi animarũ salus, ubi pax, & concordia est, ubi omnis huius uitæ apparatus abigitur, ubi clamor & tumultus, & coquorũ discursus, & pecudum mactationes è medio tolluntur: quies uero omnis & tranquillitas, & charitas, & gaudium, & pax, & mititas, & innumera bona pro illis in usu sunt. De illo igit pauca obsecro charitati uestræ colloquamur, idq; primũ rogamus, ut sermones illos nostros placide suscipiatis, quò dotrum fructũ quendam insignem assequuti, redeatis. Necq enim temere & frustra huc cõuenimus, ut unus quidem loquatur, alius uero quæ dicuntur plausibus excipiat, & sic digrediamur: sed ut & nos frugiferum quiddam & saluti uestræ cõducibile loquamur, & uos lucro è dictis nostris accepto, & amplæ utilitatis fructũ nacti, hinc exeatis. Ecclesia sanè locus quidam est medicinæ spiritualis: & eos, qui huc ueniũt, decet, ne domũ redeãt,

2

nisi congrua remedia acceperint, illaq; suis uulneribus adhibuerint. Audi enim, quomodo audire solũ, & operibus nihil præstare, nihil ualeat, beatum Paulum dicentẽ: Non enim auditores le- Rom. 2.b gis iusti apud deũ, sed legis factores iustificabuntur. Et Christus cõcionando dicebat: Non omnis Matth. 7.c qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est. Igitur sciẽtes, nullam porrò utilitatẽ ex auditu esse, nisi & operũ sequatur impletio, ne simus auditores duntaxat, sed etiã factores, quò ipsa opera sermones sequentia, multæ nobis fiduciæ sint fulcimentum. Proinde explicitis uestræ mentis finibus, sermones de ieiunio suscipite. Et quemadmodum castam quandam & ingenuam sponsam ducturi, thalamis undiq; tapetibus ornatis, domoq; tota purgata, & ingressu omnibus inhonestis ancillis interdicto, in cubiculũ illam introducunt: Pari modo uellem etiã uos purificata uestra mẽte, ualeq; delitijs & uoracitati dicto, matrem omnium bonorum & prudentiæ, aliarumq; uirtutum omnium magistram, ieiunium, inquã, explicitis uestræ mẽtis finibus suscipere, ut & uos maiori fruamini uoluptate, & illud congruam uobis suam medicinã conferat. Nam si medici, pharmaca dare uolentes, ut putridum & corruptũ humorem expurgent, à corporali hac ciborũ uoluptate abstinere præcipiũt, ita ut pharmaci efficaciæ desit obstaculũ, & operari, suamq; uim illa declarare possint: multomagis nobis spiritale hoc remediũ, hoc est utilitatẽ quæ ex ieiunio est suscepturis tenuitate uictus nostrã mentem expurgare, & leuiorem reddere conuenit, ut ne ebrietate demersa infrugiferam & inutilem utilitatem quæ ex illo est, efficiat. Porrò scio quidem quòd multis ea quæ hodie dicuntur, mira uidentur: sed obsecro, ne cõsuetudini temere seruiamus, sed ratione res nostras instituamus. Nunquid em lucri quidpiã ex quotidiana uoracitate, iugiq; ebrietate nobis accedit? Et quid dico lucrũ? imò multum damnũ & iactura intolerabilis inde expectat. Quamprimum em mens uinolẽtia multa fuerit obruta, statim & in ipso initio utilitas quæ à ieiunio est repellitur. Quid em insuauius, dic obsecro, quid item turpius, quàm quãdo usq; ad mediã noctem meracum sorbentes, sub aurorã, solis iubare oriente, uinum quasi recens ingestum spirant, & occurrentibus quidem iniucundi, ministris uero contemptibiles apparent, & deridentur ab omnibus qui modo quid deceat uel leuiter intellígunt: & quod his maius est, quãdo propter nimiam illam & immodicã intempestiuamq; ac inutilem intem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perantiam, diuinã quoq; in se prouocant indigna A
1.Cor. 6.b tionem? Ebrij enim, inquit, regnum dei nõ possidebunt. Quid igit illis miserius fuerit, qui ob paruam & noxiam uoluptatẽ, à regni uestibulis eijciunt? Absit aũt ut quis ex his qui hic cõuenerunt, hoc morbo implicitus sit: sed utinã omni cum frugalitate & sobrietate etiam hoc die conuiuati, & à tempestate ac procella quã ebrietas generare solet, liberati, in portum animarum nostrarum, ieiunium inquam, pertingere, & multa cum ubertate illius bona consequi possimus. Enim uero sicut crapula humano generi innumerorum malorum causa est & cõciliatrix, ita etiam ieiuniũ uentrisq; neglectus omnium nobis bonorũ semper causa fuit. Nam deus quum ab initio hominem condidisset, & sciret quòd hoc remedio ad animæ salu- B
tem multum haberet opus: statim & in principio hoc mandatũ protoplasto dedit, dicens: De omni ligno quod est in paradiso, cõedendo comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas de ipso. Iam dicere, hoc comede, hoc ne comedas: ieiunij figura erat. Porrò hoc mandatum seruare oportebat, quod tamen non fecit: sed uentris intemperantia uictus, & transgressionẽ operatus, ad mortem cõdemnatus est. Quoniam enim malignus ille dæmon, & nostri generis inimicus uidit protoplasti in paradiso cõuersationẽ, uitamq; illam laboris expertem, & quòd is qui corpori sic annexus erat, tanquã angelus super terram ageret, uolens illum supplantare & deijcere, amplissimarum promissionum spe illum etiam his quæ in C
manibus habebat destituit. Tantũ est malum nõ se cõtinere intra proprios limites, sed maioribus
Sapien. 2.d inhiare. Et istuc ipsum sapiens quidã manifestans dicebat: Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundum. Vides dilecte, quomodo ab initio statim ex crapula mors ingressum habuit? Considera autem iterum & post hæc diuinam scripturam subinde delitias incusantem ac dicentem, alicubi
Exo. 32.d quidẽ, Sedit populus edere & bibere, & surrexerunt ludere. Alibi uero: Et cõedit & bibit, & impinguatus est & incrassatus, & recalcitrauit dilectus. Quin & Sodomorum incolæ ineuitabilem illam iram cum ex alijs malis, tum hinc sibi acer-
Ezech. 16.f serunt. Audi enim Prophetam dicentem, Hęc iniquitas Sodomorum quòd in satietate panum la D
sciuiebant. Morbus enim ille, quasi radix & fons quidam malorum omnium est. Vidisti crapulæ nocumentum, uide etiam ieiunij præclara facinora. Quadraginta dies quũ ieiunasset magnus
Exod. 34.d Deu. 9.d & 10.d Moses, tabulas in quibus leges latæ, accipere potuit: & quoniam ut descendit, uidit populi iniquitatem, quas cum tanto honore accipere potuit, eas abiectas confregit, absurdum esse censens, ebrium & præuaricatorem populum leges à domino conditas accipere: quapropter denuo quadraginta dierum ieiunio opus habuit, ut tabulas propter iniquitatem confractas, iterum receptas superne deportaret. Tot dierum ieiunium & magnus Helias egit, & fugata mortis tyrannide, & curru igneo in cœlum raptus, etiã usq; in hũc diem mortem non est expertus. Vir quoq; desideriorum peracto multorum dierum ieiunio, admiranda illa uisione dignatus est: qui etiã leonum furorem frenauit, & in ouium mansuetudinem uertit, non naturam commutans, sed feritate manente appetitum mutatum cohibens. Hoc ieiunio & Niniuitæ usi, sententiam domini reuocarunt, efficientes ut tam iumenta quàm homines illud susciperent, & sic abscedentes unusquisq; à malis studijs, ad clementiam uniuersorum dominum prouocarũt. Et quid circa seruos uersor? Etenim possemus & alios plurimos cõmemorare, & in Veteri & in Nouo testamẽto habitos per illud probatos. Verũ operæpretiũ est, ut ad communem nostri omnium dominũ ueniamus. Dominus enim noster Iesus Christus, & ipse quadraginta dierum ieiunio declarato, sic certamen cõtra diabolũ aggressus est, omnibus nobis exemplar dans, ut per illud armemur, indeq; robore concepto, ita demum aciem in prælio contra illum instruamus. Porrò hic fortasis dixerit quispiam eorum qui acutius uident, & excitatiore animo sunt: Quare totidem, quot serui dies, dominum ieiunare uidemus, & numerum illũ non transcẽdit? Nõ hoc temere, neq; frustra, sed etiã hoc sapienter & pro indicibili illius benignitate factum est: nempe ne existimetur, apparẽter tantum aduenisse, & nõ assumpsisse carnem, uel extra humanã esse naturã, propter hoc illum ipsum numerum ieiunat, & non apponit alios his diebus, sic uolens ora obturare impudenter contentiosorum. Nam licet hoc factum sit, sunt quidam etiamnũ ista loqui audentes: iam si sua prouidentia hanc illorum occasionẽ non amputasset, quid non attentassent dicere? propter hoc noluit plures dies ieiunare, sed totidẽ quot serui, ut re ipsa nos erudiat, quòd eadem cum nobis carne amictus, & à natura nostra non extraneus fuerit. Cæterum quoniam nobis manifestum factum est, cõp magna sit ieiunij uis, & quàm multiplex ex illo utilitas, idq; per seruos ac dominum est ostẽsum, proinde obsecro charitatem uestram, ut sciẽtes, quantum ex illo sit lucrum, tantã ex illo utilitatẽ non repellatis per desidiam: néue molestè feratis illius aduentũ, sed gaudete & exultate iuxta beatum Paulum dicentem: Quanto externus noster homo corrumpitur, tanto internus innouatur. Ieiunium enim animæ nostræ alimentũ est: & sicut corporalis iste cibus impinguat corpus, ita & ieiunium animam habitiorẽ efficit & ualentiorem. Leues ei pennas producit, ut in sublime feratur, & summa contemplari queat, uoluptatibusq; & omnibus quæ in hoc mũdo habentur suauia, ipsa sit superior. Et quemadmodũ leuiores naues maria uelocius transeunt, cõtrà multis oneribus grauatæ submerguntur: ita ieiunium quidem leuiorem reddens mentem, efficit ut facilius huius uitæ pelagus transmittat, & in cœlum ac ea quæ in cœlis sunt respiciat, & nihili faciat præsentia, sed ut umbras & somnia, & si quid minus, diffugere censeat. Verum ebrietas & uoracitas, degrauans mentem

mentem, & impinguans corpus captiuã facit ani A
mam, undiq; oppugnatam: neq; sinit eam rationis iudiciũ firmũ obtinere, sed impellit, ut in præceps ferat, & omnia contra propriã salutem operetur. Igit dilecti, ne segniter instituamus ea quæ ad salutem nostram attinent, sed scientes quanta mala hinc nasci solent, fugiamus damnum quod illa dat. Neq; enim in noua lege solũ, ubi rigidior philosophia, & spatiosiores metæ, & magni sudores, & multa præmia, & ineffabiles coronæ, delicijs nobis interdicitur: sed etiam in ueteri, quãdo Iudæi adhuc umbræ assidebant, & lucernæ erant affixi, & uelut pueri lacte nutriebantur, sic paulatim inducebantur, neq; delicijs uacare permittebant. Et ne existimetis quòd nos temere delicias accusantes ista dicamus, audite Prophetã dicen- B
Amos 6.b tem: Væ ijs qui ueniunt ad diem malum dormientes in lectis eburneis, & lasciuiẽtes in stratis suis, comedẽtes hœdos ex gregibus, & uitulos ex medio armentorum lactantes, bibentes defecatũ uinum, & primis unguentis uncti: tanquam stantia arbitrati sunt, & nõ tanquam fugientia. Vidistis quantam accusationẽ contra delicias afferat Propheta, idq; cum ludæis disserens, insensatis, ingratis, & quotidie uentri deditis. Considerate enim uerborum diligentiam. Taxata illorũ uoracitate & immodica temulentia, tũ subdidit: Quasi stantia arbitrati sunt, & nõ quasi fugientia: tantũ non ostendens, quòd gutturis & labiorũ tenus est fruitio, & ultrà non progreditur. Veruntamen uoluptas quidem breuis est ac temporaria, dolor autẽ C
perpetuus & fine carens. Et hæc, inquit, quũ experientia didicerint, quasi stantia arbitrati sunt, & manentia, & non quasi fugientia, hoc est auolantia, & ne ad momentũ quidem permanentia. Talia enim sunt omnia humana & carnalia. Priusquam aduenerint, auolant. Tale quiddã sunt delitiæ, tale quiddã humana gloria & potentia, tale quiddam diuitiæ: tale quiddam uniuersa huius uitæ prosperitas, nihil firmũ habens, nihil stabile, nihil fixum, sed magis quàm fluminũ fluenta prætercurrit, nudosq; ac solos relinquit eos qui talibus inhiant. At spiritualia non sunt talia, sed his contraria, firma & immobilia, uicissitudinem nõ accipiẽtia, ad omne seculũ se extendentia. Quan- D
tæ non igitur fuerit desipientiæ, nutantia cum immobilibus commutare: temporaria cum æternis: perpetuo manentia cũ his quæ auolent: & ea quæ nobis illic graues pœnas paritura sunt, cum his quæ futuro seculo felicitatem summam afferent? Hæc sanè omnia considerantes dilecti, magnãq; salutis nostræ curam habentes, aspernemur delicias & inutiles & noxias: amplexemur ieiunium omnemq; aliam frugalitatem, & magnam uitæ faciamus nouationem, ac quotidie ad agenda bona opera festinemus: ut quum per omne tempus sanctæ Quadragesimæ, spirituales merces negociati fuerimus, & multas uirtutum diuitias congesserimus, sic mereamur & ad dominicum diem pertingere, & cum fiducia ad horrendam & spiritualem mensam accedere, participesq; fieri cum bona conscientia ineffabilium illorum & immortalium bonorum, ac impleri ea quę illic est gratia precibus & intercessione omnium qui deo placuerunt, idq; gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De principio creaturæ Homilia II

IN principio fecit deus cœlum & terram.] Vestros ego hodie amabiles intuens uultus, ingenti uoluptate impleor. Etenim patres, quamuis teneri ter suos filios ament, nõ tantum gaudent ac lætãtur circumstantibus illis, & alio atq; alio decore, ministerioq; uoluptatem sibi afferentibus: quantum ego nunc gaudeo & lætor, quia uideo uestram spiritualem hanc cõgregationem tam compositis ornatisq; moribus hic adesse, & uehementi audiendi eloquia diuina desiderio flagrare, cõtemptisq; carnalibus epulis, ad spirituale conuiuium contendere, & re ipsa comprobare dictum domini, quod dicit: Non in pane solo uiMatth. 4.c uit homo, sed in omni uerbo quod egredieẽ per os dei. Proinde & nos quoq; agricolas imitemur. Quemadmodum enim illi, sicubi agrum repurgatum, & ab herbarum nocumentis liberum uiderint, ubertim seminant: ita, quoniam nunc spirituale hoc uestrum aruum, dei gratia, purum est ab affectionibus, quæ interturbare solebant, sublatum quoq; est è medio uoluptatis studium, & nusquam procella, nusquam tempestas cogitationum: sed tranquillitas, & magna quies mentis, quæ spiritualia præ carnalibus sibi proponens & spectans, quasi assumptis alis usq; in cœlũ ipsum, ut ita dicam, subuolat: ideo & nos paucis hodie apud charitatem uestrã disserentes, depromptas è diuinis scripturis nonnullas subtiliorũ sensuum doctrinas proponere conabimur. Nam si nunc hoc non fecerimus, quando est ieiunium & gulæ contemptus, & tanta bonarum cogitationũ tranquillitas: quomodo talia uestræ charitati apponere poterimus, quando deliciæ, ingurgitatio, & magna desidia? Quin tunc neq; ipsi, ut par est, hoc faciemus, neq; uos aliquid eorũ quę dicunt accipere poteritis ceu à caligine quadã cogitationum procella submersi. Nunc aũt, si quod aliud, tempus hoc hisce doctrinis idoneum est: quando serua iam non insurgit aduersus dominam, sed libenter fert habenas, facilè persuadetur, multam præ se fert obedientiam, incompositos carnis motus cõpescens, & intra suos manens terminos. Ieiunium est animarum nostrarum tranquillitas, senum decor, adolescentum pædagogus, continentiũ magister, quod omnem ætatem & sexum quasi diademate quodam ornat. Nusquam hodie tumultus, uel clamor, uel carnium concisiones, uel coquorum discursus: sed omnia illa abierunt, & imitat hæc ciuitas honestam quandam, continentem & sobriam matronã. Vnde quum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mecum cogitò repentinâ mutationem hodie fa- A
ctam, & repetò memoria hesterni diei perturbationem, admiror & obstupesco ieiunij uires & potentiam, quomodo in singulorum admissum conscientias, transformauerit cogitationes, purificauerit mentem, non magistratuum tantum, sed & priuatorum: non liberorum tantum, sed & seruorum: non uirorum tantum, sed & mulierum: non diuitum tantum, sed & pauperũ: non eorum tantum qui Græcam linguam edocti sunt, sed & barbarorum. Sed quid dico magistratuum & priuatorum? etiam eius qui diadema gestat, similiter ut aliorum conscientiam ad hanc obedientiã inflexit. Et hodie nullũ discrimen inter mensam diuitis & pauperis: sed ubicũq; frugalis uictus est, alienus à luxu & apparatu, maioricq; hodie uoluptate B
ad mensam tenuem quicq; accedunt, quàm quum multa delicata edulia, uinumq; meracum apponebantur. Vidistis dilecti, ex ipsis præludijs ieiunij uirtutem & potentiam? Idcirco & ipse maiori hodie alacritate, quàm antea, sermones aggredior: sciens me in pinguí profundoq; aruo seminaturum, quod nobis multifarios fructus pro seminibus concreditis protinus reddere poterit. Discamus igitur, si uidet, quid uelint sibi uerba beati Mosis hodie lecta. Sed attendite, obsecro, diligenter his quæ à nobis dicuntur. Non enim nostra in medium afferimus, sed illa ipsa quæ nobis diuina gratia in uestram concesserit utilitatem. Quæ autem hæc sunt? In principio fecit deus cœlum & terram. Meritò hic dubitatur, quam ob causam C
beatus ille propheta, qui multis ætatibus pòst natus est, hæc nobis exponat. Sanè non temere hoc agit, nec frustra. Etenim deus humani generis cõditor, ab initio per seipsum hominibus loquebatur, quomodo hominibus audire eum possibile est. Sic enim ad Adam uenit, sic Cain increpauit, sic cum Noe loquutus est, sic apud Abraham hospitatus est. At ubi in magnam malitiã omnis hominum natura prolapsa est, neq; tunc sese totum ab humano genere auertit opifex uniuersi: sed quia sua familiaritate indigni facti fuerunt, suam erga illos amicitiam renouare uolens, quasi longe absentibus literas mittit, cõciliaturus sibi uniuersam hominum naturam. Et has quidem literas dedit deus, reddidit autem Moses. Quid igi- D
tur dicunt hæ literæ? In principio fecit deus cœlum & terram. Considera charissime, quàm heic quoq; eximius sit ille Propheta. Alij enim omnes prophetæ dixerunt, uel quæ multis postea temporibus futura erãt, uel quę in futuro seculo euenient. Beatus autem hic, natus quum iam multa mundi transissent secula, & ducem ac directricem sortitus supernam dextram, dignus est habitus, ut illa nobis diceret, quæ ante suam natiuitatem omnium dominus fabricauerat. Idcirco & sic incepit, dicens: In principio fecit deus cœlum & terram. Quasi ad omnes nos clara uoce clamet, & dicat: Num ab hominibus doceor, ut hæc loquar? Minime. Sed qui hæc, quum non essent, fecit ut essent, hic & linguam meã ad isthæc enarranda impulit. Igit, obsecro, ita auscultemus, ita nostris rationib. longũ ualere dicamus, quasi hęc nõ iam à Mose, sed per linguã Mosis ab ipso omniũ deo audiamus. Rationes em̃ hominũ timidæ Gen. 8.e
sunt, inquit, & parum securæ adinuentiones eorum. Magna gratitudine accipiamus quæ dicuntur, ne progrediamur ultrà quàm fert mensuræ nostræ tenuitas, néue curiosius quæ supra nos sunt, indagemus: id quod ueritatis hostibus euenit, qui uoluerunt proprijs rationibus uniuersa expendere, non cogitantes quòd impossibile sit humanæ naturæ dei opificium penitus perscrutari. Quid inquam dei opificium, quum neq; hominis, qui nobis natura cognatus est, artes undiquaq; disquiri possint? Dic enim, quæso, quomodo per metallicam artem auri natura conflatur? uel quomodo uitri puritas ex arena fit? Verum non habes quæ dicas. Si igitur hæc, quæ ante oculos sunt posita, & quæ per dei misericordiam humana operatur sapientia, ediscì nequeunt, quæ à deo ipso facta sunt, curiositate tua inquires homo? Quam assequeris ueniã, qua te tueberis apologia, ita insaniens, ut quæ supra naturæ tuæ captum sunt, speculeris? Dicere enim ea quæ sunt, ex subiecta materia esse facta, & non confiteri quòd ex nihilo creauerit ea omnium opifex, desipientiæ extremæ signum fuerit. Beatus itaque Propheta ille, obturando insipientium ora, auspicaturus librum, sic cœpit: In principio fecit deus cœlum & terram. Quum igitur audies, fecit, nihil aliud ultra curiosius quære: sed humum spectans, crede ei qui dixit. Nam deus est is, qui omnia fingit & refingit, & iuxta uoluntatem suam omnia transformat. Et uide quàm egregie nostrę paruitati sermo attemperatur. Nihil de inuisibilibus uirtutibus disserit, neq; dicit, In principio fecit deus angelos uel archangelos. Non simpliciter, neq; temere hanc nobis doctrinæ uiam parauit. Iudæis enim loquebatur, qui totí præsentibus rebus inhiabant. Itaq; eos interim à sensibilibus ad cognoscendum uniuersi opificem inducit, ut ex creaturis fabricatorem mundi edocti, adorent creatorem omnium, & non in creaturis ipsis permaneant & quiescant. Nam quum licet hæc ita facta sint, non intermiserunt ex creaturis deos facere, & diuinum honorem uilissimis brutis exhibere: in quam non amentiam prolapsi essent, ni tanta erga nostram humilitatem attemperatione fuisset usus? Nec mireris dilecte, quòd Moses hac uia incesserit, in principio, & in præludijs, crassioribus locutus Iudæis: quandoquidem Paulus quoq; tempore gratiæ, quum tantum prædicationis esset incrementum, disputaturus cum Atheniensibus, à uisibilibus doctrinã cœpit sic: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic Acto. 17.e
cœli & terræ quum sit dominus, non in manu factis habitat templis, nec humanis manibus colitur. Et ideo, quia talem eis congruere sciebat doctrinam, hanc docendi uiã arripuit. Ad eos enim qui suam

qui suam susciebant doctrinam, à spiritu ita di- A
rigebatur & docebat. Et ut scias huius causam fuisse personarum uarietatem, & auditorum crassitudinem, audi illum ipsum. Ad Colossenses enim epistolam scribens, non hac ambulat uia, sed ali- Coloss. 1.c
ter cum eis loquitur, & dicit: Quia in ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per illum, & in illum creata sunt. Ioannes autem toni- Ioan. 1.a
truí filius clamabat, dicens: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum nihil. At non sic Moses, & merito. nec enim erat consentaneum, ut solido pascerentur cibo, quibus adhuc lactis alimonia opus erat. Nam quemadmodũ magistri ludi pueris, qui à matribus suis cõmendãtur erudien- B
di, prima tradunt elementa: quos qui ab illis postea suscipiunt perfectioribus doctrinis imbuũt: ita & beatus Moses, & doctor gentium, ac filius tonitrui fecerunt. Nam Moses quidem cum primus omniũ instituendam susciepisset humanam naturam, docuit auditores prima elementa: Ioannes autem & Paulus his, quos à Mose acceperũt, postea perfectiora tradidere. Igitur iam quidem didicimus, quare ita se demiserit ad nostrum captum: & quòd spiritu sancto loquens, prout audiroribus congruebat, exposuerit, interim omnes hæreses, quæ sicut zizania pullulaturæ erant in ecclesia, radicitus euellens per hoc quod dicit: In principio fecit deus cœlum & terrã. Vnde si Manichæus te accesserit, dicens materiam præexiste C
re, uel Marcion, uel Valentinus, uel Gentilis, dic ad illum: In principio fecit deus cœlum & terrã. Sed quid, si non credit ille scripturæ? Tu posthac ipsum auerseris, uelut furibundum & mente captum. Nam qui omnium opifici non credit, & ueritatem mendacij arguit: qua unquam dignadus est uenia? Habet ille iucatũ colorem, & mansuetorum personas induit, tegitq; sub ouilla pelle lupum. Sed tu ne decipiaris, imò hac ipsa de causa illum magis exosum habe, quòd mansuetudinem quidem erga te conseruum simulat, contra dominum autem uniuersorum bellum gerit, & contra suam ipsius salutem currit insensatus. Cęterũ nos firmam teneamus petram, & ad principium iterũ
regrediamur: In principio fecit deus cœlũ & ter- D
ram. Attende nũc, quomodo ex ipso opificij modo diuinæ naturæ dignitas enitescat. Nam deus præter humanum morem suam perficiens fabricam, prius cœlum extendit, postea & terram substernit: prius fastigium, & postea fundamentum. Quis tale quid uidit? quis audiuit? In hominum sanè operibus nihil tale unquam fieri possit. Sed iubente deo, uoluntati eius parent & cedunt omnia. Ne igitur humanis rationibus diuina opera curiosius excutiamus, sed ex operib. manuduRom. 1.c
cti, admiremur artificem. Nam inuisibilia eius ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur. Quòd si ueritatis hostes pergant dicere, esse impossibile, ex nihilo aliquid fieri: inter

rogabimus eos, primus homo ex terráne formatus est, an forte aliunde? omnino dicent ac fatebuntur, quòd ex terra. Dicant igitur nobis, quomodo ex terra facta sit natura carnis. Ex terra em̃ lutum, lateres, & figlinum uas, & testa fieri solet: quomodo ergo natura carnis facta est? quomodo ossa, & nerui, & arteriæ, & adeps, & cutis, & ungues, & pili. & ex una subiecta materia diuersarum substantiarum qualitates? Sed ad hæc ne hiscere quidem poterunt. Quid autẽ dico de corpore nostro? Dicãt nobis de pane, quo quotidie pascimur, quomodo quũ unius speciei sit, transmutatur in sanguinem, & phlegma, & choleram, & uarios humores? Et panis quidem sæpe habet colorem frumenti, sanguis autem rufum uel nigrũ. Si igitur hæc quæ quotidie ante oculos uidentur, nunquam nobis dicere poterũt, ægre de alijs dei opificijs dicent. Quòd si post tantam demonstrationum copiam, adhuc suam contentionem roborare pergant, nos ne sic quidem desistemus de nuo eadem ipsis obijcere, dicentes: In principio fecit Deus cœlum & terram. Hoc enim unicum uerbum sufficit nobis ad subuertẽdas omnes aduersariorum turres, & ad reuellendas ab ipsis fundamentis omnes humanas rationes: atq; si uellent uel sero à sua contentione desistere, possent per hoc in ueritatis uiam manuduci.

Terra autem, inquit, inuisibilis erat & inculta.] Cuius gratia, dic quæso, cœlum clarum & absolutum creauit: terram autem informem effecit? Neq; hoc temere factum. Sed ut cum didiceris meliorem creaturæ partem ab eo formatam, postea nil dubites, neque putes tale quid uirtutis infirmitate factum. Ad hæc, & alia ratione informem terram creauit: quoniam ipsa est nutrix & mater nostra, & ex ea facti sumus ac educamur, ipsaq; nostra patria est, & cõmune sepulchrum, (reditus enim noster ad eam est) & innumeris per eam bonis fruimur: ideo ut ne homines ob usus necessitatem plus quàm dignum est eam uenerentur, ostendit primum rudem & absq; forma: ut ne beneficia terræ, telluris naturæ imputes: sed ei tribuas, qui illã ex nihilo, ut esset, creauit: propter hoc ait: Terra autem erat inuisibilis & inculta. Fortè statim & ab initio mentem uestram subtilioribus sententijs degrauauimus nimium, ideo hic sermonem sistere congruit. Rogamus autem charitatem uestram, ut dictorum sitis memores, & semper horum memoria uobis insonet. Et post sensibilem mensam cum hinc abieritis, apponite & spiritualem mensam. Et dicat quidem uir aliqua eorum, quæ nunc hic sunt dicta: audiat autem mulier, discant liberi, discant & famuli, fiatq; domus ecclesia, ut effugetur diabolus, fugiat malus ille dæmon, & inimicus salutis nostrę: requiescat autem ibi spiritus sancti gratia, & omnis pax & concordia muniat inhabitantes. Quòd si eorum quæ iam dicta sunt, memores eritis, promptius etiam quæ posthac seminaturi sumus, susciptetis. Et nos quoq; uberius dicemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ nobis suppeditabit gratia dei, postquàm ger A minare uiderimus, quæ nunc à nobis dicta sunt. Quandoquidem & agricola uidēs semina nasci, magna alacritate arua considerat, paratus & alia seminare. Vt igitur alaciores nos reddatis, & iam dictorum certam custodiam demonstrate, & cum rectæ fidei dogmatibus uitam quoq; ue- Matth. 5.b stram diligenter curate. Fulgeat enim, inquit, lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra opera bona, & glorificent patrem uestrum in cœ lis: ut & uita consonet fidei dogmatis, & dogma ta prædicent uitā. Fides enim sine operibus mortua est, & opera sine fide mortua sunt. Quantumuis enim teneamus dogmata, si uitā negligamus, nihil nobis ea proderūt. Rursus, si uitæ curam di ligentem gesserimus, in fidei autem placitis clau- B dicauerimus, neque sic nobis aliquid lucri fuerit. Ideo cōuenit utrinq; ædificium hoc nostrum spi- Matth. 7.d rituale sibi coaptari. Omnis enim, inquit, qui audit hos sermones, & facit eos, assimilabitur uiro prudenti. Vide, quomodo non solum audire nos uult, sed & facere, & operibus mōstrare obedien tiam. Et hunc prudentem uocauit, qui operibus sermones subsequentibus conspicuus est: qui uero nō ultra sermones promouet, eum stultum uocauit merito: quia talis domum suam super arenam ædificauit, propterea neq; uentorum assultus ferre potuit, sed statim corruit. Tales em̄ sunt desides animæ, non firmatæ super petram spiritualem, Non enim de ædificio, & de domo nunc est sermo: sed de anima, quæ à tentatione qua- C uis agitatur. Nam uenti, imbris, & fluuiorum nominibus, tentationes nobis insinuātur. Cæterum constans, & uigil, & sobrius hac ratione magis firmus euadit: & quanto maiores intentantur afflictiones, tanto eius fortitudo magis augeē. Deses autē & supinus, si uel tenuis tentationum aura afflarit, statim commouetur, & decidit: non ob naturam tentationum, sed ob propositi infirmitatem. Quocirca oportet sobrios esse, & uigiles, & ad omnia præparatos: ut & in prosperitate modesti ac non effusi, & in afflictionibus quę nos urgent sobrij, perpetuas gratias agamus amatori hominū deo. Si sic res nostras instituerimus, multum gratiæ diuinæ assequemur: poterimusq; & præsentem uitam secure transmittere, & in futu- D ram uitam magnæ fiditiæ opes reponere. Quod nobis omnibus cōcedat gratia & benignitas domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spirituí gloria, imperium, honor nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

De ijs quæ sequuntur hæc uerba: In principio fecit deus cœlum & terram: usq;. Et factum est ue sperū, & factū est mane dies unus Homilia III

MErito thesauro cuipiam confertur diuinarum scripturarū lectio. Nam sicut ex illo, quisquis uel paruā micam capere ualet, multas sibi parat diuitias: ita & in sacra scriptura, etiam in breui dictione uariam sententiarum uim, & indicibiles diuitias inuenire licet. Et non solum thesauro similia sunt diuina eloquia, sed fonti quoq;, largis perennibusq; scaturienti fluentis: id quod re ipsa heri omnes didicimus. Nam ut procœmia libri Geneseos incepimus, explanando hoc dictum: In principio fecit deus cœlum & terram, totam horam insumpsimus, & neq; sic totum comprehendere ualuimus. Magna enim est huius thesauri abundantia, & larga fontis huius ubertas. Nec mireris dilecte, si nobis hoc accidat. Etiam quí ante nos fuere, pro uiribus suis aquas inde hauserunt: & similiter qui post nos futuri sunt, idem attentabunt, neq; sic totum euacuare poterunt: sed magis interim augescunt flumina, & increscūt. Hæc enim spiritualium fluminum natura est, ut hoc magis scaturiant, & accrescat spiritualis gratia, quo quis magis inde haurire studet. Propter hoc & Christus dicebat: Si quis sitit, ueniat ad me, & Ioan. 7 bibat. Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuentis. Quibus horum fluminum dapsilitatem & largitatem nobis indicat. Quoniam igitur spiritualium fluminū natura talis est, age afferamus omnes multa mentis nostræ uasa, ut impletis illis, domum redeamus. Nam quando uidet gratia spiritus feruens desiderium, & uigilem mentem, tunc & gratiam suam opulentam liberalius largitur. Abducamus igitur nos ab omnibus huius uitæ curis, & resectis his, quæ cogitationes nostras uelut spinæ suffocant, ad spiritualia desideria mentem nostram totam transferamus, ut magno inde lucro facto, & utilitate percepta domum redire liceat. Cæterū ut dilucidior fiat sermo, pauca quædam ex hesternis dictis in memoriam charitati uestræ reuocabimus, ut sic his quæ heri dicta, hæc quæ nunc dicenda, quasi in unum corpus coniungamus. Ostendimus enim heri, ut meministis, quomodo beatus Moyses, enarrans horum uisibilium elementorum creationem & opificium, dixerit: In principio fecit deus cœlum & terram. Terra autem erat inuisibilis & inculta. Et docuí uos causam, quare deus terram informem, & nullis figuris expolitam creauerit: quæ opinor omnia exactè tenetis. Necessarium igitur nos ad ea, quę sequuntur, progredi hodie. Nam postquàm dixit: Terra erat inuisibilis ac inculta, ait:

Et tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei superferebatur super aquam.] Vide hic, quàm nihil superfluí admisceat beatus Propheta, & quomodo non omnia particulatim narret quæ facta sunt: sed ut docuit nos de cœlo & terra, quæ plurima in se continent elementa, prætermittit alia. Nam cum de aquarum opificio nihil dixisset, ait: Et tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei superferebatur super aquam. Hæc enim tegebant faciem terræ, de tenebris loquor, & abysso aquarum. Didicimus hic, quòd omne quod uidebatur, erat abyssus aquarum, tenebris uelata: & opus habebat sapiente opifice, qui omnem hāc informitatem discutere, & ornatum aliquem inducere

cere posset. Et tenebræ, inquit, super abyssum, & A spiritus dei superferebatur super aquam. Mihi uidetur hoc significare, quòd affuerit efficax quædam & uitalis operatio aquis, & non fuerit simpliciter aqua stans & immobilis: sed mobilis, & uitalem quandam uim habens. Nam quod immobile, omnino inutile est: quod uero mouetur, ad multa conducit. Vt igitur doceret nos beatus ille Propheta, aquā illam immensam habere uim quandam uitalem, dicit: Et spiritus dei superferebatur super aquas. Idq; non absq; ratione scriptura diuina præueniendo dicit, eò quòd postea dictura est nobis, quòd animalia ex aquis istis iuxta præceptum Dei omnium conditoris producta sunt: propterea auditorem hic nunc docet, quòd non solum aqua illa sit condita: sed & quòd B moueatur, & discurrat, & omnia alluat. Igitur postquàm diffusa fuit magna uniuersi uisibilis informitas, præceptoq; suo Deus, optimus ille artifex, & quæ informia erant disputit, & immensam lucis uisibilis pulchritudinem produxit: tūc tenebras fugauit palpabiles, illustrataq; sunt omnia. Et dixit, inquit, Deus: Fiat lux: & facta est lux.] Dixit, & facta est: mandauit & tenebræ quidem fugatæ sunt, lux autem producta. Vides ineffabilem potentiam? Verum quí errore præuenti sunt, non attendentes ad dictorum consequentiam, neque audientes beatum Moysen, dicentem: In principio fecit Deus cœlum & terram: & mox subdentem: Terra autem erat inuisibilis ac inculta, eo quòd tenebris & aquis obC tecta: sic enim usum fuit domino ab initio eam producere: dicunt, quòd antea fuerit materia, & prius fuerint tenebræ. Quid hac amentia peius? Audis, quòd in principio fecerit Deus cœlum & terram, & quòd ex nihilo, quæ sunt, facta sint: & dicis quòd prius fuerit materia? Quis eorum qui mentem habent, tantā ferret insaniam? Nunquid homo est conditor, ut opus habeat subiecto aliquo ad demonstrādam suam artem? Deus est cui omnia cedunt, qui uerbo & præcepto suo omnia cōdidit. Attende enim quòd dixit solum, & producta est lux, & abscesserunt tenebræ.

Et distinxit Deus inter lucem, & inter tenebras.] Quid est, distinxit? unicuique locum proprium distribuit, congruumq; tempus definiD uit. Et postquam hoc factum, tunc suum cuiq; uocabulum indidit. Vocauit enim, inquit, deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem.] Vidisti optimam distinctionem, & admirabile opificium: quomodo id quod omnem rationem transcendit, solo sermone & præcepto factum est? Vidisti quantum se nostrorum ingeniorum paruitati attemperauerit beatus ille Propheta, imò misericors Deus per Prophetæ linguam erudiendo omne hominum genus: ut uideat eorum quæ facta sunt ordinem, & quis uniuersi opifex, & quomodo unumquodq; produxit? Quoniam enim adhuc imperfectius erat humanum genus, quàm ut perfectiora capere posset: propterea pro auditorum imbecillitate, Prophetæ linguam sanctus mouebat spiritus, inq; hunc modum nobis omnia edisserebat. Et ut discas, quòd propter mentis nostræ imperfectionem hoc enarrationis attemperamento fuerit usus: uide quòd tonitrui filius, cum iam creuisset ad uirtutem hominum genus, non iam hac uia ingredi, sed in sublimiorem eruditionem auditorem subducit. Nam ut Ioan. 1.a dixit: In principio erat sermo, & sermo erat apud deum, & Deus erat sermo: mox subijcit: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Nam quemadmodum hoc loco lux sensibilis præcepto domini producta, & tenebræ illæ uisibiles absconditæ: sic & lux intelligibilis tenebras errorum effugauit, & ad ueritatem errabundos manuduxit. Suscipiamus ergo magna gratitudine à diuinis scripturis doctrinas, & ne aduersemur ueritati, neq; in tenebris maneamus: sed ad lucem properemus, operemurq; digna luce & die: sicut & Paulus admo- Rom. 13.a net dicens: Sic ut in die honeste ambulemus, & ne operemur opera tenebrarum. Et uocauit, inquit, Deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Quod fermè nos præterierat, necessarium fuerit iterum repetere. Nam postquam dixit, fiat lux, & facta est lux. Et uidit deus lucem, quòd bona esset. Vide, quæso hic dilecte, quanta uerborū humilitas. Quid ait? Num priusquā fieret lux nesciebat quòd bona? sed postquam producta fuit, aspectus ostendit opifici pulchritudinem & bonC nitatem productæ? Et quis cuí cor est, tale quiddam diceret? Nam si homo qui aliquid per artem operatur, priusquam fabricet quod uult facere, et priusquā formet, scit usum eius quod elaborare statuit: quanto magis omnium opifex, qui uerbo omnia ex nihilo ut essent, produxit, sciebat anteqū lucē faceret, q̄ esset bona? Quare ergo hac dictione usus est? Demittit se, & iuxta humanā cōsuetudinem hæc omnia loquitur beatus ille Propheta. Et quemadmodū homines, cum aliquid magno studio elaborauerint, & finem laboribus suis imposuerint, tunc tandē probant quid fecerint, atq; ita opus laudibus extollunt: sic & diuina scriptura solet, & nunc cum se ad nostrarum aurium infirmitatem demisit & dixit: Et uidit deus lucem, quòd bona: tunc subiecit: Et distinxit deus inter lucem, & inter tenebras: & uocauit deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Et suam cuiq; regionem distribuit. Nam ab initio cuique suos terminos præfixit, quos perpetuo absq; impedimento custodiret: quod cuilibet, qui mediocriter sapit, conteri licet, quomodo ex illo tempore usq; in presens, neq; lux terminos suos transgressa sit, neq; tenebræ suum ordinem præterierint, confusione & deordinatione quadam introducta. Sanè hoc unum ingratis sufficere deberet, ut credant & obediant his, quæ à diuina scriptura dicta sunt: ita ut uel elementa imitentur, quæ cursum inoffensum perpetuo seruant, & mensuram suam non egrediuntur, sed agnoscunt propriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturam. Exin postquàm utrique suum nomen dedit, utrunque in unum coegit: Nam dicit: Et factum est uespertinum, & factum est mane dies unus.] Finem diei & finem noctis unum signanter nominauit, ut ordinem aliquem & consequentiam statueret uisibilium, nullaque fieret confusio. Verum scire & discere debemus à spiritu sancto per linguam beati huius prophetæ, quæ primo die condita sunt, & quæ alijs. Nam & istucipsum misericordis dei cõdescensionem declarat. Neque enim inops erat omnipotens illius manus, & infinita sapientia, ut non posset uno die producere omnia. Quid, inquam, uno die? & simplici momento poterat. Sed quandoquidem res non ob suam utilitatem produxit (nullius enim rei indigus est sibi sufficientissimus) sed ob suam benignitatem, & bonitatem fabricauit omnia: idcirco non simul, sed successiue & per partes condidit, & doctrinam nobis manifestam de rebus conditis per linguam beati huius prophetæ tradidit, ut hæc exactè discentes, non accedamus eorum sententiæ, qui humanis rationibus mouentur. Enimuero non desunt, qui fortuito res omnes factas esse asserant, quamuis hæc ita sint facta. Quòd si non tanta docẽdi attemperatione nos dignatus esset: quid nõ fuissent ausi, qui aduersus salutem suam quæque & dicere & facere student? Quid enim miserius & insipientius his, qui asserere audent res per se fieri, fraudantque omnem facturam diuina prouidentia? Quo pacto enim rationi cõgruum fuerit, dic oro, quòd tanta elementa, & tantus ornatus absque aliquo moderatore, & omnia conseruante gubernent? Et nauis quidẽ nunquã poterit absque gubernatore maris fluctus transire: & miles nihil egregium absque præfecti ductu gerit: & domus non exstruitur, nisi sit qui ædificet: mundus autem ille immensus, & elementorum illorum ornatus, fortuitò & temere ferri poterit, nullo existente qui omnia possit moderari, & per suã sapientiã sciat continere & conseruare? Sed quid contendimus illis monstrare ea, quæ & cæcis, ut in prouerbio est, perspicua sunt? Veruntamen ne omittamus proponere eis doctrinas scripturarũ, omneque impendamus studium, ut ab errore liberati, ad ueritatem reducantur. Nam licet erroribus præoccupati sint, cognati tamen nostri sunt: & cõgruit, ut magnam eorum curam habeamus, nunquam torpescentes: sed diligentia summa facientes ea quæ in nobis sunt, utilem illis medicinam adhibeamus, ut saltem tandem aliquãdo ad ueram sanitatem redeant. Nihil enim ita gratum est deo, & ita curæ, ut animarum salus, sicut clamat Paulus, dicens: Qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Et iterum deus ipse ait: Nolo mortem peccatoris, sed ut cõuertatur & uiuat. Et propter hoc etiam creaturã hanc omnem produxit, & nos formauit, nõ ut pereamus, neque ut puniẽdos nos tradat: sed ut saluet, & ab errore liberatis, regno frui nobis cõcedat. Hoc eñ nobis & præparauit, nõ nũc postquàm factũ est, sed ante iacta fundamẽta mundi, sicut ipse dicit: Venite benedicti patris mei, & inhæreditatem accipite præparatum uobis regnum ab initio mundi. Vide amantissimum dominum, quomodo etiam antequam formaretur mundus, & produceretur homo, infinita nobis bona præparauit: ostendens quantã nostri generis curam habeat, & quòd omnes uult saluari. Talem igitur habentes dominum, tam nostri amantem, tam benignum, tam mansuetum, cum nostræ, tum fratrum nostrorum salutis curam geramus. Ea enim & nostræ salutis erit occasio, si nõ solum pro nobis ipsis soliciti, sed & proximo utiles fuerimus, ipsum ad uiam ueritatis manuducentes. Et ut scias quantum bonum sit, cum salute nostra & alios lucrari, audi Prophetã ex persona dei dicentem: Qui educit pretiosum à uili, quasi os meum erit. Quid hoc est? Qui ab errore ad ueritatem, ait, manuduxerit, uel à peccato ad uirtutem proximum induxerit: quantũ homini licet me imitatur. Etenim ipse quum Deus sit, propter nihil aliud nostram induit carnem, & alia humana omnia sustinuit, quandoquidẽ crucem quoque sustinuit, & ut nos peccato obnoxios à maledicto liberaret. Et hoc quoque Paulus clamat, dicens: Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Si igitur ipse, qui deus est ineffabilis essentiæ, ob misericordiã ineffabilem hæc omnia propter nos, & salutem nostram susceptit: cur non & nos erga fratres iusti sumus, agnoscẽtesque eos ut membra nostra, & eripiẽtes ex diaboli faucibus, in uiam uirtutis inducimus? Nam ut anima corpore melior est: ita his qui indigẽtibus pecunias & facultates suppeditant, maioribus præmijs digni sunt, hi qui admonendo & continuè docendo in uiam rectam supinos & desides inducunt, monstrando eis diuinarum uirtutum fragrantiã, & uitiorum maleolentiam. Hæc omnia cum scimus, præ omnibus alijs huius uitæ curis, de salute animarũ loquamur proximis, eandem illis solicitudinem ingerentes. Bonum enim si anima, cui hæc cõtinuo insonant, possit reduci ex abysso malorum, in quorum medio uersamur, & compescere seditionem, quæ perpetuo animam nostram infestat. Idcirco nobis opus est & magna uigilantia, quoniam & continuum nobis est bellum, & inducíæ nullæ: propter quod & Paulus dicebat, Ephesijs scribens: Non est nobis collu-
ctatio aduersus sanguinem & carnem: sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mũdi dominos rectores tenebrarũ seculi huius, aduersus spiritualia nequitias in cœlestibus. Ne existimetis, ait, uulgare nobis certamẽ proponi. Non cum ex nostro genere aduersarijs nobis est certamen, neque pares sunt nostrę atque illorũ acies. Nos enim qui corporibus sumus innexi, præceptum accepimus, ut cum incorporeis uirtutibus confligamus. Sed ne timeatis: nam licet inæqualis sit pugna, magna tamen armorum nostrorum uirtus est. Subiũgit enim hæc, quasi diceret: quoniam

1. Tim. 2. b
Ezec. 18. g
Matth. 25. e
Hiere. 15. d
Galat. 3. b
Ephe. 6. b

niam nouistis bellatorum naturam, ne concidatis animis, neue torpescatis ad pugnam: sed propter hoc susceipite armaturam dei, ut possitis resistere insidijs diaboli. Multæ enim eius sunt insidiæ, hoc est uiæ, per quas negligentiores supplantare nititur: quas diligenter cognoscere operæpretiũ est, ut euitemus eius prehensiones, & nullam ipsi subrependi occasionem relinquamus. Quin & linguæ diligẽs habenda est custodia, & oculi muniẽdi sunt, & mens purgãda, & in perpetuo certamine uiuendũ est, quasi fera aliqua nos inuadat, & lędere conet. Propter quod illa ad cœlum pertingens anima, doctor gentium, lingua orbis, nihil omittẽs pro salute discipulorũ, postquã dixit: Accipite armaturam dei, iterum subiscit, & nos undique muniens, & inuictos faciens, sic dicit: State igitur accincti lumbis uestris in ueritate, & induti thoracem fidei, & calceati pedes uestros in præparatione Euangelij pacis. In omnibus assumite scutum fidei, ut possitis omnia tela inimici ignita extinguere, & gladium spiritus, quod est uerbum dei. Vidisti quomodo omnia membra muniuerit? Et quasi in prælium egressuros, primum balteo cingat, quòd expeditiores simus ad cursum: deinde induat nos thorace, ne à iaculis uulneremur. Sed & pedes muniuit, & undique armauit fide. Hæc, ait, ignita quoque tela hostis extinguere poterit. Quæ autem sunt tela diaboli? malæ concupiscentiæ, immundæ cogitationes, pernicioſi affectus, furor, inuidentia, inuidia, ira, odium, pecuniæ concupiscentia, & omnis alia ignauia. Hæc, inquit, omnia extinguere poterit gladius spiritus. Et quid dico, extinguere? etiam ipsum hostis caput amputare ualebit. Vidisti quomodo roborauit discipulos? Quomodo eos qui cera molliores erant, ferro ualidiores effecit? Quoniam enim nobis bellum est non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus incorporeas uirtutes: ideo neque carnalibus nos armis muniuit, sed arma nostra omnia spiritualia sunt, sic radiantia, ut eorum ne fulgorem quidem dæmon malus ferre queat. Talibus armis induti, ne horreamus ob pugnam, ne fugiamus cõgressum: sed neque ignaui simus. Nam sicut, nobis sobrijs, malignus dæmon nunquam armorum nostrorum uirtuti prævalebit, si uoluerimus irritas facere eius machinatiões: sic si desides fuerimus, nulla nobis utilitas erit: quandoquidem inimicus salutis nostræ nunquam dormitat, & omnia quæ saluandis nobis obstant, indesinenter operatur. Vndique igitur armemus nosipsos, & à uerbis & ab operibus abstinendo, quæ nos lædere possunt: & cum abstinentia à cibis, cum aliarum uirtutum, tum liberalitatis in pauperes specimen exhibeamus: scientes, quanta nobis merces ob curam illis exhibitam reposita sit. Nam, qui miseretur, ait, pauperi, fœneratur deo. Vide usuræ rarã naturam & admirabilem. Alius est qui accipit, & alius qui se fœnore obligat: nec hoc solum mirũ, sed quia in hoc usuræ genere non est locus ingratitudini, neque ulli alij damno. Neque enim quemadmodum uulgo simplex modo redhibitio promittitur, sed centupla, & amplior, duntaxat in præsenti seculo: cæterum in futuro, uita æterna. Et in præsenti quidem uita, si quis nobis solum duplicia polliceretur pro his quæ à nobis dantur, parati essemus illi omnem nostram substantiam offerre, ubi magna ingratitudo, multæ auarorum fraudes: & multi qui sinceri habent, ne ipsam quidem capitalem summam persoluunt, nonnunquam præ ingratitudine nolentes, sæpe & per inopiam non ualentes. De omnium domino nihil tale cogitari potest: nam & capitalis summa in tuto est, & centuplũ hic promittitur eleemosynam expendentibus, & in futurum uita æterna reponitur. quæ igitur nobis defensio supererit, si negligentes simus, & nõ festinemus centupla pro paucis accipere, pro præsentibus futura, pro temporalibus æterna: ac potius pecunias ianuis & repagulis includamus, nec sustineamus eas frustra alioqui repositas egenis impartiri, quorum intercessione in futuro seculo uti licebat. Faciendi eñ uobis amici ex mammona iniquitatis: ut cũ defecerítis, recipiant uos in tabernacula æterna. Iam scio, quòd multi non solum nõ admittunt ea quæ à nobis dicunt, sed ut deliramenta quædam & fabulas audientes, miníme sunt attenti ad orationẽ nostram. Vnde ego crucior & doleo, quòd neque rerum experientia, neque tot & tales dei promissiones, neque timor futurorum, neque quotidianæ admonitiones nostræ taliũ pectora tangere potuerunt. Non tamen cessabo, etiam sic, ab hoc consilio, donec multa assiduitate tandem uictor resipiscere ipsos fecero: & à crapula & ab ebrietate, qua laborant, & à pecuniarũ auiditate, quæ mentem eorũ obtenebrat, eruere ualuero. Scio enim, scio quòd per gratiam dei, sermonum nostrorum frequentia, & ieiunij studium poterint ipsos uel sero, à difficili hoc morbo liberare, perfectæque sanitati restituere: ut & ipsi à supplicijs, quæ eis parata sunt, liberentur, & nos à tristitia eruamur, & pro omnibus gloriam referamus deo patri & filio, & spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Prouerb. 19. c
Luce 16. c
Matth. 19. d
Matth. 5. a

Dixitque deus: Fiat firmamentũ in medio aquæ, & sit distinguens inter aquam & aquam: & factũ est ita Homilia IIII

Videns ego dilecti, alacrem & quotidianum uestrum in hoc templo conuentũ, magnã percipio uoluptatẽ, misericordemque deum ob profectũ uestrũ glorificare nõ cesso. Nã sicut esurire corporalis sanitatis indicium: ita & studio magno audire diuina eloquia, bonæ animi ualetudinis certissimũ est argumentũ. Propter quod & dominus noster Iesus Christus in suis beatitudinibus quas in monte pmisit, dicebat: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quis igitur dignè uos laudare ualet, qui semel

Universidad de Deusto
Biblioteca

semel beatitudinẽ accepistis, & ab ea infinita bo- A
na expectatis? Is enim domini nostri mos est, ut
quoties uidet animam aliquam multo desiderio
promptitudineq; intenta spiritualibus inhiantẽ,
liberaliter illam gratia, & opulentis donis suis lo
cupletet. Vnde & ego in uestrã utilitatem & ædi
ficationem expecto, ut uberior & mihi doctrinæ
sermo concedatur. Propter uos enim, & propter
uestrum profectum, omnẽ hunc laborem tolera-
mus: ut & uos citius ad ipsum uirtutis fastigium
ascendatis, futuri uitæ diuinæ magistri omnibus
qui uos uident: & nobis maior dicẽdi fiducia ac-
cedat, qui uidemus nõ inuanum, nec frustra nos
laborare: sed quotidie semen spirituale in uobis
crescere, & non sicut in Euangelio seminanti, ita
& nobis uobiscum euenire. Ibi enim una tantum B
Luce 8.a pars salua fuit, cæterę tres perierunt. Quia semen
quod secus uiã cecidit, sterile mansit: & quod in-
ter spinas, suffocatum est: quod autẽ in petram,
in superficie manẽs fructũ afferre nequiuit. Hic
in gratia dei spes est, omne semen in terrã bonam
cadere, & alios facturos fructũ centuplum, alios
sexagecuplum, alios trigecuplum. Hoc nostram
alacritatem fouet, hoc mentem excitat, quòd sci-
mus nõ inuanum, nec frustra sermones nos pro-
fundere, sed sobrijs auribus & intenta mente di-
cta nostra accipi. Atq; hæc non adulanter chari-
tati uestræ dico, sed coniecto alacritatem ex his,
quæ heri à nobis dicta sunt. Videbam enim auí-
dos doctrinæ, ab ore meo pendentes & omnia fa
cientes, ne quid omnino uos dictorũ præteriret. C
Præterea continui plausus maximè testabantur,
quòd dicta magna uoluptate susceperitis. Qui
autem aliquid cum uoluptate audit, certũ quòd
illud bene figit in animo: ibiq; reponens, facit ne
eradi deleriue queat. Quis igit dignè nos beatos
dicere, & uos laudare posset, qui in aures loquí-
mur audientium? Beatus enim, ait, qui loquitur
in aures audientium. Hoc præclarum opus ieiu-
nio acceptum fertur, hoc remedium salutem ope
ratur animarum nostrarum. Quod si ab initio sta
tim tantum nobis robur ostendit, procedentibus
diebus quantam non expectamus utilitatem af-
futurã? Vnum hoc uos obsecro: In timore & tre-
more salutem uestrã operemini, & nullũ aditum
concedite inimico salutis uestræ. Quia uidẽs nũc D
spirituales diuitias insanit & ferocit, & sicut leo
1.Pet.5.b rugiens circumit, quærens quẽ deuoret. Verum
si sobrij fuerimus, nulli prævalebit per gratiam
dei. Talia enim sunt arma nostra spiritualia, qui-
bus nos induit spiritus gratia: sicut heri charita-
tem uestrã docuimus. Si igitur his cõtinuo mem-
bra nostra muniuerimus, nullũ telũ ab illo emis-
sum ad nos pertingere poterit, sed irrita ad ipsum
reditura sunt. Adamante enim solidiores dei gra
tia nos effecit, & si uolumus, omnino inexpugna
biles. Itaq; sicut qui adamantem tundit, nihil ada
manti nocet, sed seipsum fatigat, & robur suum
imminuit, & qui contra stimulos calcitrat, suos
pedes cruentat: In hunc modum res se habent no
stræ cum salutis nostræ aduersario, si armis, quæ
nobis spiritus sancti gratia exhibet, cõtinuo nos
muniamus. Tanta enim illorũ uirtus est, ut ne ra-
dios quidem inde fulgurantes aduersarius susti-
nere possit, sed illis oculi sui excæcent. His, oro,
armis semper nos muniamus, & sic muniti in fo-
rum nos cõferamus, inter amicos uersemur, ne-
gotia aggrediamur. Et quid dico in forum? etiam
ad ecclesiã occurrẽtes, instructi illis simus, & do-
mum redeuntes, & dormientes, & euigilantes,
neq; unquam per omnem uitam nostrã illa depo
namus. Cõmigrant enim nobiscum, & post hanc
uitam magnam fiduciam nobis præstabunt. Non
enim sicut sensibilia arma, corpus grauant: sed le
uius reddunt & expeditius ac sublimius, roburq;
augẽt: modo ipsa quotidie abstergamus, ita ut ful
gida sint, & radijs excæcent oculos maligni dæ-
monis omnia contra salutem nostram machinan
tis. Agẽ, quoniã satis uos armis instruximus, con
suetã nunc uobis mensam apponamus, & ea quæ
hesternam lectionem sequuntur, deinceps chari
tati uestræ proponamus, rursum admirabilem il-
lum conuiuij exhibitorem beatum Mosen, ma-
gnum prophetam, bonæ huius doctrinæ ducem
faciendo. Videamus igitur quæ nam sint ea, quæ
& hodie nos docere uult, et diligenter dictis eius
attendamus. Non enim sua uirtute loquitur, sed
quæcunq; illi spiritus sancti gratia insonat, ea per
suam linguam docendo humanum genus, pro-
fert. Absoluto igitur de die primo sermone, post-
quam formata luce dixit: Factum est uesperum, C
& factum est mane dies unus: iterũ dicit, dixitq;
deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit
distinguens inter aquã & aquam.] Attende hic
charissime doctrinæ consequentiam. Quoniam
antea nobis dixit, post cœli & terræ creationem:
Terra autem erat inuisibilis & inculta, & causam
apposuit, quòd ꝓpter hoc fuerit inuisibilis, quia
à tenebris & aquis obtegebaꝫ. Omnia enim erãt
aqua & tenebræ, & nihil præterea. Et postea, q
præcepto domini producta sit lux, factaq; distin-
ctio lucis & tenebrarum: & illa quidem diei ap-
pellationem acceperit, hæ uero noctis. Iterũ nos
docere uult, quòd sicut tenebras separauit produ
cta luce, & utrisq; cõgruum uocabulum indidit:
ita & multitudinem aquarum pręcepto segreget. D
Et uide ineffabilem potentiam, quæ omnem hu-
manam excedit rationem. Nam solum iubet, &
accedit aliud elementorum, & aliud decedit. Di
xitq;, ait, deus: Fiat firmamentũ in medio aquæ,
& sit distinguens inter aquã & aquam. Quid est,
fiat firmamentum? Quasi quis dicat humana lín-
gua: Fiat paries quidam & interstitium in medio
diuidens & separationẽ faciens. Et ut discas ma-
gnã elementorũ obedientiã, excellentemq; uirtu
tem opificis, ait: Et factum est ita. Dixit solum, &
opus sequutum est. Et fecit, ait, deus firmamen
tum, & diuisit deus inter aquã quæ erat sub firma
mẽto, & inter aquã quæ erat super firmamentũ.]
Dicit: Facto firmamento, iussit aquas alias sub
firmamentum

firmamentũ ferri, alias autem supra dorsum esse A
firmamenti. Sed quid tandẽ dicemus esse hoc fir-
mamentum? Aquáne sit cõcreta, an aer quidam
conuolutus, an alia quæpiã substantia, nemo sa-
piens temere asseuerauerit. Oportet enim magna
modestia & gratitudine, ea quæ dicũtur à nobis
accipi, & non ultra naturam nostrã progredi, &
scrutari quæ supra nos sunt: sed hoc solũ scire &
tenere apud nos, quòd præcepto domini produ-
ctum est firmamentum, separationem aquarũ fa-
ciens, quod ualeat alias sub se cõtinere, alias ue-
ro in conuexo suo ferre. Et uocauit, ait, deus fir
mamentũ cœlum.] Vide quomodo eadem con
sequentia etiã nunc diuina scriptura usa est. Nam
sicut dixit heri: Fiat lux, & postq; producta fuit,
tunc subiecit: Sit distinguens inter lucem & inter B
tenebras: & sic lucem diem uocauit: Ita & hodie
dixit: Fiat firmamentum in medio aquæ. Dein si-
cut de luce, ita & hic docuit nos usum firmamen
ti, eo quòd diuidat, ait, inter aquam & aquam. Et
postquam hunc eius usum declarauit, tunc sicut
luci nomen dedit, ita & firmamento suũ nomen
imposuit. Et uocauit, ait, deus firmamentum cœ-
lum, hoc quod uidetur. Et quomodo dicunt ali-
qui, factos multos cœlos? Non ex diuina scriptu
ra hoc didicerunt, sed ex suis opinionibus, ut ita
dicant, impellunt. Beatus aũt Moses nihil his am
plius docet: nam ut dixit: In principio fecit deus
cœlum & terram: & dein causam docuit, quare
terra sit inuisibilis, nempe quòd obtecta à tene-
bris & aquis abyssi: post formationem lucis, or- C
dine & cõsequentia quadam utens, inquit: Et di-
xit deus: Fiat firmamentum. Dein postquam do-
cuit diligenter usum firmamenti, & dixit, ut di-
stinguat inter aquam & aquam: istucipsum firma
mentum quod aquarum separationem faciebat,
cœlum uocauit. Quis igitur post tantam doctri-
nam ferret eos, qui ex suo capite loqui, & contra
diuinam scripturã multos cœlos dicere audent?
Sed dicunt: Ecce beatus Dauid laudem deo offe
Psal.148 rens, dixit: Laudate eum cœli cœlorum. Ne tur-
beris dilecte, neq; putes sacram scripturã sibijpsi
alicubi aduersam: sed disce potius dictorum ueri
tatem, & tenens diligenter illius doctrinam, ob-
tura aures ad uocem cõtraria dicentium. Et quid
hoc sit, quod dicere uolo, audite magna attentio- D
ne, ut ne facile moueamini à uolentibus talia di-
cere. Omnes diuini libri Veteris testamenti He-
bræorum lingua ab initio sunt cõpositi, & in hoc
nobiscum consentiunt omnes. Et nõ multis an-
nis ante aduentũ Christi, rex quidam Ptolemæ-
us, in conquirendis libris admodum studiosus,
operæpretiũ putauit & hos libros colligere: eaq;
de causa quosdam ludæorũ Hierosolymitarũ uo
cauit, qui eos in Græcam linguã uerterent: quod
& factum est. Contigit autem hoc nõ sine diuina
dispensatione, ut non solũ Hebraicæ linguæ pe-
riti, sed & omnes qui totũ orbẽ inhabitant, ex eis
utilitatem perciperent. Estq; rarum miraculum,
quòd non Iudaicę religionis quispiã hoc curauit,
sed uir idololatriæ deditus, & religioni damnatę
multũ fauens. Hoc enim modo se habent omnia,
quæ à domino nostro dispensanꝰ, ut per aduersa-
rios semper crescant ueritatis præcepta. Hæc aũt
non temere uestræ charitati narraui, sed ut scire
possitis, quòd non hac lingua, nostra inquã, sed
Hebraica sint hi libri cõpositi. Dicunt igitur qui
linguæ eius gnari sunt: Cœli nomen plurali nu-
mero ab Hebræis uocari, quod cõtentur qui &
Syrorum linguã sciunt. Et nemo lingua ipsorum
dicit cœlũ, sed cœli. Et idcirco sic dictũ est, quod
à beato Dauid dictum: Cœli cœlorum: nõ quòd
multi sunt cœli (nõ enim hoc nos docuit beatus
Moses) sed quia mos est linguæ Hebraicæ, unam
rem nominare plurali numero. Quia si multi es-
sent, non omisisset spiritus sanctus per linguam
Prophetæ, quin & illorum formationem nos do-
ceret. Hæc diligenter seruate obsecro, ut possitis
obstruere ora eorum, qui contraria ecclesiasticis
doctrinis afferunt, & sciatis uim eorũ quæ in scri-
ptura continent. nam idcirco frequenter hic con
uenitis, & nos uberiorem doctrinam cõmunica-
mus, ut parati sitis omni petenti uos rationẽ red-
dere. Sed ad contextũ redeamus, si placet. Et
uocauit, ait, deus firmamentũ cœlũ. Et uidit deus
quòd bonum.] Attende quanta uerborum at-
temperatio ad hominũ infirmitatẽ. Nam sicut de
luce dixit: Vidit quòd esset bona: ita & nunc de
cœlo dicit, hoc est de firmamẽto. Et uidit, inquit,
deus, quòd esset bonũ: docens nos per huius pul-
chritudinem suam immensitatem. Quis enim nõ
obstupesceret ac admiraretur, quòd firmamentũ
tanto tempore uigentem seruat pulchritudinem:
& quantũ crescit tempus, tantũ & pulchritudo?
Quid emꝫ speciosius eo, quod laudẽ ab ipso opi-
fice accepit? Nam si nos hominis opus uidentes
absolutum, admiramur figurã, situm, pulchritu-
dinem, proportionem, elegantiam, aliaq; omnia:
quod factũ est à deo, quis digne laudarit, præser-
tim quũ ab ipso dño laudem accepit? Hæc enim
ita ad nostrum captum sunt dicta. Videbisq; hoc
per singulas facturas dici, & ita multis antea se-
culis confici linguas eorũ, quæ acuturæ se erant
contra opificiũ dei, & dicturæ: Quare hoc & hoc
factum est? Talia igit dicturos antè cõprimit, di-
cens: Et uidit deus quod bonũ. Quando autẽ au-
dis, quòd uidit deus, & laudauit: intellige dictũ,
prout dignũ est de eo loquí. Nã qui produxit cœ-
lum, etiã priusquã formaret sciebat eius forman-
di pulchritudinem. Sed quia nos homines tanta
imbecilitate circũdati, aliter hoc intellígere non
potuimus, ideo sic direxit spiritus beati prophe-
tæ linguã, ut ad erudiendum humanũ genus tan
ta uerborum uteretur crassitudine. Quando igi-
tur subleuas oculos, & spectas cœli pulchritu-
dinem, magnitudinẽ, utilitatem: tũc inde ad opi-
ficem ascende, sicut & sapiens quidã dicebat: Ex
magnitudine & pulchritudine creaturarum uni Sapien. 13.b
uersi conditor decenter cõsideratꝰ. Et uide dñi tui
uirtutem, etiã ex horũ elementorũ formatione,
quãta sit. Nã cui sagax est animus, si uoluerit per
singula uisibilia scrutari (& quid dico per singula
quæ facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ facta sunt:) suam solam formationem si uoluerit considerare, uidebit ex paruis illis indicibilem & ineffabilem dei potentiam. Quòd si uisibilia sola sufficiunt nobis ad docendã potentiæ conditoris magnitudinem, ubi & ad inuisibiles uenerís uirtutes, & mentem extenderis ad angelorũ exercitus, archangelorum, supernarũ uirtutum, thronorum, dominationum, principatuum, potestatum, Cherubin, Seraphin: quæ mens, quis sermo sufficiet enarrare magnificentiã eius inenarrabilem? Nam si beatus propheta Dauid, quũ di
Psal. 103.c spositionem uisibiliũ considerasset, exclamabat dicens: Quàm magnificata sunt opera tua domine. Si, inquã, uir tanto spiritu præditus, & cui incerta & occulta sapiẽtię diuinę manifestata sunt, sic exclamabat: quid diceremus nos, qui terra & B cinis sumus, & debemus continuò uultũ submittere & obstupescere uniuersorum domini indicibilem misericordiam? Et quid dico prophetam? Beatus ipse Paulus, anima illa ad cœlũ usq; pertinẽs, corpore circũdatus, & uirtutũ incorporearũ æmulus, in terra ambulans, & mentis promptitudine in cœlo uagans, cum in unã partem dispensationũ dei incidisset (de Iudæis & Gentilibus loquor, quòd illi quidem electi, hi autẽ introducti fuissent) & perplexus hæreret, & internorũ oculorũ uertigine laboraret, exclamauit, dicens: O
Rom. 11.d profunditatẽ diuitiarũ & sapiẽtię & sciẽtię dei, cũ imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius. Sed hic libẽter rogarim eos, qui de natiuitate filij curiosius exquirũt, & sancti spi- C ritus dignitatẽ imminuere attentãt: unde uobis, obsecro, tantę audaciæ petulãtia? à quo delirio in tantũ prorupistis furorẽ? Nã si Paulus tãtus & talis, & iudicia eius (hoc est, dispensatiões & gubernationes) imperscrutabilia esse dicit: nec dicit incomprehẽsibilia, sed imperscrutabilia, ita ut scrutari ea nemo possit: & imperuestigabiles dicit uias eius, iterum idem dicens, uias mandata uocãs & præcepta: quomodo uos essentiam unigeniti ipsam curiosiùs explorare, & spiritus sancti dignitatem, quantũ in uobis est, imminuere audetis? Videte dilecti, quantũ malum sit non diligenter attendere ad ea quæ in diuinis scripturis sunt cõtenta. Hi enim si cum gratitudine doctrinas diuinæ scripturæ accepissent, & nõ sua ex proprio ca D pite excogitassent, neutiquam in tantã prolapsi fuissent amentiam. At nos neq; sic cessemus diuinæ scripturæ testimonia ipsis obijcere, & aures nostras ad pestilentes eorum doctrinas obsepire. Et quia nescio quomodo iterũ impetu oratiõis in hæc euecti sumus, & à cõtextu excidimus, ad priora redeat sermo. Et uocauit, ait, deus firmamentum cœlum: & uidit deus quod bonũ. Et factum est uespերum, & factũ est mane dies secundus.] Appellatione indita firmamento, & lauda to opere, finem imposuit diei secundo, & dixit: Et factum est uespերum, & factum est mane dies secundus. Vidisti quanta diligentia nos docet, finem lucis uesperam uocans, & finem noctis mane, & totum illud diem; ut ne erremus nos, neq; A putemus uesperam finem esse diei: sed manifestè sciamus, quòd utriusq; spatium unum diem implet. Et uesperum finem lucis rectè quis dixerit, mane autẽ, hoc est finem noctis, cõplementũ diei. Quòd enim ita absoluatur, uult diuina scriptura, dicens: Et factum est uespերum, & factum est mane dies secundus. Fortè prolixius sermonem extendimus non uolentes, sed ab ipsa uerborũ consequentia, quasi rapido quodam amne, ui abstracti. Vos q; huius causa estis, qui cum uoluptate dicta nostra auditis. Nihil enim sic excitare potest dicentem, & sententiarum magnam copiã illi afferre, ut auditorũ alacritas. Et sicut supini & desides auditores etiam multũ eloquio ualentem reddunt segniorem: ita uos per dei gratiam, etiam si B lapidibus essemus uiliores, possetis nostrum torporem excitare, & somnolentiam discutere, cogereq; ut dicamus ea quæ uobis conducũt, & ad uestram ædificationem pertinent. Quoniam igitur tales estis, ut qui à deo docti possitis iuxta beatum Paulum & alios admonere: age obsecramus uos, ut si per quod aliud, maxime per ieiunij tempus magnam bene uiuendi curam geratis: nec sit uobis fastidio, si quotidie de eisdem disseramus. Eadem enim dicere mihi quidem non tedio
Philip. 3.d sum, secundum beatum Paulum, uobis autem securum. Opus enim habet anima segnis continua admonitione. Et sicut corpus hoc quotidie opus habet corporali alimento, ut ne in magnam ægritudinem lapsum ignauum decumbat: ita & anima opus habet spirituali cibo & optima diæta, ut uirtuti assuefacta, inuicta sit in posterum, & resistere possit maligni hostis insidijs. Quotidie igitur eius uires perscrutemur, & nostrimet experimentum capere nunquam desinamus. Rationarium quoq; nobis faciamus eorũ quæ accipimus & quæ expẽdimus: quid nam utiliter loquuti simus, & quod otiosum uerbũ protulerimus. Item quid utile per aures in animã admiserimus: contrà quid quod nocere possit: & linguæ quidẽ modum quendam finesq; certos prætigamus, ut prius ruminentur uerba, atq; ita demum proferantur sermones: mentem uero ita assuefaciamus, ne quid nociuum promat: & si fortè aliquid tale à foris inferaẽ, id ut superfluũ & damnosum reijciat: D & si intrinsecus nascatur, statim pia cogitatione illud expellat. Et ne existimemus inediã usq; ad uesperam ad salutem nobis sufficere. Nam si peruersis Iudæis dicebat deus misericors per Pro-
Zach. 7.b phetam: Ecce annis septuaginta non ieiunabitis mihi ieiunium. Et si comederitis & biberitis, nõne uos comeditis & bibitis? Hæc dicit dominus omnipotens: iudicium iustum iudicate, misericordiam & miserationem faciat unusquisq; cum proximo suo: & uiduam, & orphanum, & aduenam, & pauperẽ non opprimite: & malum unusquisq; ergà fratrem suum non cogitet in cordibus suis.
Luc. 6.c Si igitur illis qui in umbra mortis sedebant, & tenebris errorum affixi erant, nihil proderat solum ieiunium, quum hæc bona opera nõ facerent, & è corde maliciam erga proximum non eliminarent

rent: qualem habituri nos sumus defensionem, à A quibus maiora exiguntur: & non solum hæc facere iubemur, sed & inimicos diligere, & eos demereri, & dominum precari, & orare, ut salutis illorum curam gerat? Hoc enim potissimũ in die illo terribili nobis patrocinabitur, & redẽptio maxima erit peccatorũ nostrorũ, si sic affecti fuerimus erga inimicos nostros. Licet enim magnum sit & arduum præceptum, si tamen præmiũ cogites repositum strenue id exequentibus, nihil omnino uidebitur, etiã si ualde arduum sit. Et quod nam
Matth. 5.g hoc? Si hoc feceritis, ait, similes eritis patri uestro qui in cœlis est. Et ut manifestius hũc sermonem nobis declaret, subdit: Quòd solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Imitare igiẽ, dicit, pro humanis uiribus B deum. Nam sicut ille nõ solũ iustis, sed & his qui mala operantur, solem oriri facit: & pluuiam & hymbres annuos nõ bonis solum suppeditat, sed & malis: sic & tu si non solum diligentes diligis, sed & inimicos, pro uiribi dominum tuũ imitaris. Vidisti quõ in supremũ fastigiũ eduxit eum, qui hac uirtute strenue perfungi posset? Sed ne difficultatem rei solum cogites, sed prius supputa tecum quantum honorem habiturus sis: & hæc honoris occasio leue faciat quicquid graue est & onerosum. An nõ pro beneficio habendum, quòd occasio tibi præbetur, dum inimico benefacis, ut aperiantur tibi ianuę fiduciæ ueniendi ad deum, & redimẽdi peccata tua? An fortè de inimico ulcisci, & eum qui malis te afficit, paribus uel maioribus plecti uis? Et quid inde commodi? nec aliquid inde utilitatis habiturus es, & insuper propter hoc iudicaberis apud horrendũ illud tribunal, ceu qui leges tanti iudicis obliteraueris & infregeris. Dic, oro, si rex aliquis terrenus legẽ talem tulisset, ut uel inimicorum curam geras, uel morte puniaris: an non metu mortis corporalis omnes properarẽt ad implendam, legem? Quanta igitur accusatione dignus fueritis, qui ob corporalẽ mortẽ, quã alioquí naturæ necessitas afferet, omnia facere paratus, ꝓposita pœna mortis quæ nullã inuenerit cõsolationem legẽ minus curat ab uniuersorũ dño latã? Sed mei oblitus sum dum hæc loquor his, qui ne amantem quidem ex æquo redamãt. Quis igiẽ posthac è supplicio illo D nos eripiet, quando non solum ab hoc mandato longe distamus, sed neq; ea facimus quæ publicani?
Luc. 6.c Si diligitis diligentes uos, ait, quid magni facitis? nonne & publicani hoc idem faciũt? Quum igiẽ neq; hoc à nobis fit, quæ salutis nostræ spes? Ideo oro, ne simus immisericordes, sed nostras cogitationes domemus, & primum quidem discamus uincere proximum charitate: & iuxta præce
Rom. 12.c ptum beati Apostoli, honore mutuum præuenia mus, & quęramus ut illos superemus: neq; tolere mus, ut succumbamus: sed uincamus, & non uincamur, ut maiorem & feruentiorẽ erga diligentes affectionẽ demonstremus. Hoc enim omniũ maxime uitã continet & conseruat. Et in hoc bru

ta & feras antecellimus, quòd possumus, si uolumus, congruum in nobis conseruare ordinem, & magnã in proximos concordiam declarare. Quoniam autem strangulanda est nostra praua cogitatio, & mulcenda truculẽta illa fera (iram dico) & certamen, quasi ante tribunal terribile staremus, aggrediendum: docendi sumus, quòd, si fortiter hosti resistimus, magna nos expectant bona: sin minus, graue sustinebimus iudicium. Neq; enim temere & inutiliter tempus expendere oportet: sed singulis diebus & horis ante oculos nostros proponere iudicium, & quę sint ea quæ magnam nobis tunc fiduciam afferre queãt, quæ item quæ pœnã inferant. Et ita hæc uersantes in nostris cogitationibus, superabimus affectiones, & compescemus carnis lasciuias: & mortificabimus, iuxta beatum Paulum, membra nostra quæ super terrã
Colos. 3.d sunt, stuprum, immundiciem, passionem, concupiscentiam malam, auaritiam, furorem, uanã gloriam, inuidentiam. Quòd si has affectiones in nobis mortuas fecerimus, ita ut in nobis nihil operari ualeant: poterimus accipere fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudiũ, pax, longanimitas, be-
Galat. 5.d nignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Hoc Christiani ab infideli discrimen sit. His signaculis internosci possumus, ne sola appellatione ornemur, neq; habitu externo inflemur & superbiamus, immo si possideremus omnia quæ nunc enumeraui, superbiamus nunquã, imò magis nos humiliemus. Nam quum omnia feceritis,
Luc. 7.c C ait, dicite: inutiles serui sumus. Si ita soliciti nostram salutem curauerimus, poterimus & nobis ipsis prodesse plurimũ, atq; à futuro supplicio eripi, & his qui nos uiderint magistri esse rerum utilium: ut diligenter exacta hac uita, assequantur eam, quæ in futuro seculo erit misericordia: quã nobis omnibus cõcedat gratia & benignitas domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui gloria, imperium, honor nũc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus, Congregetur aqua quæ sub cœlo in cõgregationem unam, & appareat arida. Homilia V

AGe & hodie ex beati Moseos uerbis cõuiuium instruamus uestræ charitati, & quæ à domino facta sint die tertio, diligenter consideremus. Nam si hi qui in aurifodinis laborant, ut diuites uenas quasdam conspicati fuerint, à fodiendo non desistunt, donec quæ obstant amouerint, & in profundum descendentes, copiam inde auri perceperint: multo magis nos non auri ramenta inquirentes, sed inenarrabilem thesaurũ inuenturos sperantes, decet quotidie illum inuestigare: ut multis spiritualibus diuitijs in sinum nostrum collectis, domum redeamus. Nam illic quidẽ diuitiæ sensibiles dominis suis multorum periculorum fuerunt autores, multaq; ante uoluptates pericula illis præstantes, statim auolarunt, uel sycophantis insidiantibus, uel latronibus parietes effringẽtibus, uel cu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stodibus famulis surripientibus & fuga elabentibus. Hic aũt nihil tale suspicari licet. Diripi enim spiritualis hic thesaurus nequit, & ubi in promptuaria mentis nostræ reconditus fuerit, ab omnibus insidijs est securus: modo non per ignauiã locũ demus ei, qui illũ nobis auferre cupit. Quandoquidem inimicus noster, malignus inquã dæmon, cũ uidet uos spirituales collegisse diuitias, furit & dentibus fremit, multumq; uigilat, ut opportunũ tempus captet, quò furari queat intus recondita: nullum aũt accõmodum illi tempus est præterquã dum ignaui sumus. Ideo perpetua nobis uigilantia opus est ad excludendas illius insidias. Nam eos quos uiderit sobrios & uigiles, & semel atq; iterũ frustra aggressus fuerit, relinquit tandẽ pudefactus, & sciens quòd nihil proficit, si in custodia perstiterimus. Proinde quũ sciamus, quòd per omnem hãc uitã nobis certandũ est, sic nos armemus, quasi assistentẽ semper habeamus inimicum, qui absq; intermissione obseruet, num aliquando uel parũ dormitemus, insidiandi occasionem ei præbentes. Non uides, opulenti cũ hostium metuunt incursionẽ, quanta cura & prouidentia res suas custodiãt? alij seris & repagulis ianuas muniunt & occludunt: alij in terrã defodiunt, ita ut nemo scire possit ubi lateat. Eadem diligentia, & modo collectã uirtutũ gazam custodire congruit, & non ante omniũ oculos proponere: sed in tutissimo mẽtis promptuario reponere, & omnes rapere uolentis insidias excludere: ut quum indeprædabilem eam seruauerimus, sit nobis uiaticũ ad futurã uitam hinc migrãtibus. Etenim sicut hi qui in terra aliena sunt, & in patriam suam redire cupiũt, multo tempore paulatim student, & curant tantum corradere uiatici, quantũ ad uię prolixitatem eis sufficere queat, ut ne fame seipsos perdãt: ita sanè facere & nos oportet, quia peregrini hic sumus & aduenæ, ut prouideamus & reponamus nobis spiritualiũ uirtutũ uiatica: ut quando iusserit nos dñs in nostram redire patriam, parati simus, & alia quidem nobiscũ afferamus, alia autẽ iam præmissa habeamus. Horum enim uiaticorũ talis natura est, ut ea quæ per bonorum operũ actionẽ uoluerimus ante nos præmittere, quũ illuc nos præuenerint, ianuas nobis aperiant ad dominũ, & introitũ facilem, & absq; pauore, & magnam apud iudicem beneuolentiã procurẽt. Et ut discas dilecte, quòd hæc in hunc se modum habent, collige hinc, quòd qui liberaliter eleemosynam dispendit, & hic bona conscientia uersatur, & ubi hinc transierit, magnam apud iudicem misericordiã inuenit, auditq; uerba illa beata cum cæteris: Venite benedicti patris mei, accipite in hæreditatem regnum, quod uobis præparatum est ab origine mundi: quia esuriui, & dedistis mihi mãducare. Idipsum certè & in alijs uirtutibus contingere inueniet qui spiã. Sic & in confessione peccatorum, & in continuitate precum euenturum est. Quando eẽ in præsenti uita per confessionem peccata abluere, & remissionem à domino assequi poterimus: abibimus hinc à peccatis puri, & magnam quæ nobis donatur fiduciã inueniemus. Neq; eẽ qui in præsenti uita peccata non abluerit, postea consolationem aliquã inueniturus est. In inferno enim ait, quis confitebit tibi? & merito: hoc enim est cauearũ tempus, & luctarum & certaminum: illud uero coronarum, retributionum & præmiorũ. Proinde certemus uti in stadijs uersantes, ne in tempore, quo coronæ & laborum retributiones sumuntur, confundamur. Hoc proœmio apud charitatem uestram non temere, neq; in uanum utimur: sed quotidie de bonis operib. uos admonere cupimus, ut fiatis perfecti, consummati, uirtutibusq; prædita uita spectabiles, irreprehensibiles & synceri, immaculati filij dei: & appareatis sicut luminaria in mundo, sermonem uitæ habentes in nostri gloriationem, in die Christi: & his qui qualitercunq; ad uos ueniunt, & sermone uobis cõmunicant, luce & fragrantia spiritualis optimæq; uestræ uitæ profitis. Etenim sicut mali sua consuetudine familiaribus multum nocent, quemadmodum beatus Paulus inquit: Corrumpunt bonos mores colloquia prava: sic & bonorum familiaritas cõiunctis sibi maxima cõmoda affert. Quamobrem & misericors dñs noster inter malos permisit bonos uiuere, ut mali lucrũ habeant ex ea consuetudine, nec semper in sua permaneãt malitia: sed bonos cõtinuo ante oculos spectantes, multũ utilitatis ex eorũ quorum recordantur familiaritate capiãt. Tanta enim uirtutis potentia est ut reuereantur, & multum laudent eam, etiã qui illa carent. Sicut & uitium etiã ab his qui mali sunt, subinde accusatur & carpitur. Hoc sanè omnibus est manifestum & perspicuum, neq; ullum facile reperias qui palàm malus esse uelit: sed, quod mirum est, ipsimet ea quæ operibus facere attentãt, uerbis mala esse fatentur, multisq; occulta uellent. Quod & ipsum diuinæ misericordiæ est, quæ hominũ generi concessit, ut unicuiq; nostrũ insitũ sit indeprauabile iudiciũ conscientiæ, habentis iustũ inter bonum & malũ discrimen: id quod potissimũ omnem nobis defensionẽ tollit, q; non per ignorantiã in peccata incidimus, sed per animæ desidiã, & uirtutis negligentiã. Hæc singulis horis nostro uersemus animo, magnã salutis nostræ habentes solicitudinem, ne prætereunte tempore, ignorantes nobis ipsis maximũ inferamus damnũ. Sed proœmiorũ satis. Audiamus aũt, si uideẽ, quę & hodie nos docere uult spiritus sancti gratia per beati Mosis linguam. Et dixit, inquit, deus: Congregeẽ aqua, quæ sub cœlo, in congregationẽ unã, & appareat arida. Et factũ est ita] Vide hic, obsecro dilecte, ordinem & consequentiam optimã, quia dixerat in principio: Terra erat inuisibilis & inculta, eò quòd tenebris & aquis obtegebaẽ: & deinde iussit die secundo, ut esset firmamentum, quod aquarum separationem faceret, uocauitq; firmamentum cœlum: nunc iterum docet nos, quòd præceperit in die tertio aquæ, quæ sub cœlo, hoc est firmamento

Matth. 25.c

1. Cor. 15.d

Psal. 6.b

mamento, ut in unã congregationem cõueniat, & faciat apparere locum aridæ. Et factum est sic: Quia enim omnia completa erant aquis, iussit in unam cõgregationem, aquarum multitudinem concedere, ut sic appareret arida. Vide quomodo paulatim nobis pulchritudinẽ ornatus ostendit. Et factum est, ait, ita: quomodo? sicut præceperat dominus. Dixit solum, & opus subsequutũ est. Hoc enim peculiare dei est, ut secundum uoluntatem suam facturas suas moderetur. Et congregata est, inquit, aqua, quæ sub cœlo, in congregationes suas, & apparuit arida. Quemadmodum de luce dictũ, quòd cum essent undequaq; tenebræ, iusserit produci lucem, & separationem fecerit lucis ac tenebrarũ, & hanc tribuerit diei, istas uero nocti: similiter quòd cum produxisset firmamentum, aquarum alias superiorem locum occupare, alias autem sub firmamento esse iusserit: sic & nunc illas ipsas aquas sub firmamento, in unam congregationem iussit coire, ut appareat arida, & postea eodem modo suum illi nomen impositum: sicut de luce & tenebris dictum est. Congregatæ enim sunt, ait, aquæ quæ sub cœlo, in congregationes suas, & apparuit arida: & uocauit deus aridam terrã. Vidisti dilecte, quomodo deus terram, quæ inuisibilis erat ac inculta, & aquis quasi uelaminibus quibusdam obtegebatur, despoliauit, ut sic dicam, & faciem illius nobis monstrauit, proprio etiam nomine imposito? Et congregationes, ait, aquarum uocauit maria. Ecce & aquæ nomen suũ sortitę sunt. Nam quem admodum optimus quispiam artifex arte sua uas aliquod facturus, non antea illi nomen imponit, donec absoluat: ita & misericors dominus nomina elementis non antea imponit, donec ea in propria loca suo præcepto ponat. Igit̃ postquàm terra nomen suum accepit, & ad propriam formam peruenit, etiam aquæ congregatæ proprio uocabulo nominatæ sunt. Vocauit enim, ait, congregationes aquarum maria.] Subdit iterum:

Et uidit Deus quòd bonum.] Nam quia humana natura imbecillis est, & opera dei digne laudare non sufficit, diuina scriptura acceptam ab ipso opifice laudem nos docet. Igitur quando dicis, quòd & ipso conditori creaturæ probantur, & bonæ apparent: maius habiturus es miraculũ, nihilq; amplius afferre poteris. Talem enim sortitus es dominum, qui talia facit, quæ à nobis neq; laudari satis possunt. Quomodo enim unquam opus dei pro dignitate laudare posset humana natura? Cæterum per ea quæ subiunguntur, considera ineffabilem dei sapientiã. Quia postquàm nobis apertam terræ faciem monstrauit, consequenter suo præcepto decentem ei cõcedens speciem, & seminum uarietate eius adornat faciem.

Et dixit, ait, deus: Germinet terra herbam fœni, seminantem semen secundum genus & similitudinem: & lignum frugiferum faciens fructum, cuius semen in semetipso secundum similitudinem, secundũ genus super terrã. Et factũ est ita.] Quid est quod factum est ita? Præcepit, inquit, dominus, & statim terra suos partus maturans, ad germinanda semina seipsam solicitauit. Et protulit terra herbam fœni, inquit, seminantem semen secundum genus, & secundum similitudinem: & lignum frugiferum faciẽs fructum, cuius semen suũ in ipso secundum genus super terrã.] Hic animaduerte dilecte, quomodo uerbo domini omnia facta sunt super terram. Non enim erat homo qui operaretur, non aratrum, non boum cooperatio, non aliud eiusmodi studium: sed solum audiuit præceptum, & statim quod suũ erat, fecit. Ex quo discimus, quòd etiam nunc neq; cura, neq; labor agricolarum, neq; aliæ in colendis agris erumnæ, fructuum nobis prouentus concedunt: sed præ his omnibus uerbum dei, quod ab initio ad terram factum est. Quin & futuram hominum ingratitudinem taxans diuina scriptura, ut diligenter omnia, ita etiam nobis ordinem factorum narrat, ut compescat nugacitates & deliramenta eorum, qui uanitates suorum figmentorum commentantur, & dicere audent, quòd Solis cooperatione ad fructuũ prouentum opus sit. Sunt & alij, qui hæc astris aliquibus asscribere nituntur. Propterea docet nos spiritus sanctus, quòd ante formationem horum elementorũ sermoni & præcepto dei obtemperans tellus, omnia semina ædiderit, nullo alio ad cooperationem opus habens. Satis enim sufficiebat ei pro omnib. uerbum illud dei, quod dicebat: Germinet terra herbam fœni. Quocirca diuinæ scripturæ uestigia sequamur, neq; feramus eos qui temere quidquis blaterant. Etiamsi homines terram operentur, & iumentorum auxilio fruantur, & magnam terræ curam habeant, & magna sit cœli temperies, & omnia alia concurrant, nisi nutus domini accedat, omnia alia frustra & inuanum fierent: & nihil proficeret omnis labor & desudatio, nisi manus domini superne adiuuaret, & perfectionem his quæ fiunt, tribueret. Quis non obstupesceret ac admiraretur, cogitans quomodo uerbum domini, quod dicit, Germinet terra herbam fœni: in ipsum uterũ terrę descendat, & quasi admirabili quodam peplo, terræ faciem uarijs floribus adornet? Videre potuisses subito terram, quæ antea informis & inculta erat, decore suo & ornatu quasi cum cœlo certare. Et sicut cœlum paulò post ornandum erat astrorũ uarietate, ita & tellus florum multijuga uarietate ornabatur, ita ut & opifex in laudem eius prorumperet. Etenim uidit, ait, deus quòd esset bonũ. Vidisti quomodo per singula quæ facta sunt, ostendit laudantem opificem, ut homines postea hæc discentes, ex facturis ad factorem recurrerent. Nam si creaturę superiores sunt, quàm ut ab homine pro dignitate laudari queant: quid aliquis de opifice ipso dicere poterit? Et uidit, ait, deus quòd bonũ.

Et factum est uesperum, & factũ est mane dies tertius.] Vide quomodo iterando frequẽter doctrinam menti nostræ dictorũ uim infigere uult.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oportebat enim dicere: Et factus est dies tertius. A
Sed uide quomodo de singulis diebus sic dicit: Et
factum est uesperum, & factū est mane. Non sim
pliciter, nec absq; causa: sed ne ordinem confun
damus neq; putemus uespere ingruente finē ac
cepisse diem: sed sciamus quòd uespera finis est
lucis, & principium noctis: mane autem finis no
ctis, & impletio diei. Hoc enim docere nos uult
beatus Moses dicens: Et factum est uesperum,
& factum est mane dies tertius. Et ne mireris di
lecte, si hæc sæpe & continuo dicit diuina scriptu
ra. Etenim si uel post tantam crebritatem errore
præoccupati Iudæi & excæcati corde cōtendere
conantur, & uesperam initium sequentis diei esse
opinant, decipientes semetipsos, & adhuc in um
bra sedēt, ueritate omnibus manifestata: & ad lu B
cernam assident, Sole iustitiæ totū orbem undiq;
illustrante: nisi tanta diligētia docuisset, quis tam
indocilium contentionem ferret? At illi quidem
malitiæ suæ præmia expectant: nos autē, quibus
donatum est Solis iustitiæ radijs illustrari, diuina
rum scripturarum doctrinas auscultemus: & hūc
canonem sequentes, salubres doctrinas in men
tis nostræ promptuaria reponamus, & unà cū his
magnam curam nostræ salutis facientes, ea quæ
animæ nostræ sanitatem lædunt, tanquam letale
uenenum fugiamus. Multo maius enim hoc dam
num, & tanto maius damnum, quāto anima cor
pore melior. Illa enim uenena corporalem hanc
mortem inducunt: hæc autem sanitatem animæ
offendentia, æternā nobis mortem afferunt. Quę C
autem sunt, quæ nos offendunt? multa & uaria,
maxime autem ad humanam gloriā spectare, &
nescire eam cōtemnere: hoc enim multorum no
bis malorum causa fit: & si quas spirituales habe
mus diuitias, eas euacuat, & utilitate quæ ex eis
capi potest, nos destitutos facit. Quid igitur fue
rit damno hoc pernicioſius? Quandoquidē à no
bis auolare facit etiā ea quę nos habere putamus.
Luc. 18.e Sic pharisæus ille publicano minor factus est, eo
quòd linguæ suæ imperare non potuit: sed per il
lam, sicut per fenestram aliquam, omnes diuitias
suas effudit. Tantū est inanis gloriæ malum. Dic
enim mihi, quare ita humanæ laudi inhias? Ne
scis, quòd sicut umbra, & si quid illa uilius, ita &
illorū laus in aerem diffusa euanescit? Aliàs quo- D
que inconstans & mutabile est hominum genus,
& illijpsi quem nunc laudant, non multo post ui
tuperant. Quod in sententia dei nunquā usu eue
nit. Ne igit̄ ita desipiamus, ne temere & absq; fru
ctu fallamus nosipsos. Nam & si bonum quid fa
cimus, non autem propter hoc solum agimus, ut
mandatū domini nostri impleamus: eo solo con
uincemur laborem nostrum frustra factū, priua
bimusq; nos fructu, quem assequi liceret. Nam is
qui ut ab hominibus gloriam uenetur, quid boni
operatur, siue ea frui poterit, siue nō (sæpe autem
& qui propter inanem gloriam multa facit, etiam
ipsa frustratur) siue autem ea potiatur, siue non,
satis hic retributionis accepit, & alibi nihil acci-

piet præmiorū. Quare hoc? quia præferens futu
ris præsentia, & iusti iudicis calculo humanā glo
riam, & honorem sibijpsi tribuens, indignū se fa
cit qui à iudice honoretur. Contrà, si propter hoc
solum operemur spirituale aliquod bonū, ut pla
ceamus oculo illi soli, qui sopiri nescit, & cui nu
da & aperta sunt omnia: & thesaurus noster inde
prædabilis, & incorruptę retributiones, & suauis
expectatio manebūt. Et hinc nobis multa conso
latio erit, dum in promptuario, quod nemo diri
pere poterit, illa nobis salua custodit̄ retributio:
sequetur enim etiā ultro gloria humana, qua tunc
multo uberius fruimur, quādo eam despicimus,
quando eam non quærimus, quando eam non se
ctamur. Et quid miraris, si hoc eueniat his qui spi
rituales philosophos agunt, quum & hi qui huius
mundi studia sectantur, hos maxime contemnāt
& despiciant, qui ab hominibus quærūt gloriam:
inueniasq; uulgò conuitijs incessi eos, qui huma
næ gloriæ inhiant? Quid igitur miserius nobis,
qui spirituales uideri uolumus, si similes illis fue
rimus, celebrari ab hominibus cupientes, & si nō
suffecerit nobis laus à domino? sicut & Paulus di
cit: Cuius gloria non ex hominibus, sed ex deo. 1. Thess. 2.d
Non uides dilecte, in Circensibus ludis, quomo
do hi qui equos agitant, non aduertunt plausum
populi considentis & celebrantis, neq; ex plausu
uoluptatem capiunt: sed ad unum solum spectāt
Imperatorem in medio sedentem, & ad nutum il
lius attendentes, totam multitudinem despiciūt:
& tunc solum animo extolluntur, cum ille eos co
ronauerit. Hos igitur & tu imitatus non magni
momenti facito hominum famam, neq; propter
eam exerceas uirtutem: sed à iusto iudice senten
tiam expecta, & ad illius nutū intentus esto. Sic
omnem uitam tuā dispensa, ut & hic cōtinuo bo
na spe pascaris, & illic æternis fruare bonis: quæ
ut nos omnes assequamur, faxit gratia & miseri
cordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri
& spiritui sancto sit gloria & imperiū, honor, nūc
& semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus, Fiant luminaria in firma
mento cœli ad illuminationem super ter
ram, ut diuidāt inter diem & inter noctē.
Et sint in signa & in tempora, & in dies,
& in annos. Homilia VI

VOlo solitam tractare doctrinam, & mo
ram traho ac recuso. Mentem enim me
am confudit, & conturbauit superue
niens tristitiæ nubes: imò non solū tri
stitiæ, sed & iræ, ita ut nesciam quid faciendum:
itaq; mentē tenet magna hæsitatio. Quoniā cum
cogito, quòd omnem illam nostram doctrinam,
& quotidianam admonitionem ad modicum dia
boli flatū obliuioni tradideritis, & ad satanicam
illam Circensium pompam omnes cōcurreritis:
qua alacritate potero iterum de prædictis uos do
cere, quæ tam statim animo excidērūt? Hoc enim
est quod potissimum me contristat, & bilem mihi
mouet, quòd cum nostra admonitione, reueren
tiam etiam

tiam etiam, quam sacræ Quadragesimæ debetis, A
ex animo uestro simul eiecistis, uosq; sic diaboli
retibus inuoluistis. Quomodo quis queat, etiam
cui saxeum cor, tantū contemptum non grauā
tim ferre? Pudet profecto ac piget, cū uideo nos
frustra laborare, & in petra sementem facere. At
mihi quidem, siue dicta mea auditis, siue audire
cōtemnitis, merces mea integra erit. Nam omne
quod meum est, facere non destiti: pecuniam di
numerauī, admonitiones adhibui: timeo autem,
& anxius sum, ne hoc uobis ad maiorem accusa-
Luc. 12.f tionem cedat. Seruus enim, ait, qui scit uoluntā
tem domini sui, & nō facit, uapulabit multis. Nul
lum enim uobis ad ignorantiā erit refugiū, dum
nos quotidie insonamus, & ostendimus diaboli
cos laqueos: & magnam, si sobrij esse uoluerimus B
uirtutis facilitatē. An nescitis quòd qui sic suam
salutem negligunt, & aliquando huc ueniunt, ali
quando autem in dæmonum retia se injiciunt, à
Prouer. 26.b scriptura diuina canibus assimilant? Homo em,
2. Pet. 2.d inquit, qui cōuertitur à peccato suo, & iterum in
idipsum redit, similis est cani ad uomitum suū re
deunti. Vides cui similes sunt, qui ad illicitū hoc
Matth. 7.d spectaculum cucurrerunt? Non audistis Christū
dicentē: Omnis qui audit sermones meos, & non
facit eos, similis erit uiro stulto, qui ædificauit do
mum super arenam, & uenerūt flumina, & flauc
runt uenti, & irruerunt in domum illam, & ceci
dit, & fuit ruina illius magna? At qui ad Circen
ses ierūt, illo longe deteriores facti sunt. Illius em
domus deiecta, sed post ualidā impulsionem: flu- C
mina enim & uentos tulit: quod dicit, non ut uen
torum impetus & aquarū multitudines doceat,
sed ut tentationū uiolentiam insinuet: & ruinam
domus, non ut sensibilem domum, imaginemur.
De anima enim sermo est, quæ grauibus afflictio
nibus deijcit̄, neq; his resistere potest. Vos autem
neq; uentus inuasit, neq; fluuij perculerūt: sed te
nuis modo quædā aura diaboli spirauit, & omes
uos subuertit. Quid hac insipientia peius fuerit?
Quæ iejunij utilitas, dic oro? Quod lucrū ex hac
ce congregatione? Quis non & uos uestro nomi
ne deploraret, & nos miseros diceret? Vos, in
quam, qui omnia quæ collegistis, simul effudistis:
& ianuas mentis uestræ diabolo aperuistis, ut fa
cilis ei aditus esset ad efferendas oēs uestras spiri- D
tuales diuitias. Nos uero miseros, quòd tam mor
tuis auribus concionamur, & tantam iacturam
facimus: quotidie seminamus, & nullum percipe
re fructum possumus. Nō enim hac sola de causa
tam studiosi in dicendo sumus, ut aures uestras
oblectemus, uel quòd laudari à uobis cupiamus:
nisi lucrum uobis sit ex sermonibus nostris, sati
us fuerit posthac silere. Nollem enim uobis maio
ris damnationis causa fieri. Enimuero sicut nego
ciator, cum multis mercibus & opibus congre
gatis nauem impleuerit, subito orta tempestate,
& prævalente uentorū uiolentia mersa cum nau
tis naue, fit omnibus miserabile spectaculum, nu
dus repente apparens, & post plurimas indicibi-

Iesq; diuitias in extremā redactus egestatem: ita
& uobiscū diabolus nunc egit. Nam quia inuenit
nauem uestram multis spiritualibus diuitijs one
ratam, & uidit grandem thesaurum, quem ex ie
iunijs & cōtinuis doctrinis colligere potuissetis:
quasi tempestate quapiam immissa, inutile & per
niciosum illud equestre certamen dico, omnibus
uos diuitijs spoliauit. Scio quòd uehementiore
increpatione utor, sed ignoscatis oro. Sic enim
dolens anima solet. Neq; enim ex inimico pecto
re hæc loquor, sed ex solicita, uestriq; amantissi
ma anima. Propterea ex seueritate remitto ali
quid: & quia ulcus serpens cohibui, charitatem
uestram iterum bona spe animare uolo, ne despe
retis, ne desponde atis animum. Non enim sicut
in sensibilibus rebus, ita & hic usu uenit. Illic em
is qui ex diuitijs in extremam redactus fuerit ino
piam, breui eas reparare nequit: hic autem per mi
sericordiam dei (si modo condemnare facta no
stra, & iam sistere ignauiam uoluerimus) poteri
mus statim ad pristinam abundantiam redire. Ta
lis enim est dominus noster, tamq; magnificus
& liberalis. Vnde & clamat per Prophetam di
cens: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuerta
tur, & uiuat. Scio quòd non stupidi estis, sentitis
ruinam uestram. Non parua ad uirtutis reditum Ezech. 18.g
uia est, scire peccatorum magnitudinem. Iam ne
quis mihi iterum diabolici illius erroris uerba af
ferat, dicens: Quid em mali est, uidere currentes
equos? Si uoluerit prudenter omnia considerare
quæ ibi fiunt, inuenies nihil absq; satanica opera
tione fieri. Non enim uidentur soli equi curren
tes, sed & clamores & blasphemiæ, & multi in
tempestiui sermones audiuntur, & mulieres pro
stitutæ in medium prodeunt, & spectantur mol
les & effœminati. Num parua tibi hæc uidentur,
& quæ ad capiendas animas parum faciāt? Nam
cum fortuito occursu deijciant, & supplantent,
& in perditionis profundum sæpe trahant non
bene aduertentem: quid uerisimile est accidere il
lis, qui illuc ea de causa ueniunt, & oculos pascūt
illicitis hisce spectaculis, & inde perfecti adulteri
discedunt? Misericors enim dominus noster, sci
ens naturam nostram impelli facilem, & dæmo
nis uersutam & uariam malitiam, longe nos præ
muniens & ægre illaqueabiles reddere uolens,
legem hanc posuit, dicēs: Qui inspicit mulierem Matth. 5.b
ut concupiscat eam, iam adulteratus est eam in
corde suo: adulterium consummatum uocando
aspectū cum curiositate factum. Ne igitur dic ul
trà: Quid mali ex illa frequentatione? Istuc ipsum
enim uidere equorum certamen sufficit ad infe
renda animæ damna. Nam cum in inutilia, & ea
quæ animæ nihil cōducūt, quin & damnosa sunt,
tempus insumimus, & contendimus, & innume
ra uerba, & quæ loqui non oportet, loquimur:
quam habebimus ueniam? quam excusationem?
Et hic quidem si paulò prolixius docemus, multi
ægre ferunt, & pandiculantur, & infirmitatem
corporis & defatigationē prætexunt, licet admi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabile huius templi tectum multum soletur, pro- A
hibeatq; frigus, pluuias, & uentorũ asperitatem:
illic uero, licet cõpluantur & à uentis uexentur,
& calore solis alio tempore æstuent, non unam,
neq; duas tantum horas, sed bonam diei partem
uersantur. Et neq; senex canos suos reuereẽ, neq;
iuuenem pudet ad canorum irritamenta ire: sed
tanta est deceptio, ut cum uoluptate hæc esca ani
marũ admittatur. Nec cogitatur, damnosam hãc
uoluptatem breuem esse & temporariam, dolo-
rem uero perpetuum, & grauiter accusaturã con
scientiam. Video enim nunc aliquorum facies, &
coniecto qualis animæ eorũ status, quantaq; nũc
pœnitudine teneantur. Verum ne iterum in ea-
dem recidatis, neq; post tantam nostram admoni
tionem iterum ad diabolicos illos cõsessus & spe B
ctacula curratis, necessariũ est hæc testari. Neq;
enim semper expedit pharmaca lenia adhibere:
sed quando ulcus curationi resistit, oportet stypti
ca & mordacia admouere, quò morbo occurra-
tur citius. Sciant igitur omnes his criminibus ob-
noxij, si post hanc nostram admonitionem in ea
negligentia manserint, non toleraturos nos, sed
legibus ecclesiasticis usuros, & magna austerita-
te docturos, ne talia posthac negligant, néue tan
to contemptu diuina audiant eloquia. Quamuis
hæc non de omnibus hic cõgregatis dico, sed de
reis. Omnibus quidem loquimur, sed suum audi-
tores quiq; remedium capiant. Reus quidem, ut
à delicto desistat, & non ultra progrediat, sed po
steriore diligentia seipsum reuocet, & errata cor- C
rigat: innoxius uero cautior fiat, ut ne capiatur,
& aliquando reus fiat. Cæterũ ut per hæc uestræ
charitati persuadeamus, quòd amore studioq; ue
stri is nostri animi fuerit dolor, & quòd multum
saluti uestræ timentes, ad hæc dicenda impulsi si-
mus: iterum ut uos bona spe foueamus, consue-
tam repetimus doctrinam, declarãtes paternam,
quam erga uos gerimus beneuolentiam: sed oro
diligenter auscultate, ut maiore cum fructu do-
mum redire liceat. Operæpretium autem, ea quæ
nũc lecta charitati uestræ dicere. Dixit, inquit,
deus: Fiant luminaria in firmamento cœli ad illu
minationem super terram, ut diuidãt inter diem
& inter noctem. Et sint in signa & in tempora, &
in dies, & in annos: & sint ad illuminationem in D
firmamento cœli: ita ut luceant super terram. Et
factũ est sic.] Postquàm heri nos docuit beatus
Moses quomodo informem terrã ornauerit uni-
uersi conditor, herbis & florum uarietate, & semi
num germine: hodie sermonem ad ornatum cœli
uertit. Nam sicut terra ornatur per ea quæ ex ipsa
proueniunt, sic cœlum hoc uisibile clarius & ful
gidius fecit, astrorũ uarietate illud interpolans:
præsertim formatione duorum magnorum lumi
narium, solis inquam & lunæ. Et fecit Deus, ait,
duo luminaria magna, luminare magnũ in præfe
cturas diei, & luminare minus in præfecturas no
ctis, & stellas. Vides sapientiam opificis: dixit so-
lum, & productum est hoc admirabile elementũ,
solem dico, Hoc enim uocat luminare magnum,
& dicit ipsum factum esse ut præsit diei. Sol enim
clariorem diem efficit, rutilans aureo suo iubare
& radijs, & quotidie speciem suam uigescentem
ostendens: & simul atq; mane exortus fuerit, o-
mne hominum genus ad suorum operum studia
excitans. Huius formositatem declarans beatus
Dauid, inquit: Et ipse tanquam sponsus egrediẽs *Psal. 18.b*
de thalamo suo: exultabit ut gigas ad currendam
uiam. A summo cœlo egressus eius, & occursus
eius usq; ad summũ cœli. Vides quomodo eius &
pulchritudinem, & in operando uelocitatem de-
clarauit? Quia ut dixit, A summo cœlo egres-
sus eius, & occursus eius usq; ad summum cœli:
significauit nobis, quomodo in uno tẽporis mo-
mento per totum orbem discurrit, & à finibus in
fines suos radios mittit, multũ utilitatis præstans.
Nam non solum calefacit, sed & arefacit. Et non
solum arefacit, sed & adurit, multosq; alios & ua
rios nobis usus præbet. Atq; adeo magnũ est mi-
raculum elementum hoc, neq; est qui laudes eius
pro dignitate prædicauerit. Hæc autem dico, &
extollo sermone elementum: non ut in eo subsi-
stas dilecte, sed inde ascendas, & in elementi opi-
ficem admirationẽ transferas. Nam quanto ma-
ius ostenditur elementũ, tanto admirabilior opi-
fex eius apparet. Verum Gentiles admirantes &
obstupescentes tantum elementum, ulterius non
prospexerunt, neq; eius conditorem laudauerũt:
sed in elemento conquiescentes, ipsum pro deo
consecrauerunt: propterea & Paulus dicit: Et tue- *Rom. 1.c*
nerati sunt, coluerunt q; creaturam magis quàm
creatorem. Et quid insipientius illis, qui non po-
tuerunt ex creaturis agnoscere creatorem, sed in
tantum peruenerunt errorem, ut creaturam & fa
cturam in ordinem creatoris referrent? Quapro-
pter diuina quoq; scriptura præuidens propen-
sos ad errorem ignauos, docet nos, post tertium
diem hoc elementum esse conditum, postq; terra
omnigena semina protulit, & suum accepit orna
tum: ut nulli posthac dicere liceat, quòd sine solis
cooperatione non absoluantur prouentus terræ.
Et idcirco monstrat tibi, antequam sol formare-
tur, omnia fuisse completa, ut ne soli fructũ pro-
uentus adscribas, sed omnium opifici deo, qui di
xit ab initio: Germinet terra herbam fœni. Quòd
si dixerint, quòd sol cõferat etiam aliquid ad fru
ctuum maturitatem, neq; ego cõtradico. Nam si-
cut si de agricola dicunt, quòd cooperetur cum
terra: non ideo tribuo uniuersum agricolæ, etiam
si sexcenties suum agat officium. Nisi enim is qui
suo mandato ab initio terram ad faciendos fru-
ctus idoneã fecit, ad hoc eam quoq; mouere uel-
let, nihil proficeretur laboribus. Similiter dico, q
& si cum labore rustici cõspiret solis & lunæ ope-
ratio, & cæli temperies, neq; sic quicquam profi-
cient, nisi superne dextra domini adiuuerit. Vo-
lente igitur manu hac ualida, etiam elementa plu
rimum conferunt. Hæc bene tenete memoria, &
compescite eos qui adhuc errare uolunt, neq; su-
stinete

stinete ut creatoris honor creaturæ concedatur. A
Eapropter & diuina scriptura non solum pulchri
tudinem eius & magnitudinem, & utilitatẽ osten
dit, dicendo: Sicut sponsus: &, Exultabit sicut gi
gas ad currendam uiam: sed & imbecillitatem &
Eccl. 17.c uanitatem. Audi eñ, quid alibi dicat: Quid sole
lucidius? & hic deficit. Ne te decipiat, inquit, spe
ctaculum. Nam si uoluerit conditor ei imperare:
quasi nunquam fuerit, ita disparebit. Hæc si con-
siderassent Gentiles, haudquaq; in tantũ incidis-
sent errorem, sed uidissent bene, quòd ex creatu-
rarum contemplatione cõueniat ad creatorem se
cõferre. Propter hoc & quarto die solem fecit, ne
putes illum diei autorem. Nam quod de seminib.
à nobis dictũ est, hoc & de die licet dicere, quòd
fuerunt tres dies ante solis formationem. Voluit B
autem dñs & per hoc elementũ clariorem diei lu-
cem fieri: id quod & de minori luminari, hoc est
de luna, dixerimus: factę eñ sunt tres noctes ante
eius formationem: attamen & hæc producta suã
assert utilitatem: dissipat enim noctis tenebras, &
fermè (ut ita dicam) eadem quæ sol ipse facit. Sol
enim ordinatus est ad hoc ut præsit diei, luna aũt
ut præsit nocti. Quid est, in prefecturas diei, & in
præfecturas noctis? Hoc est, ut sol diẽ suis radijs
clariorem reddat: luna aũt ut dispellat tenebras,
& hominum generi lumine suo præbeat cõmodi
tates utendi suis studijs. Tunc enim uiator fiden-
tius iter facit, & nauta nauim regit, & mare tran-
sit, & suum quisq; studium metu posito aggredit.
Deinde postquàm docuit nos horũ luminarium C
utilitatẽ, inquit: Et stellas, & posuit deus illas in
firmamento cœli, ita ut luceãt super terrã, & præ-
sint diei ac nocti, & separent inter lucem & tene-
bras.] Animaduerte hic quãtum & istarũ usum
nobis declarauit. Posuit illas, inqt, in firmamẽto
cœli. Quid est, posuit? Nunquid quasi diceret ali
quis, fixit? Absit. Videmus enim ipsas unico tem
poris momento magnum transire spatiũ, & nun-
quam in uno loco stare, sed suum, quem illis do-
minus præcepit, cursum perficere. Quid igit est,
posuit? id est imperauit ut ipsæ essent in cœlo. Ete
nim hoc ex processu scripturę licebit uidere, quia
alibi dicit, Posuit deus Adã in paradiso: nõ quòd
infixerit eum paradiso, sed quòd præcepit ut esset
in paradiso. Similiter & de stellis quispiam dixe- D
rit, quòd imperauit eis ut sint in firmamẽto cœli,
& suum lumen super terram emittant. Animad-
uerte (obsecro) dilecte, an nõ omnibus pratis &
hortis iucundius sit spectare in media nocte cœ-
lum stellarũ uarietate quasi floribus quibusdam
uariegatum & ornatum, multum lucis super ter-
ram effundere? nam & in hoc ordinatæ sunt, lu-
cere super terrã, & præesse diei & nocti, quod ge-
neraliter & de magnis luminaribus dictum est.
Nam postquã docuit nos, quomodo formata fue
rint duo lumina magna, & de stellis omnibus in
genere dicit: Et ut præessent diei ac nocti, & distin
guerent inter lucẽ & tenebras. Enimuero sicut in
terdiu stellæ in cœlo non uidentur discurrere: il-
larum enim usum lumen solis multa claritate ob-
tegit: ita neq; noctu sol apparet, sufficiente luna
suo lumine ad illustrandas noctis tenebras. Itaq;
elementa quæq; intra suos terminos manent, &
nunquam suam mensuram transgrediuntur: sed
dispositionẽ & ordinem domini custodiunt, suũ
opus faciẽdo. Iam quid memorem, & alia omnia,
quæ horum luminarium & stellarum usus huma
no generi cõfert? Sint, inquit, in signa & in tem
pora, & in dies, & in annos.] Quid est, in signa,
& in tempora, & in dies, & in annos? Docere nos
uult diuina scriptura, quòd horum cursus scien-
tiam nobis concedit temporum & uicissitudinis
uersionum, numerum dierum, anni curriculum.
Et ex his possumus dignoscere omnia. Etenim gu
bernator ad horum cursum spectans, & in cœ-
lum intentus diligenterq; discens omnia, nauiga
tionem aggreditur, maria transit, & in densissi-
ma nocte, uisa stella nauim dirigere, & sua arte sa
lutem nauigantibus dare solet. Sic & agricola ex
illis discit, & uidet quando cõgruit ut semina ter-
ræ cõmittat, quando terrã pastinet ac aret, quan-
do falcem acuat ut fruges demetat. Et in summa,
non paucas uitæ huius cõmoditates, temporum
scientia, dierum numerus, & anni circulus, adfe-
runt: neq; est, qui recensere singulas possit: ex pau
cis tamen, quantus eorũ sit usus, cõiectandũ est:
& cum admirati fuerimus creaturas, earũ opifex
quoq; adorãdus est, celebrãdaq; ineffabilis illius
misericordia, quã humano generi cõtulit. Quip-
pe propter nihil aliud hęc omnia produxit, q̃ pro
pter nominẽ, quẽ nõ multo pòst quasi regẽ et prin
cipẽ omnibus à se cõditis prefecturus erat. Et ui
dit, ait, deus q̃ esset bonũ.] Vide q̃ singulis dieb.
ostẽdit diuina scriptura, deo placere creaturas, ut
omnem amputet occasionẽ eorum, qui accusare
audent quæ ab illo sunt facta: & quia huius gratia
unoquoq; die scriptura diuina hoc assignat, per-
spicuũ est: sufficiebat alioquí de omnib. creaturis
semel dicere, q̃ omnia quæcunq; fecit, sunt bona
ualde: sed sciens quanta sit mentiũ nostrarũ infir
mitas, particulatim hoc facit, ut discas q̃ sapiẽtia
quadã omnipotenti, & misericordia inenarrabili
producta sint omnia. Et factũ est uesperum, &
factum est mane dies quartus.] Postquam absol-
uit ornatũ cœli, & stellis illud decorũ fecit, duoq;
luminaria magna produxit, finem diei imposuit,
& dixit: Et factũ est uesperum, & factũ est mane
dies quartus. Vide quòd & hoc per singulos dies
cõmemorat, diuinas doctrinas frequenti admo-
nitione nos infigere uolẽs. Hæc igit omnia bene
commendemus memoriæ, scribentes ea in latitu-
dine cordis, quò omni negligẽtia excussa, & nos
sana teneamus dogmata, & Gentili errore præ-
occupatos omni mansuetudine doceamus, ne or
dinẽ confundant, neq; relicto creatore creaturas
adorent, quæ ob nostrã incolumitatẽ & utilitatẽ
factæ sunt. Et si id quod doces male habeat Gen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiles, tu tamen clara uoce clama, quòd propter A humanũ genus omnia hæc facta sunt. Opulentíssimus enim opifex nullo istorũ opus habet: sed ut erga nos suam benignitatem ostendat, hæc omnia produxit, monstrans quanti faciat humanum genus, & ut his manu ductí, ad cõuenientem sibi adorationem ascendamus. Quantæ enim stultitiæ est, procidere ante pulchras creaturas, & eis assidere, & non sustollere oculum ad illum qui
Rom. 1.a eas produxit, nec credere Paulo dicenti: Inuisibilia illius ex creatione mundi per opera intellecta peruidentur. Quid ais homo? Cum uideris cœlum, admiraris eius formositatem, astrorum uarietatem, claritatis eminentiam: ne ibi subsistas, sed ad opificem ipsum extende mentem. Obstupescere te facit solis lux, & admiraris eius multi- B plicem usum: & quia uides radios illustrãtes tuos oculos, suspicis elemẽti pulchritudinem: sed nec hic subsistas. Quia si factura tam admirabilis est, & supra omniũ opinionem & intellectum: quantus est qui ipsam solo uerbo & præcepto produxit? Idipsum & de terra tecum considera, quando uides eam floribus ornari, & sicut uestе uario herbarum germine undiq; tegi: ne adscribas potentiæ terræ ea quæ ex ipsa nascuntur, neq; solis cooperationi, uel lunæ: sed cordatè cogita, quòd ante illorum creationem dixerit tantummodo, producat terra herbam fœni: & mox omnis terræ facies nitida facta est. Si hæc singulis diebus nobiscum uersaremus, & ipsi grati essemus, & domino ut deceret, imò ut nostræ uires paterentur C gloriam daremus. Glorificabimus autem eum, non per hoc solum, sed & per optimam uitam, si non in eadem peccata recidamus, sed longũ uale re dicamus diabolicis illusionibus, si diligenti dei uerborum attentione multoq; studio & continua confessione supernam curam nobis conciliemus. Sufficit enim illi ob magnam suam misericordiam, ut desistamus à peccatis. Si enim hoc ualuerimus, facile & bonorũ operum actionem aggrediemur. Ne quis, obsecro, postea in Circen sibus appareat, ne quis in conuenticulis intempestiuis dieí partem insumat: ne quis talorum ludo, & clamori qui inde oritur, posthac se admisceat. Quæ enim utilitas ieiunij, die obsecro, si toto die impastus perdures, ludis autem & nugis, sæpe D etiam periurijs & blasphemijs occupatus diẽ perdas? Ne ita negligentes simus, obsecro, in nostra ipsorũ salute: quin potius sermo noster sit de spiritualibus. Et librum diuinum accipiat aliquis in manus: conuocatisq; proximis per diuina eloquia riget & suam, & eorum qui adsunt mentem: ut sic diabolicas insidias effugere ualeamus, & multos percipere ieiunij fructus, & frui misericordia dei. Quod ut nobis præstetur, oremus, gratia & miserationibus unigeniti filij eius, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nũc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus, Educant aquæ reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia super terram secundum firmamentũ cœli. Et factum est sic. Et fecit Deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ secundum genera sua. Et uidit Deus quòd esset bonum, & ait. Homilia VII

HEri eos, qui ad equestris ludi spectaculum abierũt, satis perstrinximus, demonstrata eis iacturæ, quam fecerunt, magnitudine: nempe quòd spiritualem thesaurum ex ieiunio collectum, simul effuderunt, & ex magna abundantia in extremam inopiam subito seipsos coniecere. Age, leniore hodie utamur remedio, & illorũ spiritualia uulnera, quasi membra nostra essent, obligemus: quia & heri asperiora medicamina imposuimus, non ut quẽ contristare & affligere uelimus, sed ut uehementia uulnus ipsum attingere possemus. Etenim & medici & patres sic facere consueuerunt. Medici enim primũ apponunt cataplasmata magis efficacia: & dein rupto ulcere, ea quæ leniunt: patres quoq; cum uiderint filios suos incompositis moribus, primum grauiores castigationes, atq; ita demũ monita & præcepta adhibent. Hoc modo & nos, quamuis heri uehementiori sermone usi fuerimus, hodie tamen blandius uobis loquemur, & sicut nostra ipsorum membra curabimus. Nam ut profectus uester maiorem loquendi fiduciam nobis conciliat: & spiritualis noster thesaurus est, uidere uos spiritualibus esse deditos, & uirtutibus spectabiles, & ab his quæ nocere ualent, cauentes: sic quando uidemus uos supplantari, & diabolicis illusionibus seduci & subijci, mœstitia implemur, & confusio quædam, ut sic dicam, animam nostram deijcit. Iuxta beatum enim Paulum: Tunc 2.Thess.3.c uiuimus, si uos statis in domino. Igitur ut perfecti & repleti intellectu, sic eorum quæ retro sunt obliuiscamini, ut ad ea quæ ante uos sunt, enitamini. Et fœdera quæ cum Christo inijstis, renouata, stabilia & inuiolata posthac custodite: & prudenter excluso diabolicis machinationibus aditu, subsequente studio inscriptam uobis desidiæ maculam abstergite. Vincite, oro, prauam & pernicioſam consuetudinem: & cogitate, quòd non hoc solum graue est, quòd qui illo confluunt, sibi damnũ adsciscũt, sed & quòd multis alijs scandalo sunt. Quippe Gẽtiles & Iudæi uidẽtes eos qui quotidie in templo uersantur, & doctrinas audiunt, simul ibi comparere, & sibi cõmisceri: quomodo res nostras pro deceptionibus non habebunt, & non idem de omnibus nobis suspicabuntur? An nõ audis beatum Paulum admonentem & consulentem clara uoce, Absque offendiculo Rom.14.c estote? Deinde, ne putes de nostris tantum admonere, subdidit: Et Iudæis & Gentibus. Et tandem adijcit

adijcit: Et ecclesiæ dei. Nihil enim ita offendit & A nocet religioni nostræ, ut scandali ansam præbere infidelibus. Nam quando uident aliquos è nostris uirtute conspicuos, huius uitæ negotia & curas è sublimi cõtemnere, multos ex ipsis male habet: plericq; admiranẽ & obstupescunt, quòd cum eiusdem naturæ nobiscum sint, non concedantur ipsis eadem. Deniq; quando uident paruũ aliquod delictum nostrorum, statim linguam exacuunt simul contra nos omnes, & ex unius delicto totam Christianorum gentem iudicant. Neque hoc contenti sunt, sed statim aduersus caput suum loquentes, ob seruorum delicta etiam communem dominum blasphemare audent, & putãt uelamenta errorum suorum esse aliorum desidiam. Quòd autẽ hoc maxime periculosum sit his B qui blasphemiæ occasionem præbent, audiamus Prophetam clamantem, & ex persona dei dicen-
Esaiæ 52.b tem: Væ uobis, quia propter uos nomen meum blasphematur in gentibus. Terribile hoc uerbum est, & horrore plenum. Væ enim hoc est quasi lamentantis supplicium illud non euasuros. Porrò sicut hos qui per suam negligentiam causam illis præbent blasphemiæ, tanta pœna manet ac condemnatio: ita ediuerso uirtutum studiosis fit mul tarum coronarum materia: quod docens Chri-
Matth. 5.b stus dicebat, Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Nam quemadmodum illi delictis aliquorum offensi, linguam acuunt contra dominum nostrum: sic, inquit, si C uirtutem exercueritis, uidentes uos homines, nõ uos tantum laudabunt: sed cum uiderint opera uestra lucentia, & facies uestras illustrantia, ad glorificandum patrem uestrum in cœlis prorumpent. cumq; hoc ab illis fit, rursum nostræ retribu tiones augebuntur, & multa nobis bona conce-
1.Reg.2.f det deus, eò quòd ab illis laudatur. Eos enim qui me glorificant, ait, glorificabo. Omnia igitur faciamus dilecti, ut glorificetur dominus noster, et nulli simus offendiculi occasio. Id quod perpetuo nos docet magister orbis beatus Paulus inte-
Rom.14.b rim sic dicens: Si cibus offendit fratrem meum, nunquam in æternum carnem comedam. & ite-
1.Cor.8.d rum in alio loco inquit: Sic autẽ peccantes in fratres, & percutientes infirmam eorum conscien- D tiam, in Christũ peccatis. Minæ illæ austeræ sunt, & magnam secum condemnationẽ afferunt. Dicere enim uult: Ne opineris, quòd damnum hoc ad illum qui offẽditur solum pertineat, transit etiam ad Christum ipsum, qui propter illum crucifixus est. Igitur si dominus tuus propter illum crucifigi non detrectauit, non tu omnia feres, ne quam scandali occasionem illi præbeas? Hoc ubiq; inuenies illum discipulis cõsiliũ dare. Hoc enim est quod uitam nostram conseruat, propte-
1.Cor.10.b rea & alibi scribẽs dicebat: Nec quæ sua sunt spectent singuli, sed quæ aliorum. Et iterum alio loco: Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Vides apostolicam sapientiam? Etiã si liceat, inquit, mihi aliquid facere, nihilq; hinc mihi damni accedat: tamen quia hoc non facit ad proximi ædificationem, nequaquã hoc fieri sinam. Vides animã suauiter nos amantem, quomodo nusquã quod suum est quærit, sed omnibus modis ostendit, uirtutum longè maximam esse, magnam curam gerere quomodo proximus ædificetur? Hæc obsecro omnia sciẽtes obseruemus, caueamusq; ab his, quæ spiritualem uirtutum thesaurũ offendere possunt: & nihil unquam faciamus, quo incommodetur proximo. Hoc enim & peccatum auget, & grauius nobis adducit supplicium. Neq; ut rem paruam cõtemnamus, frigida hæc uerba dicentes: Quid mea refert, si ille uel ille offendatur? Dic, obsecro, quid dicis? quid tua refert? Sic tuam fulgere uitam præcepit Christus, ut non solum uidentibus te sis admirationi, sed ut & dominus tuus glorificetur: tu uero omnino contrariũ agis, & pro gloria dei blasphemias introduci facis, & hoc cõtemnis? Hoccine fuerit animæ piæ, legesq; diuinas scientis? Cæterum qui prius hæc per malam consuetudinem dicere solitus fuit, suscepta nunc admonitione hac, desistat oro ab illicitis huiuscemodi sermonibus: & sic omnia facere studeat, ut neq; ab oculo qui nunquam sopitur, neq; à conscientia sua condemnetur: neq; eos qui se uident, in blasphemias aduersus dominum inducat. Quòd si hac obseruatione dispensabimus ea quæ nostra sunt, multa fruemur & apud dominũ misericordia, & diaboli insidias effugiemus. Videns enim nos ita sobrios & uigiles, & cogitans se operam perdere, abscedet & occultabitur. Sed sat fuerit procœmiorum. Age charitati uestræ propositis his quæ lecta sunt, spirituale conuiuium apparemus: ut & hodie aliquid discamus, quod beatus Moses, imò spiritus sanctus per eius linguam docere nos uult. Itaq; quid dicit? Et dixit Deus: Educant aquæ reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia super terram secundum firmamentum cœli. Et factum est sic.] Vide humanitatem domini, quomodo ordine quodam & consequentia omne opificium suum nos docet. Prius docuit nos, quomodo ad fructuum prouentus suo mandato terram idoneam fecerit: postea, ubi docuit duorum luminarium formationem, apposuit & stellarum uarietatem, per quas cœli pulchritudo facta est clarior: hodie consequenter ad aquas transit, & ostendit nobis, sermone & præcepto suo ex aquis ipsis animata animalia prodijsse. Educant enim, ait, aquæ reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia super terrã secundum firmamentum cœli. Obsecro, quis sermo miraculi dignitatem possit assequi? Quæ lingua ad opificis præconia sufficiet? Dixit tantum, Germinet terra: & statim illam parturire fecit. Nunc dicit: Educant aquæ. Vide quàm consonant præcepta? Illic, Germinet: hic, educant aquæ, inquit, reptilia animarum uiuentium. Nam sicut de terra dixit solum, Germinet: & uaria statim ac multiplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiplex florum, herbarum & seminum apparuit co A pia, unoq; sermone producta sunt omnia: sic & hic dixit, Educant aquæ reptilia animarũ uiuentium, & uolatilia uolantia super terrã secundum firmamentum cœli: & continuo tot reptilium uolatiliumq; genera condita sunt, quot neq; sermone recenseri possunt. Et uerbũ quidem breue est, & uerbum unum, genera autem animalium diuersa & uaria. Sed nulla te admiratio teneat dilecte. Verbũ enim erat dei, & sermo ipsius his quæ fiebant subsistentiam largitus est. Vides quomodo omnia ex nihilo, ut essent producta sunt? Vides quàm diligenter docet? Vides quanta se attemperatione ad nostram usq; humilitatem dominus demittit? Vnde enim nos hæc tam accurate discere potuissemus, nisi ipse magna & ineffa- B bili misericordia sua humanum genus per prophetæ linguã docere dignatus esset: ut scire possimus & factorum ordinem, & factoris potentiam, & quomodo sermo suus effecerit opus, et uerbum suum subsistentiam, & essentiæ ingressum præbuerit. Verum sunt insensati nonnulli, qui & post tantã doctrinam discredere non formidant: fateriq; nolũt, esse aliquem istorum inuisibilium opificem: sed fabulãtur, fortuitò ea & per se esse, & ferri. Alij uero ex præiacẽte materia esse facta contendũt. Considera quãta diaboli illusio, quomodo abusus est facili erroribus seruientium credulitate. Eapropter beatus Moses, spiritu diuino afflatus, tanta diligentia nos docet, & hæc auribus inculcat, ne idem & nobis eueniat: sed scia- C mus manifeste & creaturarum ordinem, & quomodo creatæ sint. Nisi enim nostrę salutis curam habuisset deus, & ita direxisset prophetæ linguã: satis erat dixisse, Fecit deus cœlum & terram, & mare, & animantia: neq; posuisset ordinem dierum, & quid primò, & quid secundò factum fuerit. Sed ut ingratis & male sentiẽtibus nulla relinqueretur excusatio, ita distinguit manifestè & factorum ordinem, & dierum numerum: & omnia nos docet tanta mansuetudine, ut cognita omni ueritate, nõ ultra erroribus implicemur, loquentes quæ ipsi excogitamus: sed sciamus conditoris nostri inenarrabilem potentiam. Et factũ est, inquit, sic. Dixit: Educant aquæ reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia super ter- D ram secundum firmamentum cœli. Et obtemperauit elementum, & impleuit præceptum. Et factũ est, inquit, sic ut imperauit dominus. Et fecit deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ iuxta genera sua, & omne uolatile pennatũ secundum genus. Et uidit deus, quòd bona. Benedixitq; ea deus dicens: Crescite & multiplicamini, & implete aquas quæ in pelagis: & uolatilia multiplicentur super terram.] Iterum uide hic, obsecro, quanta sapiẽtia spiritus: quia ut dixit beatus Moses, quòd factum est sic, docet nos particulatim, addens & dicens: Et fecit deus cete magna, & omnem animam animalium reptiliũ, quæ produxerũt aquæ secundum genera sua, & omne uolatile pennatum iuxta genus. Et uidit deus quòd bona. Hic denuo temeritatem omnia abscq; ratione blaterantium cõprimit. Nam ut nullus dicere possit, cuius gratia cete facta sunt? quã nobis utilitatem conferunt? quid commodi ex eorum creatione? idcirco posteaquam dixit, Fecit deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium & uolatilia: statim addidit, Et uidit deus quòd bona. Quasi diceret: Non enim quia tu rationem ignoras factorum, accusandæ sunt creaturę. Audisti dominum laudantem sententia sua, & dicentem quòd bonæ sint: & quomodo tu insanus dicere audes, quare factę sunt, quasi deum ob suũ opificium accusans? Nam si cordatus esses, posses etiã ex horum creatione, & potentiam domini, & ineffabilem misericordiam addiscere: potẽ etiam quidem, quia sermone & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit: misericordiam autem, quia ut ea produxit, propriam eis regionem attribuit, innauigabilem maris partem illis decernens, ita ut nemini possint nocere: sed uersentur in mari, & sui spectaculo supereminentem opificis potentiam doceant, nullumq; humano generi damnum inferant. An paruam putas misericordiæ partem, geminam tibi utilitatẽ hinc exoriri? Etenim sapere uolentes, ad dei notitiã introducunt, & admirari faciunt misericordiæ eius magnitudinem: quòd ab eorum nocumentis humanũ genus liberauit. Neq; enim ob nostram duntaxat utilitatem ea omnia facta sunt, sed & ob immẽsam ipsius magnificentiam. Alia enim propter nostram utilitatem fecit, alia propter suam magnificentiã, ut magis factoris prædicetur potentia. Audito itaq;, quòd deus uidit quia bona: ne ausis ultra diuinæ scripturę obmurmurare, & curiosius inquirere, & dicere: Quare deus hoc uel illud fecit? Et benedixit illa deus, inquit, & dixit: Crescite & multiplicamini, & implete aquas, quæ in pelagis: & uolatilia multiplicentur super terram. Ipsa benedictio est, in magno numero & multitudine illa augeri & multiplicari. Nam quia animatæ creaturæ erãt animalia, uolebatq; illa perpetuo esse, ideo subdidit: Et benedixit illa deus, Crescite & multiplicamini. Verbum enim illud usq; in præsentem diem illa conseruat, & tantum præterijt tempus, neq; unum horum genus imminutum est. Nam benedictio dei, & uerbum quod dicebat, Crescite & multiplicamini: ut subsisterent & durarent, illis contulit. Et factum est, inquit, uesperum, & factum est mane, dies quintus.] Vides quõ diuina scriptura docuit nos, quę & die quinto facta sunt animantia? parumper expecta, & iterum uidebis domini tui misericordiam. Neq; enim aquas solum animalium productione fœcundas fecit, sed ex terra denuo præcipit ut terrestria producantur animalia. Neq; enim absurdum hodie attingere ea, quæ die sexto sunt facta. Et dixit, inquit, deus: Producat terra animã uiuentem secundum genus, quadrupedes, & reptilia, & bestias super terram

terram: & pecora secundũ genus, & omnia reptilia terræ, secundũ genus. Et factũ est sic.] Vide quomodo & terra iterũ duplicem nobis affert fructum, & mãdato domínico ministrat. Tũc quidẽ seminũ ædebat germina: nũc aũt animata animalia, quadrupedia & reptilia, pecora & feras. Ecce uerum est quod dixi, quòd nõ omnia propter nostram utilitatem produxerit, sed & propter suam magnificentiam: ut uidentes copiam & multitudinem creaturarum, opificis uirtutem obstupescamus, & sciamus sapientia quadam, & misericordia inenarrabili, propter futurum hominem omnia esse producta. Et fecit, inquit, Deus bestias terræ secundum genus suum, & pecora secundum genus suum, & omnia reptilia terræ secundum genus suum. Et uidit Deus quòd bona. B Vbi nunc sunt qui dicere audẽt: Quare ferę, quare reptilia creata sunt? Audiant diuinam scripturam dicentem: Et uidit deus quòd bona. Dic, obsecro, ipse qui creauit, laudat facta: & tu audes reprehendere? Quantę hoc fuerit insanię? Quia & in seminibus, & in plantis non solum fructuosas arbores, sed & syluestres & steriles: & non solum inutiles herbas, sed & incognitas nobis profert, sæpe etiã nocuas. Sed propterea non sunt arguendæ creaturæ. Neq; enim temere, neq; inuanũ formatę sunt. Sanè neq; laudem apud conditorẽ inuenissent, nisi ad utilitatem aliquam conditæ essent. Itaq; sicut in arboribus non omnes fructuosæ, sed & infructuosæ multæ: attamen illæ ipsæ non minorem nobis quàm fructuosæ utilitatem, C eamq; admirabilem, & quieti nostræ seruientem conferunt. Etenim ex ipsis ædificia, & multa alia ad quietem nostram pertinentia fabricamus. Et omnino nihil quod nõ ratione aliqua formatum est, etiãsi humanæ naturæ omnia illa exacte scire possibile non sit. Proinde sicut in arboribus, ita & in animalibus: alia quidem ad cibum nostrum pertinent, alia ad ministerium. Ferarum item & reptiliũ genera nõ minorem nobis præstant utilitatem. Et si quis uellet sapienter cognoscere, inueniet etiam nunc, cum principatu eorum ob primi parentis inobedientiam priuati sumus, magnam ex illis nobis utilitatem prouenire. Multa enim inde colligunt medici, quæ ad nostrorum corporum medicinam & sanitatem conducunt. D Alioquin etiam quid nocumenti ex ferarum productione, quando sicut domestica animalia, sub potestate futura erant hominis, non multo pòst formandi? Hoc enim nunc dico, ut discas omnium domini supereminentem misericordiã, quam erga nostrum genus declarat. Postquam enim expandit cœlum, extendit terram, condidit firmamentum, ut quasi interstitiũ aliquod diuisionem inter aquas & aquas faceret: & deinde ut iussit aquarum fieri congregationes, eas mare appellauit: aridam autem terram, quam seminum herbarumq; prouentu ornauit. Indeq; transiit ad duorum magnorum luminariũ formationem, & stellarum uarietatem, quibus pulchritudinem cœli A decentiorem reddidit. Postea autem productis aquatilibus animantibus, & uolatilibus, quæ uolarent super terram secundum firmamentum cœli: & impleto quinq; dierum numero: quoniã oportebat & terrestria animalia formari: imperauit ut & ipsa æderentur, & quæ ad cibum, & quæ ad ministerium conducibilia, & feræ, & reptilia. Denique ubi omnia suo ornatu excoluit, & conuenienti ordine uisibilia disposuit, & mensam largam instruxit, uarijs & omnigenis refertam edulijs: & palatium, ut ita dicã, extruxit, undequaq; suprà & infrà uarijs modis splendidum: tum demũ fruiturum his omnibus format, cui uisibilium omnium potestatem tradat: & ostendit quanto dignius cæteris omnibus animal formet, quandoquidem præcepit, omnia quæ fiebant sub illius esse imperio & potestate. Verum ne prolixior fiat sermo, his contenti dictis, in sequentem diem reponamus ea quæ pertinent ad formationem admirabilis huius animalis, rationalis & animati, hominem dico: nunc cõsuetam admonitionem adhibentes, ita ut ne dictorum memoria elabatur: sed per omnia uisibilia ad glorificandum dominum nosipsos excitemus. Quòd autem ad eum pertingere, & creaturarum omnium rationem comprehendere non possumus, ne sit nobis incredulitatis occasio, sed potius glorificationis incitabulum. Quando enim deficit ratio, & mens non est capax, cogita quàm magnus est dominus tuus, quanta eius uirtus, cum neq; rationem eorum quæ ab illo facta sunt, scire queamus. Hoc fuerit grati animi, & sobriæ mentis. Quoniam & Gentiles sic errauerunt: suis enim cogitationibus omnia permittentes, & ad imbecillitatem naturæ suæ non respicientes: sed quæ ultra captum suum imaginantes, & limitum suorum fines egredientes, etiam à sua dignitate exciderunt. Nam qui ratione insigniti, primatum acceperant præfacturis creaturisq; omnibus, utpote omnibus uisibilibus digniores: hi in tantam absurditatem deducti sunt, ut canes, & simias, & crocodilos, & fœdiora adorarint. Et quid dico bruta animalia? Multi eorum in tantum stuporem & amentiam inciderunt, ut & cepe, & allia, & his uiliora colant. Propterea Propheta illos designans, inquit: D Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui ratione, inquit, insignitus est, & tanta sapientia præditus, is brutis factus est similis, fortè & deterior. Illa enim, utpote irrationabilia, nullis pœnis obnoxia sunt. Qui autem ratione pollet, & in illorum inciderit absurditatẽ, meritò pœnas luit, ingratus existens post tot beneficia. Hinc denique & lapides & ligna deos appellarunt, & hæc inuisibilia elementa deos dixerunt: quia mox ut semel à recta uia aberrarunt, in præceps iuerunt, & in malitiæ profundum inciderunt. Veruntamen nos neq; sic de salute illorum desperemus, sed afferentes doctrinas nostras, cum omni longanimitate & alacritate illis loquamur: monstrantes tum rei absurditatem *Psal. 48.c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem, tum damni grauitatem, & nunquam salu- A
tem illos assequi posse negemus. Probabile enim,
quòd processu temporis Christo ausculent, &
maxime si nos ita uiuamus, ne à nobis offendan-
tur. Multi enim illorum cum uiderint nostrorum
aliquos, uerbo quidem & uocabulo Christianos
appellari, cæterum sicut ipsos rapere, pecuniæ cu
pidos esse, inuidere, insidiari, dolos plectere, a-
liaq; omnia facere, crapulæ uoluptatiq; uacare:
non iam nos audiunt, neq; si rationabiles sint ad-
monitiones nostræ, sed existimant omnia nostra
deceptiones, & ijsdem criminibus omnes obnoxios. Cogita, obsecro, quãtis illi digni sint supplicijs, quandoquidem non solum sibijpsis inextinguibilem ignem coaceruant, sed & alijs autores sunt, ut in errore perseuerent: & ne uirtutem ad- B
discant, obturẽt aures: & ad hæc in causa sunt, ut etiam uirtutum studiosi accusentur & reprehendantur, & (quod omnibus grauius) per ipsos dominus blasphemat. Vides quanta malitiæ pernicies? Vide quomodo non uulgari pœnæ reos se faciunt, qui malũ sectantur: sed & multo grauiori ma supplicia pro omnibus luituri sunt, nõ solum pro sua perditione, sed & pro errantiũ scandalo, & pro sugillatione iustorũ, & pro blasphemia in deum. Hæc omnia cogitemus, ne simus nostræ salutis negligentes: sed magna nobis sit cura, ut iuxta deũ uiuamus, scientes nos inde uel condemnandos, uel illius misericordia beandos. Sic omnia faciamus, ut & nos in pura conscientia uersemur, & eos qui adhuc errant, nostra ad deũ con- C
uersatione ad ueritatẽ manu ducamus: ut & nos, & alij omnes, qui nobis connumerantur, bona fama fruamur; & ante omnia glorificetur dominus noster, maioremq; nostri curã agat. Nam quando in nos respiciunt homines, & laudem in deum referunt, inde & nos plus diuinæ gratiæ assequemur. Quid enim beatius homine, qui sic uiuit, ut homines obstupescant, & dicãt, Gloria tibi deus. Quàm multi sunt Christiani, quantã præ se ferũt philosophiam, quomodo despiciunt præsentia, quomodo omnia ipsis umbra & somniũ reputantur, & nulli uisibilium sunt affixi; sed omnia, sicut hi qui in terra aliena agunt peregrini, & quotidie migrare ex hac uita cupiunt & anhelãt? Quantã putas uerba hæc his, qui sic uiuunt, etiã hic à deo D
retributionẽ afferre? Et quod ualde admirabile & rarum, etiam hi qui talia de nobis iudicant, breui ab errore desistũt, & ad ueritatẽ redeunt. Hoc quantam illic fiduciam afferet, nulli non manifestum est. Proinde scientes quòd & de damno, & de lucro proximorum iudicabimur: sic uitam nostram instituamus, ut non solum nobis sufficiat, sed & alij inde erudiantur, ut & hic magnam dei gratiam nobis cõciliemus, & in futuro gloria per dei misericordiam fruamur. Oremus, ut hæc nobis concedantur gratia & miserationibus unigeniti eius filij, cum quo patri simul sanctoq; spiritui sit gloria, imperium, honor, nũc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus, Faciamus hominẽ secundum imaginem nostram, & secundum similitudinẽ: & dominẽt piscibus maris, & uolatilibus cœli, & pecoribus & bestijs & uniuersæ terræ, & omnibus reptilibus repentibus super terram Hom. VIII

QVoniã alacres heri, quæ diximus, audijstis, age & hodie, quæ recens lecta sunt, charitati uestræ proponamus. Prius tamen uos obsecrauerimus, ut diligenter auscultetis ea quæ dicuntur: & quæ prius dicta sunt, bene in mente uestra reponatis, ut ne frustra & incassum laborem hunc feramus. Hoc enim studiũ nostrũ est, ut uim ac sensum eorum, quæ scripta sunt accurate sciatis: atq; ita ut nõ solum teneatis, sed & aliorũ magistri positis, iuxta beatũ Paulum, unus alterũ ædificare. Nam si uos profeceritis in dño, & in spiritualiũ doctrina mactos & præstantes ostenderitis, etiam nos ingenti afficietis lætitia. Hæc enim nostra fuerit tota pro
1. Thess. 2. d
speritas, & summa festiuitas. Quę nostra spes, uel gaudium, uel corona, inquit, gloriationis? an nõ & uos, & uestrum in diuinis studijs incrementũ? Omnes enim doctores, qui uidẽt discipulos priorum lectionum memoriã animo bene tenere, operibusq; ipsis fructũ aliquẽ afferre, maiore alacritate & sequentiũ scientiã concredunt. Et nos quoque quanto magis mentem uestrã erigi, & desiderium crescere, rationẽq; alas assumere uidemus, tanto alacriores reddimur, ut uberiorem doctrinam proponamus. Porrò quanto plus profundimus fluentorũ horum spiritualium, tanto nobis & fluenta sunt auctiora: nimirũ propter ædificationem uestrã, & propter uestrarum animarum utilitatem. Non enim in hac causa cõtingit, sicut in pecunijs. Illic enim qui numerauit uicino, imminuit suam substantiam: & quanto plus expendit, tanto minus possidet pecuniæ. Hic aũt plane secus agitur. Tunc enim facultatibus nostris plus accrescit, tunc spirituales hæ opes magis augentur, quando audire uolentibus, doctrinam libera liter profundimus. Igitur quia nobis abũdantius & opes, & substantiæ affluunt, & uos spiritualib. alimentis satiari nõ potestis: age, uideamus quid & hodie beatus Moses in his quæ lecta sunt nos doceat, imò quid gratia spiritus per eius linguam nobis dicat. Et dixit, inquit, deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostrã, & secundum similitudinem.] Ne simpliciter prætereamus charissimi, dicta hęc, sed disquiramus uerba singula: & ad infima descendentes, uim in breuiculis hisce uerbis latentem inuestigemus. Nam licet pauca sint uerba, magnus tamẽ thesaurus est in illis reconditus: neq; decet sobrium ac uigilem auditorem superficie sola eorum cõtentum esse. Quoniã & hi qui sensibiles thesauros effodere conantur, nõ in superficie solum fodiunt, sed in profundũ descendunt, & penitiores terræ sinus scrutantur: atq; ita arte sua aurum à terra segregant, tametsi sæpe post labores sudoresq; multos uix paucas

paucas quasdam micas afferunt. Hic autẽ nil tale A
est, sed labor minor & ineffabilis ubertas. Nã spiritualia omnia in hunc modum se habent. Ne igitur simus deteriores his qui sensibilia admirant: sed inquiramus & nos diligenter thesaurũ hunc spiritualem in uerbis istis reconditũ. Et primum uideamus quid nouũ & admirandum dicat: deinquare tanta uerborum uariatione utatur beatus hic Propheta, imò misericors deus per Prophetã loquens. Et dixit, Faciamus hominẽ secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Prius quidem, quum cœlum terramq; formasset, audiuimus illum dicentem: Fiat lux: & fiat firmamentum in medio aquæ. Et iterum: Coganẽ aquę in congregationem unam: & appareat arida: &, Fiant luminaria: &, Educãt aquæ reptilia anima B
rum uiuentiũ. Vidisti sermone solo & præcepto omnem creaturam quinq; diebus formari? Vide hodie, quanta uerborũ diuersitas. Non enim iam dicit, Fiat homo: sed quid? Faciamus hominẽ secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Quid hoc nouiq; quid rari? Quisnam ille qui formandus, ad quem faciendum opifici tanto consilio & circumspectione opus? Ne mireris dilecte. Homo enim inter uisibilia omnia dignitate præcellit, propter quem cõdita sunt hæc omnia: cœlũ, terra, mare, sol, luna, stellæ, reptilia, iumenta brutaq; animalia omnia. Et quare, inquis, tardius creatus est homo, si cætera dignitate præstat? Merito. Nam ut ingressuro in ciuitatem aliquam rege, operæpretiũ est præmittere satellites aliosq; C
omnes, ut bene adornato palatio rex honestius ibi agat: Ita simili modo, quasi regem & principem aliquem rebus terrenis præfecturus, prius omnem hũc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hominem introduxit: declarans factis istis, quanti animal hoc faciat. Cæterũ rogemus hoc loco Iudæum: & uideamus quid respondeat: ad quem dixerit deus, Faciamus hominem secundum imaginem nostram. Scripta enim sunt hæc à Mose, cui se credere dicunt quidem, non credunt
Ioan. 5. g
autẽ: sicut & Christus inquit: Si crederetis Mosi, crederetis & mihi. Sed literæ quidem apud illos sunt, sensus uero apud nos. Ad quem igitur dictũ est, Faciamus hominem? cum quo consilium hoc habuit dominus? Nunquid cõsilio & circumspe- D
ctione opus habet? Absit. Quid ergo? Figura uerborum declarare uoluit, quàm excellentem honorem homini qui formabatur, impendat. Quid ergo dicunt hi, qui adhuc habent uelamen super corda sua positum, & nihil eorũ quæ hic contenta, intelligere uolunt? Ad angelum & archangelum, inquiunt, hæc dicta sunt. O insaniam, ô magnam impudentiã. Et quomodo rationi consentaneum est, bone uir, ut angeli consilium dent domino, & creaturæ creatori? Non enim est angelorum consilium dare, sed assistere & ministerium adimplere. Et ut discas, audi uocalissimũ Esaiam,
Esaiæ 6. a
dicentem de supernis angelicis uirtutibus: Vidi Cherubim stantia à dextris dei, & Seraphim, &
Chrys.

obtegebant facies pedesq; suos alis. Quod ideo factum esse liquet, quia fulgur maiestatis diuinæ inde egrediens, ferre nequierũt, steteruntq; cum timore & tremore. Et enim creaturis peculiare est domino assistere. Verum illi nihil præsentium intelligentes, simpliciter quod occurrit, effutiũt. Et ideo refutatis illorum deliramentis, dictorum ueritas ecclesię filijs discenda est. Quis igitur hic, ad quem inquit, Faciamus hominem? Quis alius, q; ille magni consilij angelus, ille admirabilis consiliarius, princeps pacis, pater futuri seculi, unigenitus dei filius, patri æqualis secundum substantiam, per quem omnia producta sunt? huic dicit, Faciamus hominẽ secundum imaginem nostrã, & secundum similitudinem. Hic Arianis quoq; letalem inflixit plagam. Non enim imperatiue dixit, fac, ut subdito & inferiori, uel ut minori secundum essentiã: sed par honor declarat, cum dicit, faciamus. Quin & quod sequitur, magnã substantiæ similitudinem ostendit: Faciamus enim, ait, hominem secundum imaginem nostram & similitudinem. Sed hic rursus alij contra nos insurgunt hæretici, ecclesiæ dogmata populantes, & dicẽtes: Ecce dicit, secundum imaginem nostrã. Et inde uolunt deo humanam formam tribuere: id quod extremi fuerit stuporis, ut is qui formæ specięq; caret, & nulli alterationi obnoxius est, sub humanam redigatur formam, & incorporeo membra & liniamenta attribuantur. Quæ huic insania par fuerit? quum non solum nihil lucri à scripturis diuinitus inspiratis referunt, sed & plurimum inde offenduntur? simili modo affecti, sicut hi qui morbo laborant, & corporalibus oculis cæcutiunt. Illi enim ob oculorum suorum infirmitatem solis lucem ægre ferũt, & ob aduersam corporis ualetudinem, etiã optimos saluberrimosq; cibos auersant: Ita & hi anima ægrotantes, & mentis oculis capti, lumen ueritatis intenti aspicere nõ possunt. Idcirco nostro fungẽtes munere, manus eis porrigamus, magnaq; eis mansuetudine loquamur. Nam & beatus Paulus ita
2. Tim. 2. d
nos monuit, dicens: Vt in mansuetudine eruditan tur aduersarij, si fortè det eis deus pœnitentiã in agnitionem ueritatis, & emergant à laqueo diaboli, capti ab ipso in illius uoluntatẽ. Vides quomodo uerbis declarauit, quòd quasi ebrietate obruti sint? Nam quod dicit, emergant, ostendit q; in profundo aliquo mersi sint. Et iterũ: Capti, inquit, à diabolo: quasi diceret, laqueis irretiti sunt. Vnde & nobis gemina opus est mansuetudine & longanimitate, ut possimus eos eripere, & educere ex laqueis diaboli. Dicamus igitẽ eis: Emergite & resipiscite paulisper, aspicite lumẽ iustitiæ, expendite uobiscum uerborum diligentiam. Neq; enim cum dixit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: hic sermonem finiuit: sed per ea quę adiungit, manifestum nobis facit, quo sensu nomen imaginis posuerit. Quid enim dicit? Et dominentur piscibus maris, & uolatilibus cœli, & omnibus reptilibus super

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus super terram. Imaginem ergo dixit, de princi A patu & dominio, non de alio aliquo: quia deus fecit hominem principem omnium quæ sunt super terram, & nihil super terrã homine maius est, & omnia sub potestate illius sunt. Quòd si adhuc ea dicta esse cõtendant de formæ imagine, dicemus eis: Igitur Deus non solum uir, sed & mulier erit: quia eandem formam utercp habent. Verum hoc absurdum est, & ratione caret. Audi enim & bea
1.Cor.11.c tum Paulum dicentem: Vir enim non debet uelare caput, imago & gloria dei existens. Mulier autem gloria uiri est. Vir enim imperat, mulier autẽ subiecta est: sicut & Christus ab initio ad eam di-
Gen.3.d xit: Ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Itacp quoniam iuxta rationem domi-
B nij non formæ ad imaginẽ factus est, ideo uir dominatur omnibus, mulier autem subiecta est. Eapropter dicit de uiro Paulus, quòd imago & gloria dei sit, mulier autẽ gloria uiri. Quòd si de forma uel figura dixisset, nõ utiqp ea diuisisset. Eadẽ enim figura est uiri & mulieris. Vidisti plenã ueritatem, quomodo nullum ueritatis prætextum relinquit his, qui absq causa impudentes esse uolunt? Veruntamen etiam illis ita se habẽtibus, ne cessemus magna suauitate cũ ipsis agere, si forte det illis deus resipiscere ad agnitionẽm ueritatis. Ne igitur pigeat nos magnã eis æquanimitatem exhibere, si quo pacto possimus ipsos eripere à deceptione diaboli. Et, si placet, citemus iterum bea
Acto.17.f tum Paulum, qui Atheniẽsibus sic dicebat: Non debemus existimare, auro, uel argẽto, uel lapidi, C uel sculpturæ artis, uel inuento hominis numen esse simile. Vidisti quanta diligentia omnem illorum errorem sapiens magister radicitus excideritt Non solum enim à corporali forma alienum dicit numen, sed & quod tale aliquid nulla humana cogitatio effigiare queat. Hęc subinde illis differentes, nihil quod uestrum est intermittatis, si forte ad ueritatem oculos aperire uelint. Cæterũ ut à beneuola illorũ instructione uobis desistendum non est: ita oro, ut scita ecclesiastica probè teneatis, non confundentes dictorum consequentiam: sed cum Iudæis, ut oportet, loquamini: & demonstrate, quòd non sint dicta de angelis & uirtutibus, quorum officiũ est ministrare: sed de unigenito dei filio. Arianis quoq; hinc parem filij cũ D patre dignitatẽ indicate. Sed & his qui humanã formam numinis imaginãtur, allatis in medium his, quæ à beato Paulo sunt dicta, euellite ecclesiasticis placitis pernicios os morbos instar zizaniarum pullulantes: operamcp date, ut pia scita in eis plantẽtur & roborent. Volo enim, & precor, omnes uos in doctorum ordine esse: & nõ solum auditores nostrorum esse dictorũ, sed & alijs doctrinam nostram importare, piscariq; errantes, ut in uiam redeant ueritatis, sicut & Paulus inquit:
1.Thess.1.b Vnus alterum ædificet: &, Cum timore & tremo
Philip.2.b re salutem uestram operemini. Sic deus ecclesiam nostram multitudine augebit, & uos uberius superna fruemini gratia, magnam membrorum ue

strorum curam habentes. Necp enim deus uult ut Christianus seipso tantum contentus sit, sed ut alios ædificet, non per doctrinam solum, sed & per uitam & conuersationem. Necp sic nos inducit in ueritatis uiam, ut in uiuendi rationis curã. Nam necp tam considerantur ea quę à nobis dicuntur, quàm quæ à nobis aguntur. Et ut scias rem ita se habere, licet infinite tantum philosophemur uerbis, & de patiẽtia disseramus, & cum tempus fuerit, eam operibus non demonstremus: non tantum proderunt uerba, quantum nocebunt opera. Sin ante & post uerba, operum specimen exhibuerimus: digni habebimur qui admoneamus alios eorum quæ per opera adimplemus: quia & Matth.5.c Christus illos beatos dixit, inquiens: Beatus qui B fecerit, & docuerit. Vide quòd opus præposuerit, & postea doctrinam. Atcp adeò præcedente opere, etiamsi non sequatur doctrina, sufficiunt opera ipsa magis quàm ulla uox ad docẽdum eos qui in nos respiciũt. Hoc igitur ubicp spectemus, ut prius operibus doceamus, & postea sermonibus: ut ne & nos audiamus à beato Paulo, Tu qui Rom.2.c doces alium teipsum nõ doces? Et cum uolumus admonere aliũ, ut aliquod ex his quæ necessaria agat honeste, prius studeamus & nos hoc ipsum agere, quò nobis & maior sit loquendi fiducia, & omnis nostra cura sit in animarum salute. Et quomodo poterimus? Lasciuias carnis refrenemus, & uerum seruemus ieiunium. Ieiunium autem dico, abstinentiam à uitijs. Etenim abstinentia à ci-
C bis propter hoc recepta est, ut rigorem carnis refrenet, & equum moderanti facile parére faciat. Ieiunantem ante omnia oportet iram refrenare, mansuetudinem & lenitatem addiscere, habere cor contritum, & quod absurdas concupiscentias repellat: ante oculos continuò proponere oculum æterni iudicis, & tribunal indepraubabile, pecunijs non seruire, liberalem esse in danda eleemosyna, nullam maleuolentiã erga proximum in cor admittere. Hoc uerũ ieiunium est, sicut &
Esa.58.c Esaias ex persona dei loquens, dicit: Non hoc ieiunium elegi, dicit dominus. Et si torqueas ut circulum ceruicem tuam, & saccum & cinerem substernas, necp sic uocabitur ieiunium acceptum, dicit dominus. Sed quale dico? Solue, inquit, obliga
D tiones uiolentorum cõtractuũ, frange esurienti panem tuum, pauperem absq tecto induc in domum tuam. Et si hæc feceris, inquit, tunc erumpet matutina lux tua, & sanitates tuę statim orientur. Vidisti dilecte, quale sit uerum ieiunium? In hoc nos exerceamus, & non, ut pleriq; existimemus definiri in hoc ieiunium, si ad uesperam usq; impransi maneamus. Nõ hoc est quod quæritur, sed ut cum ciborum abstinentia & à cæteris abstineatur quæ nocere possunt, & spiritualibus magis uacetur. Ieiunantem esse oportet sedatum, mitem, humilem, gloriæ huius uitæ contemptorem. Nam sicut uitę suæ curam despexit, ita & inanem gloriã despicere decet, & ad illum solum qui exquirit corda & renes, respicere, magnoq; studio

preces

preces & confessiones facere deo, & uirtute eleA mosynarũ pro uiribus seipsum iuuare. Hoc em, hoc mandatum maxime ualet ad abolenda peccata, & extinguendum gehennæ ignem, modo ipsum liberaliter & non ad ostentationem hominum fiat. Et quid dico, nõ ad ostentationẽ? Nam si recte sapimus, ob hoc solum quòd bonum est, & ob compassionem in cognatos, uirtutem hanc exercere oportebit, non ob promissas à deo mercedes. Verum quando ad nihil sublimem mentem attollere ualemus, uel ob hasipsas benigni simus, modo ne ab hominibus gloriã captemus, ne fortè & sumptus faciamus, & mercede pariter priuemur. Id quod non solũ in eleemosyna, sed in unoquoq; bono opere spirituali attendendum, ut nihil ad hominum præconia respicientes faciamus: B alioquin nulla nobis utilitas erit, siue ieiunamus, siue precamur, siue miseremur, siue quoduis aliud facimus, nisi propter illum solum fiant, qui nouit & abscondita, & quę in profundo mentis sunt recondita. Nam si ab illo præmia expectas, cuius gratia ab alio, qui natura tibi cognatus est, laudari & admirari uis? Et quid, inquam, laudari? Sæpe is non laudat, sed & inuidet. Sunt enim multi ita male affecti, ut & ea quæ bene à nobis fiunt, in contrarium interpretentur. Cuius igitur gratia, dic obsecro, peruersum hoc iudicium tanti facis? Insopitum enim & perpetuo uigilem illum oculum, nihil eorum quæ fiunt, latere potest. Et oportet hoc cogitantes, tanto studio uitam nostram instituere, perinde ac mox de omnibus uer C bis & operibus, & cogitationibus iudicandi essemus. Ne igitur salutis nostrę cõtemptores simus. Nihil enim uirtuti par est charissime, quæ nos & in futuro seculo è gehenna eripit, & regno cœlorum nobis frui concedit, & in præsenti quoq; seculo omnibus superiores cõstituit, qui nobis sine causa insidiantur: & nõ hominibus solum, sed & ipso salutis nostræ inimico diabolo fortiores efficit. Quid igitur illi par fuerit, quæ non solum hominibus insidiantibus, sed & dæmonibus superiores, sui studiosos efficit? Virtus autem est, humana omnia despicere, futura singulis horis cogitare, nullis præsentibus magnopere affici: sed scire omnia humana umbram esse & somnium, & si quid his uilius. Virtus est, negotia huius uitæ D non magis quàm si mortuus sis curare, potissimũ ea quæ offendere animæ salutem possunt, operari autem tantum ea quæ spiritus sunt, & his solis
Galat.2.d uiuere: sicut & Paulus dicebat, Viuo autem, non iam ego, sed uiuit in me Christus. Proinde dilecti, & nos tanquã Christum induti, omnia faciamus, & non contristemus spiritum sanctum. Quando igitur turbamur à concupiscentia, uel affectione absurda, uel ira, uel furore, uel inuidia: cogitemus eum qui in nobis habitat, & expellamus proculomnem talem cogitationẽ. Reuereamur eminentem dei gratiam, quæ nos obumbrat: & refrenemus omnes carnis affectiones, ut cũ legitime in breui hac & fragili uita certauerimus, coronas

Chryſ.

illas assequamur in futuro die illo, terribili quidẽ peccatoribus, desiderabili autem uirtute uestitis, & mereamur ineffabilia illa bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo sit patri, & spiritui sancto gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De ijs quæ sequuntur hæc uerba, Faciamus hominem secundũ imaginem nostram: & aduersus eos qui dicunt, Quur bestiæ factæ sunt, & quis usus creationis earum? Et quòd uel sic maxime declaretur honor homini habitus, ac ineffabilis dei erga ipsum beneuolentia. Hom. IX

AGricolæ industrij larga terę semina cõcredunt, quam crassam & pinguem uident: & magnam cõtinuo diligentiam adhibentes, quotidie considerant, num fortè alicubi sit quod segeti nocere, & laborem ipsorum, quem habuerunt inutilem facere possit. Simili modo & nos, spirituale desiderium uestrum, & ingens audiendi studium uidentes, operam damus, ut quotidie sententias quasdam diuinæ scripturæ, uestræmenti inseramus, indicando ea quæ spirituali semini nociua esse possunt: ne fortè fraude & insidijs eorum, qui præter ecclesiastica placita, suorum capitum figmenta introducere tentant, sana doctrina intercipiatur, & turbetur. Vestrum fuerit, deposita posthac diligenter seruare, & firma memoria custodire, ut facilius & sequentia tenere possitis. Nam nisi nunc ad profundiora scripturarum sensa descẽderimus, & uos mentem uestram coaptaueritis, quando ieiunij tempus, quando ad natandum membra nostra sunt leuia, mentis autem oculus acutior, utpote nõ turbatus damnoso uoluptatis fluore: spiritus quoq;, ne mergat, sufficientior: quando cõmode poterimus hæc facere? num quãdo delitiæ & ebrietas, & uoracitas, & crapula, & alia quæ inde nascuntur mala, regnant? Nõ uidetis, quòd ij qui pretiosos lapides in mari quærunt, non sedent iuxta littus maris, fluctus numerantes: sed in profundũ se demittũt, & ut ita dicam, quasi in ipsos sinus abysi descendentes, assequunt quod tanta opera exquirunt: quamuis quid magnæ utilitatis uitæ huic attulerit illorum lapidum inuentio? Vtinam non magna damna & incõmoda inferrẽt. Ex hac insania enim & rabie quæ est in pecunias, innumera sequi uidemus mala. Attamen licet tanta inde nascantur mala & damna, nõ est tamen quod grauet, ac deterreat eos qui in his occupati sunt: sed & laborem subeunt, & periculis se exponunt, ut inuenire possint quod quærunt. In diuinis autem scripturis, & in spiritualibus & pretiosis illis lapidibus, necp periculum suspicari licet, necp multus est labor, sed lucrum ineffabile: modo ea quæ nostra sunt cum alacritate afferamus. Gratia enim est parata, quærens eos qui se cum largitate suscipiant. Ita enim se habet dominus noster, quòd si uiderit animã uigilem, & desiderium feruens, & ipse suas diuitias largiter sup-

Universidad de Deusto
Biblioteca

peditat pro sua magnificentia, ultrà etiam quàm A
petere audeamus. Hæc igitur cum sciamus dilecti, purificatis cogitationibus uestris à secularib. negotijs, & dilatata mentis uestræ latitudine, magna alacritate suscipite quæ à spiritusancto suppeditantur: ut sicut terra pinguis & fœcunda multiplicetis concredita semina, & faciatis fructum: alius quidem centuplum, alius sexagecuplum, alius trigecuplum. Audistis superioribus diebus ineffabilem sapientiam eius qui uisibilia hęc omnia fabricauit, & quomodo uerbo solũ & præcepto omnia produxit. Dixit enim, Fiat: & factum est. Statimq; producta sunt omnia elementa, & sufficit uerbum, ut subsistere possent omnia: nõ quoniam simpliciter erat uerbum, sed quia uerbum dei. Memores eorum estis, quæ tunc à nobis mo- B
uebantur, contra eos qui ex præiacente materia res factas esse contendunt, & ad ecclesiastica scita, etiam sua delíria afferre non uerentur. Didicistis cuius gratia cœlum quidem perfectum, terram autẽ informem produxerit. Duas enim tunc causas diximus: unam, ut in elemento hoc potiori potentiam domini agnoscens, non ultrà ambigas propter impotentiam illius factum esse: alteram, quia terra mater & nutrix nostra facta est, & ex ipsa pascimur & sumus alijsq; omnibus fruimur, & ad ipsam redimus: ipsa enim nobis est & patria & sepulchrum. Et ne quis ob utilitatem & necessitatem illius maius aliquid de ipsa sentiat, ostendit ipsam ab initio informem conditam: ut erudiamur per res ipsas, prædicta omnia non na- C
turæ telluris asscribenda, sed potius cõditoris uirtuti. Didicistis item, quomodo aquarum separationem fecerit, producto uisibili hoc firmamẽto. Scitis, animantia & ex terra, & ex aquis ædita. Hæc non absq; causa & temere nunc charitati uestræ cogor repetere: partim ut auditorum animis hæc magis insideant, partim ut his qui tunc non affuere, nihil damni absentia sua attulerit: quia benignus pater etiã absentibus filijs reliquias mensæ reseruat, ut cum aduenerint, ex earum reseruatione suam consolentur absentiam. Vnde & nos omnium qui huc confluunt, non minorem quàm membrorum nostrorum curam gerentes, & profectum uestrum nostram existimantes gloriã, cupimus omnes perfectos & consummatos fieri in D
gloriam domini, & laudem ecclesię & nostrã gloriationem. Et nisi molestũ est, paucis charitati uestræ & hesterna dicta commemorabimus. Vidistis quanta diuersitate homo & creaturę aliæ conditi sunt. Audistis, quanto honore principem nostri generis dignatus sit: & in formatiõe ipsa, quo modo per uerba dictionumq; crassitudinem declarat honorem formando tribuendum, dicens: Faciamus hominem secũdum imaginem nostrã, & secundum similitudinem. Didicistis, quid sit secundum imaginem, nempe quòd non sit substantiæ dignitas, sed dominij similitudo: & quòd non secundum imaginem formę, sed secundum rationem dominij dixerit: ideo & subdidit, Et dominentur piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs, & reptilibus terræ. Verũ hic Gentiles in nos insurgunt, & dicunt, quòd compertũ sit hoc non esse uerum. Non enim dominamur feris, quemadmodũ pollicitus est, sed ipsæ nobis potius. Imò non uerũ est quod hi obijciunt. Nam mox ut apparuerit homo, feræ fugã capiunt. Quòd si quando uel fame solicitatę, uel à nobis lacessitę lædũt, hoc non fit ideo, quòd illis in nos sit imperiũ, sed ob aliam causam. Nam & armamur, & desidiam excutimus, ne latrones nos impetant: non quòd illi nostri domini sint, sed quòd tanta nobis salutis nostræ sit cura. Audiamus aũt nunc quæ sint dicta: Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum similitudinem. Sicut imagi- B
nem dixit ob principatus rationẽ, ita et similitudinem, ut pro uiribus humanis similes fiamus deo, mansuetudine, inquam, & lenitate, & uirtutibus deo similes efficiamur: quod & Christus dicit, Si- Matth. 6.g
miles estote patri uestro q est in cœlis. Nã quemadmodum in terra hac spatiosa & lata, animantiũ alia mansuetiora sunt, alia ferociora: ita in latitudine animæ nostræ, cogitationũ aliæ sunt magis pecuinæ & irrationales, aliæ ferociores & agrestiores. Domandæ igitur illæ sunt, & rationis imperio magistrandæ. Et quomodo quis cogitationem ferociorem cõpesceret? Quid dicis homo? Leonibus imperamus, & animos eorum mansuetos facimus: & dubitas, num mentis ferociam in mansuetudinem mutare possis? quamuis natura C
bestiæ feroces sint, & præter naturam mansuetæ: contrà tu præter naturã ferox, natura autẽ mitis: & qui bestijs id quod natura eis ineſt auferre, & quod eorum naturæ aduersum, inserere potes: id quod natura tibi præstitit, conseruare nõ potes? En quantam hoc cõdemnationem meretur? Iam qd' his admirabilius est, leonũ naturæ & alia quædam difficultas ineſt. Rationis em̃ participes non sunt, & nihilominus uidemus sæpe duci eos mansuetos per forũ, multicq; ex officinis stipem, ut mercedem artis & industriæ, mansuetario iactant, q feram mansuefecerit: animæ uero tuæ ratio concessa est, & dei timor, & alia undequaq; adminicula: ne igitur prætextus & causationes affer. Potes em̃, si uis, mãsuetus esse, & placidus & æquus.

Adduxit deus bestias, & omnia bruta ad Adam, A
ut uideret quid uocaret ea. Et cum uideret iuxta se bestias, nõ resiliit: sed tanquã dominus aliquis seruis subditis nomina imposuit. Et omne qd' uocauit Adã, inquit, hoc nomen est illi. Quod utiq; dominij signum. Et deus uolens per hoc docere ipsum substantiæ suæ dignitatem, nominũ impositionem illi permisit. Atq; hæc quidem satis indicant, ab initio feras homini terribiles non fuisse. Est tamen & aliud quiddam nõ minus, aut etiam manifestius argumentũ. Et quod nam hoc? Colloquium serpentis cum muliere. Nam si terribiles fuissent hominibus bestiæ, mulier serpente cõspecto non mansisset, neq; consilium accepisset, neq; in tanto pauore illi loquuta fuisset: sed statim ad aspectum illius obstupefacta, profugisset. Verum B
colloquitur, nec metuit: nondũ enim erat timor ille: cæterum ubi peccatũ intrauit, ablata est hæc potestas & dignitas. Et quemadmodum inter seruos fieri solet, ut probatiores & honestiores conseruis terrori sint, qui autem deliquerũt, socios & seruos timeant: sic & de homine factum est. Nam salua illius in deum fidutia, terribilis erat & bestijs: ubi autem deliquit, timere cœpit & cõseruorum extremos. Quòd si quæ dicimus nõ fers, demonstra tu mihi ubi terribiles fuerint homini bestiæ? sed non poteris. Quòd autem postea subijt timor, etiam hoc diuinæ misericordiæ maximũ argumentum est. Nam si postquam homo mandatum præuaricatus est, integer illius mansisset honor & immobilis, haud facilè à lapsu resurrexis- C
set. Quandoquidẽ cum obedientes & inobedientes pari dignitate fruũtur, malitiæ assuefiunt magis, quàm statim ab ea desistunt. Cum enim nunc tot terroribus, pœnis & supplicijs nõ continent in officio: quales fuissent, si nihil graue ꝓ suis delictis paterent? atq; ita principatus nobis à deo ob magnã nostri curã ablatus est. Tu aũt charissime, & inde misericordiã dei ineffabilem considera, quomodo Adam totum mandatũ subuerterit, & totam legem transgressus sit: misericors aũt deus bonitate sua nostra uincens delicta, non omnem honorem abstulerit, neq; toto deiecerit principatu: sed ea dũtaxat animalia à nostra potestate alienauerit, quæ non multũ ad huius uitæ utilitatem nobis conducunt: quæ uero uitæ nostræ multum D
seruiunt, & utilia & necessaria, ea in seruitute & subiectiõe sua reliquerit. Reliquit itaq; nobis boum armenta, ut aratrum trahamus, seramus, terram sulcemus. Reliquit & subiugalium multa genera, ut haberemus quæ ad uestiendum nos sufficerẽt: reliquit & alia animantium genera, unde multa nobis suppeditant̃ commoda. Nam puniens hominẽ ob inobedientiam suam, dicebat: In sudore faciei tuæ uescaris pane tuo. Vt ne sudor & labor hic noster intolerabilis foret, sudoris molestias, & laboris onus alleuiauit iumentorum multitudine, quæ unà nobiscum laborant, & molestias ferunt; idem faciens quod benignus & humanus paterfamilias, qui flagellato seruo, etiam curationem quandam cõgruam flagellis adhibet. Nam ut condemnauit peccatorem deus, leniorem etiam condemnationem esse uoluit: quia ad laborem & sudorem adiudicato, subsidiaria fecit multa brutorũ genera. Atq; ita, quòd honorem nobis dedit & abstulit, & bestiarum nobis metũ immisit, & omnia si quis diligenter & cordate inquirat, offendet plena sapientiæ, prouidẽtiæ & misericordiæ. Quocirca pro his omnibus gratias ei agamus, qui tanta in nos beneficia contulit. Neq; enim graue aliquid & onerosum à nobis requirit: sed solum ut testemur & fateamur beneficia sua, & pro his gratias agamus: non quòd ipse his opus habeat, qui nullius indigus est: sed ut nos discamus autorem bonorum diligere, & non ingrati simus, dignamq; tantis beneficijs & prouidentia uirtutem afferamus. Nam sic ipsum ad maiorem nostri curã prouocabimus. Oro igiẽ ne delides simus, sed unusquisq; pro uiribus supputet apud se singulis horis, non solum communia beneficia, sed & priuatim in se collata: nõ ea tantũ quæ omnes fatent̃, & quæ omnibus manifesta, sed & propria ac latentia. Hinc em̃ ad continuam gratiarũ actionem domino referendam incitabitur. Hoc maximum sacrificiũ, hæc perfecta oblatio est, hæc fidutiæ nostræ ad deum materia. Et quomodo, dicam. Qui hæc continuo in mente sua uersat, & suam tenuitatem agnoscit, & eminentem diuinam misericordiam cogitat: quomodo res nostras gubernans & dispensans, non attendat quid mereant̃ nostra peccata, sed ad suã bonitatem: is nimirum mentem humiliat, cor conterit, omnem fastum & arrogantiam castigat: discit modeste agere, cõtemnere præsentis uitæ gloriam, ridere uilibilia omnia, cogitare futura uitæ immortalis bona. Qui sic afficitur animo, uerum & acceptum sacrificiũ deo offert, sicut Propheta dicit: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor Psal. 50
contritum & humiliatũ deus non despiciet. Cordatos enim famulos non tam pœnæ & supplicia emendant, ut beneficia, & agnoscere quòd non iuxta delictorum merita pœnam luerint. Conteramus igitur pectus nostrum, humiliemus, obsecro, mentẽ, & maxime nunc cum hoc ieiunij tempus multa nobis præbet subsidia. Nam si ita affecti fuerimus, poterimus & magna sobrietate preces facere, & confitentes peccata multum gratiarum supernè obtinere. Et ut sciatis tales animas deo placere, audi ipsum dicentem, Ad quẽ respi- Esa. 66.d
ciam, nisi ad humilem & quietum, & trementem sermones meos? Idcirco & Christus dicit: Discite Matth. 11.d
à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus uestris. Nã qui uerè seipsum humiliat, nunquam poterit ira cõmoueri, & proximo succensere: quia anima eius in sui consideratione occupata est & humiliata. Anima autem quæ sic se habet, quid esse posset beatius? Quicunq; talis est, is in portu cõtinuo sedet ab omni tempestate liber, & oblectatur in serenitate cogi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat. 11.d tationum. Et ideo Christus dicebat, Et inuenietis A requiem animabus uestris. Itaq; sicut qui affectiones illas sopit, multa requie fruitur: ita deses & supinus, & qui nequit seipsum, ut decet, moderari, perpetuò perturbationibus & affectionibus obnoxius est: domi bellũ habet, nemine persequente turbatur, & grauem sustinet tempestatem: & propterea fluctibus se eleuantibus, & exorientibus malorum spirituum procellis, sæpe nauis illius ob imperitiam gubernatoris demersa simul submergitur. Proinde decet nos esse sobrios & uigiles, & perpetuam indesinentemq; animæ nostræ curam habere. Christiani enim est aduersus concupiscentias carnis semper in acie stare, & leges domini nostri nobis datas, semper in auribus sonare, & his muniri, & illius longanimitate non B abuti: & non expectare, ut re ipsa iræ illius periculum faciamus, ut ne & de nobis dicatur, Quan
Psal. 77.d do occidebat eos, tunc inquirebant eum. Charissimi, adiumento nobis nunc est ieiunij tempus, omnes ad confessionem peccatorum nostrorum festinemus, & ab omni quidem malitia abstineamus, exerceamus autem uirtutes omnes. Nam
Psal. 36.e sic & beatus Dauid docet, dicens: Declina à malo, & fac bonum. Quòd si in hunc modum uitam nostram instituerimus, & abstinentiæ ciborũ abstinentiam à malis adiunxerimus, poterimus & nos magna fiducia frui, & uberiorem à deo misericordiam assequi, & in præsenti seculo, & in futuro illo die terribili, precibus & intercessionibus eorum, qui deo maxime placuerunt: gratia C & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Exhortatio ad eos, quos pudet post cibum sumptum accedere synaxim uespertinam: & in reliquum textum post Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum similitudinem: & de his uerbis, Et fecit Deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum: masculum & fœminam fecit illos. Homilia x

QVidnam sibi uult, quòd minor est hodie uester conuentus, & infrequens theatrum eorũ qui ad nos cõfluunt? D Fortassis aliqui erubuerũt, post carnalem mensam ad spirituale hoc uenire conuiuium, & hæc eius absentiæ causa. Sed
Eccl. 4.c audiant sapientem quendam dicentem: Est confusio quæ inducit peccatum, & est cõfusio ad gloriam & gratiã. Non est confusione dignum, eum qui corporalis mensæ particeps fuit, uenire ad spirituale conuiuium. Non enim ut humanæ res, ita & spirituales ad definita tempora distinctæ sunt. Sermoni spirituali omne dici tempus idoneum fuerit. Et quid dico diei tempus? Neq; si nox ingruat, spiritualem doctrinam impedit. Propterea
2. Timot. 4.a & Timotheo dicebat Paulus, scribens: Insta tempestiue, intempestiue; argue, increpa, obsecra. Et iterum audi beatum Lucam, dicentem: Discessurus crastino Paulus à Troade, differebat eis, & sermonem produxit usq; ad mediam noctem. Nunquid tempus obfuit, dic quæso? num propterea doctrinæ sermo impeditus? Sobrius auditor etiam pransus, spirituali cõuentu dignus est: sicut supinus & deses, etiamsi ieiunus permaneat, nihil inde utilitatis capiet. Et hæc dico, non ut ieiunij rigorem soluam. Absit: nam multum laudo probo q; ieiunantes: sed ut doceã, sobrio quodam modo, non consuetudine ad spiritualia esse accedendum. Non enim turpe fuerit, eum qui cibum antea accepit, adesse spirituali sermoni: sed ignauo animo adesse, & ab affectionibus uexari, & carnis lasciuias non comprimere. Num comedere malum? absit: sed gula damnosa est, & impleri plus quàm satis, & disrumpere uentrem: id quod ipsam etiam, quæ ex cibo haberi potest, uoluptatem offendit. Itaq; nihil mali est, uinum ad mensuram bibere: sed ebrium fieri, & intemperantia rationis subuertere iudicium. Etenim dilecte, si ob corporis imbecillitatem non potes ieiunus diem producere, nullus qui sapit propter hoc te arguere poterit. Dominum enim habemus mansuetum & misericordem, & nihil supra uires nostras à nobis exigentem. Neq; enim ieiunium & abstinentiam simpliciter à nobis exigit: neq; hoc ipsum, ut ieiuni permaneamus: sed ut à secularibus operibus nos abdicantes, omne nostrum otium in spiritualia collocemus. Quòd si sobria mente uitam nostrã instituerimus, & quic quid otij datur, in spiritualia impenderimus: & cibos ita sumpserimus, ut tantum satiemur quantum usus exigit, & uitam omnem in bonis operibus dispensemus, iam nullo opus fuerit ex ieiunijs adiumento. Sed quia negligens est humana natura, & delitijs gaudet, & relaxationes quærit: idcirco misericors pater & dominus hanc ex ieiunio medicinam excogitauit, ut & delicata è medio tollantur, & secularium curam ad spiritualia opera transferamus. Si igitur sunt aliqui præsentes, quos corporis uetat infirmitas ieiunos & impransos permanere: eos hortor ut & corporis infirmitatẽ curent, & spirituali hac doctrina non solum non priuentur, sed & pransi plus exhibeant studij. Sunt enim, sunt profecto uiæ, quibus fiduciæ ad deum ianuæ aperiri possunt multo maiores quàm ciborum abstinentia. Igitur qui cibum accipit, & ieiunare non ualet, largiorem det eleemosynam, feruentior sit in precibus, maiorem habeat alacritatem in audiendis diuinis eloquijs, in quibus corporis infirmitas nihil obstare potest: inimicis reconcilietur, omnem iniuriarum memoriam ex animo effuget. Qui hæc fecerit, uerum ieiunabit ieiunium, quod à nobis exposcit dominus. Propter hæc enim hanc à cibis abstinentiam fieri præcipit, ut refrenantes carnis lasciuias, eam obedientem faciamus, & ad mandata dei implenda sequacem. Quòd si ob infirmitatem corporis subsidium hoc, quod ieiunium

præstat

præstat nobis, adhibere nolumus, & desidiæ deditiores sumus, maxima nobis ipsis damna afferimus. Iam si ieiunium absentibus alijs prædictis operibus nihil nobis prodest, quanto magis si etiam ieiunij pharmacum nobis deest? Proinde scientes hæc, oramus uos, qui ieiunare ualetis, ut ipsi quantum possibile, bonam & laudatam hanc uestram intendatis & augeatis promptitudinem. Quanto enim externus noster homo corrumpitur, tanto internus renouatur. nam ieiunium corpus comprimit, & lasciuias inordinatas refrenat, animam autẽ clariorem efficit, & sublimem & leuem facit. Fratres quoq; nostros, quotquot ob corporis ualetudinem ieiunare nequeunt, exhortemini ne propterea spiritualem hanc mensam relinquant: & ad illos referte quæ B à nobis didiceritis, docentes quòd pransus non
Rom. 14.b indignus sit hoc auditorio, sed deses & dissolutus. Et dicite eis apostolicum hoc dictum: Et qui manducat, domino manducat: & qui non manducat, domino non manducat. Igitur qui ieiunat, gratias agat domino, qui uires ei tribuit ad ferendos ieiunij labores: & qui manducat, iterum gratias agat deo, quia hoc nihil ipsum offendere potest, quo minus animæ salutis curam agat, modo uelit. Neque dici potest, quot nobis uias pararit misericors dominus, per quas, si uolumus, summam fiduciam assequi licet. Hæc propter absentes dixisse contenti simus, ut tollatur eis confusionis occasio: & sciatur, quòd non oportet propter hoc confundi. Neq; enim comedisse, confusio- C nem nobis affert, sed mali quidpiam egisse. Peccatum magna confusio est: si hoc admittimus, non solum erubescere, sed & nos occultare, & miseros dicere & reos: imò neq; tunc despondere animum, sed ad confessionem & resipiscentiam festinare debemus. Is enim est dominus noster, ut nihil aliud requirat, admisso peccato, si quando per socordiam deliquimus, quàm ut errata confiteamur, nec ultrà progrediamur, nec in eadem recidamus. Cæterum quum cibo nostræ mensuræ congruo utimur, non opus ut erubescamus. Nam dominus nos huic corpori coniunctos esse uoluit, quod alioqui consistere nequit, nisi cibo pascatur, tantum intemperantia ne admittatur: id quod nobis ad sanitatem quoq; & corporis bo- D nam habitudinem plurimum conducit. An non uidetis quotidie, & sumptuosis mensis, & immodica ingluuie infinita morborum genera inducí? Vnde podagræ? unde capitis dolores? unde corruptorum humorum abundantia? Vnde innumeri alij morbi? nónne ab intemperantia, & largiore uini ingurgitatione quàm oportet? Nam sicut nauis, quæ aquis ita impletur, ut exhauriri nequeat, statim submergitur: ita & homo quando crapulæ & ebrietati seipsum exponit, in præceps uadit, & rationem suam submergit: deniq; iacet quasi uiuum cadauer, ad mala quidem operanda sæpe potẽs, ad bona autẽ omnia nihil se melius habens quàm mortui. Idcirco obsecro, ut secũdum

beatum Paulum, carnis prouidentiam ne feceri- Rom. 13.e
tis in concupiscentijs: sed ut possitis subsistere, & maiori alacritate rebus spiritualibus operam dare. Hæc omnia fratribus uestris dicite, & persuadete, ne unquã spirituali hoc alimento se priuent: sed & si pransi sint, ueniant omni cum alacritate: ut accepta hic spirituali doctrina, diabolicis assultibus fortiter resistere possint. Cæterum uobis consuetã spiritualem mensam nos apponemus, charitatis uestræ in audiendis diuinis studium sic remuneraturi, & debitum quod promisimus exoluturi. Scitis enim omnino & meministis, quòd de hominis formatione dicere cœpimus, & angustia temporis præpediti, lectionem totam perficere non ualentes, in doctrina de ferarum utilitate finem fecimus: ostendendo quòd homo propter inobedientiam à principatu, quem prius super eas habebat, exciderit. Vnde hodie quod reliquum est, absoluemus, atq; ita uos dimittemus. Et ut manifestior sermo noster sit, operæpretium meminisse, ubi tũc missum fecerimus sermonem: ut inde facto initio, quæ reliqua sunt suppleamus. Vbi igitur missum fecimus? Vbi diximus de illis uerbis, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem, & dominẽtur piscibus maris, & uolucribus cœli. Quia tunc sermo prolixior fuit, & natum est nobis pelagus quoddam sententiarum, nec concessum ut ulterius progrederemur, sed subsistendum ibi erat, sequentia non attigimus. Vnde nunc necessa- rium, ut charitati uestræ ea legantur: ut scire possitis quæ nam uobis dicturi simus. Statim igitur diuina scriptura subdit: Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illos. Et benedixit illis Deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terrã, & dominemini ei: & dominemini piscibus maris, & uolatilibus cœli, & omnibus pecoribus, & omni terræ, & omnibus reptilibus repentibus super terram.] Breuia sunt uerba, sed magnus recõditus thesaurus in tam breuibus uerbis. Spiritu enim loquens beatus hic Propheta, nunc nos arcana quædam docere uult. Nam postquam dixit, Faciamus hominem: & consilium &, ut dicitur, studium adhibuit omnium opifex, ut ipsa formandi figura hominis dignitatem ostenderet: & ante formationem etiam doceret, D quantum principatum formando homini daturus esset. Itaq;, ut dixit, Faciamus hominẽ secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: subdidit, Et dominentur piscibus maris. Vide quomodo statim ab initio latentem nobis thesaurum demonstrat. Spiritu enim loquẽs Propheta, & quæ nondum subsistebant, quasi subsistentia & facta uidet. Quare ergo, dic obsecro, ut dixit, Faciamus hominem: nunc dicit. Et dominentur? Occultum nobis sacramẽtum hic iam consequenter declarat, Qui dominentur. Vides quomodo nihil est in diuinis literis temere & absque causa positum: etiam uerbum quod fortuitum uideri posset, magnum thesaurum in se la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentem continet. Et ne mireris quod dictum est. A Mos enim hic est prophetarum omnium, de non factis ut de factis loqui: quia mentis oculis uidebant, quæ post multorum annorum curricula erant futura: & idcirco quasi nunc ob oculos posita spectarēt, ita narrabāt. Et quò manifeste hoc Psal.21.b scias, audi beatū Dauid dicentem, & ante hæc secula uaticinātem de cruce Christi, & clamantem: Foderūt manus meas & pedes meos. Et iterum: Diuiserunt uestimēta mea sibi. Vides quomodo post longum tempus futura, quasi iam facta prædixit? Sic & beatus ille Propheta iam insinuans nobis mulieris formationem, ænigmatice & obscure dicit. Et dominētur piscibus maris. Et progressus ultrà manifestius inquit: Et fecit Deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum, B masculum & fœminam fecit illos.] Animaduerte quanta usus est diligentia, semel atq; iterū idem dicens, ut in mentibus auditorū bene reponi possint quæ dicuntur. Nam nisi hoc ei curæ fuisset, sufficiebat dicere, Et fecit deus hominem: sed iterum apponit, Secundum imaginem dei fecit illū. Postquam enim nos docuit per præcedētia, quid sit secundū imaginem: denuo ea de causa hic eundem repetit sermonem, & dicit: Secundum imaginem dei fecit eum. Et ut ne impudētem quidem defensionis prætextū relinquat ecclesiæ dogmata impugnare uolentibus, paululum progressus idem iterum docet, quòd ideo imaginis nomine usus sit, quòd imperaturus, & sub se creaturas oēs habiturus esset. Iam uideamus quid dicit: Et fecit C deus hominē: secundum imaginem dei fecit illū, masculum & fœminā fecit illos. Id quod supra insinuauerat dicens, Et dominentur: hic manifestius dixit, idipsum tamen recōditiori modo nos docens. Nondū enim de formatione docuerat, neq; dixerat, unde mulier producta. Masculū, inquit, & fœminā fecit illos. Vidisti quō, quod nondum factum, quasi iam factum narrauit? Tantū ualent oculi spirituales. Neq; enim istis corporeis oculis res uisibiles æque conspicuæ sunt, atq; spiritualibus illis res inuisibiles, & quæ nusquam existunt. Igitur, ut dixit, Masculum & fœminam fecit illos: quasi utriq; benedictionem daret, dicit: Et benedixit illis deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & implete terram: & domineminī illi, & D imperate piscibus maris.] Ecce quàm eminēs benedictio. Nam hoc, Crescite & multiplicamini, & implete terram: etiam de brutis animalibus & reptilibus dictum est: sed, Domineminī & imperate: de uiro & muliere dictum. Vide misericordiam domini. Anteaquam mulierem producat, participem illam facit imperij, & benedictionis honore dignat. Et imperate, ait, piscibus maris, & uolatilibus cœli, & omnibus pecoribus, & uniuersæ terræ, & omnibus reptilibus quæ reptāt super terram. Vidisti inenarrabilem potestatem? Vidisti principatus magnitudinem? Vidisti condita omnia sub huius potestatem redacta? Nihil posthac mediocre de rationali hoc animante imagineris, sed cogita honoris magnitudinem, & domini erga illud beneuolentiam, obstupescens illius insuetam & indicibilem misericordiam. Et dixit Deus: Ecce dedi uobis omnem herbam fatiuam, afferentem semen, quod est super terram: & omne lignū quod habet in seipso fructū seminis satiui, uobis erit in cibū: & omnib. feris terræ, & oīmibus uolatilibus cœli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in seipso animā uitæ, & omnem herbā uiridem in cibum. Et factum est sic.] Vide, obsecro, charissime, uerborum diligentiam, & ineffabilem dei misericordiam, & ne quid dictorum simpliciter prætereas. Et dixit, inquit, deus, Ecce dedi uobis omnem herbam fatiuam: quasi ad duos sermo fit, quamuis nondum muliere producta. Deinde ut discas excellentem bonitatem, uide quomodo eminentem humanitatem, & miram liberalitatem non in uiro & muliere solum declaret, sed & in ipsis brutis. Nam ut dixit, Vobis erit in cibum: subdidit, Et omnibus bestijs terræ. Vide iterum aliam abyssum misericordiæ, non solum brutis domesticis, & nostro usui seruientibus, uel pascendo, uel ministrando, sed & feris. Et quis pro dignitate attigerit immensam illam bonitatē? Vobis erit in cibum, inquit, & omnibus bestijs terræ, & omnibus uolatilibus cœli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in semetipso animam uitæ, & omnem herbam uiridem in cibum. Magna domini erga hominem, quem condidit, ostenditur prouidentia. Nam postquam ipsum produxit, & omne ei dominium creaturæ tradidit, ut ne statim ab initio iumentorum multitudinem uidēs, moleste ferre posset, quasi non sufficeret ad alenda tot & tanta animalia: priusquā de hoc cogitaret, bonus deus præueniendo demulcet eum (ut ita dicam) & ostendit quòd tam ipse quàm iumenta & bruta omnia, præcepto domini omnem copiā terra suppeditāte sit habiturus. Nam postquam dixit, Erit uobis in cibum: mox subiunxit, Et omnibus bestijs terræ, & uolatibus cœli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in semetipso animam uitæ, & omnem herbam uiridem in cibum. Et factū est ita. Omnia quæcunq; imperauit conditor, inquit, opere perfecta sunt, & omnia in congruo ordine sunt cōstituta: propterea statim subdit: Et uidit deus omnia quæcunq; fecit, & ecce bona ualde.] Quis pro dignitate laudarit diuinæ scripturæ diligentiam? Ecce enim & hic uerbo uno, Et uidit deus omnia quæcunq; fecit, linguam omnium contradicere conantium compescuit. Et uidit Deus, inquit, quæcunq; fecit, & erant ualde bona. Et factum est uesperum, & factum est mane dies sextus. Quoniam de unaquaque creatura dicebat: Et uidit Deus quoniam bonum: nunc quando omnia completa sunt, etiam diei sexti opera finem acceperunt: & qui creaturis omnibus fruiturus erat, productus est, inquit. Et uidit Deus omnia quæcunq; fecit, & ecce ualde bona. Considera quomodo creaturas omnes

omnes uerbo, omnia simul complexus, omnes si- A mul magna laude prosequutus est. Neq; enim, ut dixit, omnia, contentus fuit eo uerbo: sed subdidit, Quæcunq; fecit. Et neq; hæc tantū dixit: sed, Et ecce bona, & ualde bona. Igitur cum deus, qui res ex nihilo ut essent produxit, eas bonas & ualde bonas dicit: quis tā insanus, ut uel os aperire, & contradicere dei uerbis audeat? Quoniā enim in uisibilibus non solum lumen cōdidit, sed & tenebras aduersas luci: & non solum diem, sed & noctem contrariam diei: & in seminibus quæ ex terra nascuntur, non solum herbas utiles, sed & pernicioſas, & arbores nō solum fructuosas, sed & infructuosas: & animalia non solum mansueta, sed & syluestria & truculenta: & in his quæ a- B quæ produxerunt, non solum pisces, sed & cete, & alias marinas beluas. Terra non solum habitabilis est, sed & inhabitabilis. Et non solum planities sunt & campi, sed etiam montes & colles. Et inter aues, non solum domesticæ & altiles, sed & feræ, nullumq; cōmodum afferentes, & miluī & uultures, & aliæ quædā. Præterea in his quæ terra profert, non sunt tantum mansueta & innoxia animalia: sed & serpētes & uiperæ & dracones & leones & pardi. Quin & in aere nō solum pluuiæ & uenti utiles, sed & grādines & niues. Et si quis singula pertractare uellet, multa in unaquaq; creaturarum inueniet, quæ non solum non utilia, sed & nociua existimentur. Vt ergo nulli posthac liceat ob creaturas accusare conditorem, & dice- C re, Quare hoc & hoc? ad quid istud? hoc bene factum est, hoc nō bene: sacra scriptura oēs ingrate obloqui tentantes compescere uolens, sexto die, absolutis creaturis omnib. inquit: Et uidit Deus omnia quæcunq; fecit, & ecce ualde bona. Quid igitur, obsecro, par fuerit tam fidelibus testimonijs? cui iustius fides habenda, quàm conditori, qui ipse calculum suū affert, & dicit, Omnia quæcunq; facta sunt, bona sunt, & ualde bona? Quocirca cum uideris aliquē, qui suis rationibus moueri, & obloqui diuinæ scripturæ audet, eū quasi insanum auersare: imò ne auerseris, sed misertus ignorantiæ eius, cita aliquid ex diuina scriptura, & dic: Vidit deus omnia quæcunq; fecit, & dixit, Ecce ualde bona. Fortasis in domitam illius linguam cōtinere poteris. Nam si in humanis rebus, D cum uidemus uiris grauibus ea quæ fiunt probari, calculo illorum non obsistimus, sed adstipulamur, & illorum sententiam nostræ præferimus: quanto magis in his uisibilibus, quæ ab omnium opifice facta sunt hoc fieri oportet, ut cū ab ipsomet suam de his acceperimus sententiam, sopiantur rationes nostræ, & nihil illi ultrà præferatur: idoneis autem & crebris argumentis persuasum sit, quòd omnia ratione quadam & misericordia ab eo producta sint, & in summa, nihil temere & absq; causa factum. Verum licet nos, ob nostræ rationis imbecillitatem, ignoremus factorum causam: ipse tamen iuxta suam sapientiam & potentissimam misericordiam omnia produxit. Et factum est, inquit, uesperum, & factum est mane, dies sextus. Fini diei sextæ etiam finem formandi creaturas addidit, & propter hoc subdit & dicit, Et perfecta sunt cœlum & terra, & omnis ornatus eorum.] Considera quàm nihil sit super fluum, nec onerosum in diuinis literis. Postquam elementorum cuncta complectentium meminit, non ultrà particulatim reliqua commemorat, sed ut dixit: Perfecta sunt cœlum & terra, inquit, & omnis ornatus eorum. Quo significat, omnia & quæ in cœlo, & quæ in terra. Ornatus enim terræ sunt ea quæ ab illa proferuntur, ut herbarum germina, fructuū prouentus, arborū fructus, aliaq; omnia quibus illā deus ornauit. Ornatus autem cœli, sol, luna, stellarum uarietas, creaturæq; o- mnes intermediæ. Et idcirco sacra scriptura, cœlum terramq; cōmemorans, omne dei opificium per hæc elementa complectitur. Et perfecit, inquit, Deus die sexto opera sua quæ fecit. Considera quomodo semel & iterum idem dicit, ut discamus quòd intra sextum diem absoluta sunt omnia. Et perfecit, inquit, die sexto opera sua quæ fecit. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, quæ fecit.] Quid est, quod dicit, Requieuit deus die septimo ab operibus suis quæ fecit? Vide quomodo humano more, & quadam attemperatione ad nostram imbecillitatem diuina scriptura loquitur: alioquī nisi hac ratione usa fuisset, non possibile erat ut aliquid dictorum suorum intelligeremus. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, quę fecit: Quasi C diceret, Substitit, & cessauit à formandis producendisq; ex nihilo rebus ut essent. Omnia quęcunque oportebat, produxerat: & eum qui his fruiturus erat, formauerat. Et benedixit, inquit, Deus diem septimum, & sanctificauit illum, quia in illo requieuit ab omnibus operibus suis, quæ cœperat deus facere. Nam postquam substitit opifex, & omnia quæcunq; uoluit, secundum misericordiam suam produxit in mediū suo præcepto, tunc finem formandi fecit die sexto. Nihil enim aliud die septimo p̄ducere uoluit, eo quòd omnia quæ facere uoluerat, iam perfecta erant. Et ut habeat etiam dies ille aliquod dei uerbum, & ne uideatur minus aliquid habere, eo quòd nihil in eo factū sit, benedictione ipsum dignatus est. Et benedixit, inquit, Deus diem septimum, & sanctificauit illum.] Quid igitur, nō erant & cæteri dies benedicti? Erant profecto, sed sufficiebat illis pro omni benedictione, q̄ in singulis illis creaturæ productæ fuerunt. Et ideo de illis non inquit, Et benedixit: in solo autem septimo hoc dixit, & apposuit: Et sanctificauit illum. Quid est, & sanctificauit illum? ab alijs illum segregauit. Deinde docens nos diuina scriptura causam, propter quā dixit, Et sanctificauit illum: adijcit, Eo quòd in illo requieuerat ab omnibus operibus suis, quæ cœperat deus facere.] Iam hinc ab initio doctrinam hanc nobis insinuat Deus, erudiens in circulo hebdomadis diem unum integrū segregandum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum, & reponendum in spiritualem operationẽ. A Quippe ob hoc dominus, completo in sex diebus opificio suo, septimũ benedictione dignatus est & sanctificauit, eo quòd in illo quieuerat ab omnibus operibus suis quæ facere cœperat. Verũ hic iterũ uideo immensum nobis cogitationum pelagus nasci, quod simpliciter præterire nolim, quin & uos harum spiritualium merciũ participes fieri cupio. Quæ igitur illa est, quę hic existit quæstio? Diuina scriptura dicente, quòd deus requieuit ab
Ioan. 5.c operibus suis, in euangelijs Christus inquit, Pater meus usq; nunc operatur, & ego operor. Non uidentur tibi ex uerborum prolatione hæc dicta esse contraria? sed absit. Nihil contrariũ in sacris scripturis continetur. Nam hic quidem, cum scriptura dicit, Quòd requieuit deus ab operib. suis: B docet nos quòd à formando, & ex nihilo res, ut essent, producendo, requieuerit die sexto: Christus autem dicens, Pater meus usq; hodie operatur, & ego operor: continentem suam prouidentiam nobis declarat, & operationem uocat conseruationem factorum, quibus largitur ut permaneãt, dum totũ gubernat mundũ. Nisi enim hoc esset, quomodo uniuersum subsisteret ac duraret, non gubernante & dirigente superna manu, cum uisibilia hæc omnia, tum humanum hoc genus? Et si quis uoluerit prudenter & specialim considerare omnia, quæ quotidie in nostrum beneficium ab omnium opifice perficiuntur, abyssum inueniet misericordiæ. Quis enim sermo, quæ mens ad ineffabilem hãc bonitatem pertingere poterit, quã C
Matth. 5.8 humano generi perpetuo ostendit: oriri faciẽs solem suum super malos & bonos, & pluens super iustos & iniustos, omnemq; aliam copiam suppeditans? Fortè prolixius quam oportebat, sermonem produximus: uerum hoc non absq; ratione, neq; temere factũ est: sed ut absentes ex uobis discant, quantum sibimetipsis nocuerint, ob corporalem cibum semetipsos à spirituali doctrina subducentes. Cæterum ne ualde contristentur, fraterna illos beneuolentia prosequamini, recensentes his quæ à nobis dicta sunt. Hoc enim germanæ charitatis argumentum. Nam si inter magna charitatis indicia habẽt, qui ita de sensibilibus edulijs hoc faciunt: multo magis in spiritualibus hoc agendo, magnam nobis laudem paramus: re D ditq; ad nos ipsos utilitas. Nam cuius studium est docere proximum, is nõ tam illi benefacit, quàm sibijpsi magnã mercedem acquirit: duplicitq; augetur lucro, primum retributione à deo, deinde quòd dum fratrem docere conaẽ, interim sibijpsi memoriam eorum quę audiuit renouat. Igitur cogitantes tantum lucrum uestrum, ne inuideatis fratribus uestris, sed à uobis discant quæ nunc à nobis dicuntur. Ne autem posthac uestro beneficio hæc discant, ipsos ad nos pertrahite, persuadentes eis, q̃ nihil obest spirituali mensæ, si præcedat corporalis cibi sumptio: sed haberi debet omne tempus spirituali sermoni idoneũ. Hæc si recte tenemus, poterimus & domi uersantes, & post conuiuium acceptis in manus diuinis libris, utilitatem inde capere, & spiritualem cibum animæ præbere. Nam sicut corpus indiget sensibili cibo, ita & anima quotidiana spiritualium ciborum refocillatione: ut roborata aduersus carnis insultus & continuum bellum, quo urgemur, resistere possit: quòd periculum sit ne in seruitutem redigatur anima, si uel parum desides esse uoluerimus. Proinde propheta Dauid beatum illum di Psal. 1.a xit, qui in lege domini meditatur die ac nocte. Et beatus Moses Iudaici populi doctor dicit, Cum Deut. 8.b comederis & biberis, & satiatus fueris, memor esto domini dei tui. Vide, quomodo & tunc potissimum congruit, post sumptum corporalem cibum, spirituale conuiuium apponi: ne post satietatem corporalis cibi, anima segnior facta in perniciem aliquam ruat, & locum det diaboli machinationibus, qui nullo nõ tempore obseruat num ferire letaliter queat. Quin & in alio loco dicebat idem ille Propheta: Cubitum euntes & surgentes mementote domini dei uestri. Vidisti q̃ nunquam uos deceat hanc memoriam ex anima uestra amittere, sed insculptam in conscientia habere, ac in perpetuo certamine uiuere, nullasq; unquam admittere inducias: imò ut bene scientes, quantus sit furor inimici nostri erga nos, sobrios esse & uigilare, & omnes illius insidias impedire, & nunquã spiritualem negligere alimoniã? Hæc nostra salus est, hæ spirituales diuitiæ, hæc securitas, si sic nosipsos quotidie muniamus & per lectionem, & per auditionẽ, & per dissertationẽ spiritualẽ. Poterimus eñ sic etiã ipsi inexpugnabiles fieri, & maligni dæmonis technas eludere, cœlestiaq; regna assequi, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Quòd oporteat uirtutem magni facere, sanctosq; imitari, qui cum eiusdem cuius nos naturæ essent, eam exacte præstiterunt: & quòd si segnes fuerimus, nullam excusationem habeamus Hom. XI

SCio quòd superioribus diebus mẽtem uestram grauioribus sententijs intenderim, & exercuerim: eam ob rem hodie animus est faciliorẽ proponere doctrinam. Nam sicut corpus ieiunio emaceratum nonnulla indiget refocillatione, ut sic recenti alacritate ad ferendos ieiunij labores redeat: ita & anima uestra remissione indiget & quiete. Neque enim semper intendere, neq; semper remittere oportet: sed nunc hoc nũc illud faciendum, ad regendum animæ statum, & domandam carnis petulantiam. Nam sicut semper intentum esse laboribus lassitudinem affert, & succumbere facit: ita subinde remittere, ad ignauiam inducit. Id quod & in anima & in corpore usu euenire, uidere licet. Propterea modus ubiq; bonus est. Quod eruditens nos omnium deus, & per creaturas suas nostram harmoniam temperauit. Discere hoc licet à die

à die & nocte, hoc est à luce & tenebris. Quan- A doquidem diem segregauit in operationẽ hominibus, & noctem in requiem & remissionem laborum: mensuras q; & terminos utriusq; præfixit, unde nobis beneficia quædam prouenirẽt. Nam & lux, diurnæ operationis est tempus, de quo au-
Psal. 103.c dit Dauid dicentem: Egredietur homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Et bene inquit, Vsq; ad uesperam: nam ingruente uespere lux abscedit, & succedentes tenebræ humanam naturam sopiunt: & corpus delassatum quiescere faciunt, ac sensus omnes remittunt: & quasi nutrix optima, sensorijs omnibus quietem à laboribus fatigationibusq; concedunt. Cũ uero mensura noctis impleta fuerit, superueniens lux excitat, & facit ut recentes sensibus, ad solis ra- B dios feruenti & iuuenili quadam promptitudine consueta aggrediãtur opera. Idem etiam in anni curriculis fieri cernimus. Hyemem enim excipit uer, & exactæ æstati succedit autumnus: ut per uicissitudinem temporum & mutati aeris refocillata corpora nostra neq; frigore nimium congelata corrumpantur, neq; caloris uehementia nimium calefacta dissoluanẽ: & ut ad hoc nos præparet, hyemi præmittit autumnum, & æstati uer. Et si quis prudenter hæc omnia secum expenderit, inueniet in omnibus creaturis ordinem & rationem quandam, & nihil temere & absq; ratione factum. Hoc & in seminibus, quæ ex terra nascunt, uidere licet. Neq; enim omnia eodem tempore tellus profert, neq; omne tempus ad exco- C lenda terræ germina idoneum est. Nouit agricola opportunũ tempus, quod à sapientia à deo data habet, quando serendum, quando plantandæ arbores, quando uites terræ finibus concredendæ: & quando ad messem acuendæ falces, quando decerpendi uinearum fructus, & botri demendi, quando oliuarum baccæ colligendæ. Et inuenies, si hæc omnia diligenter uolueris inquirere, magna sapientia etiam agricolas esse præditos. Iam nõ solum in terra hoc uidere potes, sed etiam in mari. Nam & hic aliam admirabilem sapientiam spectare potes. Scit eñ gubernator, quando è nauali bus deducenda sit nauis, quando è portu soluendum, quando trajciendа maria. Et maxi- D me in nautis deprehenditur intellectus, quem diuina sapiẽtia humanæ naturæ indidit. Neq; enim qui per uias publicas discurrũt, ita diuerticula sciunt, ut hi in aquis certũ iter faciunt. Propter hoc & scriptura obstupescẽs eminentem sapientiam
Sapien. 14.d dei, dicit: Qui dedit in mari uiam, & in aquis magnis semitam. Quę humana ratio potest hæc pernoscere? Eandem rationem inueniet quispiam etiam in cibis, quos accipimus: nam singulis temporibus & anni partibus uaria & diuersa nobis alimenta dominus largitur. Terra enim quasi optima nutrix dona sua nobis profert, præcepto dominico seruiens. Verum ne prolixius sermonem extendam, licebit uobis pro uestra prudentia per se recensere alia omnia. Da enim, inquit, sapienti occasionem, & sapiẽtior erit. Neq; in no- Prou. 9.b stris tantummodo cibis hoc cõspicuum est, sed in brutorum quoq;. Et potestis si uultis, etiã ex multis alijs inquirendo discere optimi artificis dei ineffabilem sapientiam, & excellentem bonitatem, & q̃ creaturæ singulæ ratione quadam conditæ sunt. Similiter igitur & in hac sacra Quadragesima constitutum nobis inueniemus. Nam quemadmodum in uijs publicis sunt stabula & diuersoria, in quibus fessi uiatores & respirant & quiescunt, ut alacrius postea pergant: & sicut in mari littora sunt, & molles oræ, & portus, ut in eos è iactatione se recipiant nauigantes, atq; ibi recreati sedata procella denuo nauigationem aggrediantur: Ita & nunc his, qui in hac Quadragesima ieiunij cursum suscepere, quasi stabula & diuersoria, & littora & portus, per duos hebdomadę dies dominus quietem largitus est, ut & corpori aliquantulum ieiunij labores remittantur, & animam refocillent ieiunantes, & exactis duobus illis diebus in pulchre cœpto itinere alacriter currant. Age igitur, quia hodie remissionis dies est, obsecramus uestram charitatem, ut magna diligentia lucra ex ieiunio collecta custodiatis: & sumpta parumper respiratione, mox iterũ priora nouis incrementis cumulate, & sic paulatim multis mercibus comparatis ad statutũ diem occurrite, & spiritualem uestram nauim in portum sanctæ festiuitatis adducite. Nam quemadmodum omnia quæ à domino sunt facta, sicut & uerbis ostendimus, & res ipsa indicat, ratione & sapientia quadã facta sunt, usum necessarium exhibentia: ita & quę à nobis fiunt, decet ne absq; causa & frustra fiant, sed in utilitatem & lucrũ nostræ salutis. Quippe quum secularibus negotijs dediti, adduci nequeunt ut rem aliquam incipiãt, nisi prius aliquid lucri suboleat: multo magis iustũ est, ut nos hoc faciamus. Et ne ita temere ieiuniorum hebdomadę prætereant, scrutemur suam quisq; cõscientiam, & rationem examinemus, & cõsideremus quidnam in hac hebdomada probè actum sit, quid in alia, & quale augmentũ fecerimus ad sequentem, quas in nobis affectiones correxerimus. Quòd si non uitam nostram instituerimus, magnam animæ nostræ curam habentes, nihil nobis usui erit ieiunium, uel inedia, quam toleramus: præsertim si comperti fuerimus inferiores his, qui tantũ studium colligendis opibus impendũt. Nullum eñ horum inuenies, qui uel non summa uigilantia laboret, quò prioribus quotidie aliquid adijciat, uel unquam satietur: sed quanto facultatũ maior est accessio, tanto & curam & studium suum amplius intendit. Quòd si ubi studium est inutile, & diuitiæ nonnunquam magnam salutis animæ iacturam faciũt, tanta uigilantia res agitur: & præter hæc magna illic est formido, & instabilis opũ possessio: non solum q̃ ueniente morte, ipsæ hic manentes, nullam eis qui illas collegere, utilitatẽ cõferunt, sed manentibus hic illis, magna seueritate cogent de ipsis alibi rationẽ reddere: quãuis

sæpe &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæpe & ante mortem post multos labores, & sudores, & erũnas, quasi procella quadã ingruente negotiorũ difficultate, repentè qui plurimas possidebat diuitias, pauperrimis factus est pauperior: qualia singulis diebus uidere contingit. Atqui in spirituali negotiatione nihil tale formidatum est unquam: stabilis enim & immota manet. Talibus enim bonis & hic multum egemus, & alibi adiuuamur plurimum. Igitur dum tempus habemus, obsecro, uel saltẽ id studij impendamus spiritualibus mercibus cõquirendis, quod alij in perituras collocant. Nec ab hac solicitudine cessemus, si recte quid actum fuerit, uel si aliquam affectionum molestarum magna uigilantia expugnauerimus, ut conscientiæ digna certitudine habita, multiplicis uoluptatis fructũ percipiamus. Neq; enim hoc solum quæritur, ut huc quotidie conueniamus, & de ijsdem continuo audiamus, & totam Quadragesimã ieiunemus. Quãdoquidem si nihil ex huius loci frequentatione, & iugi admonitione, & ieiunij tempore lucraturi essemus: tunc non solum nihil utilitatis afferrent hæc, sed & maioris condemnationis occasio fierent: si quidem tanta tractati diligentia ijdem permanemus, & neque ferox fit mitis: neque iracundus, mansuetus: neque inuidens, beneuolus: neq; insaniens in diuitias desistit à suo morbo, & eleemosynis dispertiendis & alendis pauperibus uacat: neq; intemperans fit castus: neque uanæ gloriæ inhians illam contemnere, & ueram gloriam desiderare discit: neq; charitatis in proximum negligens, seipsum excitatum erudit non solum ne deterior sit publicanis: nã si diligitis eos qui uos diligunt, inquit, quid amplius facitis? nónne & publicani hoc faciunt? sed ut seipsum assuefaciat etiã inimicos humaniter aspicere, magnaq; charitate fouere. Quòd si affectionib. illis, & alijs quæ in nobis subnascuntur mala, superiores non fuerimus, licet quotidie hic conueniamus, & continuo doceamur, & tantũ à ieiunio adminiculum nobis datum sit, qualis erit uenia? qualis defensio? Dic mihi, obsecro, si puerum tuum quotidie uideres in ludum ire, & nihil lucri faciẽtem multo tempore, patienter ne ferres? Nónne & puerũ uerberares, & magistrũ argueres: & deinde comperto quòd magister omne suum officiũ fecisset, & planè intermisisset nihil, pueri autem ignauia causa sit omniũ, nónne indignationem omnem in puerum transferres, magistrum absolueres? Idipsum & hic iuste fieret. Nos enim quia gratia diuina huic loco destinati sumus, quasi spirituales filios in hasce scholas uos quotidie uocamus, salutarem uobis doctrinam proponentes: & non nostra cõmenta, sed eas quæ à domino per diuinas scripturas nobis donatæ sunt, doctrinas in medium afferimus, illasq; uobis inculcamus. Si ergo cum nos uigilanter omnem adhibeamus diligentiam, & quotidie in uiam ueritatis ducamus, uos in ijsdem perseueratis moribus: cogitate quãtus & noster sit dolor, & uestrum dedecus, ne quid dicam acerbius. Quamuis enim alieni simus à negligentiæ crimine, ut qui nihil prætermittimus, quod ad uestrã pertineat ædificationem: tamen quia uestræ salutis curam gerimus, nõ possumus æquo animo ferre uestram ignauiam. Quia & doctor cum uidet discipulũ, nullum studio suo fructum facere, nõ uulgariter dolet & gemit, uidens se omnem laborem perdere. Hæc nunc dico, non ut charitatem uestram contristem, sed ut excitem & instruam, non simpliciter ieiunijs corpus castigare, neq; temerè & inuanũ dies Quadragesimæ sanctæ transmittere. Et quid dico dies Quadragesimæ sanctæ transmittere, cum prorsus nullã nos diem unquã transigere oporteat, si possibile est, per omnem uitam nostram, in qua non lucrũ aliquod spirituale nobis reponamus, uel per preces, uel per cõfessionem, uel per eleemosynas, uel aliqua alia spiritualia bona opera? Nã si Paulus uir tantus & talis, qui arcana illa uerba audiuit, quæ usq; in hodiernũ diem nullus cognouit, clamabat dicẽs, Quotidie morior per uestrã gloriationem: docens nos, quòd sic seipsum pro pietate periculis exposuit, quòd quotidie morti uicinus esset: & quòd natura nõ fert (uni enim morti obnoxij sumus omnes) hoc ipse pertinaci suo instituto agebat, tametsi deus illum quotidie in aliorum salutem cõseruaret. Si ergo ille tot rebus præclare gestis insignis, & quasi angelus terris affulgẽs, quotidie studebat lucrari, & pro ueritate stare in acie contra pericula, & sibi colligere spirituales merces, & semper progredi: qualem habebimus nos defensionem, qui non solum bonis operibus omnibus destituti sumus, sed & malis grauati, quorum unũ duntaxat in ipsum perditionis profundum detrudere nos sufficeret: nullumq; præterea studiũ nobis est, ut uel saltem hæc emendemus? Et quũ idẽ sæpe nõ uni uitio, sed pluribus est obnoxius: nempe & iracundus est, & intemperans, & auarus, & inuidus, & ferox: & neq; hæc corrigere, neq; uirtutis opera attingere uult, qualis postea erit salutis spes? Hæc dico, & dicere non desinam, ut auditores suum quisq; remedium accipiant ex nostris dictis, & studeant ut statim ab affectionibus mentem turbantibus liberentur, conualescentesq; uirtutum studijs posthac se accommodẽt. Sicut & in his fieri solet qui corporali morbo laborant: quamuis sexcenties medicus remedia afferat, & ualetudinarius medicinæ curam respuat, & sæpe succẽseat, si medicus imponat pharmacum, & impatiens doloris illud reiiciat, nulla inde utilitate suscepta: nemo prudens medicũ arguerit qui suum egit officium. Eodem modo & hic nos medicamentũ ex spirituali doctrina confectum imponimus. Vestrum autem posthac fuerit ferre dolores, & curam cum utilitate admittere, ut à morbo liberati ad ueram regrediamini sanitatem. Sic enim & ipsi magnam percipietis utilitatem, & nos mirum in modum refocillabimur, si uiderimus eos qui prius laborabant, tam cito bona frui ualetudine. Obsecro igitur omnes uos, ut unusquisq;

ut unusquisq;, si non antea, uel certe iam operam det, ut uitium quod sibi magis quàm cætera infestum sentit exsecet, & pia cogitatione, quasi spirituali quodã gladio utens, seipsum ab eo liberet. Dedit em̃ nobis deus rationẽ quę sufficiat, & possit, si uelimus parum oculos aperire, ad edomanda omnia quæ in nobis nascũtur uitia. Propterea etiam sanctorum omnium uitas & conuersationem in diuinis scripturis perscriptam spiritus sancti gratia reliquit, ut discẽtes, quòd licet eiusdem fuerint naturæ, uirtutibus tamen studuerunt, ne simus nos ignaui & desides in ijs exercendis. An non naturæ nostræ fuit & beatus Paulus? Flagro amore huius uiri, & propterea continuo uersatur ipse in ore meo: & quasi in archetypũ aliquod exemplar, ita in illius animam respiciens, obstupesco in hoc uiro miram affectionum calcationem, fortitudinis excellentiam, amoris in deum feruorem: & arbitror quòd unus homo suo studio uniuersum uirtutum chorum absoluerit: uerum nos ne unum quidem bonum opus, uel mediocre facere curamus. Quid igitur nos eripiet à supplicio ineuitabili? Nam cum eiusdem ille nobiscum fuerit naturæ, & ijsdem obnoxius affectionibus, & in tanta temporum difficultate quotidie, ut ita dicam, traheretur, laceraretur, & publice raperetur ab his qui prædicationem oppugnabant, qui & sæpe ipsum mortuum existimabant, & quasi destinatam animo cædem perpetrassent, ipsum relinquebant: inuenitur ne aliquis nostrum, qui sic desides sumus, & tot peccatis impliciti, tantam uirtutum magnitudinem præ se ferre? Verum quanta beatus ille præclara opera fecit, & fortitudinẽ quam pro religionis prędicatione quotidie declarauit, nõ à nostra audite lingua, sed ipsummet audite dicentẽ: Quando enim in eã deuenit necessitatem, ut propter pseudapostolorum impostura res suas enarrare cogeretur, tam graue & molestum ipsi erat, ut excusaret, & nunquam in medium ea afferre uellet: sed & seipsum audebat uocare blasphemum & persequutorem. Quia autẽ magnum quid erat, ita ab impostoribus uituperari, & in faciem cædi, & discipulos interim pusillanimes fieri: sic ferè cœpit post multa alia dicere: In quo autem quis audet, per insipientiã loquor, audeo & ego. Considera piam animam, non solum audet, sed & insipientiam rem eam uocat: docens & nos ne unquam citra necessitatem, & nullo urgente, quæ à nobis facta sunt euulgemus: si quidẽ aliqui ex nobis sunt qui bonum aliquod sunt operati. In quo autẽ quis, inquit, audet, per insipientiam loquor, audeo & ego: hoc est, quoniam multam uideo necessitatem, audere uolo, & insipientiæ opus facere. Hebræi sunt, sum & ego: Israelitæ sunt, sum & ego: semen Abrahæ sunt, sum & ego. Ob hoc, inquit, sublime sapiunt & gloriant: ne putent ea nobis deesse, etiã nos eorundem participes sumus. Deinde subiecit: Ministri Christi sunt, delirans loquor, excellentius sum ego. Vide hic, quæso, beatæ huius animæ uirtutem. Nam

1. Cor. 15. d

Matth. 5

1. Timot. 1. c

2. Cor. 11. c

Chryſ.

post quam se audacem esse, & insipientiam dixit quod à se factum, quamuis in tanta esset necessitate constitutus, neq; sic tamen dictis contentus fuit: sed quũ demonstraturus esset quòd illos magno interuallo superaret, ut ne quis eum putet ob philautiam & suijpsius amorem hæc dicere, iterũ delirium uocat quod à se dicebat: quasi diceret, Non sum nescius quòd rem facio multorum cauillis expositã, neq; me decentem: sed me cõpellit magna necessitas, ideo ignoscite mihi insipientiæ uerba loquenti. Huius uel umbram imitemur nos, qui tantis premimur peccatis, & sæpe si parũ quid recte faciamus, neq; ipsum in promptuario mentis nostræ repositum manere patimur, sed ut gloriolam aliquã ab hominibus uenemur, inuulgamus, & ob intempestiuã nugacitatem diuina retributiõe nosmetipsos fraudamus. At nihil tale beato Paulo accidebat. Sed quid? Ministri Christi sunt: delirans, inquit, loquor, excellentius sum ego. Dein adducit in mediũ ea quibus pseudapostoli planè carebant. Neq; enim ea habebãt hi qui ueritatem impugnabant, & prædicationi religionis obsistebant: & propter hoc omnia faciebant, ut mentes simpliciorum subuertere possent. Igitur ut dixit, Excellentius sum ego: enumerat postea fortitudinis suæ res præclare gestas, & ingt: In laboribus copiosius, in uerberibus supra modum, in mortibus frequẽter. Quid dicis? Est hoc rarum & admirabile, quod à te dicit? Est ne possibile, ut quis sæpe moriatur? Etiam, inquit, quamuis nõ mortis experientia, attamen moriẽdi proposito: docẽs nos, quòd subinde se illis exposuerit mortiferis periculis ob prędicationem, sed dei gratia in medijs periculis athletam seruarit, quò discipulis magis prodesset. In mortibus, ingt, frequenter: à Iudæis quinquies quadraginta plagas unaminus accepi, ter uirgis cæsus fui, semel fui lapidatus, ter naufragiũ feci, noctem ac diẽ in profundo egi, in itineribus sæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ex falsis fratribus, periculis in bellis, periculis in solitudine, periculis in mari. Ne simpliciter prætereamus dicta hæc dilecti: nam quodlibet horum per se, pelagus aliquod tentationum secum fert. Non enim simpliciter iter unum dixit: sed, in itineribus sæpe: neq; unum periculum in fluuijs, sed multa & uaria: & omnia tulit magna quadã constantia. Et post hæc omnia iterum inquit: In labore & molestia, in uigilijs sæpe, in fame & siti, in frigore & nuditate, absq; his quæ extrinsecus accidunt. Vide iterum aliud pelagus tentationũ nobis aperiri. Vt enim dixit, Absq; his quę extrinsecus accidũt, insinuauit prętermissa plura esse ueri similiter, quàm quę dicta sunt. Et neq; hic cõtentus, pręterea alia nos docet, pressuras & curarum uortices, quas tolerauit, sic dicens: Incumbens mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum. Ecce & hoc bonum opus uel unicum sufficiẽs est ut summus ipsi uirtutum apex tribuatur, cura omnium ecclesiarum, non

2. Cor. 11. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam transierunt: Aegyptij aũt qui eandem uiam cum Pharaone ire uolebant, aquis obruti submersi sunt. Ita solent elementa reuereri seruos domini, & à suo se continere impetu. Audiamus nos, quotquot feroces & iracundi, & alijs affectionibus ob nostram ignauiam impliciti, nostram salutem pessundamus, & imitemur tantã rationẽ carentium elementorum obedientiã nos qui ratione insigniti sumus. Nã si ignis, ita edax, ita uehemens, corporibus corruptibilibus & tam teneris pepercit: quam meretur ueniam homo, suum refrenare furorem propter mandatum domini, & irã erga proximũ è pectore suo eliminare nolẽs? Et quod maius est, ignis tantã urendi uim habet, & suam operationem non ostendit: homo autem mansuetum animal, & rationale, & benignũ, contraria suæ naturæ facit, & negligentia mores suos in ferinos uertit? Idcirco & diuina scriptura propter affectiones illas interturbantes, ab irrationabilibus & à feris agnominationes his qui ratione insigniti sunt, imponit. Interdum canes ob impudentiã & impetum uocat, dicẽs: Canes muti, non ualentes latrare. Interdum ob libidinem equos. Nam equi in fœminam insanientes, unusquisque uxori proximi sui adhinniebat. Interdũ uero asinos, ob stupiditatem & ruditatem. Comparatus est enim, inquit scriptura, iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Interdum etiam leones & pardos uocat, ob rapacitatem & habendi auiditatem. Aliquando autem aspides, ob fraudulentiã. Venenum, inquit, aspidum sub labijs eorũ. Nonnunquam serpentes & uiperas, ob latens uenenũ & malitiam: sicut & beatus Ioannes clamabat, dicens: Serpentes, progenies uiperarũ, quis uobis demonstrauit fugere à uentura ira? Insuper & alia affectionibus respondẽtia nomina imponit, ut sic uel tandem confusi, ad suam aliquando redeant nobilitatẽ, & suo generi conformarentur, affectionibusq; suis diuinas leges præferant, quibus sese delinquendo permiserunt. Sed nescio quomodo à sermonis orbita in hæc digressus sum. Age nũc ad institutum redeamus: etiam aliud quid docere nos uult beatus ille Propheta. Nam, ut dixit, Iste est liber generationis: progressus ultrà, narrat iterum diligenter hominis formationem. Et quia superius breuiter dixerat, inquit: Et formauit deus hominem puluerẽ de terra, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem.] Magnum est hoc quod hic dixit, & stupore plenum, ac humanam transcendens mentem. Et formauit, inquit, Deus hominem puluerem de terra. Sicut de omnibus creaturis uisibilibus dicebam, quòd omnia præter naturæ morem agat omniũ opifex, quò & per hoc ineffabilis ipsius monstretur uirtus: ita & in hominis formatione inueniemus nunc factum. Vide enim quomodo super aquas terram fundauit, id quod citra fidem humana ratio non capit: & quomodo quandocunq; uoluerit, sicut ostendimus, omnes substantiæ diuersa earum naturæ ut agant, efficit. Simili modo & in hominis formatione nunc nobis quid factum sit declarat. Formauit deus, inquit, hominem puluerem de terra. Quid dicis? Acceptóne de terra puluere formauit hominem? Etiam, inquit. & non simpliciter, nec quamuis fortuitò terrã dicit, sed puluerem: quasi si quis dicat, tenuissimum & uilissimũ quod est in terra. Magnũ tibi & admirabile uidetur quod dictum est. Verum si cogites quis opifex, neutiquã dubitabis de facto, sed miraberis & adorabis conditoris potentiam. Quòd si hæc iuxta cogitationum tuarum imbecillitatem emetiri uolueris, & curiosius explorare: probabile est quòd tibi in mentem ueniat, ex terra corpus nunquam fieri, sed uel laterem, uel testam, & non tale corpus. Vides, quòd si potentiam conditoris nostra mente existimare uolumus, & si nostris rationibus tam imbecillibus innitimur, non possumus dictorum capere sublimitatem. Nam quæ dicuntur, fidei oculis indigent. Suntq; hæc ob nostram infirmitatem tanta uerborũ attemperatione descripta. Quandoquidem istucipsum quod inquit, Formauit Deus hominem & inspirauit, indignum deo fuerit: sed propter nos, & propter infirmitatẽ nostram hæc sic narrat scriptura, ad nostrã se tenuitatem submittens: ut quoniam nos tanta familiaritate dignat, ad fastigium illud redire posse confidamus. Et formauit, inquit, deus hominem puluerem de terra. Hinc, si attendere uolumus, non parua nobis humilitatis offertur doctrina. Nam cum cogitauerimus unde constitutionis suæ initium natura nostra susceperit, etiamsi sexcenties supercilia surrigamus, ea reprimemus, & humiliabimur, & substantiæ nostræ qualitatem perpendentes, modestiam discemus. Et propterea deus, cui tanta salutis nostræ cura, ad nostri eruditionẽ Prophetæ linguam sic direxit. Quippe cum superius dixisset diuina scriptura, Et fecit deus hominem, secundũ imaginem dei fecit eũ, & dedit illi omniũ uisibiliũ potestatem: ut ne ignorando quõ constitutus sit, magnus sibi uideat, & præscriptos sibi limites transeat: propterea repetẽdo docet & formationis eius originẽ, & unde primus homo productus sit. Nam quum post hanc doctrinam, qua agnouit se è terra habere originem, ex qua & cætera animalia, quamuis formatio animæq; substantia multo excellentior per misericordiam dei concessa sit, eo quòd rationalis sit, & omnib. alijs dominetur: quũ, inquã, post hãc doctrinã serpentis deceptione parem aliquã cum deo æqualitatẽ imaginatus sit is, q de terra formatus est: si prioris narratione cõtentus fuisset Propheta, & non repetitis omnibus diligenter nos docuisset, in quã non incidissemus insaniã? Atq; adeo plurimum ad erudiendum nos conducit scire, unde substantia nostra primum originem acceperit. Et formauit, inquit, deus hominem puluerem de terra, & insufflauit in faciem eius spiraculum uitæ. Quoniam hominibus loquitur, aliter audire nõ ualentibus, uerborum simplicitate & crassitudine utiẽs, quam

Esa. 56.d
Hier. 5.c
Psal. 48.c
Psal. 13.b
Matth. 3.b

quam audire & accipere possemus. Et ut doceat nos, quòd formatũ illũ de terra, misericordia domini & rationalem animæ essentiã habere uoluerit: per quã animal hoc absolutũ & perfectum fieret: Inspirauit, inquit, in faciẽ eius spiraculũ uitæ.] Vitalem dicere uult operãdi efficaciã, ei qui de terra formatus est, spiraculũ datũ esse, & hoc substantiam animæ constitutã. Vnde subdit: Et factus est homo in animã uiuentem.] Ille fictilis, inquit, ille puluereus, accepto spiraculo uitæ, factus est in animã uiuentẽ: hoc est, efficaciter operantem, cui membra corporis seruiãt, cuiusq; uoluntati ac efficaciæ auscultent. Cæterũ haud scio, quomodo eum inuerterimus ordinẽ, & usq; adeo inualuerit malitia, ut illam cogat carnis concupiscentijs obsequi, ut deturbetur à throno suo regina, cuius erat præsidere, & imperare. Cogimus enim illam carnis parére uoluptatibus, ignorantes ipsius generositatem, & quantam præ ista eminentiam sortita sit. Nam cogita, obsecro, formationis ordinem: & expende tecum, antequam inspiraretur à domino spiraculũ uitæ, quis erat formatus ille? simpliciter inanimis quædam imago, operatione carens, & ad nihil utilis. At totũ illud quod in tantum honorem ipsum prouehit, nõ est nisi spiraculum illud à deo inspiratum. Cæterum ut hoc non solum ex his quæ tunc facta sunt, sed & ex his quæ nunc quotidie contingunt, uideas: cogita tecum, quomodo post animæ emigrationem, corpus hoc tam insuaue & iniucundum apparet. Et quid dico, insuaue & iniucundum? quomodo fœtore impletum, & deformitate horrendum fugitur, illud antea cum ab anima regeretur, amabile, hilare, speciosum, ad bona opera facienda ualde accommodum? Hæc uticq; omnia nobis cogitãda sunt, & maximè animæ nobilitas quanta sit, ne quid ea indignum operemur, ne coinquinemus eam illicitis operibus, ne sub carnis seruitutem eam subiugemus, ne tam nobilem, tantaq; dignitate sublimem, sic crudeliter & immisericorditer tractemus. Nam propter illius substantiam nos qui corpore inuoluti sumus, possumus cum incorporeis uirtutibus, adiuuãte nos diuina gratia, certare: & in terra obambulantes, quasi in cœlo uiuere, & nihil minus quàm cœlestes facere, & quodãmodo aliquid amplius. Et quomodo hæc? Ego dicã. Quando enim quis inuentus fuerit corruptibili hoc corpore circundatus, eodem modo uitam agens, ut supernæ illæ uirtutes, quomodo non propensiorem dei gratiã sortitus fuerit, quia & corporis necessitatibus obnoxius, incorruptã & inuiolatam animæ generositatem seruauit? Et quis unquam, dicis, poterit inueniri talis? Merito impossibilis nobis hæc res uidetur, ob immodicam uirtutis arduitatẽ. At si uis discere quòd non sit hoc impossibile, cogita, oro, omnes iustos, qui domino ab initio usq; ad præsens tempus placuerunt: magnum illum Eliam, & infœcundæ filium eremiq; ciuem Ioannem: Paulum quoq; magistrũ orbis, & omnem sanctorũ numerũ, qui eandem

quam nos naturam habuere, ijsdem corporis necessitatibus obnoxij fuere. Et ne ultrà impossibile esse opus puta, neq; segnior fias ad uirtutẽ, ad quam faciliter amplexandã tantas à domino nactus es occasiones. Sciens enim misericors dominus nostræ uoluntatis infirmitatem, & ad labendum procliuitatẽ, magna nobis medicamina in sacrarum scripturarũ lectione reliquit: quæ cum subinde uulneribus nostris imponimus, & uitam illorum beatorum uirorum ante oculos proponimus, ad æmulandum prouocemur, & uirtutem non negligamus: sed fugiamus peccatũ, & omnia faciamus, ne indignos nos ineffabilibus illis bonis exhibeamus. Quod nobis concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

Et plantauit Dñs paradisum in Eden secundum orientem, & posuit illic hominem quem formauit. Hom. XIII

Videns uestrum inexplebile desiderium, & immodicã auiditatem mentemq; intentissimam, nec nõ omnes ad spiritualem hanc doctrinam anhelantes & accelerantes, quamuis ualde sim meæ inopiæ mihi conscius, quotidie tamen inopem & tenuem hãc mensam uobis proponere studeo, cõfidens quòd flagrantes desiderio, maiori promptitudine quæ dicuntur, suscepturi sitis, quandoquidẽ & in sensibilib. edulijs hoc contingere uidemus. Excitato eñ cõuiuarũ appetitu, etiamsi paupercula mensa sit, & frugalis conuiuator, magna tamen cum uoluptate sumuntur apposita. At si fastidiosus epulantiũ fuerit stomachus, etiamsi sumptuosum fuerit epulum, & uaria & copiosa edulia, nullũ inde commodũ, cum nemo sit qui uti appositis queat. Hic autem quia gratia dei alacres & famelici ad spiritualem mensam accedimus, & ipsi magno desiderio dicimus, scientes quòd sobrijs auribus apponimus diuinas hasce narrationes. Quoniam & agricola, qui pingue & culturæ aptum aruum inuenit, nihil sui officij intermittit, sulcos secat, aratrum ducit, sentes extirpat, largiter seminat, spes suas manibus contrectans: & quotidie agri fertilitatem cõsiderans, sementisq; germen, ad multiplicatam segetũ messem se parat. Similiter & nobis, cum uidemus alacritatem uestrã quotidie increscere, desiderium uigere, studium incrementa sumere, egregia ex uobis spes est, Vnde & maiori studio ac promptitudine, quantum uires nostræ suppetunt, in ædificationem uestræ charitatis, in gloriam dei, in gloriationem ecclesiæ dei aliquid afferre anhelamus. Age igitur, si placet, repetitis breuiter his quæ heri dicta sunt, cõsequenter hodie lecta tractemus. Quid aũt est quod pridie tractabat, & quousq; sermonem extendimus, & ubi missum fecimus? Et formauit deus hominẽ puluerem de terra. Et inspirauit in faciẽ eius spiraculũ uitæ, factusq; est homo in animã uiuentem. Quod tunc dicebam, id & nunc dicã; & subinde memorare

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruæ uniʊs, uel duarum, uel triʊm, sed omniʊm A
in toto orbe: & quantam terrã sol radijs suis illustrat, tantam curam & solicitudinem habuit Paulus. Vidisti latitudinem animæ: uidisti mentis magnitudinem: iam quod subsequitur, omnia superiora obscurat. Quis enim infirmat, inquit, & ego nõ infirmor? Quis scandalizat, & ego nõ uror? Papè, quantus in filios amor & indulgẽtia! quanta uigilantia! quanta cura? Quæ mater sic luget uiscera filij febrientis, & in lecto decumbentis, ut beatus ille pro quouis infirmo, quocunq; ille loco est, infirmatur, & pro scandalizatis uritur? Considera, quæso, uerborum latentem uim & emphasin. Non dixit, Quis scandalizat, & ego non contristor? sed uror, inquit, intensum nobis dolorem
declarans: quasi demonstraret, quòd intrinsecus B
accenderetur & ureretur pro his qui offendebantur. Scio quòd in magnã prolixitatem extendi doctrinam, quamuis statuerã hodie breuior esse, ut paululũ à ieiunij labore posʃitis respirare: sed nescio quomodo, ut in diuitias bonorũ operũ huius sancti incidi, linguam mihi quasi rapidi fluminis uis rapuit, & propterea hucusq; sermo profluxit. Oro charitatem uestrã, ut continue illũ in mente circumferatis: & subinde cogitetis, quòd eadem nobiscum natura cõmunicans, ijsdem affectionibus obnoxius, opifex utilis & contemptibilis, pelliʊm sutor, & in officinis frequens: quia uoluit & decreuit uirtutum studio se mancipare, & idoneum se cõstituere receptaculum spiritus sancti, largius quoq; superna liberalitate potitus est. Et nos C
item, si uoluerimus quod nostrum est facere, nihil prohibebit eadem nos bona consequi. Liberalis enim dominus, & uult oẽs homines saluos fieri,
1. Tim. 2. b & ad agnitionem ueritatis uenire. Idoneos igitur nosipsos exhibeamus, & feruenti alacritate uirtutem uel nunc saltem apprehendamus, & affectiones nostras corrigẽtes, efficiamus ut spiritus sancti commoda simus habitacula. Quod ut mereamur, concedat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul & spiritu sancto sit gloria, imperium & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De ijs quæ sequuntur de creatura: Iste est liber Generatiõis cœli & terræ, quãdo facta sunt, quo die fecit deus cœlum & terram. Hom. XII D

AGe promiſſum nostrum hodie impleamus: & consuetam doctrinam tractantes, dicenda nunc his, quæ suprà dicta sunt, contexamus. Scitis enim quòd semel atq; iterum hoc facere decreuerimus, & ad hoc properauerimus: sed linguã nostram cura fratrum, quã gerimus, in illorũ admonitionẽ aliò rapuit. Quãdoquidẽ modo infirmis fratribus, quibus sumpto cibo corporali, sequestrare se ab hoc spirituali conuentu, & mutilare nobis sanctæ festiuitatis gaudia mos fuit, suasimus cõsulendo & exhortãdo, ne ab ouili Christi absint, & extra cautam hanc spiritualem aberrent: nomine quidẽ & appellatione nobis uniti, reuera autẽ Iudæos sectantes, qui orto sole iustitiæ adhuc umbrã asʃident, lucernæq; addicti sunt. Modo obsecrauimus eos qui adsunt, sed parũ adhuc de sacris instructi, ut in spirituali uocatione currant, excussoq; ignauiæ somno, feruenti desiderio, & intẽta alacritate paratos se ad suscipiẽda regia munera præstent, & properent ad eum qui remissionẽ donat peccatorũ, & liberaliter innumera bona suppeditat. Itaq; cũ uulneribus, prout requirebat necessitas, medicamenta imposuerimus, & nobis congruam curam impenderimus: partim arguentes illos qui de paschali festo male sentiẽtes labuntur, & obseruatiuncula quadam multũ sibi incõmodant: partim admonentes alioqui rudes, indoctos, & tepidos: nunc autem, qui à morbis qui urgebant, discedimus, utpote nostro impleto officio, reliquum fuerit ut omnibus uobis spirituale paretur conuiuiũ. Nam sicut iure quis nos reprehendisset, ut temporis opportunitatem & rationem negligentes, si priusquam fratrũ nostrorum curam habuissemus, infirmitate ipsorum contempta, cœptã materiã sectati essemus: ita nunc, quia nihil prætermissum est, quantum nostræ uires sinunt, uerbum doctrinæ adhibuimus, pecuniã dinumerauimus, semina terræ spirituali cõmendauimus: consentaneum est, ut iterum in mediũ afferantur, quæ ex beato Mose sunt lecta, quo fructu inde collecto, domum proficiʃci liceat. Et quę noua hæc? Audiamus. Iste est liber, inquit, Geneseos cœli & terræ, quãdo facta sunt, quo die fecit deus cœlum & terram, & omne uirgultũ agri, C
antequam oriretur super terram: omnemq; herbam agri, priusquam oriretur. Non enim pluerat deus super terram, & homo non erat qui coleret eam. Fons autẽ ascendebat de terra, & irrigabat uniuersam faciem terræ.] Consydera, obsecrò, beati huius prophetę admirabilem sapientiã imò sancti spiritus doctrinam. Nam postquam nobis per partes enarrauit creaturas omnes, & sex dierum pertractauit opera, & formationem hominis, potestatemq; uisibilium omnium illi concessam: nunc iterum summatim omnia recapitulãs, inquit: Iste est liber Generationis cœli & terræ, quando facta sunt. Operæpretium hic fuerit inquirere, quare scriptura librum hunc uocauerit
cœli & terræ, quamuis multa alia in se contineat, D
& doceat nos de pluribus alijs, nempe de iustorũ uirtutibus, & de misericordia dei, & indulgentia, quam erga protoplastum, & omne humanum genus declarauit: & de alijs multis, quæ huius temporis non fuerit enumerare. Ne mireris dilecte: mos enim hic est sacræ scripturæ, ut non ubiq; omnia particulatim enarret: sed cum generalissima, & ea quæ plurima complectuntur, dicere cœperit, relinquat sequentia studiosis auribus considerãda. Et ut discas, quòd ita sit, manifestũ faciam ex his quæ nunc sunt lecta. Ecce enim in superioribus cũ nos docuisset diuina scriptura particulatim formationem omnium: nunc non omnium meminit, sed inquit: Iste est liber generationis cœli

nis cœli & terræ, quando facta sunt, die quo fecit A
deus cœlum & terrã, & cætera. Vide quomodo totum sermonem ad cœlum & terram conuertit, in illis alia omnia nobis cõtuenda relinquens. Cũ ergo dicit, cœlum & terram: omnes creaturas simul comprehendit, tam eas quæ in cœlo, quàm quæ in terra. Sicut igitur in enarratione creaturarum non omnia deinceps dicit, sed maxime generalia tantum cõmemorat, nõ etiam omnia singillatim enarrat: ita & librum totum, libellum generationis cœli & terræ appellauit, nostræ memoriæ quod relinquum est cõiectandum relinquens, contineri in hoc libro de uisibilibus, tam his quæ in cœlo, quàm quæ in terra. Et omne uirgultum agri, antequam fieret super terrã, & omnem herbam agri antequam oriretur. Non enim pluerat B
deus super terram, neq; homo erat qui coleret illam: sed fons ascendebat è terra, & irrigabat uniuersam faciem terræ. Grandis thesaurus in pauculis uerbis illis reconditus est. Vnde magna prudentia, quæ dicuntur, iuuante nos dei gratia, congruit explicare, & facere uos spiritualium harum diuitiarũ copiæ participes. Spiritus enim sanctus futurorum præscius, ut nulli posthac contendere, & ecclesiasticis dogmatibus, ex propriʃs sensibus, aduersa diuinis scripturis immiscere liceat: etiam nunc denuo, postquam creaturarum ordinem docuit: quòd hoc quidem primum, istud aũt secundò productũ: & quòd semina sua tellus uerbo mandatoq; domini ministrans ædidit, & producendi uim accepit: cum neq; solis cooperatio- C
ne egeret, qui nondũ erat, neq; pluuiæ, neq; hymbrium, neq; hominis cultura: nam & ille nondum in medium prodierat: ideo iterum repetit particulatim omnia, ut indomitæ imprudenter blaterantium linguæ compescantur. Quid aũt inquit? Die quo fecit cœlum & terrã, & omne uirgultum agri priusquam fieret super terrã, omnemq; herbam agri, priusquam oriretur. Non enim pluerat deus super terrã, nec erat homo qui coleret illam. Fons autẽ ascendebat è terra, & rigabat uniuersam faciem terræ. Hoc uult dicere, quòd sermone & præcepto illius quę prius nõ erant, ut essent prouenerunt: & quæ non erant, subito cõparuerunt. Herba est, quæ ex terra prouenit: hic autem herbam dicens, semina omnia dicit. Et de pluuijs D
docens nos iterum scriptura subdit, Non enim pluerat deus super terram: hoc est, nondum pluuiæ desuper deferebantur. Denicq; ostendit, quòd neq; hominis operatione habuit opus (non enim erat homo qui operaretur terram) quasi clamans & dicens posteris omnibus: Audite hæc & discite quomodo ab initio omnes terræ prouẽtus sint producti, & ne terram colentium diligentiæ omnia tribuite, neq; eis hanc germinandi uim adscribite: sed mandato & præcepto, quod à conditore suo audijt. Hæc autẽ omnia fiunt, ut sciamus terram ad ædenda semina sua aliorũ elementorum cooperatione non egere, sed conditoris mandato contentam esse. Est & hoc minime uulgare &

admirandum, quòd is qui nunc terram uerbo ad tot semina producenda fœcundam faciens, declarauit potentiam suam, quæ humanæ rationis captum transcendit, hanc tam grauem & tantum ferentẽ ornatũ super aquas fundauit, sicut & Propheta dixit: Qui fundauit terrã super aquas. Quę Psal. 23. a
humana ratio comprehendere hoc potest? Nam cũ homines domus ædificaturi, fundamenta iacere uolunt, prius fodiunt: & ubi ad profunda peruenerint, si uel paruũ humorem uiderint, omnia faciunt ut omnem ipsum exhauriant, & sic fundamenta locent. Propterea opifex omnium omnia secus quàm homines facit, ut ex hoc discas ineffabilem eius potentiam, & quòd quandocunq; uoluerit, elementa hæc planè contrarium quàm solent effectum iuxta conditoris præceptum ostendunt. Et ut id quod dicitur dilucidius nobis fiat, iam de hoc aliqd disseramus, postea ad aliud transituri. Hoc enim cõtra aquarum naturã est, ferre corpus tam graue: & iterum contra naturam terræ, sedem suã in tali fundamento habere. Et quid miraris? In quacunq; creatura scrutari uoluerʃis, inuenies immensam opificis potentiam, & quòd sua uoluntate gubernat omnia. Videre enim hoc licet in igne quoq;, cui absumptiua natura est: oia enim domat, materiam lignorum, lapidum, corporum, & ferri, idq; magna facilitate: at postquã imperauit dominus, corpora tenera & corruptibilia non tetigit, sed illæsos pueros seruauit in media fornace. Et ne miremini quòd corpora illorũ
non tetigit, sed irrationale elementum tam obse- C
quens fuit, ut nullus dicere queat: nam nec capillis illorum nocebat, sed circumdabat illos, & intra se claudebat: ignis autem essentia tanquã obedientiam exhibẽs, & domini mandato seruiens, illæsos & intactos seruabat admirabiles illos pueros, qui quasi in prato & horto ambulantes, tanta fortitudine in fornace uersabant. Et ne quis hæc spectans putaret ignem operatione carere, idcirco misericors deus illius efficaciam non impediuit: sed uim illam urendi illæsam seruauit, & seruos suos inuictiores fecit, & ut illius nocumento læderentur. Cæterum ut scirent qui pueros iniecerant, quanta esset omnium dei potentia, in illos ignis suam operationem exercuit. Et illis quidem qui intra fornacem erant, & circa quos stabat, pepercit: eos autem qui foris erant, exusit & absumpsit. Vidisti quòd quando dominus uult, elementa omnia in contrariam mutat operationem? Cõditor enim est & dominus, & pro sua uoluntate omnia dispẽsat. Vultis & in aquis idipsum uidere factum? Nam sicut ignis hic his qui intus erant nihil nocebat, sed illis parcebat, oblitus suæ operationis, in eos autem qui foris erant, sæuiebat more suo: sic & aquas uidebimus alios quidẽ submergere, alijs autem cedere & uiam dare, ita ut absq; noxa transeant. Mementote hic Pharaonis & Aegyptiorum, & ex alia parte populi Hebræorum, quomodo hi ad mandatũ domini, magno Mose duce, per mare rubrum, quasi per ari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rare nō ceſſabo, quòd magna & ineffabilis eſt mi A
ſericordia communis omnium domini erga ge-
nus noſtrum, & ob ſalutem noſtram uſus eſt mul
tum nobis congruenti dicendi modo, magnoq; animal hoc, hominem dico, honore proſequutus eſt: necnon uerbis & rebus declarauit, quòd maiorem eius quàm uiſibilium omnium curam habuerit. Quid igitur prohibet etiam hodie de ijſdem inueſtigare apud charitatem ueſtram? Nam ſicut aromata quanto magis digitis atterunt, tanto maiorem natura ſua fragrantiam reddunt: ita & in ſcripturis uſu uenit, quanto quis illis eſt familiarior, tanto magis uidere poteſt latentem in ipſis theſaurum, pluresq; percipere ineffabilium diuitiarū fructus. Et formauit, inquit, deus hominē puluerē de terra.] Animaduerte differen- B
tiam mox ex ipſo uerborum proœmio. In omnibus enim aliis creaturis docuit nos beatus Moſes modum formationis, dicendo: Dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux: fiat firmamentum, congregetur aqua, fiant luminaria, germinet terra herbam fœni, producant aquæ reptilia animarum uiuentium, & producat terra animam uiuentem. Vidiſti quomodo uerbo omnia formata ſint? Sed uideamus quid poſtea, quum hominem format, inquit: Et formauit deus hominē. Vide quomodo uerbis quæ noſtræ paruitati congruunt, uſus eſt: ſimul & modum formationis, & in formando potentiam docens, & quaſi, ut humano more dicam, manib. dei ipſum formari depingit: ſicut &
Pſal. 10.b alius propheta inquit, Manus tuæ fecerūt me, & C
plaſmauerunt me. Nam ſi imperaſſet ſimpliciter ex terra produci hominē, nónne productus fuiſſet? Sed ut modum quo formauit, continuo memorijs inculcaret, & non ſuprà quàm oportet de nobis ſentiremus, ideo tanta diligentia ſingula enarrat, & inquit, Formauit deus hominē puluerem de terra. Vide & in hoc huius dignitatē. Non enim ſimpliciter terram accipit, ſed puluerem, & tenuiſsimū, ut ita dicā, de terra. Et hūc puluerem terræ ſuo præcepto in corporis naturā uertit. Nā ſicut ſubſtantiam terræ quum nō eſſet produxit: ita & nunc quum uellet puluerem terræ in corpus uertit. Hic exclamare iuuat pulchrum illud beati
Pſal. 105.a Dauid dictum: Quis loquetur potentias domini, & auditas faciet laudes eius? quia de puluere tale D
animal produxit, & tanto honore uenuſtauit, tantisq; beneficijs ſtatim ab initio proſequut⁹ eſt, declarans per omnia ſuam miſericordiā? Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ: & factus eſt homo in animā uiuentem.] Hic inſenſatorū aliqui ſuis moti opinionibus, nihilq; deo dignum cogitantes, neq; uerborū diſpenſationē animaduertentes, dicere audent, animā ex dei eſſentia eſſe. O inſaniam, ó deliriū. Quot perditionis uias diabolus ſuis cultoribus peperit? Et ut diſcas, conſidera quomodo diuerſis inter ſe uijs incedunt. Nā alij anſam ex uerbulo inſpirauit rapientes, aſſerunt ex dei eſſentia eſſe animas: alij autem, quòd animæ in uiliſsimorū brutorum ſubſtantiā tranſeant. Quid hac amentia peius? Nam quoniā obtenebrata eſt ratio eorū, & ueram ſcripturæ mentem ignorāt, ſicut capti oculis in diuerſa præcipitia feruntur: & illi quidem ſupra dignitatem animam efferunt, alij autem contra dignitatem deho-
neſtant. Nam ſi ideo quòd ſcriptura dicit, Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ: os deo affingimus, neceſſe erit & manus ei tribuere, quandoquidem inquit, Et formauit hominem. Sed ne illorum ineptias in medium proferentes, etiā ipſi indecora dicere cogamur: age ipſorum ſtultitiā & multifariam dementiam deuitantes, ad ipſum diuinæ ſcripturæ ſcopū pertendamus, quæ ſeipſam interpretatur, tantum ne craſsis uerbis addicti ſimus: ſed cogitemus, craſſorum illorū uerborum
B cauſam eſſe noſtram hebetudinem & infirmitatem. Nequeunt enim aliter humanæ aures quæ dicuntur accipere, niſi tantum adhibeatur temperamentum. Proinde animaduertentes tantam noſtram imbecillitatem, & quia de deo ſunt dicta, ita illa accipiamus, ut par eſt ea de deo accipere, non ſubijciendo deum membrorum compoſitioni, & figurarum deliniationi, ſed honeſte de deo, & ut de illo cōuenit, cogitando. Simplex enim & incōpoſitus & infigurabilis eſt deus. Nam ſi deo membra & liniamenta attribuamus, noſtris opinionibus impulſi, mox in gentilium impietatem incidemus. Igitur quum audieris ſcripturā dicentem, Formauit Deus hominem: cogita uirtutem eandem, quam, dum dicit, fiat. Et iterum quando audis, Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ: hoc iterū cogita, quod uiſum eſt ſibi. Et ſicut incorporeas uirtutes produxit: ita certè corpus illud ex puluere factum rationalem animam habere iuſsit, quæ corporeis membris uti poſsit. Formatum enim corpus hoc iuxta præceptū domini, quaſi inſtrumentū erat, quod egebat aliquo ſe mouente: imò ſicut lyra, quæ opus habet aliquo, qui poſsit arte & ſcientia ſua conuenientem illi melodiam repręſentare. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ, & factus eſt homo in animam uiuentem. Quid eſt, inſpirauit ſpiraculum uitæ? Voluit & imperauit, ut hoc corpus haberet uitalem uim, quæ facta eſt animali in animā uiuentem: hoc eſt, efficaciter operantem, & ſuam artem membrorū
D motu oſtendere uolentem. Et uide etiā in hoc ipſo differentiam inter hoc admirabile rationale animal, & cæterorum irrationalium creationē. De illis enim inquit, Producant aquæ reptilia anima rum uiuentium: & prodierunt ex aquis animantia animata. Sic & de terra, Producat terra animā uiuentem. De homine autem nō ſic, ſed prius de terra corpus formatur, & poſtea uitalis illi uirtus datur, quæ ſcilicet animæ eſt ſubſtātia. Et idcirco de brutis dicebat Moſes, Sanguis eius anima eius Leu. 7.d
eſt. In homine autē ſubſtantia quædam eſt incor- 17.c
porea & immortalis, multo interuallo corpus excellens, & tanto, quanto corporeis præeminent incorporea. Et fortè diceret aliquis: Quare ſi anima dignior eſt corpore, indignius primò formatum eſt,

tum eſt, & poſtea quod eminentius? Non uides A
dilecte, quòd & in creturis hoc idem uſu uenit? Sicut enim cœlum & terra, & ſol & luna, & cætera omnia formata ſunt, & irrationalia animalia, & poſt hæc omnia homo, horum principatum ſuſcepturus: ita & in hac hominis formatione prius corpus producit, & poſtea anima, quæ dignior. Et ſicut animalia miniſterio hominis utilia futura ante hominem formātur, ut paratum haberet miniſtrum is ad cuius uſum creabantur: ita etiam corpus ante animam formatur, ut cum ſecūdum ineffabilem conditoris ſapientiam anima produceretur, poſſet ſuas potentias proferre per corporis motionem. Et plantauit deus hortum in Edem ſecundum Orientē, & poſuit illic hominem quem formauit.] Poſtquā dominus uniuerſam B
ſuam nobis declarauit benignitatē, & illum propter quē omnia uiſibilia formata ſunt in medium adduxit, ſtatim incipit in illū beneficia collocare. Et plantauit deus hortum ſecundum Orientem. Conſidera & hic dilecte, quòd niſi ut dignū eſt, de deo uerba hæc recipiant, neceſſe eſt ut in profunda errorū detrudamur. Quid enim dicere poterint & de his uerbis, qui omnia quæ de deo dicuntur, humano more accipere audent? Et plantauit deus hortum. Quid? dic oro, ligone opus habuit & agricultura, & alia cura, ut paradiſi hortū excoleret? abſit. Iterum enim etiā hoc loco uerbū illud, plantauit, ſic intelligendū, quòd imperauerit hortum in terra fieri, ut productus homo in eo
C degeret. Hac enim de cauſa hortum produxit, de quo audi ſcripturā, dicentem: Et plantauit Deus hortum in Edem, ſecundum Orientem, & poſuit illic hominem quem formauit. Et idcirco nomen loci ſcripturis inſeruit beatus Moſes, ut nō liceat nugari uolētibus imponere ſimpliciorū auribus, & dicere, nullum eſſe in terra hortū quem uocant paradiſum, ſed in cœlo, & fabulas quaſdam eiuſmodi ſomniare. Si enim cū diuina ſcriptura tanta uſa ſit diligentia, nō uerenē quidam facundia ſapientiaq; peregrina inflati, aduerſa ſcripturis loqui, & dicere, nō eſſe ſuper terrā paradiſum: multaq; alia quæ dicta ſunt, cenſent non ſicut ſcripta ſunt, ſed alia ratione intelligenda: & quòd ea quæ de terra, de his quæ in cœlis ſunt, dicta eſſe arbitrandū ſit: niſi humilitate & congruenti nobis ſer
D monū familiaritate beatus Moſes uſus foret, ſpiritu ſancto linguā eius mouente, quò non excidiſſent? Quamuis ſacra ſcriptura, cum nos tale quiddam docere uult, ſeipſam exponit, & auditorem errare nō ſinit. Sed quia plerique non ut commodi quippiā ex ſacris literis aucupentur, ſed uoluptatis gratia aures accōmodant his qui talia tractāt, & propterea non eos qui magis proſunt, ſed qui magis oblectant, ut audire poſsint, quærunt: oro igitur, ut omnibus illis præcluſis auribus, ad amuſsim canonem ſacræ ſcripturæ ſequamur. Et quando audis dilecte, quòd plantauit Deus hortum in Edem ſecundum Orientem: hoc quod dicit, plantauit, ut decet, de deo intelligas, nempe,

quòd præcepit. At quod reliquū eſt crede, quòd & paradiſus factus ſit, & in illō loco ubi ſcriptura ſignificauit. Cæterum non credere his quæ in diuina ſcriptura continentur, ſed alia quędam ex propria ſententia inferre, opinor plurimum periculi ſecum aduehere his qui talia audent. Et poſuit illic hominem quem formauit. Vide, quantum honorē ſtatim homini habuit. Extra paradiſum quidem formauit illū, ſed mox introduxit, ut re ipſa ſenſu beneficiorum frueretur, ſciretq; quantus illi honor eſſet exhibitus. Et poſuit hominē illic quē formauit. Verbum, poſuit, iterū ſic intelligamus, pro eo quod præcepit illi ut eſſet illic, ut ex aſpectu & habitatione multam perciperet uoluptatem, prouocaretur; ad gratitudinem, intelligēs quantis ſit affectus beneficijs, quum nullū adhuc boni ſpecimen præbuiſſet. Ne mireris ergo uerbum hoc, poſuit. Perpetuus enim ſcripturæ mos eſt, propter nos, & propter noſtrā utilitatem humanis uti uerbis. Et ut ſcias, uide quomodo ſuperius cum de formatione ſtellarum ageret, eadem dictione ſit uſus, cum dixit: Et poſuit ea in firmamento cœli. Non quòd affixerit ea cœlo, cogitandum (nam unumquodq; eorum ſuum perficit curſum, de loco ad locum tranſiens) ſed ut diſcas, q; in cœlo ea eſſe præceperit, quomodo & hominē in paradiſo uoluit uerſari. Et oriri fecit Deus præterea ex terra omne lignum pulchrum ad uidendum, & bonum ad edendum. Et lignum uitæ in medio horti, & lignum ad ſciendum notitiā boni & mali.] Ecce ſecundā beneficentiæ ſpeciem & honorem, quem in hominem recēs formatum collocauit. Nam poſtquam illum in paradiſo degere uoluit, præcepit uarias arbores ex terra prouenire, quæ ſimul & oblectare illum poſſent, utpote ſpectatu iucūdæ, & alimenta ſubminiſtrare. Omne enim, inquit, lignum pulchrū ad uiſionē, hoc eſt ad ſpectaculum: & bonum ad eſum, hoc eſt, quæ poterant exhilarare aſpectu, & uoluptatem præbere eſu: & tam multa, & copioſa, ut miri ficam fruituro afferrēt uoluptatem. Omniū enim lignorum, quæcunq; nominare queas, prouentum fecit. Vidiſti miſeriæ neſciam conuerſationem? Quaſi angelus aliquis uiuebat homo ſuper terram, corpore quidem amictus, ſed extra corporis neceſsitates conſtitutus: & ſicut rex paludamento & diademate ornatus, & purpura ueſtitus, ita in paradiſo impauide uerſabatur in magna deliciarum copia. Et lignum uitæ in medio paradiſi, & lignum ſciendi notitiam boni & mali. Poſtquam nos docuit, quòd terra produxit omne lignum iuxta mandatū domini, & iucundum uiſu, & bonum eſu, tūc ait: Et lignum uitæ in medio paradiſi, & lignum ad ſciendum notitiam boni & mali. Miſericors enim dominus, cum ut opifex præſciret ex multa copia, procedente tēpore nocumentum ſubnaſci, produxit lignum uitæ in medio horti, & lignum ſciendi notitiam boni & mali: & non multo poſt abſtinere ab iſto iuſſurus erat, ut ſcire poſsit quòd gratia & liberalitate illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

frueretur, esſetq; dominus aliquis & naturæ ſuæ, A & omnium uiſibilium: propter hoc iam ligni memoriam fecit, & narrauit nobis conſequenter fluminum nomina, & illorũ ſeparationem quãdam, & quòd ex illo quo rigat paradiſus, alia per quatuor origines diuiduntur, atq; ita plagas orbis diſpeſcũt. Sed fortè ſunt qui ex propria ſententia quę libet dicere uolunt: hi iterum neq; flumina, concedunt eſſe flumina: neq; aquas, aquas: ſed perſuadere conãtur iſs qui ſibi aures accõmodare uolũt, ut aliud quiddam imaginentur. Cæterũ uos obſecro, ne feramus tales, ſed obturemus aures, credamus diuinæ ſcripturæ, & ea quæ in illa dicuntur ſectemur: ſanas doctrinas in pectora noſtra reponamus, & cum his etiam uitam diligẽter inſtituamus, ut uita teſtificet doctrinæ, & doctrinæ longe fideliorem uitam declarent. Nam neq; ſi recta ſciamus fidei dogmata, uitam autẽ negligamus, aliquid nobis profuerit: neq; ſi uitam habeamus, & rectas negligamus doctrinas, lucrifacere aliquid quod ad ſalutem noſtrã ſit utile, profuerit. Nam ſi uoluerimus & gehenna liberari, & regnũ aſſequi, operæpretiũ eſt utrinq; ornari, & dogmatum rectitudine, & uitæ diligẽtia. Quid enim utile fuerit, obſecro, arbori, quæ in procerit atem erigitur, & foliis frõdet, ſi fructu careat? Sic & Chriſtiano nihil profuerint recta dogmata, ſi uitã ſuã non bene inſtituat. Propter hoc & Chriſtus tales
Matth. 5.c beatos dixit, inquiẽs: Beatus qui fecerit & docuerit. Multo em̃ fidelior & certior doctrina operũ, quàm ſermonum. Nam qui talis eſt, etiam ſilens, C & cum nõ uidetur, docere poteſt, & alios quidem qui illum uident, alios uero qui de illo audiunt: & multa fruetur dei gratia, nõ ſolum propter ſe, ſed & propter alios qui illum uident, & incitantur ut glorificent dominum ſuum. Talis per mille linguas, & multo plures, gratias & laudes referet deo. Neq; enim noti ſoli teſtes ſunt uitæ illius, & ipſum mirantur ac ipſius dominum: ſed & qui nõ cognoſcunt, & ab alijs diſcunt, & qui ualde procul habitant, & diuiſi ſunt: & non amici ſoli, ſed inimici reuerebuntur uirtutis eminentiã. Tanta enim huius uirtus, ut & compeſcat ora & linguas eorum qui uirtuti infeſti ſunt. Et ſicut ad ſolis radios infirmi oculis non audent reſpicere, ita neq; uirtutem malitia contueri audebit unquam, ſed D tergo dato diſcedet, uictamq; ſe fatebit̃. Id quod & perſuaſum nobis ſit, ut uirtutem arripiamus, & diligenter noſtram uitã inſtituamus, & à peccatis, cum adhuc parua apparent, ſiue in ſermone, ſiue in opere ſtatim deſiſtere ſtudeamus. Neq; enim unquam in maiora incidemus peccata, ſi à paruis nobis cauerimus: & ſic procedente tẽpore poterimus, ſuperna gratia fauente, & ſumma uirtutis apprehendere, reconditamq; effugere pœnam, & æterna conſequi bona, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſpirituq; ſancto ſit gloria, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et accepit dominus deus hominem quem formauit, & poſuit eum in horto uoluptatis, ut coleret illum & cuſtodiret. Homilia XIIII

TErum, ſi libet, etiã hodie ex contextu eorum quæ heri dicta ſunt, ſpiritualem uobis doctrinam ut contexamus, dabimus operam. Multa enim & in his quæ commodum lecta, reconditiora ſunt: & opus eſt ut in profundiora deſcendamus, diligẽterq; ſcrutemur omnia, quò fructũ aliquem lucrifaciamus. Nam ſi id agunt qui pretioſos lapides in mari inuenire cupiunt, magnum laborem & moleſtiam ferentes, periculoq; indomitarũ aquarũ ſe exponentes, quò deſideratis potiantur: multo magis noſtrum fuerit, animũ intendere, ut uiſis quæ in B profundo dictorũ latent, pretioſos illos lapides comprehendamus. Sed ne timueris dilecte, quũ audis profunditatem. Non enim hic eſt tanta uis æſtuantiũ undarũ, ſed ſpiritus ſancti gratia mentem noſtram illuſtrans, & facile inueniri deſiderata concedens, omnem laborem alleuiat. Et gemmas alias inueniſſe, inuentori nõ multũ prodeſt, ſæpe autem & nocuit, & innumerorũ naufragiorum occaſio fuit: neq; tantã in inueniendo habuit lætitiam is qui inuenit, quantam inuentis illis iniucunditatem, aduerſus ſe inuidorum oculis concitatis & auaris ad bellũ armatis. Et adeo nequit noſtræ uitæ prodeſſe tales reperire, ut & multorum bellorũ ſit cauſa. Auaritiæ enim materia eſt, & fornacem cupiditatis ſuccendit, captorumq; C animã expugnat. Atqui de ſpiritualibus noſtris theſauris nihil tale formidare oportet: ſed & diuitiæ quæ inde colliguntur ineffabiles, & uoluptas immarceſcibilis, ex multo interuallo ſuperat omnium lætitiam. Et quòd hoc uerum ſit, audi beatum Dauid dicentem: Deſiderabilia eloquia tua Pſal. 18.c ſuper aurum & lapidem pretioſum multum. Vides quòd cum in medium attulerit materias, quæ pretioſiores reputantur, non ſolum hac comparatione non contentus fuit, ſed & apposuit, multum: atq; ita excellentiam eorum nobis manifeſtauit. Super aurum, inquit, & lapidem pretioſum multum: non quòd in tantum duntaxat ſint deſiderabilia eloquia dei, ſed quia ſolas hasce materias uidit apud homines in maiori pretio haberi præ alijs: propter hoc adductis illis in medium, ita excellentiam monſtrauit, quòd deſiderium eloquiorum ſpiritus uehementius ſit. Et ut ſciatis quòd ſemper is mos ſit ſacræ ſcripturæ, utilitatem quæ hinc eſt, ſenſibilibus rebus conferre, & ſic excellentiam oſtendere, audi & quæ deinceps ſubdit: Et dulciora ſuper mel & fauum. Et hic, non quòd tantam, & non maiorem poſſint præbere uoluptatem: ſed quia nihil aliud habetur in rebus ſenſibilibus, quod diuinorum eloquiorum uoluptati opponeret: idcirco cum hoc commemoraſſet, iterum ſic excellentiam docuit, & maiorem uoluptatem eſſe docuit ſpiritualium doctrinarum. Eadem regula inuenies & Chriſtum in euangelijs uſum. Nam cum diſcipulis loqueretur, cupientibus

cupientibus diſcere interpretationem parabolæ A eius qui ſeminauit bonũ ſemen in agro, &
Matt. 13 inimici zizania inter triticum ſeminantis: particulatim omnem ediſſeruit parabolam: Quis fuerit qui ſeminauit bonũ ſemen, & gs ager, & quæ ſint zizania, & qui alia interſerit, & qui meſſores, & quæ meſsis. Et quando omnia illis manifeſte detexit, tunc dixit: Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno cœlorum: non quòd non maiorem claritudinem habituri ſint iuſti, ſed monſtrat quòd multo maiorem. Tantam autem dixit, quoniam maiorem hac ſimilitudinem in rebus uiſibilibus inuenire non licebat. Quando igitur tale aliquid audierimus, nõ tantum maneamus in his quæ dicunt̃: ſed ex ſenſibilibus & uiſibilibus, ſpiritualium maximã eminentiam colligamus. Itaq; quandoquidem hic ue B hementius delideriũ inueniri poteſt, & uoluptas ſuauior & certior: diuina enim eloquia ſunt hæc & ſpiritalia, & quæ multo maiorem parere poſſunt lætitiam ſpiritualem: modò dictis attendamus magna promptitudine uehementiq; deſiderio, ut ueras diuitias hinc nobis acquirentes, ad philoſophiam Chriſti plurimis ſuſceptis ſeminibus, tandem domum redeamus. Audiamus igitur quæ hodie ſunt lecta: ſed, obſecro, attenta litis mente, & excuſsis curis ſecularibus, omniq; ignauia depoſita, hæc quæ dicuntur accipite. Diuinæ enim leges ſunt, & cœlitus allatæ ob ſalutem noſtrã. Iam ſi cum regiæ legũtur literæ, ubiq; eſt ſilentium, abeſtq; ſtrepitus & tumultus, omnibus adſtantibus, & aures arrigentibus, ut ſciant C quæ regijs literis manifeſtẽtur: & quiſquis uel parum tumultuatus fuerit, in magno periculo eſt: Multo magis cum magno timore & tremore adſtandum, & altum habendum ſilentium, & pellendæ cogitationes turbulentæ, ut quę dicuntur, intelligere poſsitis: quò rex cœleſtis approbata obedientia ueſtra, maioribus uos muneribus remunerare dignetur. Videamus itaq; quid nunc nos doceat beatus ille Moſes, nõ ſua lingua hæc dicẽs, ſed à ſpiritu ſancto aſſlatus. Et accepit dominus deus hominem quẽ formauit.] Bene ſtatim ab initijs duo hæc poſuit. Non enim dixit, dominus, & tacuit: ſed adiunxit, deus: occultum ali quod myſterium hic nos docens, ut ſcire poſſemus, ſiue dicamus dominum, ſiue deum, nullam D in nominibus eſſe differentiam. Hoc autem nunc non abſq; ratione cõmemorauit: ſed ut cum audie
1.Cor.8.b ris Paulum dicentem, Vnus deus pater ex quo omnia, & unus dominus Ieſus per quẽ omnia: ne putes in dictionibus eſſe diuerſitatẽ, & hanc maius aliquid ſignificare, iſtã minus. Et idcirco ſcriptura abſq; diſcrimine illis utitur, ut contentioſis ea quæ ex ſua ſententia excogitarunt, ad dogmatum rectitudinem afferre non liceat. Et quòd diuina ſcriptura neutrum horũ cum ſingulari quadam obſeruatione & ſuperſtitione enuntiet, ex iſthoc ipſo quod nunc dicitur, diligenter conſidera. Et accepit dominus deus. De quo uult hæreticus eſſe dictũ: De patre ſolũ: Eſto: ſed audi Paulũ dicentem: Vnus deus pater ex quo oñia, & unus dominus Ieſus per quẽ omnia. Vides quõ nomen domini filio attribuit: Quare ergo dicũt nomen, dominus, maioris eſſe momenti, cũ nomẽ, deus? Videte quãta abſurditas, & quanta blaſphemia, quando quis non ipſum diuinæ ſcripturæ canonem ſequitur, ſed ſuis opinionibus locũ dat, quæ mentem diſturbent: & uerborum pugnas, & infinitas quæſtiones ſanis rectisq; dogmatibus immiſcet. Et accepit dominus deus hominẽ quẽ formauit, & poſuit illum in horto uoluptatis, ut coleret illum, & cuſtodiret. Vide quantam formati hominis curam habuit. Poſtquã enim heri docuit beatus Moſes, dicens: Plantauit deus hortum, & poſuit illic hominem: id eſt, uoluit illum illic habere B domicilium, & uerſari ibi, ac horti delitijs frui: hodie iterum oſtendit nobis ineffabilem miſericordiam dei, quam in illum contulit: & repetens ſermonem, inquit: Et accepit dominus deus hominem, quem formauit, & poſuit eum in horto uoluptatis. Non ſimpliciter dixit, in horto: ſed appoſuit, uoluptatis, ut excellentem uoluptatem, qua fruiturus eſſet in habitando, nobis declararet. Et ut dixit, Poſuit illum in horto uoluptatis: addit, ut coleret illum, & cuſtodiret. Etiam hoc magnæ curæ & prouidentiæ noſtri argumẽtum eſt. Nam cum omnibus delicijs potirentur, ibi uitam agentes, tam oblectamentis eorum quæ uidebãt, quàm lætitia eorum quibus fruebantur, ut ne immodica proſperitate homo inſoleſceret, omnem enim malitiam docuit otium, propterea præcepit C deus ut operaret illum, & cuſtodiret. Quid aũt̃ dicet aliquis, illius cura indigebat paradiſus? Nõ hoc dico, ſed uoluit tum ut paruam quandam, ſibiq; congruam gereret curam, partim cuſtodiendo, partim operando. Erat autem operatio tunc citra laborem. Dederat enim occupationẽ quandam, quæ neq; dolorem neq; moleſtiam afferret. Cæterum quod dicit, cuſtodiret: non abſq; cauſa appoſitum eſt, ſed congruũt uerba, ut plane ſcire poſsit, quòd ſub domino agat, qui hanc largitus ſit fruitionem, & cum illa etiam cuſtodiam cõmiſerit. Deus enim omnia facit & operatur propter noſtram utilitatem, & cum illa etiam fruitionem & refocillationẽ præbet. Nam cum ob excellentem ſuam miſericordiam, etiam priuſquã nos produceret, ineffabilia bona præparauerit, ſicut ipſe dicit: Venite benedicti patris mei, poſſidete in he Matt. 25.c reditatem præparatũ uobis regnũ ab initio mundi: multo magis præſentia omnia largiter præbebit. Poſtquam igitur tanta beneficia in conditum contulit: primum, cum nõ eſſet, dedit illi ut eſſet, & ex puluere corpus formare dignat⁹ eſt: & poſt hæc dominam, animam dico incorporeã, per inſpirationem dedit: dein paradiſum fieri iuſsit, & illic illum uiuere præcepit: poſt hæc iterum, ſicut clemens pater tenero filio omni copia fruenti, ne inſolens fiat, paruam & congruam quandam curam excogitat: ſic & dominus Adæ operationem & cuſtodiam præcepit, ut in tanta uoluptate ubertate

Universidad de Deusto
Biblioteca

ubertateq; ac iucunditate hæc duo haberet, quæ A
procliuitatem illius sensim morarentur & impedirent. Porrò ut hæc quæ iam erant condito homini, ita & quæ sequuntur magnam & excellentem dei in illum nobis declarant misericordiam, quam sola bonitate sua exhibuit. Et quid est quod inquit scriptura, Et prꝛcepit dominus deus Adꝛ? Ecce iterum hic etiam eadem consuetudine utitur: ut cum sæpe idem inculcatur, diligentiori memoria doctrina suscipiatur: neq; ultrà feramus temere nomina discernentes, qui aliud patri, aliud filio tribuunt, quorum una tamen est essentia. Et idcirco indiscriminatim tribuit scriptura hãc appellationem nunc patri, nũc filio. Et prꝛcepit dominus Deus Adæ, dicens. Dignum & hic fuerit obstupescere misericordiã dei, quæ omnem tran- B
scendit rationem, quam breui hoc uerbo nobis exhibet. Et prꝛcepit, inquit. Vide statim ab initio, quanto honore hominem prosequitur. Neq; enim dixit, imperauit, uel iussit: sed quid? Prꝛcepit. Sicut amicus amico de rebus necessarijs prꝛcipiens, loquit̃, ita & deus humanæ naturæ, quasi hoc honore ad obediendum his, quæ à se prꝛcipiebantur, tracturus. Et prꝛcepit dominus deus Adæ, dicẽs, De omni ligno quod est in paradiso comedendo comede, de ligno autẽ sciendi bonum & malum, ne comedatis. Quocunq; aũt die comederitis ex eo, morte moriemini.] Magna huius prꝛcepti facilitas est. Sed dilecte, graue malum est desidia, facitq; ut facilia omnia, uideantur difficilia: sicut studio & uigilantia, etiam om- C
nia ardua & difficilia, facilia nobis fiunt. Quid enim, dic quæso, hoc mandato facilius? quid hoc honore maius? Concedebat uersari in paradiso, & uisibilium formositate oblectari, & aspiciendo exhilarari, & fruendo magnam uoluptatem percipere. Cogita quàm iucundum fuerit uidere arbores fructibus oneratas, florum uarietatem, herbarum diuersitatem, foliorũ comas, atq; alia quæ uerisimile est in paradiso esse, & in paradiso à deo plantato. Propter hoc enim superius diuina scriptura dicit, Oririq; fecit adhuc ex terra omne lignum pulchrum ad uidendum, & bonum ad comedendum: ut scire possimus, quomodo fruens tanta ubertate, per magnam intemperantiã & desidiam, datum sibi mandatũ prꝛuaricatus sit. Co- D
gita, obsecro, honoris eminentiã, qua illum prosequutus est, data illi mensa propria & separata in paradiso, ut ne putaret eandẽ sibi & iumentis instrui: sed haberet, quasi rex in paradiso agens, delitiarum copiam, & quasi dominus aliã quàm ministri habitationem sortiretur. Et prꝛcepit dominus deus Adæ, dicens, Ex omni ligno quod est in paradiso comedens comede: ex ligno aũt scien di bonum & malum, ne comederitis ex eo. Nam quocunque die comederitis, morte moriemini. Quasi diceret ad illum, Non molestũ aliquid & graue petam ex te: frui enim omnibus tibi permitto. Vnum prꝛcipio ne tetigeritis. Et magnam pœnã decerno, ut uel timore coercitus, datũ à me mandatũ custodias. Hęc faciebat, quasi dominus aliquis liberalis domum magnam alicui concrederet, & ut dominium sibi saluũ maneat, parum tantũ pecuniæ dandum ab illo prꝛscriberet. Sic sanè & misericors noster dominus, concesso omnium quę in paradiso sunt fructu, ab uno tantum ligno abstinere iusit, ut scire possit, quòd sit sub dominio, cui obedire debeat, & parere si quid ille imperarit. Quis pro dignitate admirabitur communis omniũ nostri patris liberalitatem? Quum nullum adhuc bonitatis specimen præ se ferret Adam, tanta à deo beneficia accepit. Neq; enim dimidiatam illi dedit rerum fruitionẽ, neq; à pluribus abstinere iusit, & cæteris frui: sed participem omnium quæ sunt in paradiso esse uoluit: ab uno solo ligno abstinere prꝛcipit, monstrans re ipsa, nullius alterius gratia hoc ipsum se facere, q; ut tantorum beneficiorũ autorem agnoscere possit. Et considera cum alijs etiã hic bonitatem dei, quanto honore etiam mulierem prosequitur, quę ex illo formanda erat. Nondum ea enim producta, quasi utriq; mandaret, dicebat, Ne comederitis ex eo: & quocunq; die comederitis, morte moriemini: manifestans iam inde ab initio, q unum sunt, uir & mulier, sicut & Paulus inquit, Caput Ephes. 5. c
uiri mulier. Et propterea quasi utriq; loquitur, ut posthac formata ex uiro muliere occasionẽ illi prꝛbeat docendi illã prꝛcepta. Iam scio quidem uulgatissimam esse de hoc ligno quæstionem: & quòd multi temere loquunt̃, & culpam ab homi- C
ne in deum transferre nituntur, audentq; blaterare, Cuius gratia dedit mandatũ, quod sciebat hominem transgressurum? Et iterum, Quare iussit lignum fieri in medio paradisi? Et multa alia. Sed ne nunc ante tempus prꝛuaricationis uideamur prosilire ad ea enarrãda, operæpretium ut & nos expectemus beatum Mosen enarrantem: ut quũ ad eum locũ peruenerimus, tẽpestiue, quæcunq; dei gratia dederit, de ea re dicentes, uerum scripturæ sensum uestram doceamus charitatẽ: quò scientes scripturarũ ueritatem, debitam domino gloriam offeramus, & non peccatorũ nostrorum culpã inculpatissimo deo imputemus. Iam aũt si libet, de præsenti lectione quod sequitur prosequamur. Et dixit dominus deus, Nõ est bonũ homi- D
nẽ esse solũ.] Ecce iterũ similiter dicit sicut & prius, Dominus deus: ut bene figẽtes animo dicta, ne putemus diuina scriptura nostras opiniones prꝛstantiores esse. Dixitq; dñs deus, Non est bonum esse hominem solum. Considera, quõ non cessat bonus deus, sed beneficia beneficijs cumulat, & diuitias bonitatis omni honore circumdat, & uult animali huic rationali prꝛstare, ut nõ solũ honeste, sed & commode uiuat. Et dixit dominus, Nõ est bonũ hominem esse solum, faciamus illi adiutricem secundũ illum.] Ecce iterũ etiam hic dicit, faciamus. Sicut enim in principio cũ de homine formando diceret, Faciamus hominẽ secundum imaginẽ nostrã, & secundum similitudinem; ita & nũc mulierẽ formaturus, eodẽ uerbo

utitur

utitur, & inquit, Faciamus. Cui hoc dicit? Non A
creatæ alicui potentiæ, sed ei qui ex se natus est, consiliario admirabili, potẽti, principi pacis, unigenito filio suo. Et ut sciret Adam, q animal formandum æqualis cum ipso dignitatis esset futurum, idcirco dicebat, Faciamus illi adiutorium simile sibi. Nolo, inquit, illum solum esse, sed producendum erit adiutorium sibi cõgruum, mulierem insinuãs: & propterea dicit, Faciamus illi adiutorium simile sibi: ut cum uideris statim adduci bestias, & omnia uolatilia cœli, ne putes de illis esse dictũ. Nam licet adiuuent illum in laboribus suis multa irrationalia animantia, nullum tamen par est rationali mulieri. Vnde ob hoc quũ dixisset, adiutorium simile illi, subdit: Et formauit B
deus adhuc de terra omnes bestias agri, & omnia uolatilia cœli, & duxit illa ad Adam, ut uideret quid uocaret illa. Et omne quodcunq; uocauit Adam animam uiuentem, istud ipsum est nomen illi.] Non temere, neq; absq; causa hoc factũ est, sed propter futura. Deus enim prꝛscius quid nõ multo post euenturum, ostendit nobis quantam sapientiam condito homini dedit: ut cum prꝛuaricatio mandati à deo dati contingat, non putetur per ignorantiã peccasse: sed scire possis, quòd lapsus ille ex desidia fuerit. Et quòd magna sapientia prꝛditus fuerit, disce ex his, quæ nunc fiunt. Et adduxit illa, inquit, ad Adam, ut uideret quid uocaret illa. Fecit hoc Deus, demonstraturus nobis magnam illius sapientiam. Et iterum, Quod uocauit, inquit, Adam, hoc est nomen illi. C
Factum autem hoc est, non ut discamus illius sapientiam solum, sed ut & symbolum dominij per nominum impositionẽ cognoscatur. Nam & hominibus mos est hoc facere in signum dominij, ut cum seruos emerint, ipsorum nomina mutent. Vnde & Adam instruit, ut omnibus brutis tanquam dominus nomina indat. Ne igitur hic subito prætereas dilecte, quod dicit: sed cogita quantæ fuerit sapientiæ, uolatilibus, reptilibus, feris, iumentis, & alijs brutis domesticis, & agrestibus, & in aqua uitam agentibus, & è terra productis, & in summa omnibus, congrua & conuenientia suæ naturæ imponere nomina. Nam quodcunq; uocauit Adam, inquit, hoc nomen est illi. Vidisti consummatam potentiam? uidisti dominij auto- D
ritatem? Perpende cum alijs etiam hoc, quòd & leones, & pardi, & uiperæ, & scorpij, & alia omnia etiam illis truculentiora, ad illum quasi dominum omni cum subiectione accesserunt. Ne igit̃ arguat aliquis, quòd à deo sunt creata, neq; contra opificem linguam acuat, imò contra suum caput, dicendo illa inutilia uerba: Cuius gratia feræ productæ sunt? Nam omnia perinde ac mansueta seruitutem agnouerunt & dominium: id quod monstrat manifestè nominum impositio. Nomina quæ imposuit illis, usq; in hodiernũ diem permanent. Ita enim hæc firmauit dominus, ut perpetuam habeamus memoriam, quem honorem initio, cum adhuc obediens esset Adam, à domino omniũ accepit: & ablati huius causam illi adscribamus, qui peccato suo hanc suã potestatem mutauit. Et uocauit Adã nomina omnibus pecoribus, & omnibus uolatilibus cœli, & omnibus bestijs terræ.] Hic iam cõsidera uoluntatis libertatem, & sapientiæ eius eminentiam. Et non dic, quòd ignorarit quid bonum, quid malum. Nam qui potest congruis nominibus iumenta appellare, & uolatilia cœli, & alias bestias, neq; ordinem confundit, neq; mansuetis animalibus cõuenientia feris imponit: sed omnib. sua dat nomina, quo modo nõ omni sapientia & industria pollet? Expendite tandem, quanta huius spiraculi in illo potentia, & quanta incorporeæ animæ sapientia, quam dominus illi dedit: quàm admirabile sit rationale animal hoc, ex duabus naturis cõstitutũ, & incorporea animæ substantia, corpori quasi optima artifex instrumento cõiuncta. Igitur cum tecum cogitabis tantam huius animalis sapientiam, obstupesce & admirare opificis sapientiam. Nam si cœli pulchritudo à cordato spectatore uisa, illum in conditoris glorificationem producit: quanto magis rationale hoc animal, cum suã formationem & gloriam à deo sibi datam, eminentiamq; & magnitudinem donorum, & ineffabilia beneficia considerat, autorem horũ continuis laudibus prædicare, & pro suis uiribus glorificare deum poterit? Vellem & de sequẽtibus agere: sed ne multitudine eorum quæ dicuntur, dictorum obruam memoriam, operæpretiũ fuerit ser- C
monem hoc loco claudere. Neq; enim hoc solum nobis curæ est, ut multa dicamus: sed ideo dicimus, ut bene ea animis uestris cõmendentur, nec solum sciantur quæ in diuinis scripturis cõtinentur, sed ut & alijs fiatis doctores, possitisq; & alios admonere. Hoc oro, ut omnes qui hinc egredi untur, cum proximis de nunc dictis inter semutuum conferant: & ita omnia colligẽtes, ac recenti memoria tenentes, domũ concedite, apud uosipsos ruminantes diuinas hasce doctrinas: ut huc omni cura uestra cõuersa, menteq; in his occupata, possitis facile & turbulẽtas animi affectiones uincere, & diaboli insidias effugere. Nam cũ malus ille dæmon uidet animã de diuinis rebus solicitam, & perpetuò illas uersantem, ne accedere quidem propius audet, sed celeriter resilit, à spiritus operatione, quasi à succẽso rogo abactus. Vt igitur & nobis plurimũ sit lucri, & illum uincere ualeamus, & supernè nobis copiosior prꝛstetur gratia, his uacet animus noster. Nã ita prosperabuntur in manibus nostris omnia, & erũt facilia omnia quæ difficilia erant: & bonũ exitũ sortientur, quæcunq; cõtristabant. Quandoquidẽ si nobis curæ fuerint diuina, & ipse quoq; deus pro nobis solicitus erit, ut magna securitate per pelagus huius uitæ nauigemus, duce & gubernatore deo ipso, in illius misericordiæ portum occursuri. Cui gloria & imperiũ, cum unigenito suo filio & deo, simulq; sancto & uiuifico illius spiritu, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Adæ uero

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adæ uero non inuentus est adiutor simi-
lis illi, & immisit deus excessum in Adam
& dormiuit. Homilia XV

GRatias uobis habeo quòd tanta alacritate hesternam meā accepistis admonitionem: & dictorū prolixitate non solum non estis offensi, sed & eodem rigoris tenore perpetuū audiendi desideriū, usq; ad finem seruastis. Vnde in magna expectatione sumus, quòd & opera ipsa, quæ uobis consuluimus, facturi sitis. Nā qui tanta uoluptate audit, declarat ad opera quoq; faciēda se paratum. Alioqui creber ille uester conuentus, certū argumentū est quàm bene ualeatis anima. Nam sicut esurire, signū est bonæ ualetudinis: ita amare diuina eloquia, spiritualis sanitatis indicium fuerit maximum. Quoniā autē fructus uestri studij pollicetur, quòd & obediendo adimpleturi sitis: age & nos mercedem, quā heri pollicebamur, hodie dinumerabimus. Spiritualem doctrinam mercedem dico, quæ potest & meā augere substantiam cum dinumerauero, & uos qui recipitis, ditiores efficere. Hoc enim modo se habent spiritualia omnia. Id quod in rebus sensibilibus non est. Nam in illis ij qui dinumerāt pecuniā, suam imminuūt substantiam, & locupletiores fiunt qui recipiunt: hic autem nō sic. Sed & is qui dinumerat, suas facultates magis auget, & recipientiū diuitijs nonnihil accedit. Itaq; cum & nobis prompta sit bene uolentia, & uos spirituales illas opes suscepturi, sinus mētis habeatis capaces: age præstemus quod recepimus, & iterū in manus acceptis his quæ ex contextu beati Mosi lecta sunt, inde uobis mercedem dinumeremus. Quæ igitur sunt, quæ hodie lecta in medium afferri debent, ut thesauros sensuum in uerbis latentes, diligenter quæsitos, charitati uestræ proponamus. Audite nunc scripturā dicentē, Adæ uerò nō inuētus est adiutor similis illi.] Quid sibi uult breuis hęc dictio, Adę uero: quare apponit coniunctionē: an non sufficiebat dicere, Adæ: Non absq; ratione, neq; curiositatis gratia inquirendi talia nobis studiū est: sed ut diligenter omnia uobis interpretantes, doceamus uos, neq; dictionem paruā, neq; syllabam in diuinis literis contentam, esse prætereundam. Non enim uerba tantū sunt, sed & spiritussancti uerba. Et propterea magnum in his thesaurū inuenire licet, etiam in una dictione. Auscultemus igit̄, obsecro, magna diligentia: nullus desęs, nullus somniculosus sit, omnes uigili animo adeste. Nullus externis occupationibus mentem distrahat, nullum seculares curæ sibi uendicent. Sed cogitet unusquisq; spiritualis huius congregationis dignitatem, & quòd ea quæ audiuimus deus per prophetarū linguas nobis loquitur: atq; sic arrectas simul mentē & aures adhibeat, ne semen aliquod quod iactamus, in petram cadat, uel secus uiam, uel inter spinas: sed integrum semen in terram bonam, latitudinē dico mentis uestrę, proiectum, largum nobis fructū afferre queat, & à nobis cōcredita multiplicet. Cæterū uideamus quid sibi uelit huius coniunctionis copula, Adæ uero non inueniebatur adiutor similis illi. Vide, obsecro, diuinæ scripturę accuratā diligentiam. Nam postquàm dixit, Adæ uero non inuentus est adiutor: non ibi substitit, sed adiecit, similis illi: addita mento illo causam nobis declarans, ob quā coniunctionis copulam addiderit. Exīstimo acutiores cōiectare posse, & præuidere quid dicturi simus. Verū quia nostri officij est, quoniam communem omnibus doctrinam proferimus, omnibus etiam manifesta facere quæ à nobis dicuntur: age docebimus uos cuius gratia sic dixerit: sed parumper sustinete. Nam postquā in superioribus dictis, sicut memores estis, scriptura diuina dixit, Faciamus illi adiutorium secundum eum: statim docuit nos bestiarum, & reptilium, & brutorum omnium formationem: inquit enim, Et formauit deus adhuc de terra oēs bestias, & uolucres cœli, & duxit illa ad Adā, ut uideret quid uocaret illa. Et quemadmodum dominus omnibus imposuit nomina, & unicuiq; bestiarū, & uolucrū, & brutorum omnium generi, suum uocabulum, iuxta concessam sibi sapientiā distribuit: ut scire possemus quòd omnes illæ creaturæ, licet homini ministrent, & nos adiuuent cooperando nobiscum, irrationabilia tamen sunt, & homine longe inferiora. Vnde ne putemus illum de illis dixisse, Faciamus illi adiutorium. Nam licet adiuuent, & in multis ministerio suo seruiant, ratione tamen carent. Sanè quòd iuuent nos, rerū docet experientia: alia enim utilia sunt ad conuehenda necessaria, alia ad colendam terrā. Quandoquidem bos aratrum trahit, sulcos secat, & uaria agriculturæ opera exercet. Asinus autem ad conuehenda necessaria utilis est, & pleraq; animalia alia corporis nostri usui seruiūt. Et enim oues lanam ad parandas uestes præbent, & capræ ex suis pilis aliquid nostro ministerio afferūt, lacteq; & alio quoq; modo nos pascūt. Proinde ne existimes, quod suprà dicit: Faciamus illi adiutoriū: ad hoc dictū: Ideo nunc sermonē incipiēs, inquit, Adę uero non inuentus est adiutor similis ei. Quasi doceret nos beat⁹ Moses, & hęc diceret uerba, Hęc oīa quidē producta sunt, & ab Adam sua acceperunt nomina, nihil tamen ex his omnibus dignū fuit inuentum illius adiutorio. Ideo uolens nos docere producendi animalis formationem, & quòd animal hoc producendū, istucipsum sit de quo dicebat, Faciamus illi adiutoriū secundum illum: simile illi, inquit: hoc est eiusdem substātiæ, dignitateq; illo nihil inferius: & hanc ob rem dicebat, Adæ uero nō inueniebaſ adiutor similis illi: monstrās nobis beatus ille, q̄ quantumcunq; nobis ministerium exhibent hæc bruta, aliud tamen quoddam adiutorium est multis numeris excellentius, quod à muliere Adæ præstaſ. Itaq; omnibus animalibus iam productis, & suū nomen à Protoplasto sortitis, misericors deus simile illi adiutricem ut produceret, inquirebat. Qui omnia à se facta, per se gubernat, & omnē uisibilem creaturā produxit, is cum alijs omnibus & mulierem format. Et uide quàm diligenter formationē nos doceat. Nam postquam nos docuit, quòd uellet producere illi adiutorium simile ipsi: nam superius dixerat, Faciamus illi adiutorium secundum illum: & hic inquit, Non inueniebatur similis illi: eam ob causam ex illius substātia ipsam format, & inquit,

Et immisit dominus deus excessum in Adam, & dormiuit: & accepit unam costarū illius, & impleuit carnem pro illa. Aedificauitq; dñs deus costam, quam accepit de Adam, in mulierem, & duxit illam ad Adam.] Magna uerborū uis est, & omnem humanū captū transcendens. Non enim aliter possunt hæc magna intelligi, q̄ fidei oculis conspecta. Et immisit deus excessum in Adam, & dormiuit. Videte diligentiā doctrinæ: utraq; posuit beatus ille Propheta, imò spiritus sanctus per illius linguam, docens nos factorum seriem. Immisit, inqt, excessum in Adā, & dormiuit. Quod tunc fiebat, neq; excessus solus erat, neq; somnus solitus. Sed quia sapiens & potens nostræ naturæ opifex, unam ex costis illius ablaturus erat: ut nesentiendo dolorem, mulieri ex se formatæ postea doloris memor infensus fieret: ea propter immisso excessu, tanto illum somno oppressit, ut quasi gra uedine quadam correptus, nullum rei quæ fiebat sensum caperet: & sicut optimus artifex auferebat quod sibi uidebatur: & supplebat ubi quid deerat, & quod inde sumpserat, iuxta suam formabat misericordiam. Immisit, inquit, excessum in Adam, & dormiuit: accepitq; unam costarum illius: & impleuit carnē pro illa: ut ne posset discusso somno, quod factum erat, ex uacuitate sentire. Nam quamuis eo tempore quo auferebaſ, ignorauit, postea tamen cogniturus erat. Itaq; ut ne illum in auferendo, dolore: neq; ob ablationem, tristitia afficeret, utraque sic dispensauit, ut & citra cruciatum illius auferret, & impleto eo loco unde abstulerat, factorum sensum percipere non sineret. Igitur acceptā hanc costam, ædificauit dominus deus in mulierem. Admirabile dictum, nostram rationem nimia excellentia uincens. Eiusmodi enim sunt omnia, quæ à domino. Nam hominem è puluere formari, non erat illo miraculo minus. Et uide iterum quomodo diuina scriptura uerbis nostræ infirmitati accōmodis usa sit. Et accepit, inquit, unam costarū illius. Ne humano more accipias quæ dicūtur, sed crassa uerba hæc humanæ imbecillitati conuenire cogites. Nam nisi his uerbis scriptura fuisset usa, quomodo tam arcana mysteria discere potuissemus? Ne igitur uerbis tantum addicti simus, sed omnia, ut par est, deo sentiamus. Quandoquidem dum dicitur, accepit, & omnia talia, propter nostram infirmitatem ita dicta sunt. Animaduerte autem & quomodo & hic eadem usa est consuetudine, qua suprà quum de Adam ageret. Nam ut ibi semel ac iterum, & sæpius dixit, Et accepit dominus deus hominem: & iterum, Et præcepit dominus deus

Adæ: & iterū, Dixitq; dominus deus, faciamus illi adiutorium simile illi: sic & nūc inquit, Et ædificauit dominus Deus costam, quam accepit ab Adam, in mulierem. Et paulò superius, Et immisit dominus deus excessum in Adam: ut discas q̄ nullam patris & filij diuersitatē hæ dictiones indicent: sed quia utriusq; est una essentia, indiscriminatim nominibus istis scriptura utitur. Vnde & hanc consuetudinem, cum de formatione mulieris agit, similiter obseruauit, dicens, Et ædificauit dominus deus costam, quā accepit ab Adam, in mulierem. Quid ergo hic dicent hæretici, qui omnia curiosius explorare uolunt, & conditoris omnium generationem cōprehendisse se putāt? Quis sermo hoc explicare poterit? Quæ mens cō prehendere? Vnam costā, inquit, accepit, & quomodo ex hac unica costa totū animal formauit? Dic, obsecro, quomō ablatio facta est? quomodo Adam, cum auferretur costa, nō sensit? Sed nihil horum dicere poteris. Vnus enim tantū scit, qui ipse est cōditor. Quòd si hæc quæ in manib. sunt, & animalis illius quod nobis carne cognatū est, formationem non comprehendimus: quanti delirij & amentiæ fuerit, curiosius inquirere, quæ ipsius cōditoris sunt, & dicere quòd illa comprehenderis, quorum neq; incorporeæ & diuinæ uirtutes iustā scientiā habēt: sed perpetuò cū timore & tremore glorificantes eminus cōtemplanē? Et ædificauit dñs deus costam, quā accepit ab Adā, in mulierem. Vide scripturæ diligentiam. Non enim iam dicit, formauit: sed, ædificauit: quia ex iam formato partem accepit: & quasi diceret aliquis, quod deerat dedit. Et propter hoc dixit, Et ædificauit: nō aliam formationem fecit, sed ex eo quod iam formatū, accepta portiūcula quadam, hanc partem ædificauit, & perfectū fecit animal. Quanta optimi architecti dei potētia, quæ ex tantilla particula, tam elegantia membra concinnauit, tantos formauit sensus, & perfectum, & integrum, & absolutum animal fecit: quod posit & colloqui, & cōmunione substantię uiro multa afferre solatia? Nam ob eiusce modi cōsolationem animal hoc formatum est. Vnde & Paulus dicebat, Nō enim formatus est uir propter mulierē, sed mulier propter uirū. Vides quomodo omnia propter uirum fiunt. Condita enim creatura, productis brutis, & cibo & ministerio utilibus: quia formatus homo indigebat aliquo confabulatore, & eo qui particeps suæ substantiæ multū solatij afferre posset, ideo ex latere illius hoc rationale animal format, & secundum industriam suam & sapientiam perfectum & absolutum hoc facit, per omnia homini simile, & rationale, quod posset in necessarijs & commoditatibus huius uitæ subsidio esse. Deus enim omnia sapienti quadam ratione condidit & moderatur. Et nos qui tam imbecillimente sumus, tametsi modum, quo facta, scire non possumus, credimus tamen quòd uoluntati illius omnia cesserint, & paruerint, & quicquid imperauerit factum sit. Et ædificauit deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

costam, quã accepit ab Adam, in mulierẽ: & adduxit illam ad Adam.] Ostendens quòd propter illum istam condiderit, adduxit illam ad Adam. Quoniam nullus, inquit, in omnibus brutis adiutor tibi similis, ecce hoc quod pollicebar: promisi enim tibi facturũ me adiutoriũ simile tibi, nũc perfectum trado tibi. Adduxit illam ad Adam. Et dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea.] Obsecro dilecte, uide hic quõ cum ineffabili illa sapiẽtia sibi à deo suppeditata, cuius nobis indicia demonstrata sunt per nominum impositionẽ, quæ tot brutorum animalium generibus indidit, & propheticam gratiam accipit. Nam idcirco docuit nos beatus ille Propheta, quòd & somno, & ecstasi correptus sit, ita ut ne sensum quidem ullum eius quod fiebat, perciperet: ut cum nunc discis, quòd uisa muliere diligenter factũ enarrat: credas certo, quòd spiritus sancti instinctu, & accepta prophetica gratia hæc loquat. Quippe cum nihil de his, quæ facta erant sciret, postquã deus hãc illi adduxit, inquit, Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Alius quidam interpres, pro nũc, uertit semel. Videlicet quòd semel tantũ hoc factum est, neq; ultrà erit talis formatio mulieris. Nũc, inquit, facta est ex uiro mulier, posthac nõ sic erit: sed ex muliere uir, imò non ex muliere, sed ex utriusq; cooperatione: sicut & Paulus inquit, Non est enim uir ex muliere, sed mulier ex uiro: & non cõditus est uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. At istæc ipsa, dicat aliquis, quę sunt dicta, ostendũt q mulier ex uiro facta sit. Verũ expecta, & uide doctrinã quam subiicit: dicit eñ, Veruntamen, neq; uir sine muliere, neq; mulier sine uiro. Quo docet nos, quòd postea utriusq; cõgressu, utrorumq; & uiri & mulieris constitutio erit. Et idcirco & Adam dicebat, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Deinde ut scias huius prophetię certitudinem, & quomodo usq; ad ipsius consummationem affulgeant Adæ uerba, audi sequẽtia.

Ista uocabit mulier, quia ex uiro suo sumpta est ista. Propter quod derelinquet uir patrem suũ, & matrem suã, & adhærebit uxori suæ, & erũt duo in carnem unam.] Vidisti quomodo omnia nobis diligenter aperuit, & singula per prophetiam suã explanauit. Ista, inquit, uocabit mulier, quia de uiro suo sumpta est. Iterum nobis ablationem costæ insinuat. Deinde manifestans euẽtura, inquit, Propter hoc relinquet homo patrem suũ, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unã. Vnde, dic oro, habuit ille ut hæc diceret? Vnde sciebat futura, quòd multiplicandum humanum genus, & quòd hoc uiri mulieris q congressu futurum, unde noscebat? Congressus enim ille post preuaricationem fuit. Nam usq; ad illam quasi angeli uersabant in paradiso, non concupiscentijs flagrantes, non ab alijs affectionibus infestati, non naturæ necessitatibus obnoxij: sed prorsus incorruptibiles & immortales conditi, neq; uel uestimentorum amictu ibi egebant. Erant enim, inquit, ambo nudi, & non erubescebant. Peccato enim & præuaricatione nondum præsente, gloria, quæ superne uenerat, uestiti erant: & ideo non erubescebant. Post transgressionem autem præcepti, introgressa est & erubescentia, & nuditatis agnitio. Vnde igit, dic quæso, habuit, quòd hæc sciret? Nonne propheticæ gratiæ particeps, omnia hæc spiritualibus uidebat oculis? Hæc nunc non absq; ratione prolixioribus dico, sed ut etiã hinc immodicam dei misericordiam discatis, quam humano generi exhibuit, data illi ab initio uita angelica, & innumeris in illũ collocatis beneficijs, & cum alijs omnibus etiam prophetica dignitate concessa: ut cum uideritis hominem post tot beneficia delinquere, culpã in deum ne reijciatis, sed ipsi totum imputetis. Ipse enim sibimetipsi omniũ malorum autor fuit, quod & postea didicistis, tum quòd tantis bonis excidit, tum quòd ob præuaricationem condemnatus est. Nam cum cogito uitæ illius statum, quem illi dominus dedit, tam multifaria in ipsum beneficia cumulando: & primũ quidem q ante ipsius formationẽ propter ipsum, totum hũc mundum, & creaturas condidit: & postea ipsum formauit, ut factus uisibilibus omnibus frueret. Deinde quòd ut iussit esse paradisum, in illo statim ipsum uitã agere uoluit, animalia bruta ab illo separauit: omnium illi dedit potestatem, quasi dominũ seruis & subditis nomina imponere iubendo. Postea, quia solus erat, cum indigeret aliquo adiutore, qui naturę eius particeps esset: neq; hoc omisit, sed producta muliere, modo quo sibi placuit, illã ipsi in manus cõcredidit, præter hęc oia, prophetiæ quoque dignitate illum insigniuit. Et quod summa, & caput aliorum est beneficiorũ, donauit illi ut ab omnibus curis & solicitudinib. corporis liber esset: neq; ullis uestium indumentis, neq; alio aliquo indigere illum permisit: sed ut dixi, quasi angelum terrestrem super terram uersari uoluit. Cum ergo omnia hæc supputo, obstupesco & domini misericordiam in humanum genus, & hominis desidiam, & diaboli inuidentiã. Nõ enim ferebat malus ille dæmon uidere in corpore hominem angelicam uitam agentem. Cæterum ne nimia prolixitate sermonẽ extẽdamus, si placet, reponemus in posterũ quæ de diaboli insidijs sequũtur, uestrã orantes charitatem, ut diligenter ea quæ dicta sunt memoriæ cõmendetis, & uobiscum expendatis ea omnia, ut profundius in cogitationibus uestris considant. Nam si continuo beneficiorum dei, quæ in nostrũ genus contulit, recordemur, & ipsi grati erimus, & ad uirtutis uiam magna erit exstimulatio. Quippe manifestum, quòd beneficia dei secum recogitans, operam dat ne illis indignus uideatur: sed tanti studij & gratitudinis est, ut & alia consequenter mereatur. Ita liberalis est dñs noster, ut quãdo uidet nos bene & cũ gratitudine uti his quæ iam nobis concessit, ultro nos potioribus maioribusq; muneribus cumulet. Tantum nobis nostra salus curę fit, ne ita

ne ita incogitanter & absq; fructu tempus transigamus: neq; hoc attendamus, quòd dimidiũ quadragesimę transierit, sed si qua in hoc tẽpore à nobis bene gesta sint, & si quas affectionum perturbationes correxerimus. Nam si quotidianis spiritualibus doctrinis fruentes semper ijdem manserimus, neq; in uirtutibus profecerimus, neq; uitiorũ genera è pectoribus nostris effugauerimus, non solum inde nihil erit utilitatis, sed & plurimũ nocumenti. Quando quidem, qui in tanta nostra cura nihil lucrifacit, maiorem sibi coaceruabit gehennæ ignem. Ideo oro, ut saltem reliquum ieiunij tempus, in ea quibus opus habemus, insumamus, & singulis hebdomadis, imò singulis diebus nosipsos consideremus, & negligentiam ab animabus nostris repellamus, & bonorum operum possessionem conquiramus, sicut Propheta noster admonuit, Declinemus à malo, & uirtuti studeamus. Hoc etenim uerũ est ieiunij. Iracundus ferocem perturbationem pia cogitatione ab anima eliminet, mansuetudinem autem & lenitatem amplexetur. Deses & intemperans, & formosorũ corporũ curiosior spectator cogitationes suas refrenet, & in latitudine mentis suę inscribat legem Christi dicentem, Qui inspexerit mulierẽ ut concupiscat illam, iam adulterium commisit cum illa in corde suo: atq; ita incontinentiæ uitium profliget, & sobrietatẽ colat. Qui petulantis linguæ est, & quicquid in buccã uenerit garrit, imitetur beatum Prophetã & dicat, Pone domine custodiam ori meo, & ostium munitionis labijs meis. Et nunquam temerè & absq; utilitate proferat uerba, sed audiat Paulum, dicentem, Omnis uociferatio, & furor, & blasphemia, & obscœnitas, & urbanitas tollat à uobis cum omni malitia. Et iterũ, Si quis sermo bonus, ad ædificationem utilis, ut det gratiam audientibus. Iuramenta quoq; modis omnibus fugiat: audiens sententiã quæ dicit, Dictũ est antiquis, Non peierabis: ego aũt dico uobis, non iurandũ omnino. Neq; eñ in re iusta, neq; iniusta iurare licet. Purũ igit à iuramẽtis seruemus os, & his omnibus muniamus nostrã linguã, labia & mentẽ, ne quid malarum cogitationũ uel intus nascatur, uel per linguam foras proferatur. Aures quoq; diligenter sepiamus, ne uanas fabulas audiãt: sicut & beatus Moses præcepit, dicens, Auditum uanum ne accipias. Et rursum beatus Dauid dicebat, Obtrectantem secretò proximo suo, hunc persequebar. Vidisti dilecte, quanta nobis contentione, quanta uigilantia ad uirtutem parandam opus sit: quo modo & parua particula neglecta, totius periculum infert? Quocirca & alibi clamat beatus Dauid, accusans hoc facientem, & dicens, Sedens ad uersus fratrem tuũ obloquebaris, & contra filiũ matris tuæ ponebas scandalum. Si sic nostra omnia membra munierimus, poterimus ad uirtutis opera excitari, & linguam in laudibus & glorificatione dei occupare: aures autem in auditu & disciplina diuinorum eloquiorum, & mentem in spiritualibus doctrinis contemplandis: manus uerò non in rapina & auaritia, sed misericordia & bonis operibus faciendis: & pedes non in theatra & spectacula damnosa, circenses q; ludos, sed in ecclesias & domos precationum, & ad martyrum loculos, ut ab illis benedictionem percipiamus, & nos à diabolicis laqueis irretiri non sinamus. Si sic soliciti nostram salutem curauerimus, poterimus & ex ieiunio lucrum facere, & dæmonis insidias effugere, & magnam supernè gratiam assequi: qua ut nos omnes potiamur, concedat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri sanctoq; spiritui sit gloria, imperiũ, honor nũc & semper & in secula seculorum, Amen.

Et erant ambo nudi, & Adã & uxor eius, & non erubescebant. Homilia XVI

HODIE uobis dilectissimi, spiritualem thesaurũ aperire uolo: qui licet inter multos diuidatur, nunquã tamen absumitur: omnes enim locupletat, non tantum nulla sui imminutione, sed & quodam augmento. Nam sicut, si quis de sensibili thesauro uel paruam acceperit portionem, multas tamen diuitias inde sibi parabit: ita & in diuinis scripturis, etiam in breui lectione, sensuũ grauitas & ineffabiles inueniuntur diuitiæ. Talis eñ natura huius thesauri, ut abundare faciat eos qui se inueniunt, & nunquam deficiat. Fontis enim huius scaturigo est spiritussanctus. Reliquum, ue strum fuerit quæ proponũtur summa seruare memoriæ diligentia, ut facile dicta assequi possitis, tantũ quod nostrũ est, magno studio afferamus. Gratia enim parata est, & requirit eos qui se largiter suscipiant. Audiamus igitur quę hodie sunt lecta, ut discamus dei misericordiam, & quanto, salutis nostræ gratia, sermonis tẽperamẽto sit usus.

Et erant ambo nuditã Adam quàm uxor eius, & non erubescebãt.] Considera, quæso, eminentem beatitudinẽ, quomodo superiores fuerint omnibus corporalibus necessitatibus, quomodo terram quasi cœlum incoluerint: & quum essent in corpore, nihil corporale tulerint: neque tecto, neq; ueste, neq; alio tali opus habentes. Porrò diuina scriptura nõ simpliciter & absq; ratione hoc nobis significauit: sed ut cum didicerimus uitã illorum tristitiæ doloris q; expertẽ, & angelicũ quendam statum, ut ita dicã: & postea uiderimus illos omnibus illis destituí, et quasi è magnis diuitijs in extremam inopiam redigi, ipsorum peccato totũ quod fit asscribamus. Operæpretium autem lecta ipsa audire. Nam, ut dixit beatus Moses, quòd nudi erant, & non erubescebant: neq; enim sciebant se nudos esse, mira gloria amicti, & maiori quàm ullus uestitus posset ornare, inquit, Serpens autẽ erat prudentissima omnium bestiarum super terram, quas fecerat dominus deus. Et dixit serpens mulieri, Quare dixit deus, ne comedatis ex omni ligno quod est in paradiso? Vide maligni dæmonis inuidentiã, & multiplices technas. Quando quidem sciuit hominem formatum in summo esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

honore, & nihil minus habere angelis ipsis, sicut
Psal. 8.b & beatus Dauid inquit, Minuisti eum paulò minus ab angelis. Atq; hoc ipsum paulò minus inobedientiæ peccatũ introduxit. Nam post præuaricationẽ hoc loquutus est Propheta. Videns igit' super terrã angelũ terrestrem & inuidia tabescens dæmon malorum autor, quoniam cum ipse inter supernas uirtutes censeret', ob uoluntatis suæ nequitiam & malitiã excellentem è summo illo cœlo proiectus fuerat, magna usus est machinatiõe: ut & hominẽ gratia dei priuare, & ingratũ factũ, tantis bonis per diuinã bonitatẽ ipsi concessis nudare posset. Et quid fecit? Inuẽto animali hoc, serpentem dico, qui cætera calliditate sua uincebat, sicut & Moses testatus est, cum dixit, Erat aũt ser
B pens prudẽtissima omniũ bestiarũ super terram, quas fecit deus: eo quasi instrumento quodã usus est, per quod mulierem, utpote simplicius & infirmius uas, illius familiaritate in errorẽ & deceptionẽ, puocaret. Et dixit serpẽs mulieri. Colligehinc, q̃ ab initio nulla bestiarũ super terrã terrebat uel uirũ ul' mulierẽ: sed dominiũ & subiectionẽ agno scebant oia. Et sicut nũc domestica animalia, ita & fera & immansueta tũc subdita erant. At forte hic dubitauerit quis, & ut sciat quæ fierit, num & hoc animal rationis fuerit particeps? Non ita est: absit. Nam sequẽtes scripturã hoc expendere debent, quòd uerba quidẽ sunt diaboli, quẽ sua inuidia cõcitabat, ut ita hominẽ falleret. Animali aũt hoc, ut instrumento accõmodo utebat' diabolus,
C quò suarũ fraudiũ esca deuorata, primum posset mulierẽ, quæ facilius decipi poterat, & postea per illam etiã Protoplastũ supplantare. Itaq; hoc bruto utit' ad insidiarũ suarum machinationes, & per ipsum mulieri loquit', et inquit. Quare dixit deus, ne comedatis ex omni ligno quod est in paradiso? Considera, obsecro, malignitatis excellentem subtilitatem. Inducit enim sub ratione consilij, & interrogationis, etiã quod non erat dictũ, quasi, scilicet, curã ipsorum haberet: id quod ostenditur, cum inquit: Cur dixit deus, ne comedatis de omni ligno quod est in paradiso? quasi diceret malignus ille dæmon: Quare deus priuauit uos tanta fruitione? cur nõ cõcedit ut cõpotes sitis bonorũ quę sunt in paradiso? sed præstitit quidem ut usu frueremini, maiori tñ uoluptate interdixit. Cur di
D xit deus? Quare inquit hoc? quę utilitas uersari in paradiso, & nõ frui his q̃ in illo sunt? sed ideo maiorẽ fertis dolorẽ, q̃ spectare uobis licet, frui nõ licet. Vidisti quõ per uerba, quasi per escã uirus suũ immittit. Debuerat mulier ex ipso aggressu eminentẽ coniectare malitiã, q̃ ultro nõ uera diceret, idq; quasi curã ipsorũ gerens, ut scire posset quid illis à deo præceptum, & sic ad præuaricationem ipsos trahere. Igitur cum posset statim illius imposturam uidere, & auersari uerba ut nugacia, & seipsam in tantã humilitatem non deijcere, noluit. Oportebat, inquã, initiò colloquiũ illius non ferre, sed illi soli loqui, propter quẽ, & in cuius adiutoriũ producta erat, particeps dignitatis illius fa-
A cta. Quia aũt nescio quõ allecta, familiaritatẽ serpentis tulit: per quem, ut instrumentũ, pernicios a diaboli uerba suscepit: congruũ erat statim quum disceret ex uerbis ab illo dictis, q̃ diuersa à uerbis dei essent, & quòd alia quidem cõditor imperasset, alia autẽ ille, & plane contraria deo diceret: ut ipsa auersaretur, & fugeret illius cõsuetudinem, abominaretur q; illum, qui suam linguam contradatum illis mandatum acuere audebat. Verum quia non seipsam attendebat, nõ solum non est illum auersata, sed omne mandatum illi detexit, & margaritas porcis obiecit, impleturq; q̃d' à Christo dictũ est, Ne mittatis margaritas uestras ante *Matth. 7.d*
porcos: ne fortè cõculcent illas pedib. suis, & conuersi uos disrumpant. Id quod & factum est. Apposuit enim porco, huic malæ bestiæ, dæmoni udelicet, qui per serpentem operabat', diuinas margaritas: & non solum illas cõculcauit, sed & dictis se opposuit: & cõuersus nõ ipsam solum, sed cum ipsa Protoplastum quoq; in morbum inobedientiæ perduxit. Tantũ malum est absq; delectu cuiuis diuina mysteria detegere. Audiant qui sine discrimine simpliciter cum omnibus colloquunt'. Neq; enim ibi Christus de porcis præcipit, sed homines porcinis moribus denotat, qui sicut bruta illa in peccati luto uolutãtur: docens nos, ut personarum diuersitatem, & uitæ rationes inquiramus, quando aliquid diuinorum eloquiorum exponere opus fuerit, ne & illos & nosmetipsos lædamus. Nam qui tales sunt, non solum nihil lucri
C ex dictis capiũt, sed & eos qui bonas illas margaritas absq; discussitione illis proposuerant, secum in suæ perditionis profundum pertrahunt. Ideo cum diligentia obseruãda sunt hæc, ne eadem patiamur quæ illi qui hic decepti sunt. Nam & nunc si uoluisset mulier nõ proponere margaritas porco, neq; ipsa in præcipitium ruisset, neq; uirum secum traxisset. Sed audiamus quid illi respondeat. Nam, ut dixerat, cur dixit deus, de omni ligno paradisi ne comedatis? inquit mulier serpenti: De omni ligno paradisi comedimus: de fructu autem ligni quod est in medio paradisi, dixit deus, ne comedatis, neq; attigeritis ipsum, ut non moriamini.] Vidisti malignitatem, dixit quod nõ erat, ut in colloquium prouocaret, & disceret quod erat.
D Mulier em̃ postea confidens quòd beneuole erga se affectus esset, totum mandatũ detexit, diligenterq; recensuit omnia, & responso suo omnem sibimetipsi defensionem abstulit. Quid enim potes dicere, ô mulier? Cur dixit deus, ne comedatis de omni ligno quod est in paradiso. Oportebat te auersabundam ab eo, qui diuersa à deo dixerat, dicere, Apage te, impostor es tu, nescis neq; mãdati nobis dati potentiã, neq; quãtis fruimur, neq; copiam eorũ quę nobis suppeditant'. Nam tu quidẽ ais deũ dixisse, quòd nullũ degustare debeamus lignum. Dominus autem & conditor, ob immodicam suam bonitatem nobis permisit frui, & potestatem habere omnium, & ab uno tantum abstinere iussit, idq; nostræ curæ gratia, ut ne gustato illo

illo morte occumberemus. Oportebat, siquidem
A prudens fuisset, his ad illum dictis illum omnino auersari, nihilq; ultrà illi loqui, neq; audire loquẽtem: sed reuelato præcepto, & narratis dei uerbis, aliud letiferum & pernicios um consilium ab illo accipit. Nam postquã dixit mulier, De ligno paradisi edimus, de ligno autem quod est in medio paradisi, dixit deus, Ne comedatis ex illo, ne moriamini: Iterum malignus salutis nostræ inimicus contrarium deo cõsilium affert. Quippe cum misericors deus, ob magnam nostri curam sumere prohibuerit, ut ne per inobedientiã mortales fieremus: ille dicit mulieri, Nõ morte moriemini. Quali uenia quis dignaretur mulierem? omnino em̃ aures occludere potuerat, illo temeraria hæc dicente. Nam cum deus dixerit, ne comedatis, ut
B ne moriamini; ille inquit, non morte moriemini. Dein non contentus, quòd dixerat contraria dictis dei, incusat eum etiã ut inuidũ opificem, quò sic fraudes suæ procedãt, & supplantata muliere propositũ suũ impleat. Non morte moriemini. Sciebat em̃ deus, q̃ quocũq; die comedetis ex eo, aperient' oculi uestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum.] Ecce nihil nisi escã: calicem em̃ pernicíali ueneno plenum mulieri dedit, quæ letiferum hoc esse uidere noluit. Poterat enim, si uoluisset, ab initio hoc scire. Sed ut audiuit ab illo, quòd ideo esum hunc prohibuisset deus, quia sciret, oculos nostros aperiendos, & nos sicut deos fore, scientes bonum & malũ: diuinitatis spe in-
C flata, magna quædam secum concipiebat. Tales enim sunt machinationes inimici, ut postquã per deceptionẽ in sublime subduxerit, tandem in profundum per præceps deijciat. Igitur ut diuinitatem mente sua imaginata est, ad esum properauit, & illuc postea fixit & cogitationem & mentem: & nihil aliud considerabat, quàm ut calicem à malígno dæmone temperatum epotaret. Nam quòd accepto pernicioso illo serpentini cõsilij ueneno, tale ipsi studium fuerit, audi scripturã dicentem:

Et uidit mulier quòd bonum esset lignũ ad uescendum, & gratum oculis ad uidendum, formosumq; ad contemplandum: & accepit de fructu il
1. Corin. 15.d lius, & comedit.] Verè corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quare enim non ante diabolicum cõsilium, huius pulchritudinem uidit? sed
D timebat mandatum dei, & subsequuturum supplicium: nunc autem postquam à mala hac bestia decepta est, ita ut crederet quòd per hoc non solum non offendantur, sed & deo æquales sint futuri: tunc illam spes promissionis ad sumẽdum cibum impulit: neq; intra suos limites contenta, sed inimico & hosti salutis nostræ maiorem fidem habens, quàm uerbis dei, didicit experientia ipsa non multo pòst consilij perniciem, & quanta calamitas ipsos deprehensura esset. Nam ut uidit, inquit, quòd lignum esset bonum ad uescendum, & quòd oculis gratũ ad uidendum, & formosum ad contemplandum, cogitauit secum, fortè ex diaboli deceptione, quam per serpentem ille afferebat, Si & ad uescendum bonum est lignũ, in quo

tanta formositas, & quod tantum oblectare po-
A test oculos, insuper etiã præbebit nobis eius sumptio summum honorem, & habebimus eandem quam conditor dignitatẽ: quare non sumeremus de eo? Vidisti quomodo illam diabolus captiuam duxit, & supplantauit eius rationẽ, fecitq; ut quæ supra suam dignitatem erant sapere auderet, quò inflata spe uana ab his quoq; quæ ipsi concessa erant, excideret. Et accepit de fructu illius, & comedit. Et dedit etiã uiro suo, qui erat cum illa, & comederunt: & aperti sunt oculi illorũ, & cognouerũt quòd nudi essent.] Quid fecisti ô mulier? Quare pernicioso cõsilio accepto, legem à deo data tam conculcasti & contempsisti, & in tantam uenisti intemperantiam, ut non contenta tot tantorũmq; fruitione, etiã unicum hoc lignum, de quo
B ne comederes præceperat dominus, ausa sis contrectare? & fide habita his quæ à serpente dicta sunt, fidelius putasti illius consilium quàm mandatum à conditore datum? Et in tantum deceptа es, ut ne uenia quidẽ digna sis: neq; enim eiusdem naturæ erat qui hoc cõsulebat: ex subditis erat & seruis, & sub tua potestate erat. Quare sic teipsam dedecorasti? Quare illo relicto, propter quem formata es, ad cuius auxilium producta es, cuius dignitatum particeps, & cum quo eiusdem es substantiæ & uocis, in familiaritatem serpentis uenire sustinuisti, ut à diabolo per hanc bestiam acciperes consilium manifestè contrarium legi à deo latæ: ac ne tum quidem auersata es illum, sed spe
C promissionis, de cibo illo sumere ausa es? Esto igitur teipsam in tantum præcipitium depueris, & honore maximo priuaueris: quare & uirũ tantæ ruinæ socium facis? & cuius te adiutricem esse oportebat, illius facta es insidiatrix, & ob minimum cibi illum quoq; tecũ à gratia dei abalienas? Quæ te prodigiosa insania in tantam audaciã induxit? Non satis erat tibi beatam hanc uitam agere, & corpore quidem uestiri, neq; corporalis alicuius indigam esse: omnibus in paradiso frui, excepto unico hoc ligno: uisibilia omnia sub tua esse potestate, & te esse omnium dominã? Sed uanis decepta promissionibus, sperabas etiam in summum peruenire honoris fastigium. Idcirco discas re ipsa, quòd non solum illum non assequeris, sed
D & omnib. iam à deo tibi datis priuabis & teipsam, & uirum. Atq; in tantam pœnitudinẽ uenietis, ut & serus uester dolor futurus, & malignus hostis (qui hoc damnosum uobis consiliũ suggesserit) risurus, uobisq; insultaturus sit: utpote iacentibus, & eadem quæ ipse passis. Et enim sicut ille suprà q̃ decebat de se sentiens, à concessa dignitate deturbatus, & è cœlis in terrã deiectus est: istuc ipsum & uos facere, & per mandati præuaricationem in mortis uenire pœnam uoluit, ita suæ satisfaciens inuidiæ: sicut & sapiens quidam dicebat, Inuidia autem diaboli, mors in mundũ intrauit. Et dedit etiam uiro suo, & comederunt: & aperti sunt oculi amborum.] Magna & uiri socordia. Nam licet illa eiusdẽ generis esset, & uxor, attamen oportebat uirum pluris facere præceptũ dei recẽs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm illicitã hanc concupiscentiã: neq; fieri præ- A uaricatiõis participem, neq; ob minimas uoluptates tantis seipsum priuare bonis, & offendere benefactorẽ, qui illũ tanta liberalitate cõplexus est, uitamq; doloris & laboris omnis expertem concesserit. An non licebat omnibus alijs quæ in paradiso erant frui? Quare mandatum tam leue neq; ipse uoluisti seruare? Sed fortè audiuisti à muliere consilij promissionem, & spe etiam ipse inflatus, cibi statim particeps factus es. Ambo ergo etiam mulctã luetis: docebitq; uos rerũ experientia, nõ esse fidelius maligni dæmonis consiliũ, q; dei præceptum. Et dedit etiã uiro suo, & comederũt, & aperti sunt oculi amborum, & cognouerũt quòd nudi essent.] Quæstio magna nobis hic nascitur, ea scilicet, quam pridie pollicebar charitati uestræ. B Meritò enim quis rogauerit, quam uim habuerit hoc lignum, cuius esus illorum oculos aperuerit, & quare lignũ scientiæ boni & mali uocetur. Et, si placet, expectate, ut pauca etiã de his disserens charitatem uestrã doceam. Quòd si uoluerimus prudenter quæ in diuina scriptura dicuntur intelligere, nihil dictorum nobis difficile erit. Neq; em̃ esus ex eo ligno oculos illorum aperuit. Nam & ante esum uidebant. Sed quia gustus ille inobedientiæ erat argumentum, & præuaricatio mandati à deo traditi: ob quam causam postea ablata est gloria, quæ illos circũdabat, quia se indignos tali honore fecerant: propterea scriptura morem suum obseruãs, inquit, Comederũt & aperti sunt oculi amborũ, & cognouerunt quòd nudi essent. C Nudati propter peccatũ supernæ gratiæ amictu, & sensibilis suæ spoliationis sensum acceperunt, ut per erubescentiam, quæ inuadebat ipsos, certò scirent in quantum periculum se adduxisset mandati dominici præuaricatio. Qui enim antea fruebantur tanta fiducia, & neq; sibi conscij erant sese nudos esse, nec nudi erant, quandoquidem supernа ipsos gloria quouis uestimento honestius tegebat: post esum, hoc est, post præuaricationem præceptorum in tantam humilitatem redacti sunt, ut ob intolerabilem erubescentiã uestem tunc quærerent. Quippe mandati præuaricatio ut superuenit, uestem illam nouam & admirabilem, gloriæ inquam ac supernæ beneuolẽtiæ detraxit, & confusione ineffabili eos circumdedit. Et consuerunt D folia ficus, & fecerunt sibimetipsis succinctoria. Obsecro dilecte, cogita, quomodo, & à quãto fastigio in profundum præcipitium deiecit illos diaboli consilium. Nam tanta gloria dudum circũdati, nunc folia ficus cõsuunt, & sibi succinctoria faciunt. Hoc diabolicæ deceptionis lucrũ est. Hoc machinabatur illius consultatio, ut nõ solum maiora non cõferret, sed & nudaret, & destitutos ab his quæ habebant, ostenderet. Itaq; quia cibi occasio præuaricationẽ fecit: idcirco inquit, Et comederunt, & aperti sunt oculi amborum: non de sensibilibus oculis dicens, sed de sensu mentis. Quia postquam mandata transgressi sunt, deus eos sentire fecit ea, quæ ante ob singularem illius in se beneuolentiã non sentiebant. Igit̃ cũ audieris quòd aperti sunt oculi illorũ: hoc cogita, quòd fecit illos postea nuditatem sentire, & auferri gloriã illam, qua ante esum fruebant. Quòd aũt hæc sit scripturæ cõsuetudo, audi illam alibi dicentem: Nam cũ Exod. 21.8 ancilla Saræ dominiũ fugiẽs erraret, & posito iuxta abietẽ puero, à longe prospectaret illius mortem, inquit, Aperuit deus oculos Agar: nõ quòd antehac non uiderit, sed quòd mentem illius excitarit. Vides quòd uerbũ, Aperuit, non de corporalibus oculis dicit, sed de sensu mẽtis. Idipsum & de altera quæstione dixerimus, quæ hinc exorit̃. Dicũt enim, Quare lignum scientiæ boni & mali uocatur? Sunt enim contentiosi multi qui dicere audent, quòd post esum ligni scientiam habuerit Adam ad discernẽdum bonũ & malum: id quod extremæ fuerit amentiæ. Nam propter hoc pridem cum præuideremus hæc, de sapientia hominiã deo tradita tam multis tractauimus, ostendentes hanc ex nominum impositione, quæ seris omnibus & uolucrib. cœli, & brutis indidit: & quòd cum tam inenarrabili sapientia & prophetiæ gratiam fuerit assequutus, ut ne quis hoc dicere ausit. Igitur qui nomina animantibus dedit, quicq; admirabilem prophetiæ gratiã fuit assequutus, qua de muliere prænuntiauit, sicut iam diximus, quomodo ignoraret quid bonum & quid malum? Quod si receperimus, iterũ blasphemias in conditorem transferemus. Nam quõ præciperet ignoranti, quòd malum sit transgressio? Verum non ita est, absit: sed sciuit clare. Enimuero hoc de causa animal hoc ab initio libero arbitrio esse fecit. Quod si non fuisset, neq; dum mandatum præuaricatus est, illũ puniri: neq; si seruasset, remunerari oportebat. Factus enim est mortalis propter præuaricationem, ut ex hoc mandato, & his quę sequuta sunt, claret. Audi enim mulierem ipsam loquentem serpenti, De fructu ligni huius in medio paradisi, dixit deus, ne comedatis ex eo, ut non moriamini. Itaq; ante præuaricationẽ immortales erãt, alioquin post cibum non hoc supplicij loco imposuisset. Quis ergo ferret quòd homo post esum de ligno acquireret primò scientiam boni & mali, qui & antea tanta sapiẽtia plenus erat, cum scientia etiam propheticam gratiã assequutus? Et quõ hoc rationi consonũ, ut sciat caprarũ & ouiũ, & omniũ brutorũ natura, quæ herba salutaris, & cibo utilis, & quæ pernicios̃a, ut illã inquirat, hãc sugiat: & hominẽ rationale animal nescire quid bonũ & quid malũ? Sed ecce, inquit, scriptura lignũ hoc uocat lignũ sciẽtię boni & mali. Neq; me hoc latet: sed si proprietates diuinæ scripturæ discere uolueris, scies quare hoc nomẽ huic ligno tribuit: non enim quòd homini scientiã dederit, sic uocatum est: sed quia per illud facta est trãsgressio mandati. Et ex illo postea intrauit peccati cognitio & erubescentia, & propterea sic appellatũ est. Mos em̃ diuinæ scripturæ est, à rebus contingentib. nomina locis imponere, sicubi res contingant. Eaq; propter lignũ hoc uocatũ est lignũ scientiæ boni & mali, quia circa illud erat obseruatio & transgressio mandati. Misericors em̃ deus à principio

docens

docens hominem, quòd habeat conditorem & fa- A ctorem eũ qui uisibilia omnia produxit, ipsumq; formauit: per unum tantũ mandatũ declarauit se dominum esse. Et quasi liberalis dominus magnã & admirabilem quandã domũ alicuius usui concedẽs, recipere nõ uult quod se decet: sed paruulã aliquam partẽ accipit, ut dominij ius saluum sibi maneat: atq; ille interim bene sciat quòd non ædificij dominus sit, sed gratia & liberalitate domini fruatur huius usu: Sic utiq; & dñs noster, cum uisibilia hæc omnia homini cõcrederet, & præstaret illi ut degeret in paradiso, & frueret̃ omnib. quæ in illo sunt: ut ne paulatim districta mẽte putet uisibilia hęc per se esse, sentiatq; aliquid supra se: iussit ab uno ligno abstinere, magna mulcta indicta si hoc transgrediat̃: ut scire possit, quòd dominũ B habeat, cuius beneuolentia & cæteris fruat̃. Verũ quia per magnã incõsiderantiã unà cum muliere in hoc lubrico collapsus est, ut præuaricaret̃ præceptum traditũ, & lignũ degustaret: ideo lignum hoc scientiæ boni & mali nominauit, nõ quòd'an tea ignorauerit. Nam adeò non ignorauit, ut mulier in colloquio cum serpente dixerit: Præcepit deus, ne comedatis ex illo, ne moriamini. Quapropter non ignorabat quòd mors pœna esset, si mandatum præuaricarentur: sed quia post huius esum, & superna gloria spoliati, & sensibilem nuditatem experti sunt, ideo uocauit lignũ scientiæ boni & mali. Erat enim circa illud, quasi quędam obedientiæ dei exercitatio. Didicisti s, quare C dixit quòd aperti sunt oculi illorũ, & cognouerũt quòd nudi erant? Cognouisti s, quare lignum hoc scientiæ boni & mali uocet̃? Cogita enim quanto pudore digni facti sunt. Deniq; post huius esum, cum transgressi fuissent præceptum domini, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi succinctoria. Vide à quanta gloria in quantã uilitatem deducti sumus, qui antea quasi terrestres angeli uiuebamus? Tegmen sibi ex folijs excogitant: tantum malum est peccatum. Non solum enim nos à superna gratia alienos facit, sed & ad multum dedecus & humilitatẽ deducit: & priuatos bonis quæ iam possidebamus, omni insuper fiducia spoliat. Sed ne undiquaq; tristem faciam sermonem, prolixius tractando esum ligni & inobedientiam per quam homo cecidit: agẽ si placet, ab hoc ligno ad D lignum crucis sermonem uertamus, & uideamus quænã mala illud intulit, & quæ bona istud conciliauit: imò neq; lignum attulit mala, sed uoluntas peccans, & contemptus præcepti. Lignũ illud mortem introduxit: nam post præuaricationem mors intrauit, sed istud immortalitatem largitum est. Illud è paradiso eiecit, istud in cœlos nos reduxit: illud propter unã transgressionem tanti supplicij reũ Adam fecit, istud nos plurimis peccatorum sarcinis exonerauit, fiduciãq; ad dñm nobis concessit. Vidisti ligni & ligni differentiam? Vidisti diaboli malignitatem, et hominis peccatum, & domini misericordiam? Quoniam ipsum uerum deum nostrum decet gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et audiuerunt uocem domini dei deambulantis in paradiso post meridiẽ, & absconderunt se. Homilia XVII

SATIS, opinor, pro nostra uirili heri locum de ligno interpretantes, enarrauimus. Docuimus em̃ charitatem uestrã, quare diuina scriptura lignũ cognitiuum boni & mali uocet: proinde hodie animus est ad sequentia pergere, ut discatis ineffabilem dei misericordiã, & quanta sermonis attẽperatione usus sit, nostræ naturæ prouidentiam & curam habens. Omnia enim fecit & operatus est, ut rationale hoc animal, à se conditum, in omni honore esset, & in nullo angelorum uita deterius foret, sed & in corpore, illorũ possi- B deret impassibilitatem. Cæterum ut uidit utroq; per negligentiam transgressos à se præcepta, idq; postquã minis eos munierat & retraxerat, ne sic quidẽ à misericordia sua cessat: sed semper sui similis, quasi clementissimus pater, filiũ indignum quid nobilitate sua commisisse, & à summo honore in extremam uilitatem redactum uidens, paternis uisceribus commotis, nõ illum consilij inopem & auxilio destitutum sinit: sed iterum suum agit officium, breui illum à uilitate liberatũ pristinæ restituens dignitati: Simili modo bonus deus misertus hominis cum uxore sua circũuenti diaboli insidijs, cuius per serpentem consilium acceperat, ueluti medicus ad inualidum & ægrotantem iacentemq;, ac indigentẽ cura & medici manu, protinus ad illum accedit. Sed ut ex ipsis uerbis discas quàm ineffabilis sit dei benignitas, ope ræpretium fuerit audire quæ lecta sunt. Et audiuerunt uocem domini dei, deambulãtis in horto ad meridiem, & delituerunt tam Adam quàm uxor illius à facie domini dei in medio ligni paradisi.] Dilecti ne inconsideranter prætereamus quæ dicta sunt, neq; in uerbis ipsis hæreamus: sed consideremus, ob nostram imbecillitatem tantam hic esse uerborum humilitatem. Nam si uellemus uerba, ut sunt pronuntiata, sectari, & non digne, ut decet de deo exponere: dic quæso, quomodo non multa sequentur absurda? Ecce enim statim ex his quæ principio lecta sunt, spectare hoc licet. Et audierunt uocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & delituerunt. Quid dicis? deambulat Deus? pedes ipsi tribuemus? & de eo nihil sublime cogitabimus? Non ambulat deus, absit: Quomodo enim ambularet, qui ubiq; præsens est, & omnia implet? cui cœlum sedes, & terra scabellum, ipse in horto constituerent̃? Quis cordatus hoc diceret? Quid igit̃ est, Audiuerunt uocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem? Voluit illos hæc tali modo sentire, ut in magno mentis angore constituerunt: id quod & factum est. Nam postquam ita illis uisum, & ita senserunt, quasi adesset deus occultari cœperunt: Mox enim ut intrauit peccatum & præuaricatio, tumultuatio simul eos inuasit & erubescẽtia. Quippe iudex incorruptus, conscientiã dico, cum aduersus hominẽ exurgit, cla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra uoce exclamat, & accusat, & indicat, & quasi ante oculos pingit peccatorum magnitudinem. Eamq; ob rem misericors deus principio cum formaret hominẽ, conscientiã illi indidit accusatricẽ perpetuam, quæ decipi & impostu ram ferre posset nunq; : sed licet quis admisso peccato, perpetrato q; aliquo facinore illicito, oẽs homines lateat, illam tamen accusatricẽ nõ poterit latere: nam hãc intus habẽtes, ubicunq; sumus, circũferimus. Ipsa nos interturbat, laniat, flagellat, nunq; quiescit: sed & domi, & in foro, & in tẽplis, & in mensa, & dormientem, & surgentẽ adoriẽ, rationẽ delictorum exigit, obq; oculos ponit & peccatorũ grauitatem, & subsequuturã pœnam. Et quasi medicus optimus nõ cessat sua medicamenta apponere: & si semel depellat, neq; sic desistit, sed continuã curam gerit. Hoc & conscientiæ opus est, ut iugiter memoriã ingerat, nec permittat unq; in factorũ obliuionẽ nos uenire: sed ob oculos ponat, uti uel hac ratione nos tardiores faciat, ne in eadem pec cata prolabamur. Porrò si cum hinc tantũ nobis est auxiliorũ & suppetiarũ, & assidet nobis tã importuna accusatrix, quæ nostram mentem flagellet, & cor lancinet, & quouis carnifice grauius cruciget, plericq; neq; sic peccata uincimus: si hoc destitueremur subsidio, quò non tunc statim prolaberemur? Et propterea protoplastus ut illũ sensum accepit, aduentum domini secum cogitans, statim se occultauit. Quare, dic oro? Quoniam uidebat sibi adstare uehementem accusatorẽ, conscientiã dico. Neq; enim aliũ obiurgatorem habebat & testem peccatorũ, sed unicũ illum quẽ intus circũferebat. Docebant tñ peccati magnitudinem alioquin & nuditas, & ablatio gloriæ, quæ illos antea quasi uestimentũ fulgidũ uestierat. Itaq; post graue peccatũ illud, cõfusione amicti, delitescere tentauerũt. Audiuerunt enim, inquit, uocẽ domini dei deambulantis in horto ad meridiẽ, & occultauerunt se tam Adã quàm uxor eius à facie domini dei in medio ligni paradisi. Nihil peccato peius, dilecte. Ipsum enim ut introierit, nõ solum confusione totos nos replet, sed & insipientes facit eos qui antea intellectu & sapiẽtia multa prædíti fuerant. Animaduerte, obsecro, q; insipiẽter agit nũc, qui antea tanta pollebat sapientia, qui ipsa traditã sibi sapientiã nobis declarabat, qui talia prophetabat: audita uoce dei deambulantis in horto ad meridiẽ, occultauit se tam ipse q; uxor ipsius à facie domini dei in medio paradisi. Quantæ hoc est insipientiæ, quòd à deo, qui ubiq; præsens est, qui ex nihilo res, ut essent, produxit, qui abscõdita scit, qui finxit sigillatim corda hominũ, & nouit omnia opera eorũ, qui scrutat corda & renes, qui etiã ipsos cordis motus cognoscit, abscõdere se tentant? Sed ne mireris dilecte: talis enim peccantiũ consuetudo est, ut tametsi occultari nõ possint, occultari tamen uelint & studeant. Quã doquidem nõ ferentes confusionẽ, qua post peccatum uestiebant, nudati incorruptibili illa gloria, hoc faciebãt. Considera aũt & ubi occultant. Nam sicut flagriones & ingrati quidam famuli, A cum non possint à domino suo occultari, huc & illuc in angulos domus currere solẽt, metu illorũ conscientias concutiente: ita & hi nullũ inuenientes effugium, in ipsa domo, paradiso inquã, oberrant. Nec absq; ratione tempus assignat. Audiuerunt enim, inquit, uocem dñi dei deambulãtis in horto in meridie. Sed ut discas domini misericordiam, quòd ne modicũ quidẽ differebat: sed mox ut uidit quod factũ erat ulceriscq; magnitudinem, ad opitulandũ festinauit, ut ne ulcus serpendo fieret malum incurabile: idcirco ut præueniat accelerat, & statim serpenti ulceri occurrit, & pro sua bonitate neq; ad paruũ tempus incuratum relinquit. Nã sicut tantã præ se ferebat rabiem salutis nostræ inimicus, qui semper nostris bonis inuidet, B ut mox sub initiũ molitet insidias, & suo pernicioso cõsilio nos admirabili hac uita priuaret: ita contrà optimus & omnipotens deus, qui sua sapiẽtia res nostras dispensat, uidens diaboli malignitatẽ, & hominis peccatũ, per quod cum muliere deceptus in tantã incidit confusionem, superuenit: & quasi mansuetus & misericors iudex in tribunali terrore & horrore pleno sedet, & examinat diligenter: per hoc nos docẽs, ne quem fratrũ nostrorum condemnemus, nisi causa antea diligẽter cognita. Audiamus igit, si placet, quæ iudex rogat, & quæ rei respondẽt, & quas pœnas ferũt: & cui condemnationi obnoxius fuit, qui in illos tantas insidias machinatus est. Sed, obsecro, mentem colligite, & cum timore dictis auscultate. Si em cum C uidemus iudicem in sublimi sella sedentẽ, & reos in mediũ, producentẽ & torquentẽ & supplicijs afficientem, non sine timore adstamus, audire uolentes quidnã iudex dicat, & quid respondeat reus: Multo magis nunc hoc nobis faciendũ, cum uidemus opificẽ naturę pœnã suis creaturis intentare. Verum diligenter attendite, uidebitis quantũ intersit inter misericordiã dei, & hominũ inter se austeritatem. Et uocauit dñs deus Adam: & dixit illi, Adã ubi es?] Vel ex ipsa interrogatione hac dignum est ut obstupescamus ad ingentẽ dei misericordiam: non solũ quòd uocauit: sed quòd per seipsum uocauit: id quod homines facere nunq; ferrent inter se, licet eandẽ naturã sortiti sint. Scitis enim quòd cum iudices in alto solio sedẽt, supD plicijsq; malefactores afficiũt, nec suo eos responso dignantur, hoc ipso ostendẽtes illis quanta ignominia sese contaminauerint per sua flagitia: sed iudex quidẽ respondet, alius uero quispiã à iudice hæc excipiens, reo renuntiat, & iudici quoq; quæ reus dixerit. Et hic fermè ubiq; iudicantium mos est. Verũ deus non sic. Sed quõ? Et uocauit dominus deus Adam: & dixit illi, Adam ubi es? Vide in breui hac dictione quanta uis recondita sit. Nam & ipsum uocare magnę & ineffabilis est misericordiæ, tum ob interrogationem, quæ erubescentem, & neq; os aperire neq; linguam mouere audentẽ, animabat: tum quod ipsum dicere, Vbi es? plurimã habet uim cũ comitate coniunctã. Significat enim, quasi ita diceret ad illũ: Quid factũ est? In alio statu reliqui te, in alio nunc inuenio:

alia

alia gloria uestitum te reliqui, nũc in nuditate te) A inuenio. Vbi es? Vnde tibi hoc accidit? Quis te in tantam induxit alterationem? Quis latro, uel parricida perfossor sic semel omnes diuitiarum copias auferens, in tantã te inopiam deduxit? Vnde nuditatis sensus tibi contigit? Quis tibi autor fuit auferẽdi à te uestimẽtũ illud admirabile, quo amictus eras? Quæ repentina hæc mutatio? Quæ tẽpestas ita subitò oẽs tuas merces demersit? Quid accidit quòd ab eo qui tibi tanta beneficia præstitit, & in tantum honorem te euexit, occultari attentas? Quem nũc timẽs, delitescere studes? Num adstat tibi qui accuset? Nũ premunt testes? Vnde tanta formido, tantusq; metus te inuasit? Tuã, inquit, deambulantis in horto uocem audiui, & timui, quia nudus sum, & abscondi me.] Et unde B tibi nuditatis tuæ scientia contigit? Dic, obsecro, quid hoc noui & rari? Quis hoc unquã nuntiare potuisset tibi, nisi ipse huius confusionis autor esses factus? nisi à ligno de quo præcepi ut ex eo solo nõ comederes, comedisses? Vide excellentem misericordiam & tolerantiam domini. Nam cum potuerit ne responso quidem dignari eũ qui peccauerat, sed statim pœnam infligere, quam prius statuerat præuaricaturo: longanimis tamen est & suffert, & interrogat, & responsum accipit: & iterum interrogat, quasi ad causę dictionem eum prouocans: ut arrepta occasione etiam post tantam præuaricationẽ, suam erga illum misericordiam declaret. Quo etiã nos docet, ut quando & C nos reos condemnamus, non tam crudeliter illis loquamur, neq; ferina in illos utamur sæuitia: sed longanimiter & misericorditer agamus, utpote nostra ipsorum membra condemnaturi, & cogitantes illos nobis secundum naturam cognatos: supplicium q; misericordia temperemus. Nõ em frustra tanta uerborũ humilitate nostræ ruditati cõgrua utitur diuina scriptura, sed uerbis crassis æmulari nos debere dei misericordiã, docet. Dixit q;, Quis annũtiauit tibi quòd nudus esses, nisi de ligno, de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses?] Vnde, inquit, posses hoc scire, te tanta cõfusione uestiri, nisi multũ intemperans fuisses, & mandatum meum contempsisses? Considera dilecte bonitatis dei excellentiam, quomodo quasi amicus amico loquitur, & D quasi expostulat cum eo qui mandata præuaricatus erat. Quis nũtiasset tibi quod nudus esses, nisi de ligno de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses? Nõ caret emphasi, & qd dicit, De quo solo: quasi diceret, Num adeo angustos fruendorum bonorũ limites tibi præscripsi? Nónne omnem tibi copiam præbui? nónne omnium quæ in paradiso sunt potestatem tibi dedi? & duntaxat ab hoc unico ut abstineres præcepi: ut scire posses te sub domino quodã esse, cui obedientiam debes. Quæ igit negligentia illa, ut tantis fructibus non contentus ab hoc unico abstinere nolueris, & sic statim ad uiolandum mandatũ quod dedi, proruperis, temetipsum tantis malis immergendo? Quæ tibi inde utilitas? An nõ hæc prædixi? Nónne metu pœnę uolui te coercere & munire? Nónne hac de causa, ne in tãta mala incideretis, hunc cibum interdixi? Quis te post tanta mandata adeò insensatum factum uenia dignaretur? Nónne sicut pater germanum filium, de omnibus satis diserte instruxi: & ut de alijs quidẽ gustares, ab hoc autẽ abstineres, ut ne omnia tua bona simul perderes? Sed fortè ratus es, alterius cõsilium meo mandato melius & fidelius, & expectatione maiorum bonorũ hæc fecisti: & contempto mandato meo, de ligno edere ausus es. Ecce tuæ calamitatis experiẽtia didicisti quanta sit consilij illius pernicies. Vidistis iudicis misericordiã? uidistis mansuetudinem & tolerantiam domini? uidistis uerborũ attemperationem omni sermone & cogitatione superiorẽ? Vidistis, quo modo per interrogationẽ, & dicendo, Quis nuntiasset tibi, nisi de ligno, de quo solo præcepi tibi ne comederes, comedisses? ianuas illi aperire uult defensionis: ut misericordiã suã & erga eũ, qui tam grauiter peccauerat, declararet. Audiamus igit reum quoq; quid ad hæc respondeat. Et dixit Adam, Mulier quã dedisti ut sit mecũ, ipsa mihi dedit de ligno, & comedi.] Miserabilia scilicet uerba, & magna miseratione plena, & digna quæ ad misericordiam dominũ prouocent, tam mansuetum, & bonitate sua uincentem nostra peccata. Nam postquã magna longanimitate illius mentem cõmouit, & ostendit peccati magnitudinem, quasi C defensione contexta inquit Adam, Mulier quam dedisti, ut sit mecũ, ipsa mihi dedit de hoc ligno, et comedi. Scio, inquit, me peccasse: sed mulier quã dedisti, ut sit mecũ, de qua ipse dixisti, Faciamus illi adiutoriũ secundũ eum, ipsa mihi huius ruinæ causa fuit. Mulier quã dedisti ut sit mecũ. Quando em expectassem ut tanta cõfusione me indueret, ideo condita ut mihi solatio esset? Tu mihi istã dedisti, tu ipsam mihi adduxisti. Ipsa nescio unde mota, dedit mihi de ligno, & comedi. Videntur hæc quidem defensionẽ quandã præ se ferre: sed prorsus uenia carent. Qua em uenia dignus es, inquit, qui mea præcepta obliuiscaris, & mulieris datum meis uerbis præferendum putas? Nam licet mulier cibum dederit, sufficiebat tamen mandatum meum, & timor supplicij ad fugam escæ incutiendam. Num ignorabas? num nesciebas? Ideo curã uestri gerens prædixi, ne in hæc incideretis: Vt mulier tibi ad transgressionem mandati ministrarit, tu propterea insons non eris. Maiorem enim fidem mandato meo te habere oportebat, & non solum ut tuipse ab esu caueres, sed & ut mulierem doceres peccatorum magnitudinem. Caput enim es mulieris, & propter te illa producta est: tu autem ordinem peruertisti, & non solum illam non correxisti, sed & ipse simul abreptus es. Et oportebat corpus reliquum capiti obsequi: sed diuerso modo res euenit, corporiq; reliquo caput obsequutum est, & quæ sursum erant, in infimum locum deuenerunt. Propterea quoniam omnem or

dinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinem peruertisti, hoc loco nunc es qui antea tan A
ta gloria uestitus eras. Quis te satis digne deplo-
rarit, cui tot & tanta bona ablata sunt? Verum ta-
men licet omnia hæc tibi acciderint, nulli tamen
alteri causam asscribe, sed tibijpsi & tuæ ignauiæ.
Neutiq; em te nolentē mulier in tantā induxisset
ruinā. Num obsecrauit? num disseruit? num dece
pit? Dedit tantū, & statim tam facile ad sumendū
adductus es, nulla mandati mei memoria habita.
putas à me te deceptum esse, & propterea cibum
hūc tibi nō dedisse, ut ne maioribus fruereris. Et
quomodo rationi consonū, quòd ego te fallerem,
qui tot in te beneficia cōtuli? Et istucipsum quan
ta beneficentiæ magnitudo erat, ut prædicendo
distinguerem à quo abstinendum esset, quo non
incideres in quæ incidisti? Sed hæc omnia nō ma B
gni faciebas. Ecce nunc experiētia te docet quan
ta peccatorum sit magnitudo. Reliquum, ne soli
mulieri culpā adscribas, sed negligentiæ tuæ. Igi
tur cum satis Adæ dictum est, & cōfessionem ille
fecit commissorum, ut putabat, peccato in mulie
rem translato: uide bonum dominum, quanta ite
rum uerborū comitate dignatur etiam illam suo
respōso. Et dixit deus mulieri, Cur hoc fecisti? Au
disti uirum in te culpam transferentem, & omnia
tibi asscribentē quę ipsi in adiutricem data es, atq;
ideo condita ut tuis solatijs ipsum foueres, utpote
eandem naturam cum ipso sortita. Cur hoc fecisti
ô mulier? cur & tibi & uiro tantæ ignominiæ fa
cta es autor? Quæ utilitas ex hac intemperantia
tibi accreuit? Quod ex hoc errore lucrum tibi ac- C
cessit, quòd sponte decepta, etiā uirum eius mali
participem facere uoluisti? Quid ergo ad hæc mu
lier? Serpens decepit me, & comedi. Vide etiam
hanc perterritam peccata sua defendere. Nam si
cut uir culpā in mulierem reijcere uidetur, dicēs:
Mulier coegit me, & dedit, & comedi: sic & ipsa
nullum effugium inueniens, fatetur factum, & in
quit: Serpens decepit me, & comedi. Mala illa, in-
quit, bestia hunc nobis lapsum attulit. Illius perni
ciosum consilium, in hanc nos confusionem ade-
git. Ille me decepit, & comedi. Dilecti, ne temere
prætereamus quæ dicuntur, sed diligenter scrute
mur. Nam plurimam inde uoluptatem percipie-
mus. Terribile enim iudicium est, & horrore ple-
num. Et sanè quisquis bene audierit, magnū the- D
saurum menti suæ inferet. Considera igitur & ui-
rum dicentem, Mulier, quam dedisti ut sit mecū,
ipsa mihi dedit, & comedi. Quin et ipsa quoq; apo
logiam cōcinnans non dixit, Serpens coegit me,
& comedi: sed quid? Serpens decepit me. Nusquā
necessitas, nusquā uiolentia, sed uoluntas & arbi
tratio. Dedit solum, non coegit, non uim fecit. Ini
micus enim nostræ salutis opera huius malæ be
stiæ usus, consilium dedit & decepit: non uim fe-
cit, neq; coegit, sed pernicioso consilio fraudem
suam opere cōpleri fecit: quoniā mulierem offen-
dit, quæ deceptionem facilè admissura erat, nulla
uenia dignam. Serpens decepit me & comedi. Vi
de igitur bonum dominum, illorū uerbis conten-
tum, & ad plura dicenda nō cogentem. Quando-
quidē hæc non ignorans interrogabat, sed consci
us, & ualde conscius. Cæterum ut suam declaret
misericordiam, ad illorum se infirmitatem demit-
tit, & ad peccatorū confessionem prouocat. Atq;
hac de causa nihil ulterius ex eis quærit. An nō &
species impostura discenda erat? Verū ut nobis
ostendat, quòd non ignorans interrogauerit, con
tentus fuit dictis. Nam dicendo, Serpens decepit
me, & comedi: aperuit pernicioſum consilium,
quod à diabolo per serpentē accepit. Vidisti quan
ta diligentia Adam interrogatus est? cum quanta
tolerātia in iudiciū adducta est mulier? quomodo
uterq; se defendit? Vide consequenter hic ineffa-
bilē misericordiæ iudicis excellentiā. Quia postq;
mulier dixit, Serpens decepit me, & comedi: non
iam serpentem dignatur alloquio, neq; causam di
cendi locum dat, neq; interrogat sicut uirū & mu
lierem: sed accepta ab illis defensione illum quasi
malorum autorem aggreditur. Et quia deus, cui
etiam arcana nota sunt, sciebat quòd serpens mi-
nistrauerat diaboli insidijs & inuidiæ, qua homi-
nem persequebatur: ut discas suā bonitatem, illis
etiam non nescius, Adæ quidem ait, Vbi es? quis
annuntiauit tibi? Euæ autē, Cur hoc fecisti? huic
uero malæ bestiæ nihil tale. Sed quid? Et dixit do
minus deus serpēti, Quia fecisti hoc. Vidisti diffe-
rentiam? Mulieri dixit, Cur hoc fecisti? Serpenti
aūt, Quia fecisti hoc. Quia hoc malū, inquit, ope-
ratus es: q̄a pernicioſum hoc cōsiliū iduxisti, quia
maleficio huic ministrasti, quia inuidiā acuisti ad-
uersus creaturam meā: Maledictus tu præ omni-
bus pecoribus, & præ omnibus bestijs terræ, Su-
per pectus tuum & uentrem tuum gradieris, &
terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Et ini
micitias ponam inter te, & inter mulierem: & in-
ter semen tuum, & inter semen illius. Ipsa obserua
bit caput tuum, & tu obseruabis eius calcaneum.
Attende oro hic ordinem contextus refertum dei
erga homines beneuolentia. Nam interrogans à
uiro incepit, deinde ad mulierē transiit. Et postq;
ipsa dixit, quis sibi autor fuerit: ut uentū est ad ser
pentem, non iam illum dignatur ut responsum ex
eo audiat, sed pœnā intentat, & talem quæ omni
tempore duret, & sui spectaculo omnib. posthac
futuris exemplū sit, ne ultrà pestilens illud audiaſ
cōsiliū, neq; locus cōcedaſ dolosis ipsius insidijs.
Sed fortè dixerit aliquis, Cum diabolus serpentis
opera usus malū attulerit cōsilium, cur bestiæ illi
pœna infligit? Est & hoc ineffabilis misericordiæ
dei opus. Nam sicut clementissimus pater puniēs
eum qui filiū suū occiderit, et gladiū et ensem, qui
bus filius suus occisus, destruit, & in multa frusta
frangit: eodē modo & deus egit. Quippe serpens
quasi gladius quidam diabolicæ seruiuit malitię,
unde & perpetua in ipsum pœna animaduersum
est: quò per uisibile & sensibile hoc ratiocinemur
& expendamus, in quanta ignominia sit & diabo
lus. Nā si is qui ut instrumentū ministrauit, tantā
expertus est indignationem, quale suppliciū ue-
risimile

risimile est daturū diabolū? Imò hoc nos iam do- A
cuit in diuinis euangelijs Christus, dicens ad eos
Matth. 25.d qui à sinistra steterūt: Discedite à me maledicti in
ignem æternū, qui præparatus est diabolo & an-
gelis eius. Illi em olim præparatus est inextingui-
bilis ille ignis. Quid ergo miserius illis, qui negli-
gendo salutē suā, seipsos supplicio illi obnoxios
faciunt, quod diabolo præparatū est? Nam nobis,
si uoluerimus uirtutem amplecti, & leges à Chri-
sto statutas sequi, paratū est regnū, de quo ipsum
audi loquentem, Venite benedicti patris mei, in
hæreditatem accipite regnū, quod uobis præpa-
ratum est à constitutione mundi. Vidisti illi inex-
tinguibilem ignem præparatum: nobis autē, nisi
delides fuerimus, regnum? Hæc igitur cogitan- B
tes, & uitæ nostræ curam agamus, & malitiam fu
gientes, nunquā diabolicis artibus decipiamur.
At si libet, & nondum fessi estis, iterum in medi-
um afferamus pœnam quę serpenti inflicta est, ut
paulatim ad finem iudicij properantes, uideamus
diuinæ misericordiæ magnitudinem. Nam si ho-
mines iudicem uidentes publice sedentē, & con-
tra reos sententiam pronūtiantem, sæpe toto die
ibi manent, nec inde abscedunt donec surrexisse
uiderint iudicem: multo auidius nunc nos dece-
bit iudicem uidere bonum deum, quomodo ser-
penti grauem pœnam imposuerit, ut per sensibi-
lis huius bestiæ pœnas, qua quasi organo usus est
malignus ille dæmon, intelligamus quas illi per-
petuas in futuro seculo inflicturus est. Quomodo
item congrua & clementi correptione uirum & C
mulierē castigat, quæ admonitio potius sit quàm
punitio: ut his omnibus diligenter consideratis,
admiremur nostri amantissimi dei prouidentiā,
quam ille nostræ naturæ exhibet. Quid ergo illi
dictum? Et dixit dominus deus serpenti, Quia
fecisti hoc, maledictus tu præ omnibus pecori-
bus & præ omnibus bestijs quæ sunt super terrā.
Super pectus tuū & uentrem tuum gradieris, &
terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Et ini
micitias ponam inter te & inter mulierem, & in-
ter semen tuum, & semen eius. Ipsa tuum obserua
bit caput, & tu obseruabis eius calcaneum.] Gra
uis indignatio, sed & egregia impostura, quā per
illum malignus dæmon fecit. Et dixit dñs Deus,
Quia fecisti hoc. Quia tali, inquit, malitiæ mini- D
strasti, ut impostura illa opere compleret, malum
consilium afferendo, & letale poculū temperan-
do: quia sic ministrasti, & à mea beneuolētia exci-
dere uoluisti creaturas meas, ministerio maligni
dæmonis sententiæ exhibito, qui ob excellentem
inuidiā & superbiā suam è cœlis in terrā deiectus
est: & propterea quia te in his ut instrumento est
usus, perpetuā tibi pœnam impono, ut per ea quę
tibi fiunt, & ille scire possit quā ipse expectet pœ-
nam, & posteritas eruditaſ non accedendū ad dia
boli consilia, neq; illius fraudes accipiēdas, ut ne
in easdem incidāt pœnas. Propterea maledictus
es tu inter omnia pecora, quia calliditate male &
non ut oportebat es usus; sed priuilegiū quod su-
per omnia animantia possidebas, hoc tibi in om-
nium malorū cessit occasionē. Inquit enim, Ser-
pens erat prudentissima omnium bestiarum su-
per terram. Propterea maledictus tu inter omnia
iumēta & omnes bestias terræ futurus es. Et quia
maledictio non erat sensibilis, neq; oculis uide-
ri poterat, propter hoc & sensibilem illi pœnā in-
fert, ut cōtinuo ante oculos uidere possimus sup
plicij eius monimenta. Super pectus & super uen
trem gradieris, & terram comedes omnibus die-
bus uitæ tuæ. Quia & statura tua & formatione
abusus es, & in familiaritatem rationalis anima-
lis à me conditi uenire non formidasti. Sicut igiē
diabolus, qui per te operatus, & te ut instrumen-
to usus est, è cœlis deorsum depulsus est: ga plus
quàm dignitatis suæ erat, sapere uolebat: ita simi B
liter impero, ut & tu aliam formationis figuram
habeas, & super terram repas, eaq; alaris: atque
adeo ne liceat tibi posthac suspicere: sed semper
in hoc maneas statu, & solus ex animalibus terra
pascaris: & neq; hoc solum. Nā & inimicitias po-
nam inter te & inter mulierē, inter semen tuū &
semen eius. Neq; hoc contentus ero quòd super
terram reptes, sed & inimicā irreconciliabilem fa
ciam tibi mulierem: neq; eam solam, sed & semen
eius semini tuo hostem perpetuū faciam. Ipsa tuū
seruabit caput, & tu eius seruabis calcaneū. Tan-
tum enim illi robur concedam, ut cōtinuò immi-
neat capiti tuo, te autē faciam sub pedibus eius ia
cere. Vide hic dilecte quō per pœnā huic bestiæ
decretā, quanta humani generis cura deo sit de-
monstretur. Et hoc quidē de uisibili serpente. Li-
cet autē uolenti post hoc considerare scriptorū te
norē, & cognoscere, q̄ si de sensibili serpente hæc
dicta sunt, multo magis accipiēda sunt hæc de spi
rituali serpente. Et enim & illum pedibus nostris
subiecit humiliatū, & nos incumbere illius capiti
fecit. An non hoc significat dicens, Calcabitis su- Luc. 10.d
per serpentes, & scorpiones? Deinde enim ne pu
temus de sensibilibus serpentibus esse dictū, sub-
dit, Et super omnem uirtutem inimici. Vidisti ex
his, quę dicta sunt de pœna instrumēto diabolico
inflicta, ingentē dei misericordiā? Veniamus ite-
rum, si placet, ad mulierē. Serpens quia impostu-
ram fecit, propterea & pœnā ipse primus accepit.
Et quia primo mulierē decepit, ideo & ipsa prior D
plectitur pœna magnā admonitionem habente.

Et mulieri dixit, Multiplicans multiplicabo tri
stitias tuas, & gemitū tuū. In tristitijs paries filios.
Et ad uirū tuum cōuersio tua, & ipse tibi domina
bitur.] Vide bonitatē dñi, quō post tantā præua-
ricationem mansuetudine utiē. Multiplicās mul-
tiplicabo tristitias tuas. Ego quidem uolebā, in-
quit, te citra dolorem & erumnam uiuere, libe-
ram ab omni mœrore & tristitia omniq; uolupta-
te affluere, & licet corpore circundatā, corpora-
lium sensu non affici. At quia non usa es ut opor-
tet tanta prosperitate, sed affluentia bonorum eō
te ingratitudinis adduxit: propterea tibi frenum
impono, ut ne amplius lasciuias, ad tristitias &
gemitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

gemitus te condemnans. Multiplicãs multiplica A bo tristitias tuas, & gemitum tuum. In tristitijs paries filios. Rem, inquit, magnę lætitiæ & filiorum propagationem à tristitia te incipere faciam, ut & ipsa, quanta peccati & inobedientiæ magnitudo, perpetuam habeas memoriam ex perpetuis doloribus, & præsertim tẽpore partus. Et ne processu temporis obliuioni tradas quod factum est, quòd hæc impostura horum tibi causa facta sit: propterea multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitum tuum. In tristitijs paries filios. Hic significat parturientium dolores, multiplicemq; illum laborem, quem ferre necesse est: utpote tot mensibus gestare uterum, uelut sarcinam pueri, & sentire singulares quæ inde oriuntur molestias, & membra distendi, & ferre intolerabiles illos dolo B res, quos solæ illæ sciunt quæ expertæ sunt. Veruntamen doloribus tãta solatia simul admiscuit misericors deus: ut in æquilibrio sit gaudiũ, quod ex nato puero habeẽ, cum doloribus illis, qui tot mensibus uentrem lancinant. Nam tantum laborem totq; dolorum cruciatus ferentes, & ut ita dicam, penè de ipsa uita desperantes, postquàm pepererint, & doloribus fuerint solutæ, lętitiaq; frui cœperint, iterum quasi oblitę laborum omnium, seipsas filiorum generationi accommodant: sic dispensante misericorde deo, ut hominũ genus incolume perduret. Semper enim futurorum bonorum spes præsentia incommoda leuius ferri facit. Id quod in negotiatoribus quis uiderit, qui longinqua maria enauigant, & naufragia ferunt & C piratas, & præterea pericula multa, quibus illorũ spes frustratur: neq; sic tamen desistunt, sed iterũ eadem attentant. Hoc etiã de agricolis possemus dicere. Etenim & illi cum profunde sulcauerint terram, & diligenter excoluerint, ac sementem fecerint, sæpe ariditate, uel immodicis pluuijs, uel sub ipsam messem rubigine aut calamitate superueniente, spe sua excidunt, ueruntamen neq; illi sic desistunt, sed iterũ ut tempus appetierit, agriculturam exercent. Et in quibuscunq; studijs hoc obuiũ est. Sic mulier quoq; & ipsa sæpe post menses illos, post intolerabiles dolores, post noctes insomnes, post membrorũ distentiões, paruo quodam interuallo facto, licet ante statutũ tẽpus partum abortiuerit informem & nondũ lineamentis D figuratum: uel etiam formatũ quidem, sed nõ integrum tamen neq; sanum: uel etiam sæpe mortuum, uix è periculis elapsa: attamen quasi oblita horum omniũ, eadem quæ antea fert & tolerat. Et quid dico? sæpe cum fœtu nato commori eas contingit, & neq; hoc cæteras terret, neq; persuadet ut rem fugiant: tantum deus tristibus illis inseuit dolorem simul & uoluptatem. Propter hoc dicebat, Multiplicãs multiplicabo tristitias tuas, & gemitum tuũ. In tristitijs paries filios. Hoc etiã Christus dicebat discipulis suis, monstrãs tam doloris magnitudinem, quàm lætitię excellentiam.

Ioan. 16.c Mulier quando parit, tristitiam habet, quoniam uenit hora eius. Deinde uolens nobis commendare, quomodo tristitiæ simul è medio tollantur, gaudium autẽ & lætitia succedant, inquit, Quando autem peperit puerum, nõ iam memor est afflictionis, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Vidisti prouidentiam, & curam nostri eximiam? Vidisti pœnam admonitionis plenam? In tristitijs paries filios: deinde, Ad uirum tuum conuersio tua, & ipse dominabit tui. Quasi causam suã agens apud mulierẽ, hæc dicit misericors deus. Ego, inquit, ab initio honore parem te formaui, & eiusdẽ dignitatis in omnibus participem. Et sicut Adæ, ita & tibi omniũ principatum concredidi: cæterum quia abusa es honoris dignitate, subijcio te uiro: & ad uirum tuum conuersio tua. Quia relicto eo qui dignitate par, & cuius naturæ particeps, & propter quem formata es, familiaritatem cũ serpente mala illa bestia habere, & eius accipere consilium uoluisti: propterea posthac illi te subijcio, & illum dominũ tuum asscro, ut illius scilicet dominiũ agnoscas. Et quia nescisti imperare, disce bene regi. Ad uirũ enim tuũ, inquit, cõuersio tua, & ipse dominabit tui. Melius est ut tu sub illo sis, & illum dominum habeas, quàm impauide & libere uiuens per præcipitia seraris. Itaq; considerans quod tibi utile, ad illum te habere uolo conuersionem: & sicut corporis est caput sequi, dominum eius suauiter agnoscere. Scio quòd doctorũ prolixitate fatigamini, sed excitemini aliquantulum, oro, ne imperfectum iudicium relinquamus, neq; relicto adhuc iudice sedente discedamus. Et iam fermè ad finem peruenimus. Videamus itaq; quid post sermonem mulieri factum, uiro dicat, & quam illi pœnã intentet. Adæ aũt dixit, Quia audisti uocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo mandaui tibi ut ex eo solo nõ comedas, de illo ipso comedisti: maledicta terra in operibus tuis. In tristitijs comedes illam omnibus diebus uitæ tuæ: spinas & tribulos tibi producet, & comedes fœnum agri. In sudore faciei tuæ uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Quia terra es, & in terrã abibis.] Plurima & ineffabilis etiã hoc loco ostenditur dei erga hominem prouidentia & cura. Sed audiamus diligẽter unumquodq; dictorum. Adæ autem dixit, Quia audisti uocem D mulieris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi ut ex eo solo non comedas, de illo ipso comedisti. Quoniã, inquit, audisti mulierem tuã, & comedisti de ligno, & consilium illius pluris fecisti quàm mandatum meũ: & noluisti ab unico hoc ligno abstinere, de quo solo præcepi tibi ne comederes (non enim tibi præcepi ut à multis abstineres, sed de uno solo, & neq; ab illo abstinuisti, sed oblitus mandatorũ meorũ, à muliere persuasus es) idcirco reipsa discas quantum malũ sis operatus. Audiant uiri, audiant mulieres: & illi quidem, ut ne ferant mala cõsulentes: hæ autem, ut ne talia cõsulant. Nam si hic culpa in mulierẽ reiecta, nullam ueniam assequutus est, qualẽ poteris habere ueniã, si dicas, Propter uxorem hoc

& hoc

& hoc peccaui, & hoc feci? Ea enim de causa sub A tua potestatẽ facta est, & dominus eius pronuntiatus es, ut illa tibi pareat, & nõ caput pedes sequatur. Verum non raro uidemus contrariũ usu euenire, ut is qui suo ordine caput esse deberet, neq; pedum ordinem seruet: & ea quæ in pedum loco est, in caput constituatur. Idcirco & beatus Paulus magister orbis, hęc omnia preuidens, cla
1. Cor. 7.d mabat: Qui nanq; scis mulier, an uirum tuum saluatura? Aut qui scis uir, an uxorem tuam saluaturus? Veruntamen uiri est, ut diligenti opera malè consulentem repellat: mulier uero semper in auribus sonans habeat supplicium Euę irrogatũ, quæ pestiferũ illud consilium uiro suggesserat: ne audeat talia cõsulere, neq; imitetur Euã: sed illius exemplo prudentior fiat, & talia cõsulat, quæ & ipsam B & uirũ omni supplicio liberatura sunt. Porrò ad institutum redeamus. Adæ autẽ dixit deus, Quia audisti uocẽ mulieris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præcepi tibi de eo solo ne comederes, de illo ipso comedisti. Quoniã, inquit, tam negligẽs fuisti in obseruando meo mandato, neq; timor te coercuit, neq; interminatio calamitatis esum consecuturæ: sed in tantam malitiã peruenisti, ut neq; ab unico hoc ligno tibi temperaueris, tametsi tot & tantis tibi frui liceret: ideo maledicta terra in operibus tuis. Vide misericordiam domini, quomodo serpẽtem punit, quomodo itẽ rationale animal. Illi enim dicit, Maledictus tu de terra: hic autem non sic. Sed quid? Maledicta terra in operibus tuis. Et meritò. Nam quia propter hominẽ C producta est, ut ille posset frui his quæ ex ea nascuntur: ideo iterum propter hominem peccantem maledictum ei ingeritur: quia maledictum terræ euenies, hominis securitati & felicitati obest. Maledicta terra in operib. tuis. Exin ut discamus quid sit, maledicta, subdit, In tristitijs comedes eam omnibus diebus uitæ. Vide quot nunc seculis hanc pœnam luimus: ut non solum illis utile sit, sed ut posteri ijsdem rebus doceantur, unde illis hæc supplicia sunt inuecta. In tristitijs comedes eam omnibus diebus uitæ tuæ. Post hoc diligentius docens nos maledicti speciem & tristitiæ causam, subdit: Spinas & tribulos tibi producet. Ecce maledicti monimenta. Spinas, inquit, & tribulos proferet terra: itaq; multis laboribus & e- D rumnis operandum tibi, & omni tẽpore cum tristitia uiuere te faciã, ut hoc tibi frenũ sit, ne quid supra dignitatẽ de te sentias: sed cõtinuo cogites tuam ipsius substãtiam, neq; feras ut post hac sic decipiaris. Et comedes fœnum agri. In sudore faciei tuæ uesceris pane tuo.] Animaduerte quo pacto post peccatum & inobedientiam omnia secus contigerunt ẽq; antea, & planè diuersa, quasi diceret: Ego quidem cum in hunc mundũ te prodire feci, uolebã te degere absq; doloribus, laboribus, sudoribus & erũnis, & omni felicitate frui, neq; corporalibus necessitatibus obnoxiũ esse, sed ab omnibus illis liberum. Quia uerò non profuit tibi tanta securitas, eapropter & terræ maledicam, ita ut absq; satione & aratione non profe-

Chryſ.

rat suos fructus sicut antea: sed & cũ multo labore, molestijs & erumnis, afficiam te tristitijs, & cõtinuis fatigationibus. Efficiã item ut nihil promoueas absq; sudoribus, ut his exercitatus perpetuã doctrinam habeas modestè agẽdi, tuamq; ipsius naturam agnoscẽdi. Neq; hoc ad breue tempus, sed omni tẽpore uitæ durabit. In sudore enim faciei tuæ uescêris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: Quia terra es, & in terrã abibis. Hæc sustinebis usq; ad finem uitæ tuæ, & donec in illam resoluaris ex qua formatus es. Nã quamuis tibi corporis dederim naturã, ob meam bonitatem, ipsum tamẽ hoc corpus ex terra cum sit, iterum erit terra. Terra enim es, & in terrã abibis. Enimuero ut ne hæc fierent, dixi, ne comedatis de hoc ligno. Quocunq; enim die comederitis, morte moriemini. Non em hoc uolebã. Sed quia eorum quæ ad me attinebant, nihil intermissum est: tu autem teipsum in hæc cõiecisti, ne in alium causam retuleris, sed tuæ ipsius desidiæ totũ adscribito. Iam denuò alia nobis quæstio hic nascitur, qua, si placuerit, breuiter absoluta, finẽ sermonis hic faciam. Dixit, inquit, deus: Quocunq; die comederitis, morte moriemini: multorũ autẽ annorum numero ostenditur uixisse illos post inobedientiã, & cibi uetiti esum. Et quæstio quidẽ aliqua esse uidetur his qui superficie tenus uersant diuinas literas. At si quis magno studio aures adhibeat, manifestum est quod dicitur, neq; quæstio fuerit attendenti. Nam licet multos annos uixerint, attamẽ à quo tempore audierũt: Terra es, & in terram abibis: & sententiã acceperunt mortis, mortales fuerunt: & ex illo tempore fuerũt perinde ac si quis illos dicat mortuos fuisse. Hoc igitur & scriptura significãs, dixit: Quocunq; die comederitis, morte moriemini: hoc est, sententiam accipietis, mortales posthac uos futuros. Sicut eẽ in humanis iudicijs, quando quis sententia lata ut capite mulctetur, iterum in carcerẽ conijcitur, licet ibi multo tẽpore agat, nihilo melius tamẽ habet defunctis & mortuis, utpote iam per sententiam mortuus: eodẽ modo & illi, ab eo die à quo mortalitatis sententiam acceperunt, tametsi longo tẽpore duraverint, nihilominus sentẽtia mortui erant. Scio quod hæc doctrina pluribus prolixioribusq; tractata sit. Ideo quia gratia dei proutili omnibus enarratis, lectioni finem imposuimus, sermonẽ hũc absoluamus. Possent quidem & alia proferri, & iterum monstrari, inflictã hanc pœnam, & mortales nos factos multũ habere diuinæ misericordiæ. Sed ne multitudine doctorũ mẽtem uestram obruamus, agè obsecramus uos, ut cum hinc abieritis, ne in conuenticula insipientium uos conferatis, neq; intempestiuæ nugacitati uacetis: sed retractate uobiscũ quæ dicta sunt, & in memoriã reuocate, quidnam iudex responderit, quid rei pro se dixerint: & quomodo Adã quidem culpam in uxorem transtulerit, illa uero in serpentem: & quomodo deus etiam hunc punierit, & pœnam illi toto seculo duraturam inflixerit, grauemq; in illum indignationem declara-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerit, atq; ex hoc ostendit suam in deceptos curã, A propter quos in impostorem ita uindicauit, uidelicet quòd hic eos deceperat qui deo ualde grati, & pro quibus multũ solicitus erat. Dein mementote mulieris mulctatæ, & pœnę illi inflictæ, imò potius admonitionis: pariterq; recordemini, quæ sint Adæ dicta: sententiaq; in mente uestra scribatur, Terra es, & in terrã abibis. Hinc obstupescite ineffabilem dei misericordiã: quòd nos, qui super terrã sumus, & in terrã dissoluimur, si uoluerimus uirtutem amplecti, & uitia fugere, assequi poterimus ineffabilia illa bona quæ parauit & promisit diligentibus se. Gratias igitur maximas debemus nostro habere domino, pro tot ac talibus beneficijs, & nunquam ea ex memoria dimittere, quin potius per bona opera, et diligẽti malo B rum fuga ipsum mitigare. Quomodo enim non magnę ingratitudinis signũ fuerit, si ipse quidem cum deus sit & immortalis naturæ, nõ refugit assumere mortalem & terrestrem nostram substantiam, ut & ab antiqua morte nos liberaret, supra cœlos eueheret, honore quo patri considet, exaltaret, & ab omni cœlesti exercitu adorari faceret? Nos autem contraria illi retribuere non ueremur, sed & immortalem animam, ut ita dicã, carni agglutinatã terrenam ipsam & mortuam, & nihil operari ualentem, facere curamus. Non sic, obsecro non sic ingrati simus erga benefactorem nostrum: sed illius præceptis obedientes, quæ ipsi grata sunt & probãtur, operemur: ut æternis bonis dignos nos reddat. Quæ nos oñes C assequi contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre et spiritusancto sit gloria nũc & semper, & in secula seculorũ, Amẽ.

Et uocauit Adam nomẽ uxoris suæ Eua, id est uita, quia ipsa est mater omnium uiuentiam. Homilia XVIII

IDISTIS heri iudicis humanitatẽ? Vidistis examen benignitate refertũ? Vidistis suppliciorum duersitatẽ? quomodo punitus sit dolosus ille supplãtator? quomodo etiã deceptis pœna sit intentata, quæ magnã dei præ se ferret clementiã? Vidistis quomodo nobis commodorum occasio fuit, adsistere tribunali, & uidere quomodo processerit examẽ? Cognouimus eñ, D quantis seipsos bonis mandati transgressione priuarint Adam & Eua, nudati gloria illa ineffabili, & uita nõ inferiore q̃ angelica. Cognouimus patientiam domini, didicimus quantũ malũ sit desidia, quomodo & præsentibus spoliet, & magna ignominia denigret. Idcirco, obsecro, sobrij simus, fiantq; nobis illorũ lapsus, remedia, & illorum desidia, securitatis causa, Quia maior pœna est eorũ qui post illos peccant, & tantis exemplis emendare se nolunt. Non enim qui postea peccãt quæ primi, in eandem pœnam incident. Id quod breuiter ab orbis doctore sapientissimo (beato Rom.2.b Paulo inquam) discere possumus, qui dicit: Quicunq; enim sine lege peccauerũt, sine lege etiam peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. His uerbis dicit, non eandem luituros pœnam eos qui ante legem, & eos qui post legem. Grauius enim punientur qui post legem datam peccauerint. Nam quicunq; sine lege peccauerunt, etiam sine lege peribunt. Proficiet illis ad leuiorem pœnam, quòd legis doctrina & admiculo caruerunt. Et quicunq; sub lege peccauerunt, per legem & iudicabuntur. Isti inquit, quia & legem habuerunt magistram, & neq; sic emendati sunt, sed eadem quæ illi peccauerunt, grauiores quoq; pœnas dabũt. Porrò audiamus quæ hodie sunt lecta. Et uocauit Adam nomẽ uxoris suæ Eua, id quod est uita: quia ipsa est mater omnium uiuẽtium.] Vide diuinæ scripturæ diligentiam, quomodo neq; hoc præterit, sed docet nos, quòd & mulieri nomen Adam imposuerit. Vocauit, inquit, nomen uxoris suæ Eua, id quod est uita: quia ipsa est mater omnium uiuentium: hoc est, ipsa est origo eorum, qui ex illa sunt futuri, radixq; & fundamẽtum posteritatis. Dein postquã docuit nos quomodo mulieri impositum nomen, iterum ostendit nobis dei bonitatem, quæ nõ despexit suas creaturas in tãta nuditate & ignominia uersantes: Et fecit, inquit, dominus deus Adæ & uxori illius uestes pelliceas, & induit illos.] Sicut misericors pater filium habens bona indole præditum, & omni cura educatum, & fruentem omnibus delitijs, & uestę nitida & sericis amictum, & paternis opibus securè utentem, cum uiderit eum nimia prosperitate in malitiæ præcipitium prolapsum, priuat illis oñibus, & suæ potestati subijcit, & uestę spoliat, & uilem seruilemq; uestem illum induit, ne omnino nudus sit & turpis: Ita & misericors deus, quoniam Adam & Eua indignos sese exhibuerunt indumento glorioso illo & nitido, & quod tegendo nullis corporalibus eos necessitatibus obnoxios esse sinebat: exuit nunc omni illa gloria & fruitione, qua ante grauem hanc ruinam gaudebant: multamq; erga illos declarauit miserationem, misericordia motus ob tãtam ruinam, quia uidebat magna confusione circumamictos, & ne scios quid facerent. Tales enim sunt diaboli machinationes, ut si quando aliquem inuenit qui sibi pareat, eum uoluptatula quapiam supplantatum, & in profundum malitiæ proiectum, omniq; confusione & ignominia plenum, facere relinquat, miserabile omnibus qui illum uident spectaculum. At animarũ nostrarum curator uidens illos in tantis difficultatibus, ipsos non omnino destituit præsidio, sed uelamẽtum illis excogitat, uestem frugalem, ostendẽs qualibus se uestimentis dignos fecerint. Et fecit dominus deus Adæ & mulieri illius uestes pelliceas, & induit illos.] Vide, oro, quantam sermonis humilitatem nobis attemperat diuina scriptura. Sed quod sæpe dixi, id & nunc dico, ut oñia ita intelligamus, sicut par est de deo intelligi. Et uerbum fecit, accipe pro eo quod est, imperauit ut essent. Iussit enim tunicis pelliceis uestiri in perpetuam memoriam, quòd inobedientes fuerimus domino. Audiant

diant opulenti, & qui luxuriant in uermium opeA ribus, & uestiuntur sericis, discãtq; quo modo ab initio humanam naturã misericors dominus docuerit. Quia propter transgressionẽ, pœnæ mortis reus erat factus Protoplastus, opusq; habebat uestę quæ confusionem tegeret, pelliceas fecit uestes: quo docuit nos, ut mollem & dissolutam uitam fugiamus, neq; inertẽ & remissam sectemur, sed magis austerã amplexemur. Sed fortè grauatim ferentes hæc diuites, dicẽt: Igitur pellibus uestiri nos iubes? Non hoc dixerim. Nam neq; illi perpetuo usi fuerunt his uestibus. Misericors enim dominus prioribus beneficijs recẽtiora quędam superaddit. Nam postquam sese corporalibus necessitatib. obnoxios fecere, & ab immortalitate illa & angelica uita exciderunt: dispensa- B uit deus, ut ex ouium uelleribus indumenta sibi pararent, non alia de causa, quàm ut tegumẽtum habeant, & ne rationale hoc animal non secus ac bruta in nuditate & dedecore uitã degeret. Itaq; uestium amictus continuum nobis sit monumentum, quò memores simus, quantis bonis excideri mus, & discamus quanta pœna humanum genus ob inobedientiam sit affectum. Dicant igitur nobis, qui tanto utuntur apparatu, ut iam usum lanę prorsus audire nolint, sed serico uestiantur, eoq; insanię peuenere, ut aurum uestibus intexant, in primis autem mulieres huic mollitiei deditæ: Quare dic obsecro, corpus ita ornas, & gaudes eiusmodi amictu? Non cogitas quòd pro magna pœna, propter transgressionem tegmen C hoc excogitatum est? Et quare non audis Paulum dicentem: Habentes uictum & amictum, illis cõtenti simus? Vides quod unius duntaxat rei habenda sit cura, uidelicet, ne corpus nudum sit, sed ut tegatur. Num adhuc de uarietate uestium oportet solicitum esse? Cæterum ad sequentia ueniamus. Et dixit dominus deus: Ecce Adam factus est similis unus ex nobis, sciendo bonum & malum. Et nunc ne fortè extẽdat manum suã, & accipiat de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in seculum. Et emisit illum dominus deus ex horto delitiarum, ut operaretur terram de qua sumptus erat.] Hic quoq; uide quàm congruis infirmitati nostræ uerbis utat deus. Et dixit, inquit, deus: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. Vidi- D sti quanta dictionis humilitas? Hæc autem ut deceat, dignè de deo intelligamus. Vult enim hic per uerba hæc in memoriam redigere, quomodo decepti fuerimus à diabolo per serpentem: quando quidem ille dicebat, si comederitis eritis ut dij, & spe potiendæ diuinitatis cibum hunc sumere ausi sunt. Atq; hac de causa deus iterum illos monere uolens, ut sentirent quàm grauiter essent lapsi per inobedientiam & deceptionem, inquit: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. Grauis hoc uerbum exprobratio, ut transgressorem pungere ualeat. Ideóne, inquit, contempsisti mandatum meum? Ecce factus es quod expectasti: immo non quod expectasti, sed qualem te fieri dignũ erat. Ecce Adã factus est quasi unus ex nobis, sciens bonũ & malum. Hoc enim impostor diabolus dicebat per serpentem, aperientur oculi uestri, eritisq; sicut dij, scientes bonum & malum. Et nunc ne fortè extendat manũ, & tangat lignum uitæ, & comedat, & uiuat in æternum. Vide oro, hic misericordiam domini. Oportet enim quod dictum est diligenter scrutari, ut nihil eorum quæ in fundo iacent, latere nos queat. Quum deus Adæ mandatum daret, à nullo alio abstinere præcepit, quàm ab unico ligno: de quo quia edere fuit ausus, pœna capitalis irrogata est: id quod cum præciperet illi definiuit, si auderet. De ligno autem uitæ nihil signanter præceperat. Quandoquidem, ut existimo, & est uerisimile, immortalem illum fecisset. Potuissetq; ipse, si uoluisset, cum alijs etiam de hoc uesci, quod perpetuam illi contulisset uitam, eo quòd nullum mãdatum de illo acceperat. Si autẽ curiosior aliquis roget, quare lignum uitæ appellatum est: sciat, si nostris rationibus innitamur, non posse hominem omnia dei opera cõtueri. Visum enim fuit domino, ut meditationem quandam obedientiæ & inobedientiæ haberet homo à se factus, & in paradiso degens. Et hæc duo duobus illis lignis monstrabantur, altero uitæ, altero (ut sic loquar) mortis. Nam esus & transgressio mandati, mortẽ illi attulit. Itaque ubi de hoc accepit, mortalis factus est, corporisq; necessitatibus in posterum obnoxius. Et originem accepit peccati ingressus, propter quod & mors à domino utiliter dispensata est. C Non posthac in paradiso relinquit Adã, sed exire inde iubet, mõstrans quòd propter nihil aliud hoc faciat, quàm propter misericordiã erga nos. Et ut hoc discamus, operæpretium fuerit uerba diuinæ scripturæ denuò legere. Et nunc, inquit, ne quando extẽdat manum, & accipiat de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum. Nam quia magna intemperantiæ, inquit, indicia exhibuit, prævaricandoq; mandatum mortalis factus est, ne nunc & lignũ, quod uitam præbet cõtinuam, attingere audeat, peccaturus perpetuò, satius fuerit hinc ipsum ejici: ita ut magis prouidentiæ, q̃ indignationis fuerit illa ejectio. Hic enim mos est domini nostri, ut puniens non minus quàm benefaciẽs suam erga nos declaret prouidentiã. Quippe & hanc pœnam admonitionis gratia nobis irrogauit. Quia utiq; si scisset nos non peiores fieri impunè peccando, neutiquam ultra punisset: sed ut reprimat nostrum ad deteriora progressum, & tollat malitiam ulterius grassantem, suam seruando misericordiam, punit: id quod nunc facit. Curam enim agens Protoplasti, ejici ipsum è paradiso præcepit. Et emisit illum dominus deus ex horto uoluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est. Iterum oro, ut hic diuinæ scripturæ diligentiã uideas. Emisit illum, inquit, dominus deus ex horto uoluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est. Nec temerè dixit, de qua sumptus est: sed ut perpetuò commoneferet modestiæ inter operandum, scireq; posset quòd inde sit constitutus, & subsistãtiam habeat ab initio. Et il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lamipſam, inquit, operetur terram, ex qua & con A ſtitutus eſt. Nam hoc quod in ſententia dicebat: In ſudore faciei tuæ ueſceris pane tuo: idipſum & nunc dicit, eo quòd inquit, ut operetur terram de qua ſumptus eſt. Poſthac ut diſcamus quanto ſpatio ipſum à paradiſo demigrare fecit, etiam illud ipſum ſcriptura nos docet. Eiecitq; dominus deus Adam, & habitare fecit eum è regione horti delitiarum.] Animaduerte quòd dominus noſter in ſingulis operibus miſericordiæ argumentum oſtendit, & ſingulæ pœnarum ſpecies bonitate plenæ ſunt. Non enim hoc ſolũ miſericordiæ & benignitatis argumentum erat, quòd emittebat & eijciebat: ſed & quòd contra paradiſum illum habitare faciebat, ut iugem dolorẽ haberet, quotidie cogitans unde exciderit, & in quem ſta- B tum ſe coniecerit. Et quamuis grauiſsimi doloris ſpectaculum erat, eſt tamen magnæ utilitatis occaſio, ut dolens continuo aſpectu, tutior & cautior eſſet in alijs, ne iterũ in ea peccata incideret, qui hominis ut plurimũ mos eſt. Nam quoniam cum bonis frueremur, neſciuimus ipſis, ut oportet, uti, illorũ priuatione emẽdati ſumus, & tunc experientia docti ſentire cœpimus noſtram deſidiam: atq; ita tãta rerum mutatione docemur, & à quibus excidimus, & quò noſipſos cõiecimus. Itaq; quod propè, & è regione paradiſi exulẽ habitare iuſsit, maximæ prouidentiæ & curæ ſignũ fuit, ut & ſpectando reminiſceretur, & inde lucrũ faceret, & neq; immodica uiuendi auiditate concupiſcere, neq; foris exiſtens de ligno comedere C præſumeret. Diuina enim ſcriptura omnia nobis, prout noſtræ infirmitati cõgruunt, narrat. Et præcepit ut Cherubim et flãmeus gladius cuſtodiant uiam ad lignum uitę. Quoniã tam negligens iam fuerat in mandato tradito, hinc factum eſt, ut tanta diligentia ingreſſus muniretur & præcluderetur. Animaduerte eñ quòd miſericors deus non contentus hominem è regione paradiſi collocaſſe, præcepit etiam ut flammeus gladius ille uerſatilis, & uirtutes illæ Cherubim cuſtodirẽt uiam, quæ illuc inducit. Nec abſq; cauſa addidit uerſatilis ille: ſed ut doceat nos, quòd omnis uia illò ducens præcluſa ſit, eo quòd gladius ille dum uerſatur, obturet & præmuniat omnes uias quæ illuc ferunt, ut continuam memoriam & timorem in- D
CAP.IIII cutere illi poſsit. Adam autẽ cognouit Euam uxorẽ ſuam.] Conſidera quando hoc factum ſit. Poſt inobedientiam, poſt paradiſi amiſsionem, tunc primum uſus rei uenereæ cœpit. Ante inobedientiam enim angelicam uitam imitabantur, & nulla fuit cõcubitus cauſa. Quî enim potuit, cum neq; corporalibus neceſsitatib. obnoxij fuerint? Itaq; ab initio uirginitas palmã principatus accepit: ſed poſtquam per deſidiam peccatum intrauit, et aditus pateſacto eſt his quę peccati ſunt, illa quidẽ auolauit, utpote ab his qui indigni tantæ uirtutis magnitudine facti erant: ſubintrauit autem rei uenereæ lex. Cogita igit dilecte, quanta uirginitatis dignitas, quam ſublimis & magna poſſeſsio, ſupraq; humanam naturam, & quæ o- pus habeat manu ſuperna. Quòd enim hi qui uirginitatem alacriter arripiunt, in corpore ea agãt quæ incorporearum ſunt uirtutũ, audi Chriſtum ludæis dicentem. Nam de reſurrectione quæſtionem mouentes, & in ſermone eum capere uolentes, dicebant: Magiſter erãt apud nos ſeptem fratres, & primus uxore ducta defunctus eſt, nõ habens liberos, & dimiſit uxorem ſuam fratri ſuo. Similter & ſecũdus, & tertius, & quartus, & quintus, & ſextus, & ſeptimus. In reſurrectione ergo cuius è ſeptem illis erit uxor? omnes enim habuerunt illam. Quid igitur dicit illis Chriſtus? Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; uirtutem dei. In reſurrectione enim neq; ducunt, neq; nubunt, ſed ſunt ſicut angeli. Vidiſti quomodo in terra ambulantes, & corpore circumdati angelicã uitam imitantur, qui Chriſti amore uirginitatis ſortem acceperunt? Nam quanto hæc maior eſt & ſublimior, tanto maiores ſunt & coronæ & retributiones, & repromiſſa bona eorũ, qui cum hac in alijs bonis operibus ſe exercent. Adam autem cognouit Euam uxorem ſuam, & ut concepit, peperit Cain. Poſtquam per inobedientiam intrauit peccatũ, & ſententia mortales illos fecit, conſequenter omnipotens deus ſecundum ſuam ſapiẽtiam humani generis perpetuitatem procurans, conceſsit per cõcubitum auctum iri noſtrum genus. Et dixit: Poſſedi uirum per deum.] Vide quomodo pœna inflicta mulierem emendauerit, meliorem̃q; reddiderit, Nam puellum natum nõ naturę, ſed deo acceptum fert, ſuamq; gratitudinem C declarat. Vidiſti quomodo pœna admonitiõis loco illis fuerit? Poſſedi hominem per deum. Non natura, inquit, puerum mihi dedit, ſed diuina gratia. Et adiecit iterum pariẽdo fratrem illius Abel.] Quia pro nato puero grata fuit, & prius beneficiũ agnouit, aſſequuta eſt & aliud. Talis eñ eſt dominus noſter, quãdo in primis gratitudinẽ declaramus, & benefactorem agnoſcimus, largius ſua dona nobis erogat. Itaq; quia & iſta deo partũ imputauit, propterea & alium accipit puerum. Summa enim, poſteaquam ſubintrauit mortalitas, cõſolatio erat filiorum ſucceſsio. Et idcirco miſericors deus, puniẽdi nimiam ſeueritatem coercens, & mortis perſonam detrahens, liberorum ſucceſsionẽ largitus eſt: quaſi imaginem reſurrectionis per hoc ſubmonſtrans, & diſpẽſans ut pro cadentibus alij ſuſcitentur. Et factus eſt Abel paſtor ouium, & Cain operabatur terrã.] Docuit nos diuina ſcriptura, quam utercq; artem exercuerit: & quòd Abel paſtoritiam, Cain agriculturam delegit. Et factum eſt poſt dies: obtulit Cain de fructibus terræ ſacrificiũ deo.] Conſidera, quomodo naturæ conditor ſcientiam animæ indidit. Quis enim illum, dic oro, ad hanc cogitationem perduxiſſet? nullus alius quàm quæ in animo conſcio ſcientia. Obtulit, inquit, de fructibus terræ ſacrificium domino. Sciebat enim, & clarè ſciebat, quòd cõgruum eſſet ex ſuis poſſeſsionibus aliquid deo offerre: non quòd eo dominus indigeat, ſed ut ſuam gratitudinẽ declaret qui

qui tali beneficio fruitur. Nulla eñ re indiget de- A us, nulliſq; noſtris opus habet: cæterum ob ineffabilem miſericordiã ita noſtræ infirmitati ſe attemperat, & propter ſalutẽ noſtram hæc fieri tolerat, ut dei agnitio humanę naturę uirtutis ſit ſchola. Et Abel etiam ipſe obtulit de primogenitis ouium ſuarum.] Non abſq; ratione in ſermonibus prioribus ueſtram docui charitatẽ, quòd dominus noſter diſcrimen perſonarum ignorat: ſed uoluntatis examinator, mentem & intentionem coronat. En & nunc attende idem factum: ſed auſcultemus diligenter dictis, & uideamus quid de Cain narret ſcriptura, & quid de Abel: & ne inconſideranter tranſeamus. Nihil enim temerè uel fortuitò loquitur diuina ſcriptura, ſed & ſyllaba, & apiculus unicus reconditum habet theſaurũ. B Nam in hunc modũ ſe habent ſpiritualia omnia. Quid igitur inquit? Et factũ eſt poſt dies, obtulit Cain de fructibus terræ ſacrificium domino, & Abel obtulit etiã ipſe de primogenitis ouium ſuarum, & de adipibus illarum.] His qui acutius ualent intueri, iam ex lectione ipſa liquet quid dicatur. Verum quia omnium communiter habenda eſt cura, & reſpectum perſonarum neſcit ſpiritalis doctrina: agè clarius uobis explicemus quæ dicta ſunt, iterum ea repetentes. Cain, inquit, obtulit de fructibus terræ ſacrificium domino: deinde uolens & de Abel docere nos ſcriptura diuina, dicit quòd & ipſe de ſua arte, nempe paſtoritia, ſuum attulerit ſacrificium. Tulit enim, inquit, C & ipſe de primogenitis ouium ſuarum, & de adipibus illarum. Obſerua quomodo nobis pientiſsima illius mens ſignificatur, & quòd nõ tantum de ouibus obtulerit, ſed de primogenitis, hoc eſt de pretioſiſsimis & maximè eximijs. Deinde & ex illiſipſis primogenitis pretioſiſsima quæq;. Et de adipibus, inquit, illarum, hoc eſt de pinguiſsimis & optimis. De Cain nihil tale adnotatũ eſt. Sed quid obtulit? de frugibus terræ ſacrificium: quaſi diceret: qualiacunq; obueniebant, nulla ad delectum adhibita opera uel diligentia. Iterum dico, & dicere non ceſſabo. Non quia deus his indiget, ſed uult & per hæc oſtendi noſtram gratitudinem. Nam eum qui deo offert, et offert ex his quæ dei ſunt, & intelligit quantum differat natura, & quòd cum homo ſit, tantum ſit honorẽ ſor- D titus: oportebat, quantum ſibi conceditur, ſuum teſtari officium, & pretioſiſsima offerre. Sed uide, obſecro, dilecte. Habes hic occaſiones, ut qd oportet contempleris, meritò pœnas luere eum, qui ſuam ob ignauiam amittit ſalutem. Neq; ille doctorem aliquem habuit, neq; hic ſuggeſtorem & conſiliarium: ſed uterque conſcientiæ ſuæ magiſterio, & ſapiẽtia diuinitus humano generi ſuppeditata, ad hanc oblationem incitatur: ſed uaria eas mentis & uoluntatis ſegnities, illius quidem acceptiſsimam fecit oblationem, huius autem repudiatam. Et aſpexit deus ad Abel, & ad dona ipſius.] Vide quomodo impletur hic quod in
Matt.20,c euangelio eſt dictum: Primi erunt ultimi, & ultimi primi. Ecce enim qui ob primogenituram pri-

uilegium habebat, & proinde prior offerebat, minor uiſus eſt fratre, ut qui ſecus offerret quàm oportebat. Nam utriſque offerentibus, dicit diuina ſcriptura: Et aſpexit deus ad Abel, & ad dona eius. Quid eſt, Et aſpexit? id eſt, approbauit, laudauit mentem, coronauit uoluntatem: & quaſi quis dicat, facto contentus fuit. Nam etiamſi de eo loquimur, & de immortali natura aperire os audemus, tamen cum homines ſimus, non poſſimus hæc aliter quàm per linguã percipere. Attende rem mirã: Aſpexit, inquit, deus ad Abel, & ad dona ipſius. Ouium oblationem dona uocauit: quia pretioſa, eximia & immaculata obtulerat, non quòd nullis notis aſperſa, ſed quæ undequaq; pretioſa erant, tum ob mentem eius qui obtulerat, tum quòd primogenita erãt, & ex illis electiſsima, & ex adipibus ipſis, hoc eſt ex optimis optima. Et aſpexit deus ad Abel, & ad dona ipſius: ad Cain autem & ad ſacrificia ipſius non attendebat. Quia recta intentione, & ſyncera mẽte obtulerat, aſpexit, inquit, deus ad Abel, accepit, gratum habuit, laudauit. Cæterum oblata uocauit dona, ut per hoc offerentis animo maiorem honorem haberet. Ad Cain autem, & ad ſacrificia illius non attendebat. Ne pigeat uidere ſcripturæ diligentiam. Nam cum dicit, non attendebat, indicauit reprobationem oblatorum. Et iterum aliud nos docet, uocando oblationes fructuum terræ ſacrificia. Ecce quomodo per facta & uerba ipſa docet dominus, quòd hæc omnia à nobis uult fieri, ut animi noſtri per ea quæ à nobis fiunt, manifeſte conſpiciãtur, & ut ſciamus quòd dominum habemus & conditorem eum, qui ex nihilo nos ut eſſemus produxit. Oues enim nominando diuina ſcriptura munera, terræ autem fructus ſacrificia appellando, docet nos, quòd deus, neque ut bruta adducantur, neque ut terræ fructus offerantur, ſed tantum mentis affectionem quærit. Vnde & nunc ille cum donis approbatus eſt, & gratus fuit: at hic cum ſacrificio ſuo reiectus eſt. Quòd autem reſpexit ad Abel, & ad munera ipſius: ad Cain autem & ad ſacrificia illius nõ attẽdit, intelligamus ut decet dignè. Vult enim dicere, quòd cognoſcere illos fecerit, ſe illius approbare uoluntatem, huius autem repelle re ingratitudinem. Et talia ſunt quæ ad deum ſpectantia egerunt. Videamus autem & ſequentia.

Et triſtitia affecit Cain ualde.] Duplex illi triſtitia facta eſt, & quòd ſolus ipſe repudiatus fuit, & quòd fratris donum acceptum fuit. Et triſtitia affecit Cain ualde, & concidit uultus illius. Quid affecit illum triſtitia? Vtraq; hæc ualde triſtitia affecerunt, & quòd dominus non attendit ſacrificium ipſius, & quòd donum fratris acceptũ fuit. Igitur opus erat, ut delictum corrigeret is, qui ex his quæ egerat cauſæ conſcius erat. Nam dominus noſter, cum miſericors ſit, quando delinquimus non tam nos auerſatur ob delictum, quàm quãdo perſeueramus in delicto. Et ut hoc euidenter ſcias, & miſericordiæ ſuæ magnitudinem ineffabilem uideas, uide ex his quæ nunc fiunt, bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitatis illius excellentiam, & patientiæ magnitu- A
dinem. Nam postquàm uidit illum supra modum
mœstum, &, ut ita dicam, à tristitiæ fluctibus sub-
mersum iri, non despexit: sed quam erga patrem
ipsius misericordiam declarauerat, dans illi satis-
faciendi occasiones, & fiduciæ sanuam aperiés &
dicés, ubi es? post grauem illam ruinam: eandem
& nunc erga ingratum illum declarat, manum il-
li quasi in præceps eunti porrigés: & occasionem
præbere uolens, ut delictũ corrigat, dicit: Qua
re tam mœstus es? & quare concidit uultus tuus?
Nónne, si recte obtuleris, recte autem non diuise
ris, peccasti? Quiesce. Ad te conuersio illius, & tu
illius dominaberis.] Expende, oro, dilecte ineffa
bilem humanitatem. Postquam enim uidit illum
ab inuidẽtiæ affectione oppugnari, uide quomo- B
do pro sua benignitate congrua ipsi remedia ap-
ponit, ut statim educatur, & aquis non mergatur:
Quare tristis factus es? quare concidit uultus tu-
us? quare & in facie mœroris magnitudinẽ ostẽ-
dis? quare ira te inuasit, quare non à teipso quod
oportebat fieri, considerasti? Num homini sacrifi
cium obtulisti, qui falli possit? ignoras, quòd mihi
non est opus ut aliquid offeratur, sed sanam offe-
rentium mentẽ uolo? Quare cõcidit uultus tuus?
Nónne si recte obtuleris, non autem recte diui-
das: hoc quidem quòd cogitasti de offerendo, lau
de dignum est: quòd uero non recte diuidis, obla
ti reiectionem operatum est. Oportet enim offe-
rentem deo, in discernẽdo magnam adhibere di-
ligentiam: & quantum differunt qui offert & qui C
accipit, tanta & in discretione faciẽda diuersitas.
At horum nihil tu cogitasti, sed ut fortuitò conti
git, obtulisti: atq; idcirco non potuerunt esse acce
pta. Nam sicut intẽtio tua, cum qua oblationẽ fe
cisti, nihil distare existimans, reiectanea fecit quę
à te sunt oblata: sic fratris tui animus, qui rectus
fuit, & dignã in discernendo curam adhibuit, ac-
cepta illius dona fecit. Veruntamen neq; sic pœ-
nam delicti exigo, sed ostendo duntaxat delictũ,
& consilium affero, quod si accipere uoluerís, &
peccatum emẽdabis, & teipsum grauioribus ma
lis nõ inuolues. Quomodo? Peccasti, & grauiter
peccasti, sed non punio propter delictum. Miseri
Ezech. 18. g cors enim sum, & nolo mortem peccatoris, sed ut
cõuertatur & uiuat. Igitur quia peccasti, quiesce, D
tranquillitatẽ facito tuarum cogitationũ, & libe-
ra mentẽ ab impetu fluctuũ oppugnantium: cohi
be tumultus illos tuos: ne addas priori peccato
grauius aliud, neq; consiliũ aliquod immedicabi
le arripias. Ne teipsum maligno dæmoni captiuũ
tradas. Peccasti, quiesce. Sciebat ab initio qđ fra-
trem hic adoriturus esset, & ideo antea uerbis re-
primit. Nam quia tanq; deus, cui etiã arcana sunt
cognita, sciebat cordis illius motus, multũ admo-
nendo, & uerba illius infirmitati accõmoda pro-
ferẽdo, suũ officiũ fecit: tametsi ille repulso medi
camẽto in fratricidij profundum se præcipitarit.
Peccasti, quiesce. Ne putes, inquit, licet tuũ auer-
satus sim sacrificiũ ob prauã mentẽ, fratrisq; obla
tionem acceptã habuerim ob sanam intentionẽ,
quòd ideo primatu te destituã, & primogenituræ
dignitatẽ à te auferã. Nam licet honore ego illum
prosequutus fuerim, acceptaq; fuerint illius do-
na: ueruntamen ad te cõuersio illius, & tu ipsius
dominaberis. Itaq; etiam post peccatum hoc per-
mitto, ut primogenituræ priuilegijs gaudeas, il-
lumq; sub tua potestate & dominio esse iubeo. Vi
de misericordiã domini, quomodo furorẽ & insa
niam illius demulcere, & uerbis his impetũ auser
re nititur. Quippe motus mentis illius uidens, &
crudelem ac sanguinariã illius uoluntatẽ sciens,
nunc præmitigare eius rationẽ uult, & serenitatẽ
menti inducere, subijciendo ipsi fratrẽ, & potesta
tem ipsius nihil minuendo. Veruntamẽ post tan-
tam curã, & tãta remedia, nihil cõmodi amplius
inde sensit. Tantũ ualet mentis peruersitas & ma
litiæ excellẽtia. Proinde obsecro, ut caueamus ne
illum imitemur, & relicta omni malitia, mandata
domini perficiamus, præsertim post tanta taliaq;
exemplа. Nam si hic, Cain inquam, nullum ante
se inuenit, qui tale quiddã egerit, nihilominus ta-
men intolerabilẽ & grauẽ sustinuit pœnã, quam
& uos postea scietis: quid uerisimile est nos passu
ros, qui eadem, uel etiã grauiora peccamus, idq;
post tantam gratiæ largitatẽ: nónne certũ quòd
ignis ęternus, uermis qui nõ interibit, stridor den
tium, tenebræ externæ, gehenna ignis, & aliæ ine
uitabiles pœnæ nobis inferentur? Nulla em̃ de-
fensio nobis relicta est, si ita negligẽtes & ignaui
fuerimus. Nónne scimus omnes quæ sint faciẽda,
quæ nõ faciẽda? Et qui faciũt quę oportet, princi C
pales coronas assequentur: alij autẽ extremæ extre
morũ supplicioru pœnæ addicentur: quam precor
ut omnes effugiamus, & accepta domini gratia,
bona acquiramus æterna in Iesu Christo domino
nostro, cui gloria & imperiũ cum patre & sancto
spiritu, nũc & semper, et in secula seculorũ, Amẽ.

Et dixit Cain ad Abel fratrem suum, Egre-
diamur in campum.

Homilia XIX

QVEMADMODVM incurabilia uulnera,
neq; austeris medicamẽtis cedũt: ita &
anima semel captiua, si se peccato cui-
piam obnoxiã fecerit, & considerare
noluerit quæ sibi sunt utilia: etiã si quis innumera
illi inculcet, nihil proficiet: sed quasi mortuæ es-
sent aures, nullam ex admonitione suscipit utili- D
tatem: nõ quia nõ potest, sed quia non uult. Non
enim sicut in corporalib. uulneribus uideri solet,
ita & in uoluntate. Nam in corporalibus naturæ
affectiones sæpe immobiles sunt, in uoluntate au
tem nõ ita se res habet. Sepe em̃ si uoluerit, etiam
qui malus est mutat, & fit bonus: & qui bonus,
per ignauiã in uicia prolabitur. Ergo quia liberi
arbitrij esse nostrã naturã fecit omniũ dominus,
quæ sua sunt omnia pro sua misericordia semper
exhibet: & sciens abscondita in profundo mẽtis
& arcana, hortatur, cõsulit, conatusq; nostros ma
los reprimit. Et necessitatẽ utiq; nõ imponit, sed
congruis remedijs appositis totum in egrotantis
sentẽtia situ esse permittit. Hoc igitur & in Cain
factum est nunc. Vide enim post tantã prouiden
tiam &

tiam & sui curam, in quantam inciderit insaniã. A
Oportebat conscium peccati sui in emendando
postea occupatũ esse. At ille quasi ebrius, affectio
ni & uulneri priori aliud ulcus adiungẽs, & medi
cinam tanta diligentia adhibitam non admittẽs,
sed destinatã cædem in opus perducere festinãs,
à dolo & malitia exordiũ, & fallacibus uerbis fra-
trem decipit. Adeò bestiale quiddam est homo,
quando in peccatũ declinauit. Nam sicut magnũ
& uenerandum est rationale hoc animal, & maxi
mè quando in uirtutis uiã contendit: ita quando
in malum declinat, truculentarum bestiarũ imita
tur crudelitatem. Quin & cum feros illarũ mores
assumpserit, quãuis rationale & mansuetum ani-
mal sit, multis tamen nominibus illarũ superat fe
rociã. Videamus igitur & de istis quid acciderit. B
Et dixit Cain ad Abel fratrẽ suũ: Egrediamur,
obsecro, in campũ.] Verba quidem fratris, mens
autem homicidę. Quid facis ô Cain? nescis cui lo
queris? Non cogitas, quòd tibi cum fratre collo-
quium est? Non reputas, quòd eodem quo tu ute
ro natus es? Non expendis abominabiles conа-
tus? Non times iudicẽ qui falli nequit? Non hor-
ret mens tua facinus? Quamobrẽ in campum uo
cas fratrẽ? & foras à paternis ulnis abducis? Qua
re ipsum paterno auxilio desolatum facis? Quid
noui accidit, quòd nũc fratrẽ in campũ trahis? &
id quod prius non feci sti, nunc facere attentas? &
amicitiæ occasione fraternã beneuolentiam præ
texẽdo, hostilia quęq; perpetrare deliberas? Quę
insania? Quæ rabies? Esto excæcatus mẽte frater C
næ affectionis nullam rationẽ habeas neq; natu-
ram agnoscas: cur aduersus illum ad bellũ te in-
struis, qui nulla te iniuria affecit? Quid itẽ habes,
quod parẽtibus obijcias, quos tanta mœstitia af-
fligere deliberas, & actor esse horribilis tragœ-
diæ, ut primus eis uiolentam mortem ostendas?
Hanc illis gratiam refers suæ educationis? Quæ
diaboli ars in hoc te facinus impulit? Habẽsne
quod dicas? An gratia domini erga illum, ipsum
aduersum te extolli fecit? Nónne præcauens ob
hanc sanguinariã tuam mentem subiecit illum ti
bi, & sub tua potestate esse fecit? Et dixit: Quia
ad te conuersio illius, & tu ipsius dominaberis.
Nam hoc de fratris subiectione accipiendum est.
Sunt enim qui dicant, quòd de sacrificio oblato D
ab eo deus dixerit talia. Ad te cõuersio, inquit, do
ni, & tu ipsius dominaberis: id est, eo frueris. Et
ideo utrunq; sensum dixi, relinquens uestræ pru-
dentiæ id quod dictis magis congruũ uidetur eli
gẽdum. Mihi enim uidetur de fratre esse dictum.

Et factũ est, cum essent ipsi in campo, surrexit
Cain contra fratrẽ suum, & occidit illum.] Hor
rendum facinus, periculosi ausus, abominabile
opus, incõdonabile peccatũ, efferatæ animæ sen-
tentia. Surrexit, inquit, contra Abel fratrem suũ,
& occidit illum. O abominabilem manũ, ó dexte
ram miserabilem: imò non manũ oportet uocare
abominabilẽ & miserabilem, sed mentẽ cui mem
brum seruiuit. Dicamus igitur sic: O audacẽ mẽ-
tem, & abominabilẽ & miserabilem, & quicquid
dici potest, non satis dicetur. Quomodo non ob-
torpuit manus? quomodo potuit tenere gladiũ,
& infligere plagã? quomodo non auolauit à cor-
pore animæ? quomodo uoluit perpetrare tam ne-
fandum facinus? quõ non inflexa est, & mutauit
mentẽ? quõ non cogitauit naturã? quõ nõ expẽ-
dit anteq; adoriretur nefas, operis finẽ? quõ fer-
re potuit post facinus, ut uideret corpus fratris
spiritũ efflans super terrã? quõ potuit uidere cor-
pus mortuũ humi prostratũ, & à spectaculo non
statim perijt? Nam si nos post tot annorũ nume-
rum, cum quotidie morientes uidemus, quanuis
uulgari morte, & sanguine nihil nobis iunctos,
frangimur: & si inimicus sit, inimicitiarum finem
facimus: quanto magis hunc disperire par erat,
ac subito exhalare animã, cum uideret fratrem, B
cui paulo antea colloquebatur, eadem matre na-
tum, eodẽ patre genitũ, eiusdem uteri partu ædi-
tum, deo singulari gratia acceptũ, repente absq;
spiritu & uiribus iacentem, & super terram pal-
pitantem? At uideamus post nefarium illud fa-
cinus, & post scelus nulla uenia dignum, quanta
iterum comitate, quãtaq; misericordia omnium
deus utitur. Et dixit deus ad Cain.] Idipsum
uel solum quantæ bonitatis fuerit, quòd eum qui
tanta commiserit, colloquio dignatur? Nam cum
nos sæpe cognatos nostros abominemur, si quan
do uiderimus eos tale quoddam facinus perpe-
trasse: quanto magis bonum deum obstupesci-
mus, tanta uti tolerantia: & ualde meritó. Medi-
cus enim est, & indulgentissimus pater. Nam & C
sicut medicus nihil non facit, ut graui morbo im-
pliciti confirmentur: & sicut indulgẽtissimus pa
ter filios, qui suam nobilitatem per ignauiam a-
misere, paterno affectu ad pristinam felicitatem
reducere cupit, Proinde quia immensæ bonitatis
est, iterum misericordiam suam illi, qui talia fue-
rat ausus, ostẽdere uult. Dicit enim illi: Vbi est
Abel frater tuus?] Multa & immensa dei patien
tia est. Non enim interrogat quasi ignoret: sed id
ipsum agit, quod & patri illius fecerat. Nihil em̃
obstat, quin idem denuò dicatur. Nam quemad-
modum illum, cum se præ confusione nuditatis
tegeret, rogabat, Vbi es? non ignorans, sed fidu-
tiæ occasiones illi præbens, ut per confessionem
peccati delictum ipsius ablueretur: hunc em̃ mo
rem habet, ut ab initio à nobis peccatorũ exigat
cõfessionem, & ueniã præbeat: ita & nunc rogat
Cain, & inquit: Vbi est Abel frater tuus? Ignorã-
tiam simulat misericors deus, hac interrogatione
eum, qui talia cõmiserat, præparans, ut ad pecca-
ti confessionẽ adduceretur, posset̃q; ueniã fortè
& misericordiam assequi. Vbi est Abel frater tu-
us? Quid igitur ad hæc ingratus & impudẽs? De-
bebat cogitare quòd deus non ignarus rei roga-
ret, sed ab ipso confessionem criminis exigeret: &
nos doceret, nunq; causa non examinata senten-
tiam cõtra fratres debere ferri, & memori mente
seruari consiliũ domini: & quòd hunc illius cona
tum reprimẽs, & cõscius etiam anteq; eueniret,
qđ ille habebat in animo, præseruatorijs usus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oportebat his omnibus cogitatis finem esse insa A niæ, & dicere quid factum, & ostendere medico ulcus, & accipere ab illo pharmaca. Verum ille rursum exasperat uulnus, & ulcus increscere facit, & dicit: Haud scio.] Vide responsi impudentiam. Num homini loqueris, quem forte decipere possis? Nescis infelix & miser, quis sit qui tibi loquitur? Non cogitas, quòd ob bonitatem magnam quærit, occasionem aliquam inuenire cupiens, per quam suam tibi declaret misericordiã, ut postea tentatis à se omnibus, nullã habens defensionem, pœnæ teipsum obnoxium constitueres? Et dixit, inquit: Haud scio. Num custos fratris mei sum ego?] Cogita hic, obsecro, conscientiæ accusationem, & quomodo qui cõscientia impellebatur (ut ita dicam) non potest dicere, B Haud scio, sed subdit: Nũ custos fratris mei sum ego? tantum non seipsum indicãs. Tametsi, quia grandior natu, etiam secundum naturæ leges custodem fraternæ salutis esse te oportebat. Hoc enim natura decreuit: & oportet eos qui ex eodẽ utero nati sunt, mutuò esse custodes. Quòd si hoc nolebas, nec uoluisti custos esse fratris: quare ergo illius parricida es factus? & eum qui te nulla affecit iniuria, occidisti? & putasti nec fore aliquẽ qui te de hoc reprehensurus esset. Sed expecta, & uidebis accusatorem tuum fore intersectum, & te uiuente & ambulãte, clara uoce clamaturum.

Et dixit deus: Quid fecisti hoc?] Magna huius uerbi recondita uis est, & emphasis. Quare, inquit, hoc perpetrasti. Quare fecisti nefarium hoc C facinus? abominabile opus, factum inexpiabile, insaniam intolerabilem, cẽdem nouam & raram, iam primum hominum uitæ tua dextra inuectã? Cur fecisti hoc tam magnum, tam horribile, quo non est peccatum aliud grauius? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.] Num homo sum, inquit, qui solam illam uocem audiam, quæ per linguam profertur? Deus sum, qui possum & per sanguinem audire clamantem, & alicubi prostratum, & in terra iacentem. Ecce quousq; uolat uox sanguinis huius. Et usq; in cœlum à terra ascendit, & prætercurrens cœlum, cœloq; superiores uirtutes, regio throno assistit, & tuum deplorat homicidium, ac nefarium hoc scelus accusat. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de D terra. Num, inquit, in alienum & hospitẽ iniquitatem hanc patrasti? in fratrem tuũ, illum qui nulla te iniuria affecerat, sæuisti. Sed fortè mea benevolentia hanc illi cædẽ peperit: & cum non posses mecum pugnare, in illum effudisti furorẽ tuũ indomitum. Eapropter talem tibi pœnam infero, ut quę in te fiunt, omnibus posthac sequuturis castigatio & admonitio sint. Et nunc quia hoc fecisti, & malam uoluntatem ad effectum deduxisti, & per inuidiam cædem cõmisisti: Maledictus tu de terra.] Vides maledictionis diuersitatẽ, dilecte? Ne igitur incõsideranter hinc transeas, sed ex maledicti magnitudine, sceleris immanitatem expende: nam quanto maius peccatũ hoc præuaricatione Protoplasti, ex maledictionis differẽtia scire uolenti licet. Illic enim inquit, Maledicta terra in operibus tuis: & in terrã effudit maledictionem, declarans suam erga hominem beneuolentiã. Hic uero quia res pernicioſa, facinus iniquũ, & inexpiabile flagitiũ, ipse pœnam luit. Et nunc maledictus, inquit, tu de terra. Nã quia fermẽ eadem egit quæ serpens, & quasi organum seruiuit diaboli uolũtati: & sicut ille fraude malitiã intro duxit, sic & hic deceptum fratrem, & in campum eductũ armata manu occidit: propterea sicut illi dixit: Maledictus tu inter omnes bestias terræ: sic & huic, quia eadem quæ ille operatus fuit. Nam sicut diabolus, qui odio & inuidia mouetur, ferre non potuit tot ineffabilia beneficia, quæ in homi nem collocata sunt, & inuidia ad deceptionẽ extimulatus est, quę mortẽ induceret: ita & hic, deũ erga fratrẽ suum uidens beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidiũ prosilijt. Idcirco dicit illi: Et nunc maledictus tu de terra. Maledictus, inquit, eris & terræ illi, quæ aperuit os suũ, ut sanguinem fratris tui de manu tua excíperet.] Et terrę illi, inquit, eris maledictus, quæ sustinuit tali sanguine irrigari, qui tanta abominatione effusus est. Dein scriptura diuina, maledictionẽ interpretans, manifestius dicit: Quãdo operatus fueris terrã, non adijciet ut det tibi robur suum.] Magna pœnę species, & graue indignatiõis pondus. Laborẽ quidẽ, inquit, sustinebis, & quæ tu facere potes, omnia facies: & operaberis terram tali sanguine coinquinatã: non senties aũt aliquẽ fructum tam multorũ laborũ, sed inutilis erit omnis labor tuus quẽ feceris. Neq; hic finis erit pœnæ, sed & gemens & tremẽs eris super terram. Quia enim, inquit, abusus es robore corporis & membrorum uiribus, propter hoc continuũ hunc tremorem & motum tibi infero, ut non solũ ipse habeas iugem admonitionem & memoriam huius nefasti sceleris: sed ut & omnes qui te uident, uiso te, quasi clara illis uoce annuntiaretur, discant ne talia audeant: & pœna tua alios doceat omnes, ne ultra tali sanguine terrã incestent: & præterea non breui te morte plectam, ut ne factũ obliuioni tradatur: sed uitam morte grauiorem sustinere te faciam, ut per hæc discas qualia perpetraueris. Et dixit Cain domino: Maior est iniquitas mea, quàm ut dimittar ego.] Magnũ aliquid & ualde utile saluti nostræ licet hic addiscere, si uoluerimus attẽdere. Et dixit Cain: Maius est peccatum meum, quàm ut dimittar ego. Ecce absoluta confessio. Tale tantumq; est, inquit, peccatum quod commisi, ut non possim accipere ueniã. Ecce, inquit aliquis, cõfessus est, & sic cõfessus est, ut omnem excederet diligentiam: Sed nihil inde lucri, dilecte. Intempestiua enim confessio est. Hoc enim facere oportebat tempore congruo, quãdo adhuc impetrari poterat à iudice misericordia. Memores nunc estote oro, quòd ante breue tempus dixi, quòd terribili illo die, & iudiciũ illud nõ poterit deprauari, et unusquisq; nostrũ ob peccata desperabit, uidẽs ante oculos terribilia illa tormẽta, et ineuitabiles pœnas, nullã inde habiturus utilita

utilitatem, tempore destitutus. Pœnitentia enim A priusquã pœna inferatur, tempus habet & ineffabilem uim. Proinde obsecro, cũ adhuc efficax est & mirificum hoc pharmacum, cõmoda & fructus inde percipiamus, & cum adhuc sumus in præsenti uita, pœnitentiæ medicamen non asperNemur, sciẽtes liquidò, quòd nihil tunc nobis pœnitudo proderit, cum solutũ fuerit spectaculum, & tempus certaminum ablatum. Verum ad institutũ redeamus. Oportebat enim tunc cum interrogaretur à domino: Vbi est Abel frater tuus? confiteri peccatum & procidere, & orare, & ueniam petere. At tunc quidem medicinam reiecit: nunc autem post sententiam, post finem, post omnia, postquam clara uoce accusatus à sanguine in terra iacentis, cõfitetur, nihilq; inde lucrifacit. B Prouer. 18.c Vnde Propheta dicebat: Iustus iuſtus suijpsius accusator in principio sermonis. Et hic quoq; si præuenisset domini reprehẽsionem, omnino misericordiam consequutus fuisset, propter immensam domini benignitatem. Nullum enim peccatũ, quantumcũq; graue sit, quod illius misericordiam uincat, modo tempore debito pœnitẽtiam agamus, & ueniam petamus. Et dixit Cain: Maius est peccatum meum, quàm ut dimittar ego. Sufficiens confessio, sed intempestiua. Et dixit: Si eieceris me hodie à facie terræ, & à facie tua abscõdar, & ero gemens & tremens super terram. Et erit, omnis qui inuenerit me, occidet me.] Vide quàm miserabilia uerba, tum quia intempestiua, tum quia tempore elapso nullum fructum afferentia. Et di C xit: Si eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero gemens & tremens super terrã. Et erit, omnis qui me inuenerit, interficiet me. Si in terra, inquit, maledictum me fecisti, & ipse me auersaris, tantæq; pœnæ tradidisti me, ita ut gemam & tremam: nihil prohibebit postea, quin quisquis in me uel fortuitò inciderit, nudatũ tua gratia, interficiat. Facile inuadere me poterit, inquit, si quis interficere uolet. Neq; em̃ ipse obluctari potero, tam dissoluta imbelliaq; membra circumferens & undiq; tremiscens: insuper & hoc, quòd sciunt omnes tua me gratia destitutum, si quis uelit occidere, ut ad cædem meam prosiliat, armabit. Quid ergo misericors & bonus dominus? Et dixit illi dominus deus: Non sic.] Ne D putes, inquit, hæc ita fieri. Neque enim licet, ut te quisquis uolet, interficiat. Extendam enim uitam tuam, maioq; & inde tibi dolor erit, & relinquã te posteritati magistrum, ut tui spectaculum illis sit admonitio & castigatio, nullusq; exẽplum tuum sequatur. Et dixit dominus deus: Non sic: Omnis qui occiderit Cain, septuplũ punietur.] Fortasis is multa sunt, quæ dixi, & prolixitate corpori molestiã attulimus. Sed quid faciã? Quia ui deo uestrã in audiẽdo auiditatem & ingens desiderium, reliqua etiã pertractabo, & pro uiribus meis interpretabor. Quid est, septuplum punietur? Iterum uereor ne dictorũ memoriã his quæ dicuntur adobruã, & uidetur nobis sufficere sermo. Sed si non fatigamini, sustinete, & absoluto hoc contextu, sermonẽ finiemus. Et dixit illi dominus deus: Non sic: Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Et posuit dominus deus signum in Cain, ne omnis qui inueniret illum occideret.] Hoc timuisti, inquit, ne occiderẽre: Cõfide, hoc non erit. Nam quisquis hoc facere attentauerit, septuplici pœnæ se faciet obnoxiũ: & idcirco hoc signum tibi impono, ut nullus ignorãs interfecto te, pœnis illis se obnoxium faciat. Et hanc ob causam signum hoc tibi impono. Sed decet, ut manifestius uos doceã, quomodo qui Cain occidit, septem pœnarum reus sit. Vos precor attendite. Nam si nunc, sicut & in superiorib. diebus sæpe charitati uestræ diximus, cũ ieiunij tempus est, & tanta tranquillitate fruimur, liberati à cogitationibus quæ mentẽ nostrã perturbãt, non summa diligentia addiscimus quæ in diuinis scripturis continentur, quando ea alijs temporibus discere poterimus? Ideo oro & precor, & supplico, & quasi genua uestra contingo, intenta mente his quæ dicũtur auscultemus, ut fructu aliquo nobili & præcipuo accepto, domũ postea redeamus. Quid igitur est, septuplum punietur? Primum quidem septenarius numerus de multitudine dicitur in diuina scriptura: id quod sæpe in scripturis occurrit, ut, quòd sterilis peperit septem: & similia. Coniectare autem hic licet peccati magnitudinem & quòd non unum peccatum commiserit, sed septem, quorũ quoduis per se magna pœna luendum. Igitur quomodo hæc numerabimus? Primum, inuidet damnum allaturus. Secundò, fratrem suum occidere destinat. Tertiò, fraudes consuit. Quartò, cædem opere implet. Quintò, fratrem occidit. Sextò, primus mortem operatus est. Septimò, deo mentitus est. Obseruate dicta, si uultis ea iterum recensebimus, quòs sciatis quomodo unumquodq; per se sufficiebat ut maxima plecteretur pœna. Quis enim uenia dignaretur alteri inuidentem quòd plus diuina gratia potiatur? Ecce unum maximũ & inexpiabile peccatum. Deinde hoc maius redditur, quia frater erat cui inuidebat, & nulla illum prorsus iniuria affecerat. Ecce & hoc quoq; non uulgare peccatum est. Iam tertium, quòd dolos nexuit, decepto & in campum tracto fratre, neq; ipsam naturã reueritus. Quartum peccatũ ipsa erat cædes, quam perpetrauit. Quintum, quòd fratrem occidit, eodem ex utero prognatum. Sextum, quòd primus cædis specimen introduxit. Postremum, quòd rogatus à deo omniũ domino, Vbi est Abel frater tuus? mentiri illi ausus est. Dicit igitur: Qui te occidere attẽtauerit, septẽ maximis pœnis seipsum reum faciet. Ne igitur hoc metuas. Ecce enim & signũ in te pono, ita ut nullus qui te inuenit, ignorans tua morte capiatur, & reum se faciat septem horum peccatorum. Nam totius uitæ productio posteritati utilis erit: et id quod solus nullo præsente operatus es, hoc discẽt omnes qui gementẽ & trementẽ uident, & tantũ nõ clamantẽ, & omnibus dicentẽ: Nullus talia audeat, qualia ego, ut ne in eandem pœnã incidat. Hæc audientes dilecti,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ dicta sunt, non inconsideranter prætercur- A ramus, neq; hoc solum spectemus, ut huc quotidie conueniendo spirituali mensa fruamur. Nulla enim solius auditus utilitas fuerit, nisi assint obedientia & opera. Sed cogitantes unde in hoc inexpiabile & graue peccatum Cain seipsum impulerit, ut innoxium ac fratrem aggrederetur dolo, & occideret: ne fugiamus aduersa & mala pati, sed potius caueamus ne alijs mala per nos inferantur. Ille enim est, qui uerè malè affligitur, qui proximo suo negotium facit. Et ut uerum hoc esse scias, uide hic obsecro, quis est qui mala patiẽs, occidens an occisus? manifestũ quòd occidẽs: & occisus usq; ad nostra tẽpora, in ore omniũ decantatur & prædicatur & coronatur, ut ueritatis pri-
Hcb.11.d mus testis. Sicut dicit & beatus Paulus: Mortuus B Abel adhuc loquitur. At qui occidit, & iam tunc uitam agebat miserabiliorem quàm ullus homo, & postea ab omnibus malè audit, ut abominabilis, & ut à deo maledictus à diuina scriptura traducitur, & hoc quidẽ in præsenti uita, quæ semel intercidet. Quæ autẽ in futuro seculo occurrere debeant, cũ unicuiq; pro suo opere reddet iustus iudex, quis sermo dicere posset, quæ bona, uel quę mala? Nullus, nullus planè, neq; iucũda, neq; tristia narrauerit. Enimuero Abelis quidẽ est regnum cœlorũ: & æterna habitacula, & chori patriarcharum, prophetarum, & apostolorum, & omnium sanctorum congregatio illum susciperet simul in immortalitate regnaturũ, in Christo Iesu domino nostro, unigenito dei filio & deo. Hu- C ius autem, Cain inquam, est gehenna ignis, aliaq; immortalia omnia tormenta ipsum excipient, ut puniant in infinita secula, & cum eo omnes qui similia egerunt, & maximè turpissimis insuper affectionibus captos, quanto & maior pœna à domino omnium pronũtiatur. Audi enim beatum
Rom.2.b Paulum dicentem: Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: hoc est, leuiorem ferent pœnam, eo quòd non habuerint legem quæ minaretur & corrigeret. Et quicunq; in lege peccauerunt, per legem quoq; iudicabuntur. Hi autem, inquit, qui eadem faciunt, quæ illi, & legis adminiculum habuere, grauiores & intolerabiliores sustinebunt cruciatus. Et meritò: quia neq; lex, neq; quod alios modestiores & meliores red- D didit, hos emendare potuit. Quocirca, obsecro, ut uel saltem nunc aliorum correptionibus nosipsos emendemus, & uitam nostram corrigamus ad domini obedientiam illius obtemperantes legibus: & neq; liuor, neq; inuidia, neq; corporalis amor, neq; huius uitæ gloria & potentia, neque uentris uoluptas, neq; alia quæuis absurda concupiscentia dominetur animæ nostræ: sed expurgati ab omni cœno uoluptateq; temporali, & uale dicto omnibus fœdissimis absurdissimisq; affectionibus, ad beatam illam uitam, & ineffabilia illa bona, quæ deus se diligentibus promisit, introducamur: quæ omnibus nobis cõcedantur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto, imperium, honor nunc & semper; & in secula seculorum, Amen.

Et cognouit Cain uxorem suam, & ut concepit, peperit Enoch. Et erat ædificans ciuitatem.

Homilia XX

AGE iterum hodie in manus sumentes quæ in contextu lecta sunt, inde uobis doctrinã apponamus, & solitum ex libris beati Mosi sermonem habeamus, imò ex sancti spiritus eloquijs, quæ per Prophetæ linguam diuina gratia nos docuit. Sed quò dilucidior sermo noster sit, operæpretium fuerit, ut in memoriam uobis reuocemus, ubi doctrinam nuper absoluerimus, ut eadem hodie repetita, & de nũc lectis dicere incipiamus. Scitis em̃, quòd argumẽtum de Cain & Abel narrauimus, ostendentes tam ex his quæ facta sunt, quàm ex his de quibus obtulerunt domino, quomodo faciendorum cognitio animis nostris insita sit, & quòd omnium opifex nos liberi arbitrij fecerit, & ubiq; uel coronat, uel condemnat secundum quod nostra est intentio. Ob hoc enim sacrificium Cain repudiatũ fuit, dona uerò Abel accepta. Et quòd hinc inuidia orta Cainem in cædem fratris extimulauit, qui & post impiũ facinus, uolente deo prouocare se ad confessionem peccatorum, neq; remedium sanitatis accepit, sed sceleste homicidio mendacium coniunxit, & grauem illam pœnam sibi conciliauit, supernaq; gratia se nudauit, posteris in correctionis exemplum propositus. C Quia ob sententiam in se acceptam, omni hominum generi loquitur, tantum non clamans ac dicens: Ne tale quid ullus uestrum unquã audeat, ne quis in similes incidat pœnas. Vidistis domini misericordiã, quomodo sua in illum pœna non ipsum solum castigare, sed per ipsum simul posteros omnes modis omnibus fugiẽdum tam temerarium facinus docere uoluit? Age nunc sequentia attingamus, & uideamus qd hodie nobis narret beatus ille propheta, spiritus sancti operatione nostris auribus insonans. Nam postquam à domino sententiam accepit: Egressus est, inquit, à facie dei.] Quid est, exĩt à facie dei? hoc est, nudatus est præsidio dei, propter abominabile & pernicioſum facinus. Et habitauit in ter- D ra Naid, è regione Edem.] Narrauit nobis diuina scriptura & locum, in quo postea habitauit. Et docet quomodo & hic non procul à paradiso uersatus sit, ut è regione illius existens continuo memor esset, tum eorum quæ patri suo ob preuaricationẽ contigerũt, tum magnitudinis eorum, quæ ipse perpetrauerat, propter quæ tãta sibi neq; patris correptione emendato, pœna irrogata est. Et locus ille in quo habitauit, perpetua memoria fuit nõ illi soli, sed & seculis posterioribus, ob tremorem & motionem. Nomen enim Naid, Hebraica dictio est, & uocatur motio. Itaq; crimen illius notum & à loco, quasi in columna ærea scriptum esset. Deinde inquit: Et cognouit Cain uxorem suam, & ut concepit, peperit filium, cui nomẽ Enoch.] Mortales in posterũ facti homines, merito

merito de filiorum successione curam habebant. A Sed fortè dixerit aliquis: Quomodo, cum scriptura nusq; alterius mulieris meminerit, dicit quòd Cain habuerit uxorem? Ne mireris dilecte. Nusquam enim catalogum mulierum diligẽter facit, sed scriptura superuacua non cõmemorans, neque omnes uiros cõmemorat: sed succinctius nobis narrat, dicens, quòd generauerint filios & filias, & mortui sint. Verisimile igitur etiam nunc Euam filiam peperisse post Cain. Nam quia initia erant, debebatq; augeri humanum genus, sorores ut acciperent, concedebatur. Et ideo consectanea hæc nobis cõiectanda relinquit scriptura, & hoc solũ narrat, dicẽs: Et cognouit Cain uxorem suam, & ut concepit, peperit Enoch. Et erat ædificãs ciuitatẽ in nomine filij sui Enoch.] B Vide quomodo posthac factis mortalibus studiũ fuit, ut immortalem suam memoriã facerent, partim ex filijs quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebãt. Hæc omnia rectè quis diceret peccatorũ & ruinæ primæ monimẽta, qua è pristina gloria exciderũt, in qua cum essent, nihil horum agebant Adam & Eua, utpote affectionib. superiores, & nihil obnoxij. Porro Enoch ipsi natus est, ut ingt, Gaidad, & Gaidad genuit Meleleel, & Meleleel genuit Mathusala, & Mathusala genuit Lamech.] Vide q̃ cur sim transit genealogias: & uirorum tantum mentione facta, beatus ille mulierum nusquam meminit. Sed quemadmodũ de Cain dictum est, quòd Cain cognouit uxorem suam, cum nusquam nos C docuerit, neq; dixerit unde habuerit uxorem: sic sanè & ibi iterũ inquit: Et accepit sibi Lamech duas uxores, nomẽ uni Ada, & nomen secundæ Sella. Et peperit Ada inquit, Iobal: hic fuit pater habitantium in tabernaculis, atq; pastorũ. Et nomen fratri illius Iubal: hic fuit is qui demonstrauit psalterium, & citharam.] Vide scripturæ dili gentiam: docuit nos & nomina eorum, qui nati sunt ex uxore Lamech, & docuit quæ studia illorum fuerint, nẽpe quòd unus alendis pecoribus fuerit deditus, & alter excogitauerit psalteriũ & citharam. Sella autem, inquit, & ipsa peperit Thobel, & erat malleator, & faber æris & ferri.] Iterum & artem illius qui ex Sella natus erat non obticet, quia ferrariam exercebat. Vide quomo- D do quæ ad usum humani generis, quò melius sub sistere queat, spectant, paulatim prouisa sint. Et primum Cain à filio suo ciuitatem ædificatam nominauit. Deinde eorũ qui ex uxoribus Lamech nati, unus pascendis pecorib. occupabatur, alius ferrariam exercebat, alius etiam psalterium & citharam demonstrauit. Soror autẽ, inquit, Thobel Noeman.] Quid hoc nouum sibi uult, quòd nunc primũ nuncupatim mulieris memoriã indicat? Non simpliciter, neque temere: sed ut occultum quid nobis hic declaret, hoc fecit beatus Propheta, id quod in aliud tempus reponemus, nunc historiam sequamur: neq; enim fortuitum quiddã est, quod subditur, & plurimo labore habet opus & diligentiore inquisitione, ita quòd si possent omnia ad amussim à nobis perquiri, multum hinc utilitatis nobis accederet. Dixit, inquit, Lamech uxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite uocem meã uxores Lamech, auribus percipite sermões meos: quia uirũ occidi in uulnus mihi, et adolescentulũ in cicatricẽ mihi. Quia septies ultio sumpta de Cain, de Lamech uero septuagies septies.] Obsecro mente intenta estote, & omnia quæ ad seculares curas pertinent, seponite: cum diligẽtia quæ dicuntur perscrutemur, ut nihil eorum nos lateat, sed quantum possibile ad profundum ingressi, occultum thesaurum uenari possimus in paucis illis uerbis latentem. Dixit autem, inquit, Lamech uxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite meam uocẽ uxores Lamech, & auribus percipite sermones meos. Considera obsecro statim in initio, quantum illi profuerit pœna Cain irrogata. Non solum enim non expectat ut ab alio arguatur, quòd in idem & grauius peccatũ lapsus sit: sed nullo uel accusante uel increpante ipse semetipsum manifestũ facit, & confitetur quę facta sint, mulieribusq; narrat delicti magnitudinem: quasi illud quod à Propheta dictum est, implens: Iustus sui ipsius accusator est in principio sermo- Prouer.18.c nis. Plurimũ enim ad emẽdanda peccata ualet cõfessio: sicut grauius est peccatis ipsis, post peccata commissa, peccata inficias ire: id quod fratricida ille agebat, & rogatus à misericorde deo, non solum non confessus est, quod ausus fuerat: sed & ut prolongaretur uita sua, fecit. Cæterum & hic C in illa ipsa peccata inciderat: sed animo expendens, quòd negatio grauiorẽ ipsi pararet pœnã, uocatis mulieribus suis, nullo reprehendente uel arguente, ipse sua lingua & confessionem peccatorum facit, & conferens quæ à se facta erãt cum his quæ à Cain, pœnam definit. Vidisti prouidentiam domini? quomodo pœnæ illius occasio sunt misericordiæ, & quòd misericordia sua nõ solum ad illum pertingit, qui pœna plectitur: sed & multis alijs utile efficit inde remedium, modò uelint inde aliquem fructum caperẽ? Vnde enim aliunde, dic quæso, Lamech ad hanc confessionem adductus est, nisi eorum quæ illi cõtigerunt memoriam haberet, quæ illius continuo mẽtem concutiebant? Dixit, inquit: Audite uocem meam, & auribus percipite sermones meos. Vide quomodo contra seipsum iudicium cõsidere facit, & eas hoc modo hortatur ne dicta negligenter acciperent. Dicendo enim, Audite uocem meam, & auribus percipite sermões meos. Mentem uestram, inquit, intentam præbete, & diligenter auscultate quæ dicturus sum. Non em̃ de uulgarib. uobis loquar, sed occultas quasdam res uobis aperiam, & confitebor ea quæ nullus alius scit, sed solus ego, & oculus ille qui sopiri nescit. quem timens festino & anhelo, ut uobis manifesta faciam, quæ à me sunt acta, & quantis pœnis ego meipsum nefarijs obnoxium fecerim operibus, Quia uirum occidi in uulnus mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Quoniam septies ultus est de Cain, de Lamech autẽ septuagies septies. Magnum quid dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictum est, & ualde magnũ. Multiplex piaq; uiri A prudentia: non solum enim factum confitebatur, & cędes in medium proferebat, quas patrauerat: sed & pœnam sibi inferebat, cõparans peccatum suum peccato Cain. Qua enim uenia, inquit, fuerit dignus, qui alterius pœna emẽdatior non fit: & perpetuo memor eius rei est, & admonetur, & insuper duplex homicidium patrauit? Quia uirum, inquit, occidi in uulnus mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Non tantum, inquit, nocui illis, quos occidi, quantum mihi ipsi. In pœnam enim quam effugere non possum, meipsum conieci, peccata operatus tanta, quę ueniam non merentur. Nam si ille pro una cæde septẽ pœnis obnoxius factus est, ego dignus fuerim septuagiessepties pœnam luere. Cuius gratia, & quare? B Nam licet cædem ille patrauit, idq; fratris, attamen nullo unquam antea conspecto, qui hoc fecerat, neq; alio uiso, qui pœnã dederat eiusmodi sacinoris, & tantam iram expertus fuerat: quę utraq; mihi pœnas augent: quia & ante oculos habens quod ab illo perpetratum, & pœnam uidẽs sic immedicabilem esse, cautior factus non sum. Propterea licet septuagiessepties magis q; ille punirer, attamen neq; sic dignam luerem pœnã. Vidisti dilecte, quomodo nostram deus mentem fecit liberi arbitrij? Et sicut desides supplãtamur, ita & si resipiscere uoluerimus, contuemur quod oportet. Quis enim, dic obsecro, talem ad cõfessionem adegit? nullus alius quam conscientia, & incorruptus ille iudex. Nam simul ac in peccatũ C declinauerat, & opere perfecerat malum conatum, statim insurrexit conscientia, inclamansq; & ostendens peccatorum magnitudinem, omnibus seipsam pœnis obnoxiam fecit. Ita enim se habet peccatum, ut priusquã fiat, & ad opus perueniat, obtenebret & decipiat mẽtem: postquam autem consummatur, manifestè suam nobis absurditatem proferat & ostendat. Vnde breuis illa & absurda uoluptas continuum menti dolorem inserit, conscientiæq; fidutiã aufert confusione captã perfundẽs. Misericors enim deus eiusce modi nobis accusatorem assistere uoluit, ut nunquam soli relinquamur: sed indesinenter nobis occlamet, & pœnam exigat delictorum. Et hoc quis uiderit manifestè ex factis ipsis. Scortator enim uel adulter, uel qui aliud tale quidam admisit, etiam si omnium obliuisci queat, nunquam tamen sic in solitudine uersatur, quin habens acrem illum accusatorem suspiciones timeat, umbras tremiscat, & eos qui conscij sunt, & qui nõ sunt: perpetuaq; in animo eius tempestas est, & reciprocantes ac contrarij fluctus. Insuper neq; somnus ei suauis, sed terrore & formidine plenus: neq; cibus uoluptatem præbet, neq; amicorum colloquia talem refocillare, uel liberare ab urgẽte anxietate possunt: sed quasi carnificem circũferret se lancinantem, & flagellantem continuò, ita post turpe illud factum obãbulat nullo conscio, sustinens intolerabiles pœnas illas, & iudex suiipsius factus & accusator. Iam qui hæc fecit, si uoluerit, ut decet, uti conscientiæ adiumento, & ad confessionem facinorũ festinare, & medico ostendere ulcus qui curet & non exprobret, atq; ab illo remedia accipere, & soli ei loqui nullo alio conscio, & omnia dicere cum diligentia, facile peccata sua emendabit. Confessio enim peccatorum, abolitio etiam est delictorũ. Vnde si Lamech ille suis mulieribus cædes à se commissas detegere & confiteri non refugit: quali erimus uenia digni, si ei qui omnia nostra accurat & nouit delicta, cõfiteri nõ uolumus peccata? Nũ quia ignorat, discere uult? Nequaquam quia ignorat confessionem à nobis requirit, qui omnia scit antequã fiant: sed uolens per confessionem nos quoq; peccatorum habere sensum, & gratitudinẽ erga se ostendere. Num opes aliquæ hic sunt expẽdendæ? Num uia prolixa eunda est? Num dolorem & cruciatus affert hæc medicina? Absq; sumptu & cruciatu est præsens pharmacum, in pristinæ ualetudinis firmitatem restituens. Sic & remedia uulnerum largitur dominus. Igitur qui uult statim ad sanitatẽ suam redire, animæq; curare ulcera, resipiscens, medicum adeat, ab omnibus secularibus curis se abdicans, calidas lachrymas profundat, sedulitatem plurimam præ se ferat: fidem firmã afferat, & medici cõfidat arti. Vidisti medici gloriam, ad quam si omnium patrum amor conferatur, obscurabitur. Num graue aliquid & molestum à nobis requirit, cõtritionem uult cordis, compunctionem mentis, confessionem ruinæ, sedulitatem continuam: & nõ solum largitur uulnerum curam, & à peccatis mũdos reddit: sed & eum qui antea innumeris peccatorũ sarcinis grauabatur, iustum efficit. O misericordiæ magnitudinem. O bonitatis excellentiam. Qui peccauit, quando cõfitetur peccata, & ueniam petit, accipit posthac securitatem, repentecq; iustus apparet. Et quo clare hoc discas, audi Prophetam dicentẽ, Dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris. Non simpliciter inquit, Dic tu iniquitates tuas: sed adiecit, prior: hoc est, ne expectes te arguentem, ne præstoleris actorem. Ipse præueni, & rape sermonis principium, ut accusatoris linguã obmutescere facias. Vidisti iudicis clementiam? In humanis quidem iudicijs si quis hoc faceret, & ante accusationem D facinora confiteretur, quanuis apud humanum iudicem, is sentẽtiam capitalem omnino in suum caput accerseret: at misericordis dei, & animarũ nostrarum medici tanta est tamq; ineffabilis bonitas & clementia, ut omnem etiam rationem transcendat. Nam si aduersarium nostrum præuerterimus, diabolum dico, qui in die illo ob faciẽ nostram stabit; & iam in præsenti uita, antequam ad tribunal ueniatur, facinora confessi fuerimus, dicendiq; principium rapuerimus, nostri ipsorum facti accusatores, in tantam misericordiã prouocabimus dominum, ut non solum nobis donet liberari à peccatis, sed & in iustorum catalogo numerari. Enimuero si Lamech ille, qui neq; legem habuit, unde hoc discere posset, neq; prophetas audiuit, nec ullam aliam admonitionẽ, ex iudicio quod

Esaiæ 43.d

quod naturæ datum, conscius eorum quæ ausus A fuit, & in medium affert quæ patrauit, & seipsum cõdemnauit: quomodo aliquã defensionem nos habere poterimus, uulnera non omni diligentia domino ostendẽtes, eorum iam medicinam inde susceperit? id quod nisi nunc fecerimus, quando ieiunij tempus est, quando tanta mentiũ tranquillitas, quando luxus ablatus è medio, quando ad cogitanda facinora nostra ut ueniamus, uacabit? Idcirco semper uos obsecro, ut sobrij sitis & uigiles, & præsentem uitã omnem in hoc insumatis, ut sedulitate, perseuerantiaq; in bonis operibus, intolerabile illud iudiciũ effugiamus, & ignẽ gehennæ non ingrediamur. Maximè aũt, maioriq; nunc studio id curandum, quãdo propter ieiunij tempus continuis maioribusq; fruimini admoni- B tionibus. Cognouit autẽ, inquit, Adam Euam uxorem suam: & ut concepit, peperit filium, & appellauit nomen illius Seth, dicẽs: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.] Postquàm scriptura diuina genealogiam usq; ad Lamech deduxit, iterum ad Adam & uxorem illius reuertitur, & dicit, Cognouit autem Adam Euam uxorem suam: & ut cõcepit, peperit filiũ, appellauitq; nomen illius Seth, dicens: Excitauit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Peperit, inquit, filium, appellauitq; nomen illius Seth. Nec contenta quòd impositum illi nomen, dicit: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vide hic quomodo & C mater natum sibi filium nominando, memoriam sceleris huius operis continuam mentibus inserit: ut & posteri sciant quid Cain patrare ausus fuerit. Dicit, pro Abel quem occidit Cain. Dolentis animæ uerba sunt, & cõfusæ ob facinoris memoriam. Partim autẽ gratias agit Eua pro nato puero, partim appellando puerũ, quasi infamat Cain qui uerè luctum non mediocrem parentibus attulerat, armata aduersus fratrem dextra tam charũ & amabilem, quem illis ostendit humi iacentem, mortuum, & sensu carentem. Nam licet sententiã acceperit Adam, Terra es, & in terram abibis: Et quocũq; die comederitis, morte moriemini: Sententiã tamen è uerbis hactenus cognoscebant, & nondum sciebant qualis esset mortis species: sed hic primus ob odium in fratrem, & liuorem quo intus tabescebat, in fratricidiũ ruit, graue parentibus spectaculum exhibens. Proinde mater, quę parum respirauit, & uix tandem aliquando tanti luctus consolationem inuenit, gratias agit domino ob natum puerũ, & fratricidæ scelus infamat: hac maxima illum pœna afficiens, ut factum illius perpetuę commendaretur memoriæ. Vidistis, quantũ malũ sit peccatũ? & quõ peccantib. ignominiam & opprobrium inurat? Vidistis quomodo propter hoc diuina gratia spoliatus & omnib. ridiculus factus sit? Vidistis quomodo & parentibus, natura ad amandos filios propensis, propter pessimum hoc facinus abominabilis fuerit? Igitur fugiamus obsecro peccatum quod tantis nos malis inuoluit, & uirtutem arripiamus, ut & dei nobis gratiam conciliemus, & supplicium effugiamus. Et Setho, inquit, factus est filius. Appellauit autem nomen illius Enos: hic sperauit inuocando nomen domini dei.] Vide hic, quomodo postea fermè docẽtur in appellationibus filio rum inserere suæ gratitudinis indicium. Quia & hic dicit, q; Seth nati filij nomẽ appellauit Enos: & deinde scriptura uolẽs nobis nominis appellationẽ interpretari inquit. Hic sperauit inuocãdo nomen domini dei. Ex hoc enim posthac beatus Propheta et genealogiã memoraturus est, reiecta memoria Cain, & eorũ qui usq; ad Lamech ab eo descenderunt. Nam quia primatũ natura sibi datum, primogenituræ dignitatem inquã, suæ uoluntatis malitia dehonestarat, & ipse & qui ex eo nati, catalogo eijciuntur. Seth uero quod sibi natura negatum erat, id mentis dexteritate cõsequitur, nempè in se translatum primogenituræ ius. Et quamuis nõ natura, attamen ob uoluntatis intentionem ac iudicium, etiam qui ex eo nati sunt, in genealogijs recensent. Et sicut hic Enos uocatus est, eo quòd inuocauit nomen domini dei: sic & qui ex eo ducunt originem, eandem sortiuntur appellationẽ. Et propterea beatus Propheta narrationẽ hic sistens, aliud rursum principiũ facit. Cæterum ne incepta lectione, aliquanto prolixiorem faciamus sermonem: hic etiam nos cum beato Propheta sermoni finẽ imponemus, sequẽtem interpretationẽ in alium sermonẽ reponentes. Iam aũt admonitã charitatem uestrã uellem, quò ampliorem quendam ex dictis nostris fructũ percipiatis, ut quotidie uos examinetis, quid ex hoc sermone, & quid ex alio lucrifeceritis: & non solũ auribus percipiatis nostra dicta, sed & menti uestræ bene cõmẽdetis, & quotidiana meditatione memoriam uestram firmetis. Vellem enim uos non uobis tantũ proficere, sed & aliorũ fieri magistros, ita ut potentes sitis ad admonendum etiã alios: neq; hoc uerbis duntaxat agere, sed & operibus erudire uicinos ad uirtutis studium. Cogitate oro, quòd si uos qui hic affuistis, quotidie portiunculam tantũ accepissetis ad emendandas affectionum perturbationes, iam ad summũ aliquod fastigium peruenissetis. Nam non cessamus quotidianis sermonibus inculcare auribus uestris, quæ ad instituendam optimam uitam attinent, ut eradicentur mali isti affectus, iram dico, inuidiam, & liuorem: quibus sublatis, facilius & insania illa in colligendis pecunijs emendationem admitteret: & cessante insania auaritiæ, minore negocio illicitæ fœdæq; cogitationes comprimerentur. Radix enim omnium malorum est auaritia. Quòd si radicem funditus extirpauerimus, facilius ramos licebit amputare. Arx eñ malorũ, & colophon, ut ita dicam, peccatorum, est rabies illa colligendarum diuitiarum: quam si domare uoluerimus, nihil uetat quin simul & hac insania liberemur, & cum hac euellamus, & eradicemus omnes pernicioſos affectus. Iam ne existimetis magnum aliquid esse, opum contemptum. Quia eum mecum reputo, quod tam multi ob inanẽ & inutilem am-

Matt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitionem multa auri talenta effundunt in nullam A utilitatem: sed ut à forensibus & plerunq; triobolaribus homuncionibus aucupentur nominis celebritatem, quæ ad uesperã finem sumit: & sæpe nõ usq; ad uesperam durat, sed & priusquã dies compleatur innumeris malis circũdatur. Alij aũt gentilium errore præoccupati, etiã ipsi ad humanam respicientes gloriam, quam maximi faciunt, abiectis simul omnibus, & pallio tantum atq; baculo seruatis, omnem uitã sic exigũt, omnem laborem illum & miseriam ob uanã nominis celebritatem amantes. Cum igitur hæc mecum reputo, nescio quam habituri simus uel excusationẽ, uel ueniã, siue ob mandatum à domino traditũ, siue ob gloriam illam immortalem & fine carentem, uel minimam rerum nostrarũ portionẽ relinquere non su- B stinentes: quin & deteriores illis reddimur, neq; quantum præcellant, cogitamus. Nam illi ob hominũ, qui eiusdem naturæ sunt, inutilem gloriã, eò usq; peruenerunt: nos aũt propter dominũ nostrũ, qui suppeditat ea quæ possidemus, & ineffabilibus suis donis conciliat, sæpe neq; parũ quiddam inopibus erogare uolumus. Et qualibus oculis uidebimus iudicẽ, negligentes mandatũ illius tam facile? Non eñ adhortor, ut omnia uestra abijciatis. Fruere omni prosperitate, & cum satisfeceris tuo usui, quę superuacua tibi & ociosa iacẽt, in necessarium usum conuerte: alijsq; distribue fame laborantibus, & gelu rigescẽtibus: & per illorum manus in tuã patriã transmitte, in quã propediem tibi proficiscendum, ut ibi accipias. Illi enim C plurimũ tibi prodesse poterũt ad transuehendas illuc opes, ut quando abieris, omnia illic inuenias bene dispositа, maioriq; illic fruaris abundantia, uidens ea à transuehentibus, imò à misericordia dei ita multiplicata. Nullum laborem habet id negotij, nullam curã, nullam solicitudinem. Ad hęc transuehenda nullo tibi opus est iumento, nõ custode, neq; ullo alio. Nullus eñ latro, uel fur hac uia uadit ut nocere queat ijs quæ à te mittunt illuc: sed ea quæ reposueris in egenorũ manus, illa in securum promptuarium, nempe manum dei reposita erunt: quæ inuiolata, & custodita exhibebit, cum redieris in patriam. Quin illis redditis etiam prædicabit laudes tuas, & coronabit, & te in latitudine constituens, securũ & felicem faciet. D Effundamus ergo, precor, depositа in pauperum uentres, & seminemus dum tempus est, ut opportuno tempore metamus, & ne transmissa tẽporis cõmoditate, posthac frustra pœniteamus. Haccine de causa misericors deus plura tibi largitus est, ut in tuũ solius usum impendas quę dedit, & reliqua in arculis & promptuarijs recõdas? haudquaquam eà de causa, sed ut iuxta apostolicam admonitionem, abundantia tua aliorum inopiam suppleat. Et tu quidem forsitan etiã plus quàm opus est his frueris, in delitijs, uestibus, alioq; luxu, seruis quoq; & brutis argentũ diuidens: pauper aũt nihil horum à te petit, sed tantum ut famem mitiges, ut quotidianũ illi cibum, ac necessariũ usum tribuas, ut uiuat & non pereat: & hoc quidem facere sustines: neq; cogitas quòd plerunq; subito raptus, omnia quę collecta sunt, hic relinquis, interim ad hostes & inimicos transferenda: ipse aũt peccatis omnibus, per quæ hæc collegisti, tecum receptis hinc migras. Et quid tunc dices in die illo terribili? Quomodo te accusabis, qui ita negligenter uitam tuam instituisti? Propterea mihi obtempera, & dum tempus habes, opes superuacuas distribue, ut illic tibi salutem thesaurizes: Quæ nobis cõtingat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Iste est liber generationis hominũ die quo fecit dominus Adam, secundum imaginem dei fecit illos, & nominauit nomen illorum Adam, die quo fecit illos. Hom. XXI

DICI nequit, charissimi, quàm multiplex thesaurus in uerbis cõmodum lectis reconditus sit. Et scio quidem, quòd opinantur aliqui nihil amplius dici, quàm illorum nominum enumerationem & appellationem: spectant enim tales ad solã superficiem. Ego autem omnes uos obsecro, ne simpliciter ea, quæ in scripturis sacris contenta sunt, transeatis. Nihil enim hic scriptum est, quod non multas sensuum habeat diuitias. Quandoquidẽ diuino spiritu afflati prophetæ loquuti sunt, ideo uti à spiritu scripta ingentem in se continent thesaurum. Et ne mireris quòd in hac nominum enumeratione, multas latentesq; diuitias sententiarũ uobis me ostensurum pollicear. Neq; enim uel syllaba, uel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus: proinde nobis opus est, diuina gratia ducamur, & spiritu sancto illustrati eloquia diuina adeamus. Neq; opus habet diuina scriptura hominum sapientia ut intelligatur, sed reuelatione spiritus, ut hausto inde uero sensu, magnũ nobis hinc lucrum accrescat. Nam si in scriptis, quæ de secularibus negotijs ab hominibus conficiuntur, sæpeq; tempore corrumpuntur, uel unam procemij syllabam deesse, multum momenti habet: quãto magis hoc in scripturis diuinis à spiritu sancto compositis inuenitur, modo sobrij simus, & nõ temerè progrediamur: sed intenta mente diligenter omnia consideremus, & non negligentiores simus alijs, qui hoc studio in prophanis utuntur. Enimuero qui metalla effodiunt, non in superficie manẽt, sed cũ ualde profundè descenderint, & auri ramenta habere potuerint, magno labore & sedulitate ea à terra separant, postq; multum illum laborem, breuem aliquam laborum inueniunt cõsolationem. Verum tamen licet hi sciant quòd sæpe utilitatem percipiant laboribus non respondentem, utpotè minorem: & quòd sæpe post tot uigilias, & labores, etiam expectatione sua frustrentur, neq; sic desistunt, sed spe alunt, & sensu laboris carent. Quòd si illi tantum præ se ferunt studium in corruptibilibus, incertis, & noxijs: multo magis addecet, ut nos, ubi diuitiæ auferri nequeũt, & thesaurus absumi non

absumi non potest, & spe non aberrat, par uel ma- A iusstudiũ adhibeamus: ut hinc aliquo fructu percepto, desiderata assequi possimus, agnitaq; ineffabili misericordia dei, gratias agẽtes domino nostro, eius nobis fauorem cõciliemus, & diaboli retibus nõ illaqueemur. Age ergo prolatis in medium quæ nũc lecta sunt diligenter singula perscrutemur: ut solita refocillati doctrina, domũ iterum concedatis. Iste est liber generationis hominũ, die quo fecit deus Adam, secundũ imaginem dei fecit illum, masculum & fœminã fecit illos. Et nominauit nomen illorum Adã, die quo fecit illos.] Attende obsecro prophetæ huius admirabilẽ sapientiam, imò sancti spiritus doctrinam. Ab illo enim, ut sæpe dictum est, afflatus, nobis hæc omnia loquitur. Et linguam quidem Propheta com- B modauit, gratia autem spiritussancti per illam omnia humanũ genus manifestè docet. Vide ergo quomodo ad originem sermonem reducit, & superiora iterum resumit. Quare, & propter quam causam? Quia uidit eos qui tunc erant, magnam præ se ferre ingratitudinem, nec meliores fieri ex his quæ primo parenti facta, sed in idem malitiæ profundũ præcipitari. Nã & filius ex illo natus statim concitante inuidia ad fratricidiũ ruit, & ideo grauissimã pœnã tulit, sicut superius charitatem uestram docuimus: & posteritas eius nihil ea castigatione profecit, sed peior facta est, sicut audiuistis heri, Lamech suum peccatum suis mulieribus enarrantem, pœnamq; aduersus se decernentem: C Itaq; quia paulatim uidit increscere malitiam illorum, quasi malum humorem per totũ corpus defluentem, sistit malitiæ impetum, & generationes alias, quàm quæ ex Cain usq; in Lamech, ne memoria quidem dignas: sed quasi principiũ quoddam faciens, & luctum Adæ & Euæ demulcere uolens, in quem illos iniecerat fratricida, armata contra Abel dextra: sic narrationem exorditur, & inquit: Iste est liber generationis hominum, die quo fecit deus Adam, secundũ imaginem dei fecit illum, masculum & fœminam fecit illos. Considera, quomodo ijsdẽ uerbis usus fuerit, quibus & in initio, ut doceret nos quòd generationes illas quasi reprobas factas, neq; memoria posthac dignetur: sed ex Seth, qui nũc illi natus est, genealogiam ordiatur: ut & ex hoc discas, quantam deus D humani generis rationem habeat, & quomodo illos auersetur quibus sanguinaria mens est. Nam illorum memoriam, quasi nunquam uixissent, ita silentio præterit: monstrando nobis quàm graue malum sit peccatum, quod qui agunt, se primũ & maximè pessundant. Ecce enim illi è catalogo expunguntur, & eatenus memoriã assecuti sunt, ut infametur ipsorum malitia, & posterioribus seculis emendationis sint occasio. At iniustè occisus, & fraterna manu interemptus, ex eo tẽpore usq; in hoc nostrum, omnium decantatur ore. Et neq; tempus huius memoriam extinxit, neq; illius crimen imminuit: sed & hic quotidie prædicatur, & iste continuè infamatur. Vidistis quantum malitiæ damnum, & quantum uirtutis robur? Et quo-

modo malitia etiam si infestet & dominetur, extinguitur tamen & aboletur: uirtus autem licet infestetur, & innumera grauia sustineat, ea occasione illustrior fit & clarior. Et liceret quidem hoc etiam alijs operibus, quæ similiter eueniunt, charitati uestræ ostendere. Sed ne ab instituto nostro digrediamur, age denuò quæ dicta sunt, repetamus. Iste est liber generationis hominũ, die quo fecit deus Adam, secũdum imaginẽ dei fecit illũ, masculum & fœminã fecit illos. Et appellauit nomen illorum Adam, die quo fecit illos. Vide quõ iterũ narratione superiore cœpta, diuina scriptura nobis cõmemorat, quantũ honorem à condito re sortitus sit homo. Die quo, inquit, fecit Adam, secundum imaginem dei fecit illum: hoc est principem illum constituit omniũ uisibiliũ. Hoc enim est, secundum imaginem, secundum rationẽ dominij & principatus. Nam sicut omniũ deus principatũ habet super oĩa tam uisibilia q; inuisibilia, omniumq; cõditor & opifex est: sic & cum formauit rationale hoc animal, uoluit omniũ uisibilium præfectura insigne esse. Proinde & animæ substantiã largitus est, uolẽs ipsum immortale esse & perpetuũ: uerum ubi per desidiam lapsum est, & transgressum est mandatum sibi traditũ, neq; sic omnino ipsum auersatus est: sed pro sua misericordia immortalitatem quidem illi ademit, morti aũt adiudicatũ, fermè ita reliquit, ut principio conditum est. Deiñ cum ex illo natus in tantã prorupit insaniã, ut & primus mortis speciem inueheret, uiolentã illam mortem monstrãdo, & magnã ingratitudinẽ præ se ferret, cædi mendaciũ coniungendo, diuturna castigatione emendari illum uoluit, ut non solum ille lucrũ faceret ex his quæ ipsi contingebant, sed & posteros doceret cõmissorũ magnitudinẽ, & sceleris fœditatem. Cæterũ quia magna ignauia & posteri illius paulatim grauius peccabant, uolens, ut ita dicam, solari Adamum, qui non solum ob suã transgressionem tantopere mœrebat, sed & ob facinus Cain luctum grauissimum habebat, eo quòd uiderat mortem suis oculis. neq; enim mortis speciem scierant, tametsi lata esset sententia. Vnde & duplex eorũ ac triplex luctus est factus, quia & primùm uidit mortẽ in uitam introductam, & uiolentam mortem, & à filio perpetratam, & in fratrem eodem patre, eademq; matre natũ, & qui in nullo nocuerat. Volens ergo misericors deus parem pro tristitia afferre cõsolationem, alium illi dat filiũ, Seth uidelicet. Quo ut ipsum satis solatus est, ab illo postea generationis initiũ ducit. Propterea & beatus Propheta sic exorsus est, dicens: Iste est liber generationis hominum. Deinde ut promisit se narraturũ natiuitatẽ hominum, uide qua consequentia utitur. Vixit Adam annis centũ triginta, & genuit secundum speciem suam, & secundum imaginem suam. Et appellauit nomẽ illius Seth. Et fuerũt ipsius anni octingenti, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Adã, anni noningentitriginta, & mortuus est.] Nónne bene dicebã in exordio sermonis, nihil esse simpliciter & absq; utilitate in sacra

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptura positum? Ecce enim & nunc quanta diligentia usus est beatus ille Propheta: Genuit, inquit, Adam secundum speciem suã, & secundum imaginem suam, & appellauit nomen illius Seth. Cum de priore loqueretur filio, Cain dico, nihil tale significauit, nimirum iam inde subindicans illius in malum procliuitatem. Et meritò: non enim seruat paternos characteres & mores, sed protinus ad malitiam confugit. Hic autẽ inquit, secundum speciem & secundum imaginem suã, hoc est eorundem morum, quibus fuit ille qui genuerat, & qui seruet paternos characteres, operibusq; paternos mores exprimat, qui sarcire possit sua uirtute prioris peccatũ. Neq; enim de corporis lineamentis scriptura nobis disserẽs, hoc dicit: Secundum speciem suam, & secũdum imaginem suam: sed de statu animæ, ut discamus quòd hic non erit talis. Ideo & mater nomine imposito filio, cũ gratiarumactione hoc nomẽ indidit: & neq; naturæ, neq; partui ascribit natum puerum, sed dei uirtuti: illa enim naturam fœcundauit ad partum & dicit: Cognominauit nomen illius Seth, dicens: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vide uerbi diligentiã Non dixit, Dedit mihi deus: sed, excitauit mihi. Vide quomodo obscurè nobis hoc uerbo resurrectionis exordia hic ostendit. Nam dicebat, quasi diceret aliquis: Pro eo qui cecidit, excitauit mihi hũc. Ille, inquit, in terram dextra fratris percussus cecidit, & mortis periculũ fecit: sed dei uirtus pro cæso hũc mihi suscitauit. Sed quia nondum tempus erat resurrectionis, non cæsum suscitauit, sed aliũ pro illo. Suscitauit mihi, inquit, deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vidisti gratitudinẽ mulieris? uidisti misericordiam domini, quomodo accelerata illis consolationem excogitauit? hanc imitemur omnes, & totum supernæ gratiæ tribuamus. Nam licet natura operetur, non tamen sua uirtute, sed præcepto illius, qui ipsam fecit, obediẽs operatur. Et nunquã doleant mulieres quando nõ pariunt, sed gratitudinem mentis præ se ferentes, ad naturæ opificem confugiant, & ab illo petant, qui naturæ dominus est. Et neq; cohabitantium congressui, neq; alteri alicui filiorũ imputẽt generationem, sed conditori omniũ, qui ex nihilo naturam nostram produxit ut esset, & claudicantem corrigere potest: quandoquidẽ & ista ex affectionis occasione glorificandi deum assumpsit argumentum, & domino totũ tribuit, dicẽs: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quẽ occidit Cain. Vides quõ non solum non grauatim tulit, neq; triste aliquid loquuta est? Non enim intermisisset diuina scriptura, siquidem tale quiddam ab illa dictũ foret. Verũ generose ferens quod fiebat, consolationem statim meretur, & maiorem gratitudinem præ se fert. Nam datur illi non solũ filius alius, sed & uirtute præditum fore antea ostenditur. Genuit enim, inquit, secundum speciem suã, & secundũ imaginem suã. Et ut statim discas nati uirtutem, uide quia & ipse statim per appellationem sui nati ostendit suę mentis pietatem. Et Setho, inquit, factus est filius, & appellauit nomen illius Enos: hic sperauit, inuocãdo nomẽ domini dei.] Vidisti appellationem diademate clariorem, pura nobiliorem? Quid fuerit illo beatius, qui inuocatione dei ornatur, idq; pro nomine possidet? Vides, id quod ab initio dicebã, & in paruis appellationibus magnas sententiarũ diuitias reconditas esse? Non solum enim hic parentũ monstratur pietas, sed & magna erga pueros diligẽtia. Et quomõ statim & à principio erudiebant pueros, qui ipsis nascebantur, admonentes appellationibus, quas illis imposuerant, ut uirtutem exercerent? Et non sicut nunc fortuito, & absq; causa nomina fiunt. Dicunt eñ, iuxta nomen aui uel abaui nominẽ puer: at prisci non ita, sed omnem operam adhibebant, ut talia natis imponerent nomina, quę non solum illos, qui nomina sortiebantur in uirtutes adducerent, sed & alios omnes etiam qui sequentibus seculis futuri sunt nullam non sapientiam docerent. Id quod sciemus, si sermo aliquanto amplius processerit. Igitur nos neq; quæuis nomina pueris indamus, neq; auorum & abauorum, & eorum qui genere clari fuerunt nomina tribuamus: sed sanctorum uirorum qui uirtutibus fulserunt, plurimamq; erga deum habuerunt fidutiam. Imò neq; horũ nominibus fidant uel parentes, uel pueri quibus talia nomina cõtingunt. Nihil enim prodest alicui uocabulum uirtute uacuũ: sed oportet in uirtute & recte factis spem salutis habere, & neq; appellatione extolli, neq; cognatione sanctorum uirorũ, neq; ulla alia re, sed fidutia propriorum operum: imò neq; in illis multum de se sentire, sed tunc magis humilem & modestum esse, cum magnas uirtutum diuitias congerere possumus: sic enim & ipsi collectas diuitias custodiemus, & gratiam dei nobis cõciliabimus. Enimuero propter hoc & Christus discipulis suis dicebat: Cum omnia feceritis, dicite: Inutiles serui sumus. Igitur in omnibus rebus fastus nostros humiliemus, & discamus modesti esse, & nõ extolli bonis operibus, sed scire maximam uirtutũ esse, bene uiuendo modestè se gerere. Porrò ad contextum sermonis redeamus, & uideamus eos qui postea nati sunt. Probabile enim, quòd paulatim procedendo maiores inueniamus thesauros & diuitias. Et uixit Enos ille, Sethi filius, annos nonaginta centum, & genuit Cainan: & Cainan genuit Malaleel, & Malaleel genuit Iared, & Iared genuit Enoch. Et uixit Enoch annis centum sexagintaquinq;, & genuit Mathusala. Placuit autem Enoch deo. Et uixit Enoch postquam genuit Mathusala annis ducentis, & genuit filios & filias. Et fuerũt dies Enoch anni trecenti sexagintaquinq;. Et placuit Enoch deo, & non inuentus est, quia transtulit illũ deus.] Nónne bene dicebã, quòd procedendo magnum thesaurum in illis nominibus inuenturi simus? Animaduerte enim obsecro hic dilecte, & iusti uirtutem, & dei bonitatem excellentem, & scripturæ diligentiam. Et uixit Enoch annis centum sexagintaquinq;, & genuit Mathusala. Et placuit Enoch deo, postquam genuit

nuit Mathusala. Audiant mariti & uxores, & discãt iusti uirtutẽ: nec putent nuptias in causa esse, quò minus quis deo placeat. Nam idcirco diuina scriptura semel atq; iterũ id significauit, dicẽs: Genuit Mathusala, & tunc placuit. Et idem ingeminat ac repetit, dicẽs: Et placuit, postquam genuit: ut ne quis arbitretur obstaculum uirtutis esse coniugium. Quia si sobrij sumus, neq; educatio, neq; coniugium, neq; aliud quid nobis oberit, quo minus placeamus deo. Ecce enim & hic eiusdem naturæ est, cuius & nos sumus: & neq; lex tradita erat, neq; scripturæ docebant, neq; aliud quidquã ad honestatis sapientiæq; studiũ impellebat. Domi sibi natũ est, & ex uoluntate profectum quòd deo placuit, ut usq; hodie perduret, nondum mortis gustum expertus. Nam si nuptiæ, dilecti, uel puerorum educatio, præpedimentũ forent in uirtutum itinere, nequaquã in hanc nostrã uitam nuptias introduxisset uniuersorum dominus, ut ne temporalibus & maximè necessarijs nos læderet. Sed quia non solum nihil nobis obstant ad philosophandum deo, si uoluerimus esse sobrij, sed magnam afferunt consolationem, dum comprimunt insanum naturę impetum, nec turbari quasi mare sinũt, sed efficiũt ut nauis feliciter in portũ appellat, ideo consolationem hanc humano generi tribuit. Quod quàm uerũ sit ostendit iustus ille: quia postquam, inquit, genuit Mathusala, placuit deo Enoch. Neq; paruo tempore in uirtutum meditatione perseuerauit, sed uixit (inquit) annis ducentis. Et quia post transgressionem Adæ inuentus est homo, qui ad uirtutum culmen ascenderet, & primi parentis peccatum reuocaret ob suã quam apud deum habebat gratiã: uide boni dei excellentem misericordiã. Nam quia inuenit aliquem qui potuit peccatum Adæ reuocare: monstrando re ipsa, quia non uolens mortem humano generi inuehere, propter mandati transgressionem, eum qui mandatũ acceperat condemnauerit, nunc uiuentem illum transfert. Et placuit, inquit, Enoch deo, & non inuentus est, eo quòd transtulit illum deus. Vides sapientiam domini? Non immortalitatem largitus est, ut peccandi metum eneruaret, sed morti in humanũ genus suũ ius reliquit. Propter hoc rursum obscurè, ut ita dicam, & latenter reuocare uult sententiã, quam contra Adam protulit, sed manifestum hoc non facit, ut timor illius emendatiõi seruiat. Et id circo Enoch, cũ sibi multum placeret, transtulit. Iam si quis curiosius rogare uelit & dicere: & quò ipsum transtulit? & num usq; ad præsens uixerit: discat, non conuenire humanis mentibus curiosius ea quæ à deo fiunt explorare, sed credere his quæ dicunt. Nam quando deus aliquid pronuntiat, dictis ipsius contradicendũ nõ est: sed fide digniora habenda sunt quæ à deo pronuntiantur, etiã si non cõpareant, quàm quæ oculis nostris uidentur. Enimuero scriptura dixit, quòd transtulit illũ & quòd uiuentẽ transtulit, nec mortẽ expertus sit, sed ob suum quẽ apud deum habebat fauorem superior factus sit diuina sententia, contra humanum genus prolata. Quò autem illum transtulerit, & quomodo nunc agat: hoc non adiecit. Vidisti bonitatem domini, quomodo inuentũ uirum, qui uirtutem exercuit, non fraudauit dignitate, quam Protoplasto ante mandati transgressionem largitus erat: docens nos q & illum, nisi dæmonis deceptionẽ pluris fecisset quàm traditum mandatum, eodem uel maiori honore dignatus fuisset. Et uixit Mathusala annos centum & octogintaseptem, & genuit Lamech: & uixit Lamech annos centum & octoginta, & genuit filium, & appellauit nomen illius Noe, dicens: Hic debet nobis quietem præstare à laboribus nostris, & à molestijs manuum nostrarũ, & à terra quam maledixit dominus deus.] Videte rum per nominationem nũc nati ex Lamech sacramentorum magnitudinem, & uaticinij excellentiã, & boni dei ineffabilem misericordiã. Quoniam enim præscientia sua præuidebat futura, ut uidit malitiam hominum indies magis atq; magis increscere, prædicit per appellationẽ pueri mala, quæ totum humanũ genus deprehensura essent, ut uel timore castigati, abarcerent à uitijs, & amplecterentur uirtutem. Et uide longanimitatẽ domini, facientis ante tantũ tempus uaticiniũ præcedere, ut & suam ostenderet misericordiã, & omni priuaret defensione eos qui pœnę futuri erãt obnoxij. Sed fortè quis dixerit: Vnde Lamech hoc habuit, ut tantum uaticinium prædiceret? nõ enim meminit scriptura, quòd multa uirtute claruerit. Ne mireris dilecte. Dominus enim noster sapiens & omnipotens, & per indignos sæpe concedit prædici magnas mirabilesq; res: id quod nõ in ueteri solũ, sed & in nouo uidere quis poterit. Audi enim Euangelistã de Caipha Iudæorũ pontifice dicentem: Hoc autẽ à semetipso nõ dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prædixit quòd moriturus esset Iesus, nõ solũ pro populo, sed ut gentes dispersas cõgregaret in unũ. Inuenies item & à Balaam tale quid factum: uocatus enim ut male diceret populum, non solum nõ maledixit, sed & prædixit multas mirasq; res, tam de aduentu saluatoris nostri, quàm de populo. Non igitur mireris, si etiam nunc Lamech ita puerũ appellarit, sed deo totũ tribue, qui per omnipotentẽ suam sapientiam oĩa dispensat. Et uocauit nomen illius Noe. Apud nos hoc nomen, si quis interpretetur, quietem dicit. Quietem autẽ uocat generalem illũ interitum post multos annos futurũ. Sicut & Iob dicit: Mors uiro quies. Quoniã enim ualde magnus labor est malitiæ, abolitionem eius & profligationem per diluuiũ, quietem uocat. Et uocauit nomen illius Noe. Deinde appellationẽ nois interpretat, & dicit: Hic utiq; quietẽ nobis præstabit ob operib. nostris: à malitia, inq t, desistere faciet, & à molestijs manuũ nostrarũ: & iterũ hoc ipsum, ab operibus, inquit, malis: nõ quòd manus malè habuerint, sed quia per illarum opera & malas actiones, molestiæ & tristitiæ auctę sint. Et à terra, quam maledixit dñs deus. Liberabit nos, inquit, ab omnibus malis prementibus. Et terram maledictam dicit, quæ cum labore exercet & colitur, propter

Ioan. 11.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter Protoplasti transgressionẽ. Hic obsecro A animaduertite dilecti, quõ puellus iste paulatim crescens, omnibus ipsum uidentibus discẽdi occasio fuit. Mox enim ut quis nomen pueri sciscitatus est, ex interpretatione uocabuli didicit euenturum generalem interitũ. Nam si quis diuino spiritu afflatus simpliciter hoc futurũ dixisset, & statim fuisset obliuioni traditũ, & grauitas pœnæ nõ fuisset tota cognita. Nũc aũt quia hic ante omniũ uersatur oculos, opportune importune diuinam commemorat indignationem. Porrò ut certò scia mus, quanto tempore uixit filius, suo nomine oẽs admonens, ut desistãt à peccato, & uirtutem amplectantur, quò iram hanc effugere ualeãt, dicit:

Cap. VI Et erat Noe annorũ quingentorum, & genuit tres filios.] Vide iterum alium iustũ cum uxore B & filijs, qui bona operando placuit deo, & displicentem omnibus uirtutis uiam elegit: & neq; nuptijs, neq; filiorũ educatiõe prohibitus est. Porrò stupenda est ineffabilis misericordia dei, & prodigiosa hominum, qui tũc erant, ingratitudo. Ecce enim quingentis annis uixerat iustus ille, clamãs & testificans suo nomine futurum per uniuersum orbem diluuium, ob nimias hominũ malitias, & neq; sic à malitia abstinere uoluerunt. At misericors deus neq; post tantum uaticinium, neq; post tot annorũ numerum pœnam inducit: sed denuò suã auctaurus longanimitatẽ, & alios non paucos annos suæ tolerantiæ adiungit. Neq; eñ ideo produxit humanũ genus ut puniret, sed planè è diuerso, ut donaret nobis innumera bona quibus fruC remur. Et propterea ipsum ubiq; uides cessantẽ, & moras nectentem in pœnis infligẽdis. Veruntamen ne dictorũ multitudine memoriã uestram obruamus, hic sermone misso facto, cętera usq; in crastinũ reponamus. Hoc autẽ charitatem uestrã rogauerimus, ne simpliciter & inconsideranter hæc audiatis: sed erudite uosipsos, & uirtutum curam agite, & pro magno habueritis deo bene placere. Et neq; domus gubernationem, neq; uxoris curam aut filiorũ, neq; aliud quidquam prætexamus: quod putemus satis esse ad excusandam nostram negligentem, desidemq; uitã. Neq; frigida illa uerba proferamus & dicamus: Mundanus sum, & uxorem habeo, & liberorum curam gero: qui multis mos est ut ita dicant, si quando eos horD tamur ut uirtutũ labores aggrediantur, uel studiũ adhibeant in sacris literis legendis. Non est hoc meum, dicit. Nunquid renunciaui seculo? Nunquid monachus sum? Quid dicis homo? An hoc ad solos monachos pertinet, ut deo placeant? O

1. Tim. 2. b mnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, nullumq; uirtutẽ negligere. Au-

Ezec. 18. g di enim eum per Prophetã dicentem: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Nunquid, dico ro, iusto huic uxoris consuetudo, uel puerorum cura fuit obstaculo? Obsecro igitur ne nosmetipsos fallamus, sed quanto magis huiusce modi curis implicamur, tanto magis remedia ex lectione diuinarũ scripturarũ sumamus. Nónne & illi eiusdem, cuius nos sumus, fuerunt naturæ? neq; has habuerunt cõmoditates, quæ ad cultum uirtutis eos iuuarent. Qua ergo erimus uenia digni, qui tali fruimur doctrina, & tantam gratiam assequuti sumus, & supernè subsidium habemus, & ineffabilium illorum bonorum promissionem accepimus, si non ad mensuram uirtutũ peruenimus, quibus patres pollebãt? Nam si uoluerimus sobrij esse, sufficiunt uel ea quæ hodie dicta sunt ad uirtutis amorem nos excitare, ne ullum putemus ad illius uiam esse impedimentum. Nam si prisci illi ante legem per doctrinã naturæ suæ insitam, ad tantam pertigerunt uirtutem: quid nos poterimus dicere, qui post tantum adminiculum, & post Christi aduentum, & innumera eius miracula, adhuc tam procul à uirtute sumus? Proinde obsecro, ne ea quæ in sacris scripturis cõtinentur leui opera percurramus, sed cum attentione legamus, ut ex illis percepta utilitate, uel tandem aliquando uirtutẽ, qua deus placetur, aggredi ualeamus. Nam si spiritualis hæc doctrina etiam per nos quotidie uestris auribus ingerenda sit, uosq; in eadem maneatis ignauia, quæ uestra erit utilitas ex continua doctrina? Aut nobis quæ consolatio erit, cernentibus nos in tantum laborare frustra, & nihil proficere tanto studio? Dic mihi: Nónne ex duabus substantijs cõstituti sumus, ex anima dico & corpore? Quare non parem utriq; curam dispensamus, sed corpus quidem omnibus modis curatur, & accersunt medici, & nos quoq; diligentes sumus. Vestitu pretioso tegimur, & cibum supra quàm sat est, sumimus, & in continua prosperitate esse uolumus: & si fortè quid obturbet, omnem mouemus machinam, ut ea molestia tollatur. Et hoc de corpore dico, quod secundum substantiam minus est: aut quid maius, animáne an corpus? Nam si uis uidere quantum interfit, considera quàm nullius momẽti sit corpus, si anima discesserit. Igitur qui tantam habet corporis curam, cuius gratia & propter quid tantum animæ contemptum admittit, & neq; congruum illi cibum impartitur (admonitionem dico ex sacris scripturis) neq; uulneribus & ulceribus quæ illius robur debilitant, & fiduciam subneruant, idonea remedia imponit: sed fert ut neglecta & fame absumat, & ulceribus putrefiat, & obiecta quasi canibus (liceat sic dicere) à malis & illicitis cogitationibus dilaceretur, omnisq; firmitas eius dissoluatur. Quare non sicut uisibilis corporis gerimus curam, ita & animæ, incorporeæ & inuisibilis? præsertim cum cura eius leuis sit & facilis, & nihil insumat, neq; laboret: cũ tamen in corpore curando, & sanandis morbis corporũ, necesse sit magnã pecuniã impendere, nũc in medicos, nũc in alia necessaria, putain uestes et alimẽta: nequid interim dicam de his quæ præter necessariũ usum luxu absumuntur. Anima autem nullo horũ indiget, si modo uoluerís, sicut quotidie corpori cibum suppeditas, ita & animam non despicere, ut ne fame pereat: sed dare ipsi congruum cibum, admonitionẽ uidelicet ex lectione scripturarũ, & spiritualis adhortationis. Nõ enim in pane, dicit, Math. 4. d solum

solum uiuet homo, sed in omni uerbo quod egre- A ditur per os dei. Quod si quidem feceris, & sicut corpori uaria præbes indumenta, & rationem habes temporũ, similiter neq; animam despexeris, ut ne nuda bonis operibus obambulet, sed decentibus illam uestibus indueris, statim eam reparabis, & ad naturalem sanitatem reduces. Et quæ sunt animæ indumenta? eleemosyna & largitas in pauperes: hoc enim præcipuum animæ uestimentum est, hoc nitidissimum illius indumentũ. Si aũt cupis non solũ uestimenta parare, sed illam ornare etiam, sicut corpus solet, appone adiutorium quod ex precibus est, & peccatorum confessionem & continuis lachrymis faciem tuam laUare ne cesses. Nam sicut faciem corporis tui quoB tidie abluis, ne quid usquam sordidum offendat: sic & animæ cura habenda, ut quotidie lachrymis eã calidis abluas. Hac enim aqua maculæ eius deponuntur, fitq; facies admodum luculenta.

1. Timoth. 2. c Et quia mulieres pleræq; ob mollitiem apostolicum mandatum cõtemnentes, quod iubet ne tortis crinib. uel auro, uel margaritis, uel uestesumptuosa se ornent, magno hoc luxu faciunt: neq; mulieres tantum, sed & uiri quicunque mollicie mulierculis similes fiunt, annulos digitis gestant, & magnis grauibusq; gemmis se ornãt, quarum pudere oportebat: Et illæ ergo & hi si meis parẽrent sermonibus, aureola hæc & uiris & mulieribus damnosa à corpore in ornatum animæ transferrent, & istis illam potius adornarẽt. Nam sicut corpori circumposita etiã si formosum sit, ipsum C deforme reddunt: ita si animæ circũponerentur, etiam deformi summam pulchritudinem afferrẽt. Et quomodo, dicis, possunt animæ circumponi aureæ? iterum dico, per manus pauperũ. Illi enim accipientes, formosam illam faciũt. Illis trade, & aurum in illorum uentrem dispensato, tantamq; tibi uicissim dabunt pulchritudinem, ut uerus ille sponsus te sibi accipiat, multaq; dona propter hoc concedat. Quòd si pulchritudine sponsum dominum allexeris, suppeditabuntur tibi bona omnia, & ineffabili possessione abũdabis. Vt igitur amabiles simus domino iam non ad ornatum corporis spectemus, sed animæ formositatem quotidie magna diligentia curemus, ut & gratiam misericordis dei nobis conciliemus, & ineffabilia bona D consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et erat Noe annorum quingentorum, & genuit tres filios, Sem, Cham & Iaphet. Et factum est quando homines cœperũt multiplicari super terrã, & filiæ natæ sunt illis. Homilia XXII

RElíquias hesternæ mensæ hodie uobis apponere uolo. Sed ne ægrè feras dilecte, quòd reliquias dico. In sensibilibus quidem alimentis ita se habet, ut post unum & alterum diem marcida fiãt edulia, & ad uescendum inutília. In spirituali uero mensa nihil tale uereri oportet. Ipsa enim quãto plus temporis præterit, tanto maiorem gratiam habet, & recentior atq; uegetior est. Age igitur promissionem, quam heri pollicíti sumus, impleamus, & debitum doctrinæ cum gratitudine aliqua dinumeremus. Non enim hoc utile est accipientibus dum taxat, ut in alijs debitis, sed & mihi dinumeranti. Et quid dico, mihi dinumeranti? Talis est spiritualis debiti natura, quòd quanto magis soluitur, tanto magis augetur, & substantiam magis multiplicat, & ineffabiles diuitias affert tam danti, quàm accipienti. Vidisti nouam debiti naturam, & raram solutionis speciem? In hunc enim modum se habent spiritualia, ut distributione magis crescant, & cum multi sunt participes uberior sit B abundantia: & qui dinumerauit, non sentiat se aliquid dinumerasse: quandoquidem eius opes crescunt, & qui receperunt, etiam ipsi abundantiores fiunt. Quia igitur talis est spiritualium istorum natura: magna alacritate etiam nos ad solutionem festinemus, & uos ad susciPiendum aures accommodetis, ut omnes cum sumpseritis latis animi sinibus, quæ à nobis dicuntur, tandem domum proficiscamini. Iterum autem argumentum de iusto Noe in medium afferre uolo, ut iusti magnam uirtutem, & ineffabilem dei misericordiam & longanimitatem, quæ omnem animi captum transcendit, discatis. Didicistis heri, quomodo à natiuitate sua iustus ille accepto à patre nomine, C obambulabat, omnibus ætatis suæ uates calamitatum, quasi clamans & dicens per nomen suum: Desistite à malo, exercete uirtutem, timete præparatam pœnam. Vniuersale diluuium in toto orbe erit. Magna & excellẽs dei indignatio est, quia & magna in malitiam procliuitas. Et hoc nõ duobus uel tribus tantum annis faciebat, sed quingentos annos uixit hæc admonens. Vidistis longanimitatem domini? uidistis bonitatis excellentiam? uidistis ineffabilem patientiam? uidistis malitiæ incrementa? uididistis ingratitudinis magnitudinem? Hucusq; enim, ut scitis, heri sermo noster processit, operæpretium est, ut hodie discamus quomodo misericors deus pro sua bonitate, neq; quingentis annis ad tolerantiam contentus fuit, sed addidit alios ad superiores eis qui tanta peccauerant. Et erat Noe, inquit, quingentorum annorum. Ad utilitatem nostram diuina scriptura numerum annorum iusti assignauit, ut discamus, quanto tempore uixerit admonens illos, & quomodo illi quidem malitię uiã sectati, in ea consumpti sunt. Iustus aũt secus quàm alij ambulans, tam magna uirtute polluit, ut & sibi dei gratiam conciliaret: & cum omnes alij pœnis obnoxij fierent, ipse solus cum his qui sibi attinebant, effugeret. Hic discimus quòd si sobrij fuerimus & non desides, nõ solum nihil nobis nocet inter medios malos uersari & misceri: sed & multo nos facit uirtutum studiosiores. Nam ideo misericors Deus sic dispensauit ut simul essent boni & mali, quò malorum subneruaretur malitia, bonorumq; uir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus clarius elucesceret, & desides à studiosis pluri
ma cõmoda lucrifacerent, modò uelint. Cogita
hic obsecro, quãtæ uirtutis fuerit ille iustus, quo
modo in tanta multitudine, quæ multo impetu in
malum ruebat, solus ipse diuersa ambulauit uia,
uirtutem malitiæ præferens. Neq; enim aliorum
consensus, & tanta frequentia reddebat eũ segni
orem ad uirtutis iter: sed iã prius implebat quod
beatus Moses olim dicturus erat: Ne sis cum mul
tis in malitia. Et quod magis admirabile, multos
habebat, imò omnes, qui ad malum & ad praua
opera inhortabãtur, & nullus erat qui ad bonum
induceret. Tam domestica illi erat strenuitas, ut
uiam diuersam à uulgari, quam omnis multitudo
inambulabat, iret: & neq; timeret, neq; suspicare
tur aliquid tale, quale uerisimile est ignauis acci
dere: qui si quando uiderint multos simul conspi
rare, hoc uelamen, & hanc occasionem suæ igna
uiæ prætexunt, ac dicunt: Quid ego nouũ & sin
gulare post illos omnes facturus essem, aduersa
rius tantæ multitudinis, & cum tanto populo bel
lum suscepturus? Nunquid illis omnib. ego admi
rabilior essem? Quę utilitas foret tantarũ inimici
tiarũ? Quod cõmodum tanti odij? Nihil taliũ co
gitabat, neq; in animũ sumebat. Sed & hoc, quod
postea à prophęta dictũ, prius ipse implebat: Me
lior est unus faciens uoluntatẽ domini, quàm in
numeri præuaricatores. Nũ societas, inquit, mul
titudinis ad malũ ruentis, & simul rapientis, à cru
ciatu me eripiet? Sciebat eẽ sciebat liquidò quòd
pro sua quisq; salute rationem redditurus sit: neq;
unquam fiat ut alio peccante alius pœnas det, uel
præmium auferat. Et idcirco iustus quasi scintil
la, quæ in medio mari est, non solum non extin
ctus est: sed quotidie fulgidiori luce prodibat, o
mnes suis operibus docens. Vidisti quomodo sui
uris naturam nostram dominus formauit? Vnde
enim, dic oro, illi ad malitiam properabant, & se
ipsos pœnis faciebant obnoxios: iste autem uirtu
tem eligebat, & fugiens eorũ societatem, pœnam
non gustauit. Nónne manifestum, sua quemq; uo
luntate uel malitiam uel uirtutem eligere? Nam,
nisi ita esset, & naturæ nostræ potestas insita esset,
neq; illos puniri, neq; istos præmia uirtutũ acci
pere oportebat. Verum quia in nostra uoluntate
totum post gratiam dei relictum est, ideo & pec
cantibus supplicia proposita sunt, & bene operan
tibus mercedes & præmia. Et erat, inquit, Noe an
norum quingentorum, & genuit tres filios: Sem,
Cham, & Iaphet. Considera diuinæ scripturæ di
ligentiam. Postquam numerum annorũ iusti no
bis narrauit indicans excellentem domini longa
nimitatem, iterum tolerantiã eius amplissimam,
& malitiam hominum uehementissimam decla
rare uult. Sed audiamus, quæ à Mose dicta sunt:
spiritu enim loquens, omnia nos diligẽter docet.

Et factum est, inquit, quando cœperunt homi
nes multiplicari super terram, & filiæ natæ sunt
illis.] Nõ absq; ratione addidit, Et filiæ natæ sunt
illis: sed ut multitudinẽ sic insinuet. Nã ubi tãta ra
dicũ est multitudo, necesse est etiã multos ramos
enasci. Vt uiderunt, inquit, filij dei filias homi
num, quòd pulchræ essent, sumpserũt sibi uxores
ex omnibus quas elegerant.] Singulas dictiones
diligenter consideremus, ne quid in fundo latens
nos prætereat. Operæpretiũ eñ est bene scrutari
hoc loco, ut subuertamus fabulas omnia inconsi
derate loquentiũ. Et primũ dicẽda ea quæ dicere
audent, & monstrata eorũ quæ ab illis dicunt ab
surditate, germanus quoq; scripturę sensus uestrę
charitati aperiendus est, ut ne simpliciter & facile
aures accõmodetis tam blasphema dicentibus, &
aduersum capita sua blaterare audentibus. Asse
runt enim, quòd non de hominibus hoc dictũ sit,
sed de angelis. Hos eñ filios dei appellari. Primũ
ostendant, ubi angeli filij dei appellati sint: sed nõ
poterunt usquã monstrare. Homines quidem filij
dei dicti sunt, angeli aũt nunq;. Atqui de angelis
dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros
suos flammã ignis: de hominib. aũt, Ego dixi dij
estis. Et iterũ: Filios genui, & exaltaui. Et iterum:
Primogenitus meus filius Israel. Angelus autem
nusquã uocatus est filius, aut filius dei. Cæterum
quid dicũt? Profectò angeli quidẽ sunt, sed quia
ad iniquũ hoc opus descenderũt, dignitate sua ex
ciderunt. En iterũ fabulosius aliud. Quid igitur?
Nunc exciderũt, & hæc ruinæ illorũ causa? Verũ
scriptura nos aliter docet, quòd anteq; formaret
Protoplastus, à sua dignitate exciderũt, & diabo
lus, & qui cum eo maiorẽ dignitatẽ ambiebãt. Si
cut & sapiens quidam inquit: Inuidia aũt diaboli
mors intrauit in mundũ. Dic oro mihi, si nõ ante
factum hominem excidit, quõ in tanta dignitate
manens inuidit homini? Quomodo rationi con
sonum est angelũ incorporeũ, & in tali dignitate
cõstitutũ, homini inuidere corpore circũamicto?
Sed inuidit, quia à superna gloria in extremam
ignominiã deiectus est, licet esset incorporeus; uí
dens aũt formatum hominẽ, et in corpore tantum
honorem conditoris beneuolentia sortitum, inui
dia exarsit, & deceptione, ad quã serpentis opera
usus est, hominem mortis supplicio obnoxium fe
cit. Talis enim malitia non potest nõ grauiter fer
re aliorum felicitatem. Manifestum quòd & dia
bolus, & omnis eius cohors olim à gloria illa ex
ciderunt, & ignominiosi facti sunt. Alioquin etiã
quanta dementia plenũ fuerit, dicere angelos de
iectos ut cum mulieribus rem habeant, & incor
porea illa natura copuletur corporibus? An non
audis dominũ dicentem de angelorũ substantia:
In resurrectione neq; matrimonium contrahunt,
neq; elocantur, sed sunt sicut angeli dei? Neq; eñ
possibile est incorpoream naturã talem unquam
cõcupiscentiã habere. Ad hæc etiã cogitare opor
tet, quòd hoc omnibus modis absurdissimũ fuerit
probare. Nam si sancti & qui spiritum sanctũ asse
cuti sunt, neq; uisionem angelorum uidere potue
runt: etenim uir desideriorum fermè animã expi
rasset conspecta angeli præsentia, nõ tamen sub
stantia: quo pacto enim uideri posset incorpora
lis substantia? sed transformatione solum quadã
uisa tantus ac talis uir penè absq; spiritu iacebat:
quis

Ecd. 16.c

Psal. 103.d
Psal. 81.b
Esa. 1.a
Exod. 4.f

Sap. 2.d

Matt. 12.d
Luc. 20.f

quis quantumuis insanus comprobaret talia uer
ba dementiæ plena, quòd incorporea, & spiritua
lis natura corporis cõplexum ferret? Sed ne plu
ribus tere re tempus uideamur, agè quia sufficien
tibus argumentis charitati uestræ declarauimus,
quàm sit hoc impossibile: doceamus nunc quę rei
sit ueritas, iterum tamen lectis, quæ in diuina scri
ptura sunt dicta. Et factũ est, inquit, quando cœ
perunt homines multiplicari super terrã, & filiæ
natæ sunt illis: ut uiderunt filij dei filias hominum
quòd pulchræ essent, sumpserũt sibimetipsis uxo
res de omnibus quas elegerant. Prius docuimus
uos, morem esse scripturæ, ut homines filios dei
uocet. Et quia isti à Setho originem trahebãt, qui
filio suo nomen Enos indidit, dicit eñ: Iste spera
uit inuocando nomen dñi dei: ab illo postea nati,
uocati sunt filij dei in diuina scriptura, eo quòd iã
inde ab exordio uirtutem parentũ suorum imitati
sunt. Filios aũtẽ Cain, qui ex eo nati, & qui ante
Seth geniti fuerunt, eorumq; posteritatem, filios
hominum uocat. Factũ est, inquit, cum cœperũt
homines multiplicari super terrã, & filię natę sunt
illis, ut uiderũt filij dei, qui à Seth & ab Enos pro
geniti, filias hominũ illas quę ab alijs natę sunt, de
quibus dixit quòd filiæ natæ sint illis, q̃ pulchræ
essent. Vide quomodo per uerbum hoc, omnem
nobis eorum intemperantiã insinuat. Non enim
ob desiderium procreandorum filiorum cõuenie
bant, sed ob uoluptatem & intemperantiã. Vt ui
derunt, inquit, filias hominum, quòd pulchræ es
sent. Concupiscentia illos in hanc induxit perni
ciem: pulchritudo aspectus, & scortationis, & in
temperantiæ eis occasio fuit. Et neq; hoc contenta,
addidit: Sumpserunt sibijpsis uxores de omni
bus quas elegerant: quod etiam magnam illorum
intemperantiam insinuat, quòd à pulchritudine
uicti sunt, & frenum imponere inordinatę concu
piscentiæ suæ non uoluerunt: sed spectando capti
submersiq; sunt, & ob impiũ hoc opus indignos
se fecere, quorum supernè deus curam ageret. Et
ut discamus quòd non lege nuptiarum, neq; pro
creandorum filiorum gratia hoc fecerunt, pro
pter hoc dicit: Vt uiderunt quòd pulchræ essent,
sumpserũt sibimetipsis uxores de omnibus quas
elegerãt. Quid igitur? Reprehendẽtne aliquis aspe
ctum oculorum? Non: neq; enim oculus ruinæ
causa fuit, sed uoluntatis negligentia, & irrefrenã
ta concupiscentia. Nam oculus propterea factus
est, ut dum uidet creaturas dei, ipsarum conditor
glorificetur. Itaq; oculi opus est uidere: malè au
tem uidere, à mente est, quæ intrinsecus guber
nat. Nam membra nostra, utpote utilia, ad facien
da bona cõdita sunt à domino, & gubernari pos
sunt ab incorporea substantia, de aĩa dico. Postq̃
autem hæc negligens esse, & habenas laxare cœ
perit, quemadmodum auriga, nesciens indomito
rum equorum ferociam cõpescere, permissis fre
nis, & equos currum trahẽtes, & seipsum in præ
ceps ire facit: sic planè & uoluntas nostra, quan
doquidem nescit membris, ut oportet, uti, indul
gens inordinatis cõcupiscentijs, seipsam submer
gi facit. Propterea dominus noster Christus, sciẽs
fragilem nostram naturã, & uoluntatis negligen
tiam, legẽ posuit quæ obsepiret & prohiberet cu
riosam considerationem: ut nascens in nobis in
cendium, cum adhuc à longe est, extinguat: & in
quit: Qui aspicit mulierem, ut concupiscat illam, Matth. 22.c
iam adulteriũ cõmisit cum illa in corde suo. Pro
pter hoc, inquit, interdico uobis illicitum usum,
ut ab opere illicito uos liberem. Ne putes, inquit,
quòd cõgressus solum peccatum faciat. Animus
est qui cõdemnatur. Igitur & hi uisæ pulchritudi
nis spectaculo capti sunt. Viderunt enim, inquit,
quòd pulchræ essent, & sumpserũt sibi uxores ex
omnibus quas elegerant. Sed uideamus & post il
licitam illorum operationem, & intemperantem
animũ, domini dei bonitatẽ. Dixit, inquit, dñs
deus: Neutiq̃ permanet spiritus meus in homini
bus his in seculum, eo quòd ipsi carnes sint. Erũt
autem dies ipsorum centum uiginti anni.] Hic in
breuibus uerbis abyssus misericordiæ uideri po
test. Spiritũ enim hic uocat uim suam, qua curam
nostri agit, illorum interitum prænuntians. Et ut
scias quòd de hoc sit sermo, uide quid subdat. Eo
quòd ipsi, inquit, carnes sint: hoc est, eo quòd car
nalibus operibus seipsos totos dedunt, & animæ
substantia abutuntur, & quasi sola carne circum
dati anima carerent, sic uitam suã absumunt. Per
petuus enim scripturæ mos est, carnẽ uocari car
nales: sicut & uirtute præstantes, carnis expertes
nominat: quemadmodum Paulus dicit, Vos aũt Rom. 8.c
non estis in carne: non quòd non carne circũdati,
sed quia carne circũdati, superiores erant carnali
bus affectionibus & sensibus. Nam sicut dicebat:
Vos autẽ non estis in carne, eo quòd carnalia de
spiciebant: ita & de illis dicitur, quòd sint carnes,
eo quòd carnalibus rebus continuò erant occupa
ti. Et quia ipsi sunt carnes, non iam concedam eis
peccatis suis coinquinari. Vidisti indignatiõis ma
gnitudinem: uidisti minarum excellentiam: con
sidera etiam quõ indignationi & interminationi
misericordiã admiscuit. Talis enim est dominus
noster, minatur sæpe, non ut opere compleat mi
nas, sed ut correctis nobis minas nõ ad opus per
ducat. Alioqui si punire uellet, cur prædiceret?
Sed quia non uult, ideo semper moras nectit, &
differt, & prædicit, occasionẽ reis præstans, ut fu
giendo malitiã & apprehendẽdo uirtutẽ pœnas
non experiantur. Itaq; postquã interminatus est
illos se excidio generali traditurũ: hoc eñ est, Nõ
permanet spiritus meus in hominibus istis, eo q̃
ipsi sunt carnes: pro, Non sinam illos posthac ui
uere: non contentus quingentorum annorũ lon
ganimitate, qua per omnem uitam Noe, audito il
lius nomine docebant: nunc iterũ differens indi
gnationem, aliud illis tempus præscribit, & dicit:
Interminatus sum, & dixi, & manifestaui meam
indignationem, quam ob multitudinem peccato
rum quę patrastis, uobis inferri iustũ est. Sed quia
etiam eos qui incurabiliter peccauerunt, saluari
uolo, nullumq; perire: idcirco uobis indulgeo &
tempus centum uiginti annorum: ut si uolueritis,
& peccata

Universidad de Deusto
Biblioteca

& peccata abluerítis, reſipiſcendoq; & ad meliora A
uos conuertendo uirtuti ſtuderítis, & pœnas &
perícula effugiatis. Erũt em, inquit, dies eorũ anni
centũ uiginti. Gigantes aũt, inquit, erant ſuper
terram in diebus illis. Et poſteaquã ingreſsi ſunt fi
lij dei ad filias hominũ, illæq; genuerũt, illi erant
gigantes qui à ſeculo uiri nobiles.] Gigantes hic
à ſcríptura dici opinor robuſtos corpore: ex illis,
inquit, generatio illorũ aucta eſt: id quod & alio
loco uidere licet dictũ: Gigantes, inquit, ueniunt,
ut furorem meũ placent. Hunc aũt centũ uiginti
annorũ numerum, aliqui putãt terminũ uitæ eſſe.
Non hoc aũt ſignificat, ſed nũc longanimitatem
oſtẽdere uult, qua & poſt hæc peccata erga ipſos
utitur. Igitur ut diſcamus, quòd illi poſt indigna-
tionem & minas, & tanti tẽporis longanimitatẽ, B
quam ipſis in pœnitentiã dederat, nõ ſolum nihil
profecerunt, ſed in ipſdẽ moribus perſeuerauerũt:
propterea dicit, poſtq; ingreſsi ſunt filij dei ad fi-
lias hominum, illæq; genuerunt, iſti erant giganti-
tes qui à ſeculo uiri nobiles. Vidiſti ingratitudinis
excellentiam? uidiſti ſtupidas & doloris ſenſu ca-
rentes animas? Neq; pœnæ timor, neq; longani-
mitatis tempus arcuit illos à malis operibus: ſed
ſemel in præceps deiecti, & mentis oculo excæca
ti, à mala cõcupiſcentia quaſi ab ebrietate quadã
demerſi, recipere ſe ultrà noluerunt: quemadmo-
Prou. 18.a dum & ſapiens quidam dicit: Impius cum in pro-
fundum ceciderit malorũ, contemnit. Graue em,
graue eſt dilecti, capi laqueis diaboli. Anima em
poſtea quaſi in retibus comprehenſa, & quaſi ſus C
in luti uolutabro oblectaẽ: & i mala cõſuetudine
obruta ne ſentit quidẽ peccatorũ fœtorem. Ideo
opus eſt ut ſobrij & uigiles ſimus, ne ab initio dia
bolo ingreſſum concedamus: ut ne dum obtene-
brata fuerit noſtra ratio, & excæcata mentis per-
ſpicacia, faciat quaſi priuatos ſolari hoc lumine,
in radios ſolis iuſtitiæ cõtueri nõ ualentes, in pre-
ceps ferri: id quod & illis tunc accidit. Audi enim
iterum bonitatis dei tolerantiam. Vt uidit aũt,
inquit, dominus deus quòd multiplicatæ ſunt ma
litiæ hominum ſuper terram.] Quid ſibi uult hoc
dictum, ut uidit autẽ? Num ignorauit dominus?
abſit, ſed pro noſtra infirmitate omnia narrat di-
uina ſcriptura, ut nos doceat, quòd & poſt tantã
dei longanimitatem in ijſdem manſerunt malis, ſi D
non & in peiora ſe coniecerunt. Vt uidit autẽ (in-
quit) dominus deus quòd multiplicatæ ſunt ma-
litiæ hominum ſuper terram. Ex hoc enim malo
opere, quaſi è fonte quodam multa etiã alia ſubo-
riebãtur peccata: & ideo dicit malitiæ hominum.
Nam ubi ſcortatio & laſciuia & tãta intemperan
tia, ueriſimile eſt ibi & ebrietatem & magnã in-
iuſtitiam & auaritiam & innumera alia naſci ma-
la. Vt uidit autẽ, inquit, dominus deus quòd mul-
tiplicatæ ſunt malitiæ hominum ſuper terram,
& quòd unuſquiſq; cogitat in corde ſuo diligen-
ter ad mala omnibus dieb.] Vide quomodo ſin-
gula quæ dicuntur, peccatorum oſtendũt magni-
tudinem. Quia enim in genere dixit, quòd multi-
plicatæ ſunt malitiæ hominum ſuper terram: ſub-
didit, Et unuſquiſq;. Magna huius uerbi empha-
ſis & uis eſt. Non, inquit, adoleſcens ſolum, ſed &
ſenex eadem agit quę adoleſcẽs: neq; uir ſolũ, ſed
& mulier: neq; ſeruus ſolum, ſed & liber: non di-
ues ſolum, ſed & pauper. Et uerbum, cogitat, mul
tum habet momenti. Non em ex ſubreptione hoc
illis accidit, ſed in corde cogitant, & hæc per ſin-
gulas horas uolunt, in hæc ſtudium ſuum collo-
cant. Neq; ſemel & iterũ fortuito ſupplãtati à pec
cato, à malitia ſibi temperant, ſed diligenter eam
exercent, & mala perpetrant: hoc eſt, magno ſtu-
dio, nihil obiter, nihil negligenter ab eis fit, neq;
breui tempore, ſed omnibus dieb. omnem ſuã ui-
tam in hoc impendunt. Vidiſti malitiæ immanita
tem? uidiſti quõ dedita opera rem fecerint, diligẽ-
ter omnia mala operantes: & omnis ætas ad agen
dum malum ſua ſponte acceſſerit? Vnuſquiſq; in-
quit, neq; ætas intẽpeſtiua, & alioquin inexperta,
malorum expers erat: ſed ſtatim & ab incunabu-
lis omnes malũ hoc certamen certabant, conten-
dentes ut malis operibus alter alterum ſuperaret.
Hic, oro, animo expende miram huius iuſti Noe
ſapientiam, qui in tanta malorũ cõſpiratione ma
litiam effugere ualuit, & nihil inde damni ſenſit:
ſed quaſi ex alia natura cõſtitutus, ſic forti animo
prædítus, & non aliunde adiutus, uirtutis opera-
tioni deditus, & malam eorũ conſpiratiõẽ effu-
gít, & à cõmuni omniũ perditione eſt exemptus.

Et animo retractauit, inquit, dominus deus, q
fecit hominẽ de terra.] Vide iterum uerbũ cra-
ſum, & noſtræ paruitati idoneũ. Animo retracta-
uit, inquit, pro pœnituit, non quòd pœnituerit
deus, abſit: ſed iuxta humanã conſuetudinem lo-
quitur nobis deus, quòd enormia illorũ peccata
miſericordem deum indignari fecerũt. Et animo
retractauit, inquit, dominus deus quòd fecit ho-
minẽ ſuper terram. Non enim propter hoc ipſum
pduxi, inquit, ut tanta ruina lapſus, ſibijpſi perdi
tionis fieret autor. Nam hac de cauſa primũ tanto
honore eum inſigniui, & tantã eius curam me ha
bere declarauí, ut uirtuti uacans, alienus à perdi-
tione fieret. Quia autem miſericordia mea abuſus
eſt, ſatius poſthac fuerit, malos eius conatus impe
dire. Et cogitauit, dixitq; dñs deus, inquit, Dele-
bo hominẽ quẽ feci à facie terræ, ab homine uſq;
ad pecus, à reptilibus uſq; ad uolatilia cœli: quia
animo retractaui quòd feci eum. Quæ mei officij
erant, inquit, omnia exhibui. Ex nihilo, ut eſſet il-
lum produxi: naturæ illius ſcientiã faciendorum
& non faciendorũ indidi, liberum arbitrium do-
naui: ineffabili lõganimitate uſus ſum, & poſt lon
gum illud tempus, & poſt indignationẽ & minas,
quas dixi, aliud præfiniui tempus, uolens, ut ſua
peccata illo ſentiente, indignatio mea reuocare-
tur. Et quia etiam ſic nihil proficio, cogit neceſsi-
tas ut minas opere compleam, & omnibus mo-
dis deleri illos faciam, & ſicut malum quoddam
fermentum aboleam totum illorum genus, ut ne
poſterioribus ſeculis peccandi autores & docto-
res fiant. Et dixit dominus Deus: Delebo homi-
nem quẽ feci, ab homine uſq; ad pecus. Iam fortè
dixerit

dixerit aliquis: Quare cum homo in malum decli A
nauit, etiã bruta eandem pœnam ſuſtinent? Num
propter ſuum ipſorum uſum producta ſunt bru-
ta? propter hominem facta ſunt. Hic igitur cum
è medio tollitur, quis illorum uſus eſt? idcirco &
iſtam pœnam communem ferunt, ut interim pœ
næ grauitatem diſcatis. Et ſicut ab initio, cum pec
caſſet Protoplaſtus, terra maledictionem accepit:
ſic & nũc cum abolendus eſſet homo, bruta quo-
que cladis ſocia fiunt. Sicut etiam cum homo eſt
in gratia dei, etiam creatura humanæ felicitatis in
partem uenit: quemadmodum beatus Paulus in-
Rom. 8.d quit: Et creatura hæc liberabitur à ſeruitute cor-
ruptionis in libertatem filiorum glorię dei. Sic &
nunc homine ob multitudinem peccatorum pu-
niendo, & uniuerſali perditioni tradendo, & iu- B
menta & reptilia & uolatilia cœli ſimul pereũt di
luuio, quod totum orbem inuaſurũ erat. Et ſicut
in domo, quando dominus in indignationem he-
rilem incidit, ueriſimile eſt cooperarios ei condo
lere: ita & hic, quaſi in domo hominibus pereun-
tibus, omnia quæ in ea, & quæ ſub illorũ ſunt do-
minio, neceſſe eſt eandem pœnam incidant. Et
animo retractaui, inquit, quòd feci illos.] Verbo
hoc quantũ ſe noſtræ humilitati attẽperat? Num
uolebam, inquit, tanta illos pœna plectí? ipſi me
peccatorum immanitate ad tantã indignationem
compulerunt. Cæterum ne putemus omnimo-
dam abolitionẽ humani generis fieri, ſtirpitusq;
naturam noſtrã eradicari: ſed diſcamus quantum
malum ſit peccatum, & quantum bonum uirtus: C
& quòd melior ſit unus faciẽs uoluntatẽ domini,
quàm decem milia præuaricatorũ, dicit: Noe aũt
inuenit gratiã coram domino deo.] Tametſi mul
titudo omnis, inquit, in tantam malitiã prolapſa
ſit, iuſtus tamen hic ſcintillã uirtutis ſeruauit, dũ
his omnibus omni tempore loquitur, & adhorta
tur ut à malitia deſiſtant, ſimulq; ſe interim ab illo
rum clade liberat: & ſicut illi malis operibus miſe
ricordem deũ ad indignationẽ prouocauerũt, ſic
ipſe uirtute pollens gratiam inuenit coram domi-
no deo. Non eſt enim perſonarũ acceptor Deus.
Verũ ſi in tãta multitudine inueniat hominẽ quæ
ſibi placita ſunt facientem, non deſpicit: ſed ſua il-
lum dignatur cura, & tanto maiorem illius ratio-
nem habet, quãto cum tot tantiq; ſint, qui ad ma- D
lum eum trahunt, ipſe conſtantius uirtutis uiã ſe-
ctatur. Id ſcientes, ad id unũ ſpectemus, quod ipſi
placet, & efficit ut ſuam gratiã nobis cõciliemus.
Neq; hominum amicitiæ, neq; cõſuetudini ita ſer
uiamus, ut uirtutis faciamus iacturã, ſed dei lõga-
nimitate, prout decet, utamur: & dũ adhuc tẽpus
habemus, omnem deponentes ignauiã, uirtutem
amemus, peccatumq; odio habeamus. Niſi enim
& ad iſtam amore & deſiderio quodam nos cõtu
lerimus, & ignauiam ualde oderimus: neq; huius
damnum effugere, neq; illam amplexari poteri-
mus. Quòd enim cupidis opus habeat uirtus &
amore ſui feruentibus, Prophetã audi dicentem:
Pſal. 18.c Iudicia domini uera, iuſtificata in ſemetipſo: deſi-
derabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum mul
tum. Non quòd non magis deſiderabilia, ſed quia
apud nos non inueniuntur alia, quæ his materijs
ſint pretioſiora: propterea ſubdit, Dulciora ſuper
mel & fauum. Et hic quoq;, quia nõ inuenit quod
natura melle dulcius eſſet, hac ſimilitudine uſus
eſt. Igitur ſicut hi qui in opibus colligendis inſa-
niunt deſiderio & cõcupiſcentia quadam, in hoc
incumbũt magno ſtudio & conatu, & nunquam
explentur. Auaritia enim inſatiabilis ebrietas. Et
ſicut ebrij, quãto plus uini ingurgitant, tanto ma-
gis ad ſitim inflammantur: ſic & iſti quoq; inſani-
am hãc indomitam nunquam ſiſtere poſſunt, ſed
quanto magis ſuas opes augeri uident, tanto &
concupiſcentia magis flagrant. Neq; antea à peſ-
ſimo appetitu hoc abſiſtunt, donec in ipſum ma-
litiæ profundum deſcenderint. Quòd ſi illi perni-
cioſam hanc cõcupiſcentiam malorum omnium
cauſam tanta contentione alunt: quanto iuſtius
nos mandata domini, quę ſuper aurum ſunt & ar
gentum, ſemper in mente noſtra uerſare, nihilq;
pretioſius uirtute ipſa exiſtimare? ſed excindere
ex animo noſtro affectiones illas peſtiferas om-
nes, & ſcire quòd temporalis illa uoluptas perpe-
tuum parere ſolet dolorem, & fine carentia tor-
menta. Ne decipiamus noſipſos, neq; putemus q
hic finem habituræ ſint res noſtræ: id quod ſenti-
unt plerique, licet uerbis non loquantur: quia cre-
dere ſe dicunt reſurrectionem, & futuram retri-
butionem. Sed ego nõ attendo uerba, ſed ea quæ
quotidie fiunt. Nam ſi reſurrectionem expectas
& retributionem, quare ita præſentis uitæ gloriæ
deditus es? Quare, dic mihi, quotidie crucias te,
pecunias plures arena colligens, & agros & do-
mos, & balnea emens, atq; hæc ſæpe per rapinam
& auaritiam comparando, & illud Prophetæ di-
ctum implendo: Væ qui coniungunt domum ad Eſaiæ 5.d
domum, & agrum agro copulant, ut uicino au-
ferant aliquid. An non hæc quotidie uideri poſ-
ſunt? Et ille quidem dicit: Huius domus obſcu-
ram & tenebroſam meam fecit, & infinitos præ-
textus excogitat, ut eam rapiat. Alius autem rap-
tũ à paupere agrũ, ſuo cõiunxit. Hoc aũt multo
maius & magis admirabile minuſq; uenia dignũ,
quòd unus uno eodemq; loco habitãs & ſedens,
ſæpe aliò tranſire, neq; ſi uellet, ualens, uel ob ua-
rias occupationes, uel corporis ualetudine alliga
tus: ubiq; tamen & in omnibus ciuitatibus, ut ita
dicam, monimenta ſuæ auaritiæ poſsidere, & im-
mortales ſuæ malitiæ columnas ſtatuere uult. Et
peccata quidem ex quibus omnia hæc collecta
ſunt, ſuo imponit capiti, ferensq; grauem ac inge
ſtabilem molem, non ſentit. Alijs autem uſum,
qui ex his haberi poteſt, concedit, non ſolum poſt
emigrationem ex hac uita, ſed etiã antequã hinc
egrediatur: quòd etiamſi nõ inuitus eis nudetur,
à familiaribus diſsipantur, &, ut ita dicam, dilace-
rantur omnia hæc: neq; ipſe uel milleſima eorum
parte fruitur. Et quid dico, fruitur? quomodo, cũ
illi non ſit niſi unus uenter, ſufficeret ad tot opum
multitudinẽ abſumendã? At malorũ omniũ cauſa
eſt uana gloria, & q uult nomẽ ſuũ inſcribi agris,
balneis

Universidad de Deusto
Biblioteca

balneis & ædibus. Quæ tibi hinc utilitas homo, cum non multo post ubi febricula quapiam corripieris, anima subitò euolãs nudum & uacuum te faciet? Imò uirtute quidem nudatum, uestitum autẽ iniustitia, rapinis, auaritia, gemitibus, lachrymis, eiulatibus orphanorũ, insidijs, dolis: quomõ poteris grandes prementesq; illas sarcinas peccatorum ferens, per angustam illam portã intrare, quæ capere nequit molem tantæ magnitudinis? necessariũ itaq; foris manere, & oneribus illis grauatum frustra pœnitere, cum iam ante oculos parata uidebis tormenta, & ignem illum terribilem ac nunquam extinguendum, uermemq; inconsumptibilem. Cæterum si quam nostræ salutis habemus rationem, dum adhuc tempus habemus, desistamus à peccatis, sectemur uirtutem, uanam gloriam despiciamus. Nam idcirco uana dicitur, quia euanida est, & nihil habet stabile neq; firmũ: sed solum est oculorum deceptio, & priusquã appareat auolat. An non & uidemus sæpe quòd is quem hodie præcedunt lictores, & stipant satellites, cras in carcerem cõijcitur, & cum malefactoribus uersatur? Quid hac uana & inani gloria sallacius? Quòd si in hac uita præsenti uicissitudinẽ hanc euadit, omnino mors ueniẽs felicitatẽ præsecabit. Et quẽ hodie in foro magna pompa comitabãt, & qui in carcerem conijciebat, & super thronum relidebat, & inflabãt, & homines alios quasi umbras despiciebat, is subitò postea iacebit mortuus absq; spiritu, fœtulentus, petitus innumeris conuitijs, & ab his quos prídem iniuria affecit, & quos nulla affecit iniuria: condolentibus tamen his, qui ab isto iniuria afflicti fuerũt. Quid hoc miserabilius fuerit? Item collecta omnia sæpenumero inimici & hostes inter se partiunt & distribuũt: peccata autẽ per quæ hæc coaceruata sunt, secum aufert, de quibus diligens & accurata ratio exigetur. Ideo obsecro, ut fugientes uanã hanc gloriã, uerã desideremus, & quæ omnibus duret seculis: & neq; opum amor nos supplantet, neq; concupiscentiæ flamma exurat, neq; liuor & inuidia corrumpant, neq; furor & ira nos incendant: sed has omnes malas & pernicíosas affectiones rore spiritus extinguentes, despiciamus præsentia, desideremus futura. In memoria habeamus futurũ diẽ, magnaq; diligentia uitã instituamus. Neq; enim hac de causa in hanc uitã nati sumus, ut solum comedamus & bibamus. Non uita est propter cibũ & potũ, sed propter uitã cibus & potus. Ne ergo inuertamus ordinẽ, neq; sic uentri & uentris uoluptatibus seruiamus, quasi eam ob causam facti simus: sed reputantes damnum quod inde nascitur, castigemus motus carnis: ne simus segnes, ne permittamus illis ut aduersus animam insurgant. Nam si Paulus ille talis & tantus, qui quasi alatus per totum orbem transcurrebat, & corporalibus necessitatibus superior factus, & arcanorum illorum uerborum auditor quæ usq; in hũc diem ali-
1. Cor. 9. d us audiuit nullus, scribẽs dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicans ipse reprobus inueniar. Si igit̃ ille, cui tanta contigit gratia, post tanta & talia opera, opus habebat ut castigaret, & in seruitutem redigeret, & subijceret potestati & dominio animæ corporis lasciuias: castigat em̃ quis quod insurgit, & in seruitutẽ redigit quod frena reijcit: quid dicemus nos, qui omnibus uirtutibus destituti, omnibus peccatis onerati sumus: præterea magnam ignauiã præ nobis ferimus? Num inducias habet hoc bellum? Num tempus aggrediendi dilatum? Omnes uos uigilare & sobrios esse oportet, & nunquam in securitate esse: quia non est præfinitum tempus, quando nos aggressurus est hostis. Igitur semper nobis cura sit, semper soliciti simus de salute nostra, ut sic nunquam capiamur: & hostiles effugientes insidias, misericordiam à deo assequamur gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper in secula seculorum, Amen.

Noe autem inuenit gratiã coram domino deo. Istę autem sunt generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus in generatione sua: deo placuit Noe. Homilia XXIII

VIDISTIS in his quæ dicta sunt, quanta diuinæ misericordiæ magnitudo, q̃s excellens longanimitas? Vidistis hominum, qui tunc erant, portentosam malitiam? didicistis quãta fuerit in media tanta multitudine iusti uirtus, & q̃s nihil ei nocuerit uel illorũ in malum cõspiratio, uel quòd solus in medio isto rum relictus longè diuersa incesserit uia: & quasi gubernator aliquis, mentis clauũ magna uigilantia arripiens, nauim suam ab irruentibus malitiæ procellis submergi non est passus: sed factus tempestate potẽtior, licet in alto iactatus, quasi in portu sederet uirtutis gubernaculũ dirigebat, & à diluuio totũ orbem deuastaturo se eripiebat. Tanta res est uirtus, tã immortalis, tã inuicta, tam nihil cedens huius uitæ inæqualitatibus: sed super malitiæ retia uolitans, quasi è sublimi specula quadã, sic omnia humana despiciẽs, nihil quod alijs molestum est sentit. Et sicut is qui super excelsam petram stat, fluctus ridet, quos uidet ad petram magno impetu rumpere, & protinus in spumã soluit ita uirtuti uacans uir in securo constitutus loco, nihil insuaue fert à rebus turbulẽtis, sed tranquillitate animi & quiete se oblectat, intelligitq; res huius uitæ nihil differre ab amnium fluentis, tam rapido cursu transeuntibus. Nam sicut uidentur marini fluctus nunc quidem in altũ extolli, mox aũt deprimi: ita uidemus eos qui uirtutem contemnunt, & malitiam operanr̃, nunc quidem sublime sapere & supercilia surrigere, & huius uitæ curis intẽtos esse, subitò uero ad extremã uenire inopiam & abiectionem. Quos beatus Dauid no
Psal. 48. d tans, dicebat: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, uel cum multiplicatur gloria domus eius: quia cum mortuus fuerit, non sumet omnia hæc. Et bene dixit, Ne timueris. Ne te cõturbet, dicere uult, diuitis abundãtia & celebris gloria. Videbis enim non multo post, humi iacentem, & operari

ualentem nihil, mortuũ, cadauer uermibus in cibos obiectum, nudumq; his omnibus factum. Omnino enim nihil horũ auferre potest, sed hic relinquit omnia. Ne igitur anxius sis, cũ uideris præsentia: neq; beatũ dicas eum, qui post breue tempus ab his omnibus destituetur. Eiusmodi enim est præsens felicitas, & diuitiarum natura, ut non commigrent ubi hinc fuerit abeundum. Diuites enim his omnibus relictis, nudi hinc migrãt, tantum malitia uestiti, & peccatorum oneribus inde collectis. At longe secus habet uirtus, quæ potentior est insidiatorib. & planè inuictos facit suos, continuamq; præbet uoluptatẽ, & ne sentire quidem sinit rerum istarum inæqualitatẽ: sed & hinc emigrantibus comitem se addit, & tunc potissimum, cum eius subsidio egemus. Ad hæc in die B illo terribili magnum nobis præstat auxilium, placans iudicem: & sicut hic ab ingruentibus infortunijs, ita & in futuro se colentes à tormentis illis eripit. Neq; hoc solum agit, sed & ineffabilia nobis bona, quibus fruamur, conciliat. Et ut scias hæc ita sese habere, neq; nos sine fructu ad oblectandum uos his uerbis uti, tentabo nunc ex his quæ proposita sunt charitati uestræ id ostendere. Vide enim quomodo beatus ille, Noe dico, uniuerso hominum genere aduersus semetipsum misericordiam domini ad iracundiam prouocante: ille, inquam, solus sua uirtute potuit, & indignationis periculum effugere, & magnã dei gratiam sibi cõciliare. Aut si placet, loquamur de his quæ C in præsenti uita eueniunt. Sunt enim fortasis ali qui parum futuris & inuisibilibus credentes. Videamus itaq; ex his quæ hic fiunt, qualia contingunt his qui in malitia ambulant, & qualia accipit qui uirtutem sectatur. Postquam bonus deus ob malitiæ nimietatem sententiam tulit, quòd uniuersali perditione humanum genus sit puniendum, & dixit: Delebo hominem, quem feci, à facie terræ. Et monstrans indignationis suæ magnitudinem, non contra humanum duntaxat genus sententiam protulit: sed & contra omnia iumenta & reptilia & uolatilia. Perituris em̃ & submergendis hominibus, propter quos hæc facta sunt, dignum ut & illa quoq; pœnæ consortio paria fierent. Igitur cum sentẽtia nondum præfinita esset, qua alĩ ab alijs secernebãtur (ut discas, quàm nõ D sit personarum acceptor deus, sed in corda nostra ingrediens nos nõ despiciat, & si uel paruã quandam occasionem nos afferamus, ineffabilẽ suam declaret misericordiam) dicit scriptura, ut ne totum genus humanum abolendum putemus: sed sciamus, quòd ob suam bonitatem relinquat scintillam & radicem quandam saluam, ut iterum humanum genus in proceros extendi possit ramos.

Noe autem, inquit, inuenit gratiam coram domino deo.] Vide scripturæ diligentiam, quomodo ne syllabam quidem unam inutilem cõtineat. Nam postquam nos docuit grauitatẽ peccati hominum, & pœnæ magnitudinem malis inferendam: docet nos etiã de eo qui solus in tanta multitudine potuerit synceram seruare uirtutem. Est em̃ uirtus per seipsam admirabilis. Quòd si quis illam in medio prohibentium colat, multo admirabiliorem se ostendit. Et propter ea diuina scriptura quasi admirando iustum dicit, quòd in medio illorum qui indignationem dei sensuri erant, Noe inuenerit gratiam coram domino deo. Inuenit gratiam, sed coram deo: non simpliciter inuenit gratiã, sed coram domino deo: ut nos doceat, quod unum ille habuerit scopum ut ab illo oculo laudaretur, qui dormitare sopiriq; nescit, nihilq; curauerit humanã gloriam uel ignominiam, uel irrisionem. Verisimile enim est, cum præter morẽ omnium uirtutem coleret, eum fuisse subsannatum & irrisum à malis omnibus, qui consuetant arguere eos qui suam fugerent malitiam, & uirtutem amplecterẽtur: id quod & nunc sæpe fieri solet, & uidemus multos qui risum & subsannationem ferre nequeunt, sed præferunt humanã gloriam ueræ & immortali, abstracti & allecti ab hominum malitia. Animæ enim fortis & constantis est, posse obluctari derisoribus, & nihil facere ut hominibus placeat: sed oculũ suum intendere ad illum insopitum oculum, & ab eo solum gloriam expectare, & hos despicere, neq; pili facere humanam laudem uel conuitia, sed transire ut umbras & somnia. Iam hic sæpe multi non ferentes iniurias hominũ uiginti uel decem, uel etiam pauciorum, supplantantur & ruunt. Est enim confusio ducens in peccatum. Neq; paruum est despicere Eccl. 4. c irridentes & opprobrãtes & salibus incessentes: at iustus ille non tantum decem, & uiginti, & centum homines, sed & omnem hominum naturam & tot myriades despexit. Verisimile enim omẽs illos ridere, reprehendere, subsannare & debacchari: & fortè etiam, si possibile fuisset, dilacerare uoluisse. Semper enim contra uirtutẽ insanit malitia. Atqui non solum nihil illi nocet, sed & infestando fortiorẽ reddit. Tantum enim uirtutis robur, ut patiendo superet negotium sibi facientes, & cum impugnatur, hostibus fiat potentior. Atque id in multis uidemus. Cæterũ ut uobis occa- Prouerb. 9. b sionem præbeamus: Da enim, inquit, sapienti occasionem, & sapientior erit: operæpretium fuerit & ex ueteri & ex noua uobis afferre exẽpla. Itaque cogita obsecro de Abel: nónne occisus est ab Gen. 4 Cain? nónne in solum prostratus? Sed ne species quòd preualuerit occideritq; eum cui inuidebat, etiam innoxiũ, sed sequentia expende. Ecce occisus ille usque nunc prædicatur & coronatur, Heb. 11 & tantum tempus memoriam non obscurat: At qui occidit & præualuit, etiam tunc uitam morte grauiorem sustinuit: & ex eo tempore usq; in hodiernũ infamatur, & ab omnibus accusatur, cum ille omniũ ore celebretur. Et hæc quidem in præsenti uita fiunt: in sequẽti quę futura, quis sermo, quæ mens enarrare posset? Et scimus quòd uos, utpote intellectu prædíti, multa talia in scripturis contenta uenemini. Nam illæ hac de causa in uestram utilitatem sunt scriptæ, ut hæc discẽtes, malitiam quidem fugiatis, uirtutem aũt colatis. Vis & in nouo idipsum uidere? Audi beatum Lucam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.5.g istucipsum de apostolis narrantem, qui flagellati A tuti aduersari. Proinde dominus sciens quòd impossibile sit, ut is qui uirtutem diligenter exercet, & à se solo laudem ut accipiat præstolatur, ab omnibus hominibus laudetur, & bene audiat: miseros uocat eos, qui propter humanam laudem uirtutem negligunt. Nam celebrari ab omnibus, maximum fuerit argumentum non magnam haberi uirtutis rationem. Quomodo enim ab omnib. probari poterit, qui uult iniuria affectos eripere ab oppressoribus? & iterum si uult corrigere peccantes, & laudare bene agentes? Nónne uerissimile est, quòd ab alijs laudabit, ab alijs uero audiet conuitia? Et propterea inquit: Væ uobis, quando Luc.6.d uobis benedixerint omnes homines. Quomodo igitur non admiratione & laude dignus iustus ille, qui ea quæ Christus aduenies docuit, prius ipse à lege naturæ edoctus egregie præstitit, laudemq; humanâ per uirtutem contemnendo, gratiam apud deum inuenire studuit? Noe enim, inquit, inuenit gratiam coram domino deo. Cæterum quòd propter uirtutes, quas habebat, inuenerit gratiam coram domino deo, narrauit nobis admirabilis ille propheta, spiritu sancto afflatus. Operæpretium itaq; ut & sequentia discamus, & uideamus quid de illo sentiat. Istæ autē, inquit, sunt generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus in generatione sua: deo placuit Noe.] Rarus & nouus genealogiæ modus: nam ut scriptura dixit, Istæ sunt generationes Noe: & aures nostras spe quadam impleuit, quasi genealogiam illius narratura, & quis eius pater fuerit, & unde genus duxerit: & quomodo in hanc uitā æditus, & alia quæ mos est genealogias narrantibus recensere: relictis tamen illis omnibus, & etiā superiori consuetudine, inquit: Noe homo iustus, perfectus in generatione sua: deo placuit Noe. Vidisti admirabilem genealogiā? Noe, inquit, homo: cōmune nomen pro laude iusti usurpās. Nam cæteri ob carnales uoluptates, quibus immersi erāt, amiserāt esse homines. Iste, inquit, in tanto populo hominis imaginem seruauit. Tunc enim homo est, quādo uirtutem colit. Neq; enim formam habere hominis, et oculos, et nasum, & os, et genas, & cætera membra, hominem esse ostendit. Hæc em membra sunt corporis. Hominē illum dicimus, D qui imaginem hominis saluam retinet. Quæ autem est imago hominis? Rationalem esse. Quid ergo? an non & illi fuerunt rationales? Verū non hoc solum fuerit hominem esse, sed & uirtutibus esse deditum, & uitia fugere, & illicitis affectionibus imperare, & mandatis dominicis obtēperare. Porrò ut discas morē esse scripturæ, quòd utiq; studentes & uirtutū negligentes, hominū nomine uocare non dignetur, audi deum loquentē, sicut heri dicebamus: Nō permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quòd ipsi carnes sunt. Ego enim, dicere uult, substantiam ex carne & anima illis dedi: ipsi autē quasi sola carne circumdati, ita uirtutes animi negligunt, & solam carnē sectantur. Vidisti quomodo ob malitiam carnē eos uocat, & non homines? Et iterum ubi processerimus

mus, statim audietis terram eos nominari à diui- A na scriptura, eo quòd terrenis cogitatiōibus absumantur: dicit enim: Corrupta autem erat terra corā deo: Non de terra sensibili loquitur, sed inhabitatores terram uocat. Alio autem loco, neq; terram neq; carnem nominat: sed neq; esse eos putat in præsenti hac uita, eo quòd uirtute careant. Audi enim Prophetā clamantem & dicentem in media Hierosolymitanorū metropoli: ubi tot miEsaiæ 50.a lia milium, & tot multitudines innumeræ. Veni, & nō erat homo: uocaui, & non erat qui audiret. Non quia non aderant, sed quia præsentes nihilo meliores erant q̄m si non fuissent præsentes. Et aHier.5.a lio quoq; loco: Discurrite & uidete, si est unus qui faciat iudicium & iustitiam, & propitius ero. Vidisti quomodo illum solum scriptura sancta homi- B nem uocare solet, qui uirtutem colit: cæteros autem neq; esse putat, sed aliquando uocat terrā & aliquando carnem? Hac de causa genealogiā iusti narraturā se promittēs diuina scriptura, dicit: Noe homo. Hic enim solus homo, cæteri autem non homines, sed humanam gerētes formam, & ex hominibus in bestias mutati, malitia uoluntatis generositatem naturę amiserunt. Quia cum in malum declinant & seruī fiunt irrationalium affectionum, imponit illis bestiarum nomina. Audi Psal.13.b ut quodam loco dicit: Equi mulierū amatores facti sunt. Vide quomodo ob immodicam salacitatem hanc cognominationē acceperunt. Alibi autPsal.57.a tem: Venenum aspidum sub labijs eorū: ubi eius bestiæ dolum & fallaciā imitari eos docet. Canes C quoq; mutos alios uocat. Et iterū eos qui aures ad doctrinam obturant, uocat quasi aspides surdas & obturātes aures suas. Et multa alia nomina inuenias imposita à diuina scriptura his, qui in brutorū affectus per ignauiam transeūt: nec in ueteri solum, sed & in noua lege. Audi Baptistam Matth.3.b dicentem Iudæis: Progenies uiperarum, quis uobis mōstrauit ut à futura ira fugiatis? Vidisti quomodo & hic dolum mentis illorum, bestiæ nomine significauit? Quid ergo miserabilius fuerit peccatoribus, qui & ipso hominis nomine priuātur, propter hoc maioribus pœnis digni, q̄ post acceptas à natura plurimas occasiones ad benefacien dū, deserta ac prodita uirtute ultro ad uicia transfugiunt? Itaq; qui tunc erant, omnes ea se appella D tione indignos præstabāt: iustus autem ille in tanta uirtutis sterilitate, tam excellēti uirtute polluit, ut scriptura cum cœpisset narrare uiri genealogiam, dixerit: Noe autē homo. Est & alius iustus quidam, cui hoc nomen pro summo encomio cō tigit, & præ alijs omnibus hoc nomine prædicatur, ut sic uirtus illius diligenter exponatur. Quis ille est? Beatus Iob, ille pugil pietatis, athleta orbis, qui solus intolerabilia illa sustinuit, & exceptis innumeris diaboli telis, sine uulnere permansit: sed sicut adamas quidam omēs impetus ferre potuit, & à tantis fluctibus non solum nō est submersus, sed & præualuit, & acceptis in corpus suū omnibus qui in mundo doloribus, multo clarior euasit, Non solum enim non prostrauit illum ingruentium dolorum continuitas, sed & ad maiorem gratiarū actionem euocauit. Vnde in omnibus suam gratitudinem declarans, tēpestiuè diabolo uulnus inflixit, quò ille intelligeret sese frustra moliri, & contra stimulum calcitrare. Hunc igitur sanctum, antequam certaret, tantum laudauit misericors deus, ut prædicans eum diceret diabolo: Animaduertisti famulū meū Iob, quòd non sit homo similis illi super terrā, homo inculpatus, iustus, uerax, deū colēs, abstinēs ab omni opere malo. Vidisti & hunc à cōmuni naturæ nomine prædicari? Aduertisti, inquit, quòd non sit similis illi homo? Et similes uticq; omēs sumus, sed non secundum uirtutem, sed secundum formæ rationem. At hoc non est homo, sed quando abstinens à uicio, uirtutem exercet. Vidisti quos diuina scriptura homines appellare solet? Quocirca & ab initio, cū uidisset deus factum à se, dicebat: Faciamus hominē secūdum imaginem nostram & secundum similitudinē: hoc est, ut imperet & uisibilibus omnibus et passionibus suis. Imperet, nō ferat imperium. Itaq; qui amissa dignitate magis subditus est, & imperiū fert potius quàm imperat: amisit & nomen quòd sit homo, & brutorum in se nomina transtulit. Atque hac de causa nunc diuina scriptura uirtutem illius commendare uolens, dicit: Istæ sunt generationes Noe: Noe homo iustus. Ecce & aliam maximam præconij speciem, Iustus: hac appellatione omnē uirtutem complectitur. Hoc enim nomen, iustus, consueui mus dicere de his qui omnigenam exercent uirtutem. Postea ut discas quomodo ad summum fastigium peruenerit, id quod & tunc exigebatur à natura nostra, inquit: Iustus, perfectus existēs in generatione sua. Omnia, inquit, impleuit quęcūque facere conuenit eum qui uirtutem amplexatur. Hic enim est perfectus. Nihil enim intermisit, in nullo claudicauit. Nō in hoc benefaciebat, in illo uero peccabat: sed in omni uirtute perfectus erat, qua tunc pollere illum cōgruebat. Præterea, ut ex tempore quoq; & ex collatione cum alijs illustriorem nobis iustum exhiberet, inquit: Perfectus in generatione sua, in tempore illo, in generatione illa peruersa, quæ in tantum malitiæ degenerauit, quæ neq; uestigium uirtutis sibi reliquū facere uoluit. In illa igitur generatione, in illis tēporibus iustus ille non solum uirtutem præ se tulit, sed & ad tantum peruenit uirtutis culmē, perfectus, & in omnibus absolutus. Et id quod antè dixi, bene agere inter uirtutis hostes, & inter eos qui uirtutē perhibent, maius semper uirtutis pondus testatur. Vnde hac ratione iustus ille maiores laudes nactus est. Neq; hic finē laudandi illum facit diuina scriptura, sed adhuc uirtutis illius excellentiā demonstrat: & quòd diuino calculo probatus fuerit. Quia postquam dixit, perfectus in generatiōe sua: addit, Deo placuit Noe. Tanta erat uirtutis illius gloria, ut & à deo laudari promeruerit: Deo em, inquit, placuit Noe, ut scias quòd approbatus fuerit à deo. placuit illi oculo qui falli nō potest, per sua bona opera. Et illius sibi fauo

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem tantum conciliauit per bonæ uitæ opera, ut eum non solum ab indignatione in omnes effundenda liberarit, sed & alijs præesse fecerit. Deo enim, inquit, placuit Noe. Quis hoc beatior fuerit, qui tantam præ se ferre potuit uirtutem, ut domi num uniuersi habeat laudum suarũ præconem? Hæc ab eo sunt facta, quæ quibusuis diuitijs, quauis abundantia, quauis gloria & potẽtia, quauis humana felicitate potiora habuerit quisquis mentẽ habet. Hæc regno magis desiderabilia fuerint ei qui deum syncero amore diligit. Verum enim regnum istud est, posse nos optima uita propitiũ & clemẽtem nobis facere deum. Vt enim gehennam timere non debemus, propter ignem illum inextinguibilẽ, & pœnas terribiles & perpetuos cruciatus: sed quia offendimus tam bonum dominum, & ab illius gratia sumus alieni: Ita & ad regnum nobis festinandum, non nisi propter amorem in illũ, ut eius gratia fruamur. Nam ut regno desiderabilius est, misericordem dominũ nostrũ beneuolum esse nobis: ita gehẽna grauius, ab illius beneuolentia excidere. Vidistis quantæ nobis utilitatis materia fuit appellatio iusti, & quantum thesaurum peperit admirabilis huius uiri genealogia? Sequamur igitur & nos diuinæ scripturæ regulas, & aliquorum genealogiam enarrando, non patres, & auos, & abauos in medium asseramus, sed eius solum cuius est genealogia, uirtutem detegamus. Hic optimæ genealogiæ mos est. Quæ enim utilitas, ex claris & probis parentibus originem ducere, te autẽ bonæ uitæ esse expertem? Aut quod damnum fuerit: si parentes & progenitores fuerint ignobiles & obscuri, ipse autem uirtutib. floreas? Quia & iustus ille talis fuit, & conciliauit sibi gratiã dei, non quòd à talibus fuerit parentibus. Neq; enim ita eos cõmemorat scriptura, ut uirtute nobiles. Nihilominus cũ tanta essent obstacula, & à tantis impediretur, in tantũ peruenire potuit fastigiũ: ut discas quòd eum qui uigilat & sobrius est, & suæ salutis curã agit, nihil est qd prohibeat. Nã sicut ubi negligẽtes cœperimus esse, etiam à rebus minimis offendimur: sic si uoluerimus sobrij esse, quãuis innumeri sint qui ad malitiam trahant, neutiquam nostrum studium poterũt offendere: sicut neq; illum iustum, tametsi tot essent irridentes, segniorem in exercẽda uirtute facere potuerũt. Proinde nullus alium arguat, & in alios culpã transcribat, sed suæ ignauiæ totũ imputet. Et quid dico in alios? Neq; diabolum ipsum quis tantũ putet, ut prohibere quẽpiam possit, quo minus in uiam, quæ ad uirtutẽ ducit, eat. Supplãtat quidem & decipit socordiores, non cogit autem, nec prohibet, id quod rerũ experiẽtia docet: quòd nunc quidem, si uolumus sapere, tãtæ cõstantiæ specimẽ exhibemus, quòd neq; si multi essent ad malitię uiã nos inhortãtes, eorum ferremus consiliũ: sed omni adamante firmiores, aures obturaremus tam praua consulentibus. At si negligentes fuerimus, etiam si nullus sit qui cõsulat uel supplantet, nostra spõte ad malitiam prosiliemus. Nam si hoc non esset situm in

A

B

C

D

uoluntate nostra, neq; in potestate mentis, nèque deus sui iuris naturã nostram fecisset: oportebat uel omnes malos esse qui naturæ nostræ participes sunt, & ijsdem obnoxij sunt affectiõibus, uel omnes bonos & uirtute preditos. Cum autẽ uidemus cõgeneres nostros, & eisdem affectionibus obnoxios, non eadem quæ nos ferre: sed & ualida ratione gubernare naturã, & inordinatos motus domare, & refrenare cõcupiscentias, imperare furori & iræ, fugare inuidiam, eliminare inuidentiam, contemnere rabiosam in conquirendis pecunijs cupiditatem, minorem gloriæ curã habere, ridere omnem præsentis uitę felicitatẽ, aspirare ad ueram gloriam, præponere inuisibilibus omnibus laudem quæ à deo: nónne manifestum est quòd illi per gratiam dei suo studio bene agere possunt, nos nostra ignauia salutẽ amittimus & eius gratia nos spoliamus? Quapropter, obsecro, ut hæc cogitantes, & in mente nostra continuò uersantes, nunquã diabolum, sed nostrã leuem ignauiamq; mentem arguamus. Et hęc dico, non quòd diabolum à suo crimine absoluere uelim, Absit: uadit enim sicut leo ut rapiat rugiẽs & quærens quem deuoret. Sed nos cautiores redde re uolui, ut ne existimemus carere nos culpa, siquidem tam facilè ad malitiam prorũpimus: nèue friuola illa dicamus uerba, Quare deus dimisit illum, cum talis esset, malum fieri, & supplantari ac prosterni? Sunt emꝫ hæc uerba ingratitudinis summæ. Verum tu hoc tecum considera quòd tales propter hoc potissimum reliquit, ut timore cõpulsi, & inimici insidias expectãtes, simus perpetuò sobrij & uigiles, laboremq; uirtutis imminuamus spe retributionum, & expectatione ineffabilium illorum bonorum. Et quid miraris si ob hãc causam reliquit diabolum deus, cui tanta nostræ salutis cura, & qui ita nostram somnolentiam excutit, materiãq; coronarũ nobis præparat: ipsam etiam gehennã propterea condidit, ut metus pœnæ, intolerabilisq; cruciatus ad regnum nos cogat? Vidisti mirè industriam domini misericordiam, quomodo omnia facit & tractat, ut non solum eos qui ab se conditi sunt, saluet, sed & ineffabilibus bonis ditet. Et propterea liberum arbitrium nobis datum est, & in natura conscientiaq; nostra reposita scientia boni & mali, & diabolus ut esset permissus, non ut gehennã experiremur, neq; regno priuaremur. Et quid miraris si ista omnia propter hęc facta sunt, & innumera alia? Qui in sinu patris est, formã serui susscipere uoluit, & omnia alia sustinere quæ ad corpus pertinent: ex uirgine nasci, nouem mensibus in utero gestari, & pãniculis inuolui, patrem suum putari Ioseph spõsum Marię, paulatim crescere, circũcidi, sacrificium offerre, esurire, sitire, fatigari, & tãdem etiam mortem sustinere: & mortem nõ uulgarem, sed eam quæ ignominiosissima habebatur, crucẽ dico: & hæc omnia propter nos nostramq; salutẽ suscepit omnium conditor, qui inalterabilis, qui omnia ex nihilo ut essent produxit, qui respicit super terram, & facit eam tremere: cuius gloriæ fulguran

gurantem maiestatem neq; Cherubim, & imcõparabiles illæ uirtutes uidere possunt: sed auersæ facies tegunt obiectis alis, quem semper laudant angeli & archangeli, & innumerę myriades. Hic propter nos & propter nostram salutẽ homo fieri uoluit, & optimæ uitæ nobis uiam parauit, per quam & ipse trãsiit, hac ipsa nostra natura assumpta. Quæ igitẽ post hac nobis erit excusatio, si cũ tot adiuuãt salutẽ nostrã, in rebus inutilibus nos occupamus, sola negligentia nostrã amittẽtes salutẽ? Proinde obsecro, ut sobrij sitis, & nõ temerè aliorum sequamini consuetudinẽ, sed uestram ipsorum uitam quotidie diligenter excutiatis, uideatisq; quid peccatum, quidue rectè à nobis gestum sit: ut sic peccata nostra emendemus, supernamq; nobis gratiã conciliemus, exẽplo iusti illius, & denicq; regnum assequamur cœlorum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre spirituq; sancto sit gloria, imperiũ, honor nunc & semper & in secula seculorũ, Amen.

Genuit autem Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet. Corrupta aũt erat terra corã deo, & repleta est terra iniustitia. Homil. XXIIII

AVD uulgarem utilitatem heri nobis attulit iusti Noe genealogia. Nam & & cognouimus mirabilem genealogiæ modum, & uidimus iustum laudari non à parentũ claritudine, sed à suarum uirtutũ moribus, propter quas & tãtum accepit testimoniũ à diuina scriptura. Noe enim, inquit, homo iustus, perfectus in generatiõe sua: deo placuit Noe. Totum enim sermonem in uerba hæc breuia insumpsimus heri. Quãdoquidem diuinorum eloquiorum natura in paucis uerbis multas sententiarũ affert diuitias, & ineffabilem diligẽter scrutari uolentibus thesaurum largitur. Proinde obsecro, ne quid in sacris literis aut contemnatur, aut obiter prætereatur, etiam si nomina recensentur, uel historiæ narrentur, reconditum inuestigemus thesaurum. Nam & Christus dicebat: scrutamini scripturas. Quia nõ ubicq; in superficie scripturæ, mẽs scripturæ inuenitur: sed opus est scrutinio, ut ne quod in profundo latet, nobis remaneat absconditum. Quòd si sola naturæ appellatio, hoc nomen Homo dico, tantæ nobis utilitatis materia heri fuit: quantũ lucrum percipiemus, si attenta ac uigili mente singula audiemus? Et enim misericordem habemus dominũ, & quando uidet nos solicitos & magnum desiderium cognoscendi diuina eloquia habere, nõ permittit nos ulla re indigere: sed statim illustrat mẽtem nostrã, & suũ fulgorẽ largitur, & pro sapientia illa sua mirè industria omnẽ uerã doctrinã animæ nostrę inserit. Eapropter cum nos ad istucipsum adhortaretur, & alacriores faceret, beatitudinem decreuit ijs quibus tale est desideriũ, dicẽs: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quia ipsi saturabuntur. Vide sapientiã doctoris, nõ solum nos per beatitudinem hortatur, sed & dum dicit: Qui esuriunt & sitiunt iustitiã: docuit audientes, quanta alacritate ad spiritualia eloquia inuestigãda ire

A

B

C

D

1. Pet. 5. b

Ioan. 5. f

Matth. 5. a

cõgruat: dicere enim uult, Quemadmodũ quisque ducemira promptitudine ad cibos festinãt, & qui ita sitiunt ut præ siti flagrent, ad potũ eunt: eodem modo ad spiritualem doctrinam, tanq; esurientes & sitiẽtes accedere par est. Tales emꝫ non solum beatitudinibus digni, sed & quæ cupiunt assequuntur. Etenim satiabuntur, inquit, hoc est explebuntur: explebunt suum spirituale desiderium. Igitur quia tam bonus, tamq; liberalis dominus nobis est: age & nos ad ipsum confugiamus, & eius nobis gratiam conciliemus, ut & ipse pro sua misericordia illustret nostrã mentẽ ad uidendam diuinarũ scripturarũ uirtutem. Et uos quoq; multa alacritate spiritualem doctrinam quasi esurientes & sitientes susscipite. Fortè enim, fortè bonus & omnipotẽs dominus, etiam si nos humiles simus, propter uos & uestrã utilitatem suppeditabit nobis sermonem in apertione oris in gloriã suam, & in ædificationẽ uestram. Proiecta igitur cura nostra omni in deum, cuius gratiã expectamus, et inuocato eo qui & sapientiã dat paruulis, & illuminat cæcos, & expeditè loqui cõcedit balbis, dudũ lecta tractemus: ut quæ ipse pro sua misericordia nobis suppeditarit, charitati uestrę proponamus. Sed intẽta obsecro adsitis mente, & diligenter ijs quæ dicunẽ attendite, omnesq; huius uitæ curas seponite, ut spirituale semen, quasi in pinguem agrum, exustis spinis & herbis, proijciam. Istæ autem, inquit, generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus in generatiõe sua: deo placuit Noe. In ijs nuper finem dicendi faciebamus, ideo sequentia in mediũ proponenda sunt. Genuit autem, inquit, Noe tres filios: Sem, Cham, Iaphet.] Non absq; causa diuina scriptura & tempus & numerum nobis assignauit filiorũ iusti: sed & hic nobis latenter insinuare uult excellentem multiplicemq; eius uirtutẽ. Nam postquam superius dixit, quòd Noe erat quingẽtorum annorũ: tunc subdidit, Et genuit tres filios. Docendo nos summam continentiæ illius magnitudinem tunc fuisse, cum tantæ intemperantiæ dediti essent omnes homines, tantaq; salacitate omnes ætates, ut ita dicam, ad malum ruerent. Audistis enim scripturam dicẽtem: Vt autem uidit dominus quòd impletæ sunt malitiæ super terram, & nullus non cogitaret mala diligenter in corde suo à iuuentute. Vbi manifestè declarat, quòd & iuuenes uincebant prouectiores ętate, & senes nõ minus quàm iuuenes insaniebant, & ad malum multa procliui tate propensa erat ætas etiam malorum inexperta. Vt igitur discamus quo pacto ijs omnibus tantam insaniam ac rabiem præ se ferentibus, iustus ille manserit solus continẽtiæ uirtutem cum alijs strenuè seruans, donec ad quingentesimum annum peruenit: tunc inquit: Et genuit Noe tres filios. Vidisti dilecte excellentẽ iusti temperãtiam? Ne hoc ita perfunctorie transeamus, sed & tempus illud expendentes, & malitiam quæ super omne hominum genus ob eorum desidiam se extenderat, consideremus quãtæ sit uirtutis, in tantam temporis longitudinẽ concupiscẽtię rabiem

Universidad de Deusto
Biblioteca

refrenare, uiamq; lõge ab aliis diuersam ingredi: A & non solum ab illicito coitu se cohibere, sed & à legitimo & inculpato. Et genuit, inquit, Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet. Corrupta aũt erat terra corã deo, & repleta est terra iniustitia.] Mihi uidetur diuina dispẽsatione factũ, quòd iustus iste etiã nunc à coitu abstinet, & pueros istos habet. Quia enim ob malitię magnitudinẽ & excellentem prauitatẽ generali diluuio totum orbem deleturus erat misericors deus, quasi radicem aliquam & fermentũ uoluit iustum illum superesse, ut abolitis illis origo quædam esset futurorũ. Huius gratia, cum iam quingentorũ esset annorum, haberetq; filios istos tres, istis cõtentus fuit: declarans hoc factum, ut diuinæ in humanũ genus misericordiæ seruiret. Et quò scias hoc nõ esse temeB rariã coniectura dictum, considera scripturæ dilegentiam. Nam postq; dixit, quòd iustus ille tres habuerit filios: statim subdidit, Corrupta est autẽ terra coram deo, & impleta est terra iniustitia. Vidisti in eadem natura magnam & ineffabilem uarietatẽ. De iusto enim dicebat scriptura: Noe homo iustus, perfectus in generatione sua. De reliquis aũt omnibus inquit: Corrupta est terra corã deo, & impleta est terra iniustitia. Nomine eñ terrę, hominũ multitudinẽ uocat, eo q; omnia eorũ opera terrestria erant: & idcirco terræ nomine & eorũ utilitatẽ, & malitiæ excellentiam significat. Nam sicut de Protoplasto, qui legẽ transgressus, gloriã qua tegebat amisit, mortisq; pœnæ obnoxius factus fuit, dicebat: Terra es, & in terrã abi-C bis: Ita & hic, quia plurimũ inualuerant peccata, inquit: Corrupta aũt erat terra. Neq; simpliciter dicit, Corrupta aũt erat terra: sed, corã deo: & impleta est terra iniustitia. Dicẽdo enim, Corrupta est, omnigenã illorũ malitiã emphasi quadã dixit. Non enim unius uel duorum peccatorũ tantum rei erant, sed omnes iniquitates absq; modo committebãt: ideo & subdit, Et impleta est terra iniustitia. Non obiter, neq; uulgariter malitiæ studebant, sed peccata quæq; feruenti contentione agebãt. Et uide quomodo illos postea ne tenui qui dem memoria dignatur, sed nomine terræ uocat, simul indicans & dei indignationem, & peccatorum grauitatẽ. Corrupta est autem terra, inquit, coram deo: hoc est, secus quàm præceptum erat à D deo omnia faciebant, mandata dei conculcantes, & magistrum naturæ humanæ insitum amittentes. Vidisti dilecte quantum malum sit peccatũ, quomodo homines facit suo nomine indignos? Audi nunc quæ sequuntur: Et uidit dominus deus terram, & erat corrupta.] Vide iterum quomodo eos terram uocet: & postea cum semel atq; iterum & tertio nominauit terram, ut ne quis de terra sensibili eum dixisse suspicet, inquit: Quia corrupit omnis caro uiam suam super terrã. Neq; nunc hominis appellatione eos dignatur, sed carnem uocat: quo nos docere uoluit, quòd non de terra hæc dicat, sed de hominibus carne amictis, & terrestribus negotijs sese totos impẽdentibus. Mos enim scripturæ est, ut sæpe charitati uestræ dixi, carnalia sapientes & nihil sublime cogitantes, carnis nomine appellare. Sicut & beatus Paulus inquit: Qui autem in carne sunt, deo placere Rom.8.b non possunt. Quid igitur? non fuit in carne & is qui hæc dicebat? Non hoc dixit, quòd qui carne circũdati sint, deo placere non possint: sed de his qui nullam uirtutis rationem habent, & nihil nisi carnale sapientes, carnis uoluptates sectantur, nullamq; animę incorporeæ & spiritualis curam gerunt. Itaq; quia dictis istis diuina scriptura docuit nos peccatorum multitudinẽ, malitiæ incrudescentiam, indignationis diuinæ magnitudinẽ: & quòd ob studium malorum operum, semel atque iterum ac tertio terram eos qui tunc uiuebãt nominauit, carnisq; nomine uocauit spoliatos cõmunis naturæ uocabulo: nunc per ea quæ subdit, ineffabilem dei misericordiam & dignatiõis eius excellentiam ostendit nobis. Quia consequenter iusto huic, sicut amicus amico cõmunicat, quam pœnam humano generi sit intentaturus, & dicit:

Tempus oñis hominis uenit coram me. Quia impleta est terra iniustitia ex illis. Et ecce ego corrumpo illos & terram.] Quid est tempus omnis hominis uenit coram me? Magnam, inquit, ostendi longanimitatem, magnam tolerãtiam, nolens hanc inferre pœnã, quam illaturus sum: sed quia immodica peccatorum illorum multitudo in hoc tempus eos adduxit, & finem eis imponere oportet, excindiq; illorũ malitiam, ne ulterius progrediantur: Tempus, inquit, oñis hominis uenit coram me. Vide & hic, quomodo superius dicebat, Vnusquisq; cogitat: ita & nunc, omnis hominis. Omnes consonant, omnes ad iniquitatem transfugerunt, inquit, in tanta multitudine nõ inueniri potest aliquis, cui uirtutis sit cura. Tempus eñ, inquit, oñis hominis uenit coram me. Tempus, hoc est, aduenit tempus, quo secãdum erit, & serpigo ulceris compescẽda. Tempus omnis hominis uenit corã me, quasi nemo uideret, rationẽq; delictorum ab ipsis exacturus esset, sic sese malis operibus manciparunt, non cogitantes, quòd me nihil latere queat, qui uitam animamq; & corpus dedi, totq; bona suppeditaui. Tempus igitur omnis carnis uenit coram me. Dein quasi satisfactu rus, rationemq; redditurus iusto, monstrat quòd in tantam se indignationẽ prouocarint homines peccatorũ nimietate, inquiens: Quia impleta est terra iniustitia ex illis. Num prætermissum est aliquid, inquit, ab eis, ita ad peccatum contendentibus? Tantam malitiæ magnitudinẽ uidere licet, ut affluat & exundet, totamq; terrã impleat: propterea & ipsos corrumpo & terram. Ecce, inquit, ego corrumpo illos & terrã. Quia priores ipsi malis suis operibus seipsos corruperunt, idcirco generalem interitum inducam, aboleriq; faciam & ipsos & terram, ut purificationem accipiat terra, & à peccatorũ maculis emundetur. Cogita nunc obsecro, qualem tunc habuisse putas animam iustum istum, cum hæc à domino audiret? Nam licet multarum uirtutũ suarum conscius esset, non tamen absq; dolore quæ dicebanẽ accepit. Indulgentissi

gentissimum enim est iustorum genus, & pro A aliorũ salute quæuis ferre eligerent. Quomodo igitur eximius ille uir affectus fuit, cũ mẽte sua omnium interitum & totius naturæ abolitionẽ tractaret, & fortasis nec sibijpsi iucundum aliquid pollicereturr? Nondum enim quicq; de hac re cõperti habebat. Vt igitur mente non turbareť, sed paruam quãdam consolationẽ in tanta mœroris magnitudine accipere posset, postq; docuit eum malitiæ illorũ grauitatẽ, & quòd tempus urgeat, exigens ut profunda sectiõe incidantur, dicit ei: Illi quidem cõmuni perditione interibunt. At tu fac tibijpsi arcam.] Quid est, At tu? Quia non communicasti eorum peccato, sed omnem in uirtutibus uitã peregisti: ideo tibi impero ut extruas arcã ex lignis quadratis incorruptis. Mansiun B culas per arcã facies, & glutinabis intrinsecus & extrinsecus eam bitumine. Erit autem trecentorum cubitorum longitudo, & quinquagintorũ latitudo, & triginta cubitorum altitudo. Suprà contrahens facies arcã, & in cubitum cõsummabis eius summitatẽ. Ianuam autem facies ab obliquis: cubiculis bicameratis & tricameratis facies eam.] Considera dignationem dei, & ineffabilem uirtutem, misericordiamq; omnem rationẽ transcendentem. Simul et declarat suam erga iustum prouidentiam, ut fabricet arcam illi imperans: ordinansq; interim modũ in quem construenda, nempe in quam longitudinem, latitudinẽ & sublimitatem: & maximam ei cõsolationem affert, spem salutis per arcæ constructionem delignãs. Volebat autem illos quoq; qui tam grauiter peccauerant, fabricatione arcæ admoneri, ut secum cogitarent quæ fecissent, resipiscendoq; indignationẽ non experirentur. Neq; enim paruum illis tẽpus denuò cõcessum, donec fabricaretur arca: sed plane multũ & sufficiens fuisset, nisi adeò ingrati & stupidi fuissent ad erratorum emendationẽ. Veri simile enim, quòd quicũq; ex eis uidit iustum qui fabricabat arcam, & causam extructionis sciscitatus sit, & postea cognouerit diuinam indignationem, inde si uoluisset potuisset ad suorũ peccatorum agnitionẽ uenire. Verũ illi ne hinc quidẽ ullam utilitatem perceperunt, non quia non potuerunt, sed quia noluerũt. Igitur postq; de cõstruenda arca iusto præcepit, cõmunicat & narrat ei e- D tiam pœnæ speciem, quam illaturus erat, & dicit: Tu quidem hanc para, sicut præcepi: ego aũt ubi tu ædificium cõpleueris, etiam ea quæ ad te attinent tuta faciã. Ego aũt, inquit, inducã diluuiũ aquæ super terram, ut corrũpat omnem carnem, in qua est spiritus uitæ, subter cœlum, & quæcũq; fuerint super terram consumenť.] Vide quomodo & per minas ostẽdit q; grauia illi peccauerint, & inquit: Et enim eandem pœnã inducã, tam rationalibus, quàm ratiõis expertibus. Quia enim à sua dignitate, qua brutis præfuerunt, desciuere: dignum est ut inter illos & ista nulla sit pœnarum differentia. Inducam enim diluuium aquæ, ut corrumpat omnem carnem, in qua est spiritus uitæ subter cœlum, & iumenta. Et iumenta, inquit, & uolatilia, & feras, & quadrupedia, & quæcunq; sub cœlo cõspiciuntur. Et ut discas quòd nihil relinquatur, inquit: Et quæcunq; sunt super terram consumentur. Nam purificatione orbis opus habet, sed hoc te non conturbet, neq; mẽtem tuam confundat. Nam quia uideo ulcera eorum incurabilia, sistere uolo malitiæ fluenta, ut ne grauioribus pœnis obnoxios se faciant. Idcirco etiã nunc pro sua misericordia cum indignationem bonitate temperat, talem pœnam infert quæ sine dolore sit, & nõ sentiatur. Neq; enim respiciens ad ea quæ peccauerunt, uel ea quæ meruerunt: sed præuidens futura, & in hos congrua pœna animaduertere, & posteros ne ab his offendantur liberare uolo. Ne igitur mœstus sis, neue turberis hæc B audiens. Nam licet illi dignã peccatis suis pœnã luerint, attamẽ statuam testamentũ meum tecum. Nam quia omnes priores indignos sese præstiterunt, neq; de mandatis meis bene senserunt, tecũ posthac statuam testamentũ meum. Et enim Protoplastus post tot beneficia impostură passus, mãdata mea transgressus est: & qui ex illo natus est, ipse in idem malitiæ profundum incidit, unde & continuam maledictionis pœnã accepit. Verum neq; illius pœnis posteriores emendatiores facti sunt, sed mala ita coaceruarunt, ut & genealogiã ipsorum reprobarem. Sanè post hęc ut inueni Enoch, qui uirtutis imaginem seruauit, quia ualde mihi charus fuit, eum transtuli: monstrans omnibus uirtutis cultoribus quantas mercedes & retri C butiones adipiscantur: uolebam enim ut cęteri illius imitatores fierent, eandemq; uiã ingrederentur. Cæterum quia aliis oñibus postea malitiam sectantibus, te solum inueni in tanta multitudine qui primi parentis transgressionẽ reuocare possit: Tecum statuam testamẽtum meum. Nam bonæ tuæ uitæ opera declarant fidelẽ te in suscipiendis mãdatis meis. Deniq; ne adhuc iustus hæc audiens mœreat, ac si solus ipse liberandus sit, iterũ consolatione eum quasi demulcẽs, dicit: Ingredieris autẽ in arcã tu & filij tui, & uxor tua, & uxores filiorum tuorum.] Nam licet multũ à uirtute iusti illius abfuerint, alieni tamen erant à gratioribus sui seculi peccatis. Aliàs quoq; ob duas causas salute potiti sunt. Vna in honorẽ iusti. Cõ suetudo eñ misericordis dei est, honorẽ hunc dare seruis suis, ut propter eos saluentur & alij. Id quod & beato Paulo concessum est, magistro illi orbis, qui usquequaq; suæ doctrinæ radios emittebat. Quandoquidem cum ille Romam nauiga- Act.27
ret, orta in mari tẽpestate magna, ita ut multi saluti suæ timerent, nullam bonã spem propter procellarum magnitudinem habentes, uocatis omnibus, dicit: Bono animo estote uiri. Amissio eñ animæ nullius erit ex nobis præterquã nauis. Astitit enim mihi nocte hac, dei cuius sum, angelus, dicens: Ne timeas Paule: donauit enim tibi deus omnes qui tecũ nauigãt. Vidisti quomodo uirtus uiri salutẽ illis cõciliauit: imò nõ uirtus tantũ, sed misericordia domini. Ita simili modo & hoc loco factũ est, & hæc prima causa est. Altera uero ista:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Volebat ſemẽ aliquod & radicem ad poſteritatis A
conſtitutionem relinquere: non quòd impoſsibile eſſet deo denuo formare hominẽ, & ex uno generis augmentum facere: ſed quia hoc ſua bonitate probabat. Attende igitur dei bonitatem, etiam per ea quæ ſequũtur. Nam ſicut interminando pœnam, cum hominum genere & iumẽta, & reptilia, & uolatilia, & feras peritura dixit: ita & hic propter iuſtum imperat, ut introducanẽ in arcam ex unoquoq; illorum genere par unũ, ut ſit ſemen & primitiæ multitudinis poſtea futuræ. Et ex omnibus, inquit, iumentis, & ex omnibus feris, & ex omni carne, bina ex omnibus induces in arcam, ut paſcas apud te: maſculus & fœmina erunt. Ex omnibus auibus uolatilibus ſecundum genus, & ex omnibus reptilibus repẽtibus ſuper B
terram, ſecundum genus bina ex omnibus intrabunt ad te, ut paſcãtur apud temetipſum, maſculus & fœmina.] Ne obiter hæc præterieris dilecte, cogita quantũ peperit iuſto curarum tumultum, cogitanti apud ſe quantã hæc omnia curam exigerent. Non enim ſufficiebat ei cura mulieris & puerorũ, & nuruum, ſed & ſolicitudo tot brutorum & educatio annectebatur. Verum pauliſper expecta, uidebisq; dei bonitatem, quomodo iuſtum incumbente cura exoneret. Tu autem accipies, inquit, tibiipſi de omnibus cibis, de quibus comeditis, & congregabis apud teipſum, & erunt tibi & illis in cibũ.] Ne exiſtimes, inquit, de ſtitutũ te mea prouidentia relinqui. Ecce emẽ præcipio ut quæ ueſtræ alimoniæ ſufficiũt, & quæ ad C
alenda bruta ſpectant omnia in arcã inferantur: ita ut nullam uel famẽ uel penuriã experiamini, & nec bruta pereãt, utpote cibũ non habẽtia ſibi conuenientẽ. Et fecit, inquit, Noe omnia quęcunq; ſibi præcepit dominus deus, ſic fecit.] Videas & hic encomiũ amplũ. Fecit, inquit, omnia quæcunq; præcepit ei dominus deus. Non aliud quidẽ opere exequebaẽ, aliud aũt negligebat, ſed oẽnia quæ præcepta erant, fecit. Et ſic fecit, ut præcepta erant ei, nihil intermiſit, ſed omnia impleuit, & operibus ſuis probauit quòd iuſtè beneuolentiam dei aſſequutus ſit. Quãtis nõ coronis dignũ fuerit teſtimoniũ hoc, quo à diuina ſcriptura fruiẽ iuſtus ille? Quis hoc fuerit beatior, qui omnia opere cõpleuit quæ ſibi à deo præcepta fue- D
runt, & tantã in ijs quæ ſibi imperata erant obedientiã declarauit? Et ut ſcias quãta ab omnium
Cap. VII conditore prædicta ſint, audi quæ ſequunt. Et dixit, inqt, dominus deus ad Noe: Ingredere tu, & oẽis domus tua in arcã.] Deinde ut ſciamus quòd gratia nõ ſolũ ſaluat iuſtũ, ſed & laborũ retributiones dat, & uirtutũ præmia: dicit, Ideo tibi impero, ut tu & domus tua omnis in arcã ingrediamini: quia te uidi iuſtũ corã me in generatiõe iſta. Magnũ & fide dignũ teſtimoniũ. Quid enim hoc maius eſſe poſſet, cũ ipſe cõditor, & qui eum ut eſſet produxit, talia de iuſto pronuntiat? Quia te uidi iuſtũ, inquit, corã me. Vera hæc uirtus eſt, quãdo corã deo quis illam approbat, quãdo oculus ille qui decipi nequit, ſuũ fert calculum. Exin docẽs nos miſericors deus menſurã uirtutis quantam tunc ab iuſto exigebat (non enim eandẽ uirtutis menſurã ab omnibus afferri uult, ſed pro uarietate temporũ & uirtutes differẽtes requirit) dicit: Quia te uidi iuſtũ corã me, in generatiõe iſta mala, quæ in tantam malitiã declinauit, quæ tantam ingratitudinẽ præ ſe ſert, te uidi iuſtum, te ſolum inueni gratum, te inueni uirtutis rationẽ habere: tu ſolus corã me iuſtus apparuiſti, omnibus alijs pereuntibus, te iubeo ingredi cum omni domo tua in arcã. Ex animalibus puris iubeo te introducere ſeptena. Quia prius indiſtinctè præceperat, ex omnibus par unum introduci: propter hoc unum nunc dicit: Ex puris autem ſeptena, ex impuris uero bina, maſculũ & fœminã] Poſtea autẽ cauſam docens, ſubdit: Vt ſeruetur ſemen ſuper omnem terrã. Operæpretium autem hoc loco fuerit inquirere & uidere, unde ſciebat iuſtus, quænã pura, uel impura? Nondũ enim erat diſtinctio hæc facta, quã poſtea Moſes Iudeis in legib. ſuis ſtatuit. Vnde ergo ſciebat? à ſeipſo ne, & ab inſita naturę ſuæ doctrina? an & ratio docta uit? Nihil enim immundũ ex ijs quæ deus fecit. Quo pacto enim immundam uocaremus ullam creaturam, ſemel ſuperne à conditore approbatam? Dixit enim diuina ſcriptura: Vidit deus omnia quæcunque fecit, & ecce bona ualde. Sed poſtea natura à ſeipſa ita dijudicauit. Et quòd hoc ſit uerum, conſidera quomodo in nõnullis locis, ab aliquibus abſtinent aliqui ut immundis & nõ probatis: aliqui illis ipſis ueſcuntur cõſuetudine ſe ad hoc inducente: ſic & tunc quoque erat. Ipſa ſcientia iuſto inſita docebat, quænam ad cibũ accõmoda, & quæ immunda, non quòd ita ſint, ſed quòd pro immundis habeanẽ. Qua de cauſa, dicoro, alinũ immundum cenſemus, quanuis leguminibus tantũ paſcatur: alia autem quadrupedia cibo cõuenientia putamus, etiamſi immundo alimento paſcantur? Ita ſcientia à deo nobis ſuppeditata, horum eſt doctrix. Poſſet autẽ & aliter dici: Quia deus qui præceperat, idem & ſcire ea manifeſtè fecit. Cæterum de mundis ac immũdis ſatis dictum eſt. Verum interim alia exoritur quæſtio: quare ex immũdis bina, ex mũdis aũt ſeptena: & hęc quoq;, quare nõ uel ſex, uel octo, uel decẽ paria. Fortaſsis prolixius ſermo hic ſe extẽdit: ſed ſi nõ piget & uultis, breuibus de ijs charitatẽ ueſtram docebimus, ea ſcilicet quæ nobis diuina gratia conceſſerit. Multi enim uarias de ijs fabulas narrant, & hinc occaſione ſumpta, obſeruationes numerorũ oſtendunt. At non obſeruatio, ſed intempeſtiua hominũ curioſitas talia fingere moliẽ, unde & multæ hæreſes ortæ. Quod ſtatim ſcietis: etenim frequẽter (ut uideamur quaſi ex abundantia eos, qui ex ſuis opinionibus noua afferũt, compeſcere) inuenimus in ſcripturis copulæ numerum ſeruatũ: quippe quando miſit diſcipulos, Marc. 6.a
binos eos miſit. Ipſi aũt uniuerſi duodecim erant, & Euangelia quatuor numero. At ſuperuacaneũ fuerit hæc apud charitatem ueſtram commemorare, quæ ſatis didicit huiuſmodi dictis obturare

aures

aures. Neceſſarium autem ut poſthac doceamus, A
quare ſeptena ex puris introduci præceperit. Plura quidem præcepit ex mundis introduci, ut iuſtus, & qui cum illo erant, inde conſolarentur, ex illis uſum habentes. Quòd autem ſeptena, & hoc quoq;, ſi cauſam diſceretis, ſummũ indiciũ eſt piæmẽtis iuſti. Nam quia cognouit miſericors deus uiri uirtutẽ, & quòd ut iuſtus & tãta domini fruitus miſericordia, ubi tantæ tempeſtatis effugiſſet periculum, ſuã gratitudinẽ declaraturus, & pro gratiarum actione hoſtias & ſacrificia oblaturus eſſet: ut ne hoc faciendo mutilaret paria, ideo dominus præſcius huius gratæ mentis, iubet ſeptena introduci ex ſingulis auiũ generibus: ut cum ceſſaret uniuerſalis interitus, & ſuam mẽtem declararet, & coniugia uolatilium cæterorumq; ani- B
malium non læderentur: id quod & procedente ſermone diſcetis, ubi in eum locũ peruenerimus. uidebitis enim iuſtũ illum hæc feciſſe. Didiciſtis cauſam ob quam ſeptena introducere præceptũ fuit? Ne poſthac toleretis eos qui fabulari, diuinæq; ſcripturæ ordinem turbare, & quę ex ſuo capite finxerunt introducere nituntur. Igitur poſtquam omnia clarè mandata fuerũt, & de auibus, & de mundis, & de immundis, & de alimẽtis, dicit iuſto: Adhuc ſeptem dies ſunt, & ego induco pluuiam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnẽ ſubſtantiam à facie terrę ab homine uſq; ad iumentum.] Attende obſecro, etiã ex ijs quæ nunc dicta ſunt C
bonitatis diuinæ excellentiã, quomodo poſt tantam longanimitatem etiam nunc ante ſeptẽ dies prædicit, uolens metu emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiam reducere: quod ideo prædicit, ne ea quæ dicit ſuper eos inducat. Cogita hic & Niniuitas, & attẽde quanta horum & illorum diſtantia: quia cum tot annis audiſſent quòd ante fores eſſet interitus, neq; ſic à malitia ſua ceſſarũt. Et conſueuimus quidem negligẽtiores eſſe, ſi incerti ſimus quando futura punitio. At ſi uicini ſimus his quæ offendere poſſunt, tũc humiliamur, & plurimam oſtentamus conuerſionem: id quod
Ionæ 3.b & in Niniuitis contigit. Quandoquidem ubi audierunt quòd adhuc tres dies, & Niniue ſubuertitur: non ſolũ non deſperauerunt, ſed & ad dictũ hoc excitati tantam malorũ fecerunt miſsionẽ, & D
tam diligentẽ confeſsionẽ exhibuerũt, ut ad bruta uſq; extenderẽt ea quæ attinebant ad pœnitentiam. Et quid hæc ad bruta, & ſermone carentia? ſed ut per hoc miſericordiã boni domini ſibi cõciliarent. Prædicato enim ieiunio, inquit, regis purpurati mandarũt, ut neq; oues neq; boues neq; alia bruta pabulũ uel aquã acciperẽt: ſed omne hominũ genus tunc ſaccis amictũ, & ipſe quoq; rex ſublimi throno ſedens magnã & parem cum alijs egẽre pœnitentiã: feceruntq; hæc, licet ignoraret an pœnã effugerent. Dicebant enim: Quis ſcit, ſi fortè pœniteat deus ſuper afflictiõe, quã ut nobis faciat loquutus eſt? Vidiſti Barbarorũ bonã mẽtem? uidiſti quomodo neq; dierum anguſtia ſegniores fecit? Vide & illos poſt numerum tot annorum, ubi audiuerunt quod adhuc ſeptẽ dies & diluuium inducitur, neq; ſic conuerſos. Vnde in confeſſo fuerit, quòd uoluntas noſtra malorũ omnium cauſa eſt. Ecce emẽ & hi & iſti fuerunt homines, & eiuſdem cuius alij naturę, ſed non eiuſdem uoluntatis. Propterea nec idem eorum euentus, ſed Niniuitæ ſubuerſionem ſubterfugerunt, cum bonus deus eorum contentus eſſet pœnitentia propter ſuam miſericordiam: iſti uero ſubmerſi, in communi abolitione perierũt. Adhuc enim, inquit, ſeptem dies, & ego inducam pluuiam ſuper terram. Deinde magis augere uolẽs terrorẽ, inquit: Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.] Quid? non erat ei poſsibile ut uno die totam pluuiã induceret? Quid, inquam, uno die? B
Vno momẽto poſſet: ſed hoc data opera facit, uolens ſimul & timorem incutere, & occaſionem præſtare, qua poſſent pœnam quæ iam in foribus eſſet, effugere. Et delebo, inquit, omnẽ ſubſtantiam quam feci à facie terræ uſq; ad pecus.] Vide quomodo & ſemel & iterum prædicit, & neq; ſic illos tangit. Omnia autẽ hæc faciebat, ut nos doceret quòd iuſtè eis tantam pœnam inflixerit, & nullus inſipientiũ arguere & dicere poſſet: Si longanimior fuiſſet, fortè pœnitentiam egiſſent, fortè à peccatis abſtitiſſent, & ad uirtutẽ rediſſent. Eaq; de cauſa annorum quoq; numerum manifeſtum nobis facit, & arcam fabricari iubet. Et poſt hæc omnia etiam ante dies ſeptem prædicit, ut omnium temerè loquentium impudentes linguas
C cõpeſcat. Et fecit, inquit, Noe omnia quæcũq; mandauit ei dominus deus.] Vide quomodo & nunc prædicat iuſti gratitudinem & obedictiam diuina ſcriptura: docens nos quòd nihil quod imperatũ erat prætermiſerit: ſed omnibus impletis, etiã per hoc uirtutis ſuæ ſpecimen præbuerit. Illũ igitur & nos imitemur iuſtum, & mandata à deo tradita implere ſtudeamus, & leges à Chriſto nobis latas non deſpiciamus. Sonent aũt continuò in mente noſtra, feſtinemus ad bona opera, longanimes ſimus in his quæ ad ſalutẽ noſtram pertinent, præſertim cum nunc longè maior uirtutis menſura à nobis exigatur, quanto & meliora bona ſortiti ſumus. Ideo & Chriſtus dicebat: Niſi a- Matt. 5.b
bundantior fuerit iuſtitia ueſtra ẽ ſcribarum & phariſæorum, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Cõſideremus hoc dictũ, & nõ perfunctorie tranſeamus, ſed cogitemus quanta pœna futura eorum qui non ſolum operam nõ dant ut illos tranſcẽdant, ſed & deteriores illis ſunt: neq; hoc præſtant ut iram remittãt proximo, uel linguam à iuramentis ſeruent puram, uel oculum muniant à nociuo ſpectaculo. Et cum dominus præcipiat, non ſolũ fortiter ferre ſi qua iniuria fuerimus affecti, ſed et beneficia in inimicos largiter collocare, inquiens: Et qui tecũ iudicio contendere, & pallium tollere uult, dimitte & tunicam: nos ſæpe & proximo iniuriam facere nitimur, uel etiam ulciſci eum qui nobis negotium facit, quamuis nobis imperatũ ſit nõ ſolũ diligẽtes diligere (nam hoc, inquit, & publicani faciunt) ſed & bene & amice

affectos

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectos esse in eos qui nos hostiliter infestãt, qui A neq; amicis fraternã charitatem exhibemus. Eapropter doleo & lugeo, quia uideo in nobis tantam uirtutis raritatem, malitiam autem quotidie inualescere. Neq; moratur gehennę timor nostrũ in mala cursum, neq; regni desiderium adhortari sufficit, ut in uia uirtutis ambulemus. Sed omes, ut ita dicam, quasi oues erramus, neq; cogitamus terribilem illam horã, uel leges à domino nobis datas. Sed omnes ad hominum opiniones spectamus, & gloriolã ab illis uenamur, neq; audimus
Ioan.5.g Euangelium dicens: Quomodo uos potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes, & gloriam quæ à solo deo est, non quærentes? Quemadmodum enim qui illam humanam desiderant, diuina prorsus frustrantur: ita qui diuinam sectã- B tur continuò, neque hac priuantur: id quod ipse prius promisit: Quærite regnum cœlorũ, & hæc omnia uobis adijcientur. Etenim eum qui huius desiderio tenetur, sequuntur omnia. Nam qui illuc mente sua celer uolat, omnẽ præsentem prosperitatem, quasi non esset, contẽnit. Oculi enim fidei, quando cõsiderant ineffabilia illa bona, ne sentiũt quidem hæc uisibilia: tantum inter hęc & illa interest. Sed neminẽ uideo, qui inuisibilia uisibilibus præferat. Idcirco mihi mœror est, & inde sinẽs dolor cordi meo: quia neq; experientia rerũ nos docet, neq; dei promissiones, neque munerũ magnitudo, regni desideriũ & amorem nobis ingenerant. Verum adhuc humi reptantes antepo- C nimus terrena cœlestibus, præsentia futuris: & ea quæ prius auolant quàm spectentur, his quæ omnibus durant seculis: & momentaneam uoluptatem, perpetuæ uoluptati: breuem hanc præsentis uitæ prosperitatem, æternis illis & fine carẽtibus bonis. Scio quòd aures uestras mordent hæc uerba, sed ignoscite. Auidus uestræ salutis hæc loquor, malens uos hic aliquantisper afflictos æternam pœnam effugere, quàm post paruã oblectationem perpetuam ferre pœnam. Nam si sermo meus in uobis proficit, & priorẽ tristitiam repelletis, & nunc maximè dum adhuc sanctæ quadragesimæ tempus uobis reliquum, poteritis peccata abstergere, magnamq; à deo misericordiam uobis conciliare. Non enim multis diebus opus habet dominus, neq; tempore: sed si uoluerimus, & in duabus hebdomadis corrigere peccata nostra poterimus. Nam si Niniuitas trium dierum pœnitentiam agentes, tanta dignatus est misericordia, multo magis nos non despiciet. Tantũ uerè pœniteamus, & desistentes à peccato, uiam quæ ad uirtutem ducit, ingrediamur. Enimuero de illis,
Ionæ 3.d Niniuitas dico, scriptura testatur, beatos eos prædicans: Quia uidit deus, quòd discesserit unusquisque à uia sua mala. Igitur si uiderit, quòd & nos in uirtutis partes transiuimus, & desertis uicijs festinamus ad bonorum oporationem, approbabit & nostram cõuersionem, & sarcinis peccatorum exoneratis sua largietur dona. Neq; nos sic à peccatis liberi esse & saluari cupimus, sicut ipse cupit & adesse festinat, ut & ab illis liberos nos faciat, & salute potiri cõcedat. Eapropter obsecro, excitemus nostras mẽtes: sui quisq; scrutator sit, an quid amplius à se præterito tẽpore cum laude gestum sit, uel quam utilitatẽ habuerit ex cõtinua hac doctrina: uel quid quod proximo seruiat, fructuũ collegerit, uel quæ à se prętermissa & negligẽtius gesta correxerit, uel quã adhortationẽ melioris uitæ ex his nostris quotidianis acceperit ad monitionibus, uel quid bonis suis operibus adiecerit: & in recte quidẽ institutis pergat, nec unq; cesset à bona hac operatione. At si quis uiderit cõ suetudinẽ suã adhuc prævalere, & se in ijsdẽ perseuerare, cogat mentẽ suam suæ desidiæ rationẽ reddere: nec sinat progredi ulterius, sed ibi cõsuetudini finẽ imponat, moreq; concitatũ cursum, co erceat cogitationes, in mẽte reuoluat horrẽdum illũ diẽ. Cogitet quid horror ille pariat, & impetũ ignis inde resiliẽtis, & conburentẽ uim, & qualẽ conueniat esse illuc proficiscentis mentẽ, quæ ab omni macula, ab omi labecula sit pura, & illicitarum cogitationũ assultus repellat, & familiaritatem fugiat: ut sic dieb. reliquis nosipsos queamus apparare, quantũq; fieri potest purificati, participes fiamus tam præsentiũ, q̃ ineffabilium illorũ bonorũ quæ promisit diligentib. se, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi: cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Noe autẽ annorũ erat sexcentorũ, & diluuiũ aquæ factũ est super terrã. Homil. XXV

ARGVMENTVM de quo heri charitati uestræ disserui, denuò attingam, & iusti Noe historiã iterũ in mediũ afferã. Magnæ enim uirtutũ iusti diuitiæ sunt, nostriq; officij est omnibus pro nostra uirili disquisitis, curare ut uestrę opes hinc auctiores fiant. Cæterum, obsecro, attẽta mente adsitis, ut ne sententias, quæ hic latent, ignoretis. Operæpretium autem fuerit, prius charitati uestræ commemorare, ubinam heri docẽdi finem fecerimus, ut inde hodie sermone repetito, dicenda dictis rectè contexamus. Sic enim manifestiora nobis erunt etiam ea quæ nunc dicũtur. Vbi ergo quæ docebamus heri, finem habuerũt: Dixit, inquit, dominus deus ad Noe: Ingredere tu, & omnis domus tua in D arcam: quia te uidi iustum coram me in generatione ista. Ex iumentis tuis mundis induc ad te septena: & ex iumentis quæ non sunt munda bina. Adhuc enim septẽ dies, & ego inducam pluuiam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem substãtiam à facie terræ, ab homine usque ad pecus. Et fecit Noe omnia quæ præceperat sibi dominus deus. Hucusque processit sermo, hic docendi finem fecimus. Fortassis & ipsi meministis, quam charitati uestræ causam reddiderimus, quare deus ex mundis septena, ex immũdis bina introduci iusserit. Agè ergo hodie accedamus ad ea quæ consequenter lecta sunt, & uideamus quid nobis diuina scriptura dicat post ingressum Noe in arcã. Nunc enim maximè, si ullo alio tempore, decet ut am-

ut amplius sit nostrum studiũ, cum ob ieiunij tem A derunt, qui miracula non spectarunt: sed auditis pus & dulcissima uestra consuetudine magis fruimur, & à uoluptatibus uoracitateq; liberamur, excitatisq; mentibus, dictis diligenter attendere possumus. Dicẽdum igitur, unde hodie lectio cœpta est. Noe autem erat annorũ sexcentorum, inquit, & diluuium aquę factum est super terrã.] Attendite, obsecro, & ne perfunctorie dictũ prętercurratis. Habent enim latentes diuitias breuia hæc uerba. Quòd si mentẽ intenderimus, licebit ex isthoc ipso misericordiæ domini excellentiam, malitiæq; hominum, qui tunc erant, incremẽtum deprehendere. Noe autem annorum erat, inquit, sexcentorum.] Non absq; causa annorum Noe numerum nos docuit, neq; ut istuc ipsum discamus quot annorum iustus: sed quia prius nos B docuit scriptura, dicens: Noe autem erat annorũ quingentorum: & postquam nobis annorum manifestauit numerum, tunc narrauit immodicã hominum in malum propensionem, & quia incũbebat cogitatio hominum diligẽter in mala à iuuẽtute: quapropter dixit deus: Non permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quòd ipsi sint carnes: prænuntiando eis indignationis suæ excellentiã. Deinde ut daret eis idoneũ tempus, quod sufficeret pœnitentię, ut effugerẽt, & indignationem non experirentur, dicit: Erunt autẽ dies eorum anni centum & uiginti: hoc est, adhuc longanimis ero etiã post quingẽtos illos annos, in quibus iustus iste suo nomine satis admonet, & inducit, si quidẽ attendere uellent, quò & à malitia de C sistant, & uirtuti uacent. Veruntamẽ & nũc polliceor me annos centum uiginti longanimem futurum, ut tẽpore hoc quod intercedet, non abutantur, malitiam fugientes, & uirtutẽ amplexantes. Neq; contentus fuit centũ & uiginti annorũ promissione, sed iusto præcepit ut arcã construeret, quò & ipse aspectus arcæ ijs sufficientem memoriam suggereret, & nullus ignoraret inferẽdę pœnæ magnitudinẽ. Nam istuc ipsum, quod iustus ille, & qui in summũ uirtutis peruenerat fastigiũ, tanto studio extruebat arcã: satis esse debebat ad inijciendũ omnibus, quibus mens erat, angorem & formidinem, & persuadendum ut placent tam mansuetũ & misericordem dominũ. Nam si Barbari illi, Niniuitas dico, quos iterũ in medium ad D ducere operæpretiũ est, ut etiam hac ratione magis demonstretur & horũ excellens malitia, & illorũ ingẽs gratitudo. Etenim dominus noster in die illo terribili, iudicij inquã, seruos & seruos in medium producens, condemnationẽ facit, quando mõstrantur ij qui eadem bona sortiti erant, & eorundẽ participes non eandem exercuerant uirtutem. Sæpe autem ex inæqualibus comparationes facit, ut magis desides & peccatores condem
Matt.12.d net. Quapropter & in Euãgelio dicebat: Viri Niniuitæ resurgent in die iudicij cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiã egerunt. Et ecce plus quàm Ionas hic, quasi diceret: Barbari quorũ nulla cura est habita, qui prophetarum doctrinas non audierunt, qui signa nõ uidiscatis tãtum unius hominis è naufragio seruati uerbis, quæ eos magnam desperationem afferendo, consilij inopes facere poterant, ita ut prorsus contemnerent quæ dicebantur: non solum nõ despexerunt Prophetæ uerba, sed in trium dierũ angustia deprehẽsi, tam diligentẽ & studiosam fecere pœnitentiam, ut & sententiam domini reuocarẽt. Illi igitur, inquit, condẽnabunt generationẽ hanc, cui tanta cura contigit, quæ prophetarum libris enutrita, quæ signa & miracula quotidie spectauit. Deinde ut & istorum incredulitatis eminentiam ostenderet, etiam horum ineffabilem uirtutem subdit: quia pœnituerunt ad prædicationem Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hic. Niniuitæ qui dem, inquit, uiso abiecto homine Iona, & eius susceperunt prædicationem, & cõsummatam fecerunt pœnitentiã. Isti autem uidentes multo maiorem quàm Ionas erat, ipsumq; uniuersi dominũ secum simul uersantem, tantaq; ac talia miracula operantem, leprosos mundantem, mortuos suscitantem, cæcitates naturæ corrigentẽ, dæmones expellentem, morbos curantem potestate multa, peccatorum remissionem præbentem: non illam quam Barbari, gesserunt pœnitẽtiam. Verum ad sermonis nostri cõtextum redeamus, ut uideas q̃ immodica fuerit illorum ingratitudo: & quòd Niniuitæ in triduũ coartati, neq; sic de salute sua desperarunt, sed ad pœnitentiam accelerauerũt, & peccata abluerunt, misericordiaq; domini sese dignos exhibuerunt. Illi autem, de quibus nunc sermo, tempus cẽtum & uiginti annorum ad pœnitentiam acceperãt, neq; aliquid inde lucrifecerũt. Proinde dominus uidens in multã illos excidisse malitiam, celeremq; ipsis inducit castigationẽ, aboletq; & è medio tollit peccandi furorem. Propter hoc dicit: Noe autem erat annorũ sexcentorũ, & diluuium aquæ factum est super terram. Iam didicimus quòd quando indignatio & prædictio domini facta est, Noe fuit annorum quingentorũ: quando inductũ est diluuiũ, sexcentorũ: ita intercesserunt anni inter prædictionẽ & diluuiũ, centum, & in ijs annis ne tantillum quidem profecerunt, licet tantopere docerenẽ à Noe arcam fabricãte. Iam si forte quis quærat: quare cũ dixerit dominus, centũ uiginti anni erunt dies eorũ: promiseritq; se tanto tẽpore longanimitate usurũ, antequam implerentur anni promissi, uniuersale introduxit excidium? Etiam hoc suæ misericordiæ maximũ est argumẽtum & indiciũ. Nam quoniã uidit quotidie intolerabiliter illos peccare, & nõ solũ nihil ex ineffabili longanimitate sua proficere, sed & increduescere ulcera, propterea abrupit tẽpus, ut ne maiori scilicet pœnæ se obnoxios faceret. Et quæ (inquit aliquis) hac maior erat pœna? Est planè, est dilecte, pœna & maior, & terribilior, & durans: nẽpe in futuro seculo, Nam qui pœnã hic sustinẽt, & illic non effugiũt, sed leuiorem sortiuntur, ob eam quam hic tulerunt, ij magnitudinẽ eorum quæ illic sunt tormentorũ minuunt. Audi Christũ dicentẽ, et miserã uocantem

Bethsaidæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luce 10.c Bethsaida: Væ tibi Corozaim, ingt, uę tibi Bethsaida: quia si in Sodomis factæ essent uirtutes illæ quæ factæ sunt in uobis, olim in sacco & cinere pœnitentiam egissent. Idcirco dico uobis, quia tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæ in die iudicij, quàm uobis. Vides dilecte, quomodo cum dicit, tolerabilius erit, ostendit quòd licet tantam hic pœnam dederint, & incendium illud nouũ & rarum tulerint, & alibi pœnã sustinebũt, ueruntamen leuiorem, eo quòd prius hic tantam experti sint indignationem. Vt igitur & ij peccata coaceruãtes, maioribus se pœnis obnoxios nõ facerent, dominus misericors & benignus miseriam eorũ uidens, tempus quo se longanimem futurũ promisit, abbreuiauit. Nam sicut eis qui admonitionibus suis promptè parẽt, ob bonitatem sibi peculiarem sententias suas reuocat, & cõuersis appropiat, ab imminẽtibus pœnis eos liberãs: ita quoq; cum promittit uel bona aliqua se præbiturum, uel pœnitentiæ tempus, uidet autem fieri indignos, etiã tunc suas promissiones rescindit.

Hier. 18.b Quocirca & per Prophetã dicebat: Finẽ loquar super gẽtes, & super regna, ut perdã & effodiam: & si pœnitentiã egerint, agam & ego pœnitentiã super his quæ loquutus sum ut facerem. Et iterũ, finem loquar super gentes & regna, ut reædificẽ: & si peccauerint, pœnitentiã & ego agam super his quę loquutus sum ut facerem eis. Vidisti quomodo à nobis occasiones accipit, tam misericordiæ erga nos, q̃ indignationis? Idcirco etiã nunc tẽpus præcidit, cuius longitudine abutebantur. Beatus quoq; Paulus ad stupidos illos, qui propter pœnitentiã datam nobis salutem non aduer-

Rom. 2.b tunt, dicebat: An diuitias benignitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quòd benignitas eius ad pœnitentiam te prouocat: secundum autem duritiam tuam, & cor pœnitentiæ nescium, thesaurizas tibimetipsi iram in die iræ & reuelatiõis iusti iudicij dei? Vidisti quomodo & eximius ille doctor orbis clarè nos docuit, quòd qui longanimitate dei ad pœnitẽtiam nobis concessa abutũtur, maiori pœnæ & supplicio semetipsos obnoxios faciunt? Et hac de causa misericors deus, quasi satisfacturus nobis, rationemq; reddens quare antequam promissum tempus impleretur, diluuiũ induxerit, annorum iusti numerũ ponit, & dicit: Noe autem erat annorũ sexcentorum. Nam qui in centum annis cõuerti noluerint, quid amplius proficerent ex annis uiginti, q̃ quòd plura adijcerent peccata. Enimuero mõstrans ineffabilem suam misericordiam, & excellentem bonitatẽ: non refugit etiam ante septem dies, quin prædicet eis diluuium mox inducendum, ut uel angustia temporis correpti, conuersionem aliquam ostendant. Et uide misericordiam domini, quomodo quasi bonus aliquis medicus, uarijs uijs morbum eorum curare tentat. Nam quoniam incurabilia eorum erant uulnera, tam prolixum eis tempus præscripsit, uolens etiã si in tanto tempore agnoscerent & resipiscerent, reuocare indignationis suæ sententiam. Semper enim mos suus est, quoniam nostrę salutis curam agit, prædicere quas pœnas sit illaturus, ob hanc tantum causam ne inferat, quas si inferre uellet, neutiquam diceret: sed studiose prædicit, ut cum nos didicerimus, & timore emẽdatiores facti cõuertamus ipsius indignationẽ, & sententias irritas faciamus. Nihil enim est quod ita illum exhilaret, atq; conuersio nostra, & à peccato ad uirtutẽ regressus. Animaduerte igitur quomodo & istorũ ualetudinẽ industria quadã curare nititur. Nam prius tantũ temporis ad pœnitẽtiam dedit. Deinubi uidit eos quasi insensati essent, ita se gerere, nihilq; proficere temporis longitudine, iam cum in foribus ipsis esset (ut dicitur) diluuium, iterũ præ-

B nuntiat, non ante tres dies, sicut de Niniuitis dicitur, sed ante septem. Et fidenter dixerim excellentiam misericordiæ domini nostri sciẽs, si uel in septem diebus iustam pœnitentiã agere uoluissent, effugissent utiq; diluuij periculũ. Itaq; quoniam neq; productio tanti tẽporis, neq; coartatio à malis eos abducere potuit, induxit diluuium in sexcentesimo anno Noe. Noe autẽ, inquit, sexcentorum annorum erat, & diluuium aquæ factũ est super terram.] Vidistis dilecti quantæ nobis utilitatis materia facta sit, cognoscere numerũ annorum iusti, & quot annorum erat quando diluuiũ uenit? Agè progrediamur ad ea quæ consequenter dicuntur. Nam ut cœpit diluuiũ, inquit: Ingressus est autem Noe & filij eius, & uxor illius, & uxores filiorum illius in arcam, propter aquã

C diluuij, & ex uolatilibus mundis, & ex iumentis, & ex reptilibus, bina. Ex omnibus intrauerũt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut præceperat dominus Noe.] Non absq; causa addidit: Sicut mandauit dominus Noe: sed ut iterum augeret laudem iusti, quòd omnia impleuerit sicut præceperat, & quòd nihil ex dictis prætermiserit. Et factum est post dies septem, sicut promiserat, inquit, dominus, & aqua diluuij facta est super terrã primo & sexcentesimo anno uitæ Noe, mense secundo, uicesimo & septimo mensis.] Vide scripturæ diligentiam, quomodo non solũ nos docuit quo anno, sed & quo mense & die. Et ut maiori narratione emẽdatiores reddat posteros, terrorem quoq; factorũ latius dicit: In die isto

D rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataractæ cœli apertæ sunt, & facta est pluuia super terrã quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.] Vide quanta dicendi attẽperatione utitur etiã nunc sacra scriptura: omnia enim iuxta humanã consuetudinẽ loquit̃, nõ quòd cataractæ & fenestræ sint in cœlo, sed omia per familiaria nobis uerba loquit̃, quasi diceret: Præcepit tantũ dominus, & statim aquarum natura mãdato cõditoris obediuit, & ut cõfluxit, totũ orbẽ inundauit. Iam quòd quadraginta diebus, et quadraginta noctibus inductum est diluuiũ, & istucipsum bonitatis maximum specimẽ est. Volebat em̃ propter magnam misericordiam, uel aliquot ex eis castigatos generalem hanc internecionem effugere, cum ante oculos uiderent proximos suos perire, & imminere sibi

resibi cõmunem interitũ. Verisimile enim est primo die bonã aliquam partem diluuio perijsse, & secundo die accreuisse aliquid diluuij: & similiter die tertio, & quarto, et reliquis. Atq; ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, ut omnem defensionis prætextũ adimeret. Nam si uoluisset ac imperasset, potuisset omnia in uno momento perdere diluuio, sed pro sua misericordia tanta dierũ productione usus est. Deinde dicit: In die illa intrauit Noe in arcã, & Sem, & Cham, & Iaphet, & uxor Noe, & tres uxores filiorũ illius, & omnes bestiæ secundũ genus, sicut præceperat dñs deus Noe. Quãdo, inquit, cœpit diluuiũ, secundum præceptũ domini, intrauit Noe in arcã cum filijs & uxore sua, & uxoribus filiorũ suorũ, & oẽs bestiæ secundũ genus. Et clausit, inquit, B dominus deforis eius arcam.] Animaduerte etiã hic uerbi ad nostrã infirmitatem accõmodationẽ. Clausit dominus forinsecus illius arcã, ut doceat quòd securum fecerit iustum. Quapropter adiecit, forinsecus, ita ut ne posset uidere iustus generalem omniũ interitũ qui fiebat, unde maiori dolore cõficeretur. Nam si expendisset secũ atrocissimam illam tempestatẽ, descripsissetq; in mente humani generis perditionem, cõmunem brutorũ omnium interitum, & hominum, & iumentorũ, & ipsius terræ (ut ita dicã) abolitionem, mœstitia correptus & ualde turbatus fuisset. Bonorũ enim uirorũ animæ magnã compassionem habere solent, si quando uident puniri homines, etiã si mali sint qui pereũt. Et inuenies omnes prophetas & C iustos plurimum pro illis deo supplicare, sicut Pa-

Gen. 18.c.d triarcha p̃ Sodomitis faciebat, sicut & Prophetæ continuò facere solebant. Etenim unus quidẽ di-

Ezech. 9.d cebat: Heu mihi dñe, delebis tu reliquias Israel?

Hab. 1.d Alius aũt, inquit. Facies homines sicut pisces maris, non habentes ducem? Igitur quia alioquin iustus confundebatur mente & turbabatur, ut non & spectaculi tristis aspectu magis cruciaretur, in arca illũ quasi in carcere includit, ut ne oculis prospiciens metuere inciperet. Verisimile enim est, si uidisset inundationẽ tot aquarũ, anxium futurũ fuisse ne & ipse aquis periret. Eius igitur curã gerens misericors deus, nõ permisit ipsum uel aquarum spectare sæuitiã, uel uidere hominũ excidiũ, & communem orbis internecionem. Ego autem D quando reputo mecum, in arca iusti huius uitam, obstupesco & miror, & iterum dei misericordiæ totum adscribo. Nam nisi illa confirmasset illius mentem, & difficilia leuia fecisset, quomodo obsecro ferre potuisset? Erat em̃ ibi inclusus, quasi in carcere & custodia. Et quomodo potuisset aduersus tantos fluctuũ impetus subsistere? Si enim homines qui in nauí sunt, & uelo utuntur, & gubernatorem ad clauũ sedentem uident, & sua arte uentorũ ui obsistentẽ, quando fluctuũ uident insaniam, enecanẽ metu, & saluti quoq; suæ timent: quid dicet aliquis de iusto hoc, qui quasi in carcere (ut dixi) sedens, ultro citroq; iactabatur, neq; cœlum uidere, neq; aliquò oculos uertere ualens: sed intus tenebatur, nihilq; prorsus uidere pote-

Chryſ.

A rat, quod cõsolationem afferret? Et ij quidem qui in mari nauigãt, etiã si exurgant alti fluctus, possunt subinde in cœlũ suspicere, & cacumina montium uidere, & ciuitates magnas spectare, sicq; aliquantam consolationem capere. Quòd si grauior & intolerabilior fuerit tempestas, decem uel paulo pluribus diebus, & post multas illas tempestates, & pericula in terram eiecti, & paululum resecti, omnium illarum molestiarum obliuiscuntur. Hic autem nihil tale, sed anno toto nouum & rarum illum carcerem inhabitat, neq; aerem respirare ualens. Quomodo? Vndequaq; enim arca munita erat. Quomodo substitit? quomodo durauit? dic mihi. Nã si ferrea & adamantina illis fuissent corpora, quomodo potuissent, qui neq; aere fruebantur, neq; uento, qui non minus q̃ aer ad refocillanda corpora nostra factus est: neq; oculos pascere poterant, aut cœli, aut terræ floribus pictæ spectaculo? Quomodo non excæcati oculi eorũ, qui tandiu ibi egerunt? Et si humanis rationibus hæc deprehendere uolumus, & illud cogitandũ, quantam fluuialis aquę copiam habebant in arca uiuentes. Et ut hæc præteream, quomodo potuit iustus ille cum filijs & uxoribus conuersationem cum feris & alijs animalibus ferre? Quomodo tulit fœtorem? Quomodo tulit cohabitationem? Et quid dico? quomodo bruta ipsa potuerũt durare, & non perire in tanta temporis longitudine, quæ neq; aerem attrahere ualebant, neq; moueri, sed in uno loco coercebãtur? Scitis enim clarè quòd

C & nostra & brutorum natura, etiam si aere fruamur, alijsq; omnibus, continuò autẽ in uno loco simus inclusi, perit & corrumpitur. Vnde igitur potuit iustus cum omnibus qui in arca erant, tanto durare tempore? Non aliunde quàm ex superna gratia, cui omnia sunt possibilia. An non arcã huc & illuc iactari, & non submergi à tanta aquarum ui, cũ nullus esset gubernator, supernæ erat gratiæ? Non em̃ dicere potes, quòd fuerit ad modum nauis, ut arte quadam illius iter dirigi potuerit. Arca erat undequaq; munita: & propter præceptum conditoris, non solum eam lædere nõ potuit aquarũ impetus, sed & sublimior illis facta, inhabitantes admodũ securos fecit. Quando em̃ deus operatur aliquid, dilecte, noli humana ratio

D cinatione exquirere, quæ fiunt: transcendunt em̃ mentem nostram, & nunquam potest humana cogitatio attingere & comprehendere, eorum quæ à deo condita sunt, rationem. Proinde par est, nos audientes quod deus imperauit, persuaderi & credere ijs quæ ab illo dicuntur. Nam cum conditor sit naturæ, omnia cõponit & transformat, prout sibi uidetur. Et clausit dominus forinsecus illius arcam. Magna huius iusti uirtus fuit, & fidei excellentia. Illaipsa enim arcam fabricari fecit, & eius inhabitationẽ æquo animo tulit, coarctationemq; sustinuit, & conuersationem cum feris reliquisq; brutis animalibus. Hinc est quòd & beatus Paulus eius mentione facta, prædicans illum clamabat dicens: Per fidem oraculo admonitus Noe, ea quæ nondum uidebantur ueritus, appa-

tom. i i rauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rauit arcam ad ſalutem domus ſuæ, per quam con A demnauit mundum, & eius quæ ſecũdum fidem eſt iuſtitiæ factus eſt hæres. Vidiſti quomodo fides in deũ, quaſi ſecura quædam ancora, fecit ut arcam fieri curaret, & inhabitationem ſuſtineret? Nam hæc illi & ſalutis fuit occaſio, per quam, inquit, condemnauit mundum, & eius quæ ſecundum fidem eſt iuſtitiæ factus eſt hæres: non quòd ipſe fuerit iudex, ſed quòd collatos ad illum cæteros dominus condemnauerit. Cum enim eadem habuerint quæ iuſtus, non tamen eandem ueritatis uiã ingreſſi ſunt. Fide qua prædítus fuit, condemnauit eos qui tantæ fuerunt incredulitatis, ut prædictioni nõ crederent. Ego autem ſupra omnia uirtutem iuſti admiror, dominiq; bonitatẽ & ineffabilem miſericordiã, quomodo potuerit uer B ſari in medio beſtiarum, leonũ dico, & pardorũ, & aliarum immitiũ ferarum. Recordare hic dilecte, obſecro, quãtæ dignitatis fuerit Protoplaſtus ante inobedientiã: & dei bonitatem animo obſerua, quòd prævaricatio hanc poteſtatem nobis data tam mutilauerit & imminuerit. Inuenit autẽ deus alium uirũ qui potuit innouare imaginẽ priſtinã, & ſeruare uirtutis characteres, magnãq; in mandatis dei obedientiã præſe tulit, & ad primũ ſuũ honorem iterũ redijt, tantũ non docens nos operibus, quantã poteſtatẽ Adã ante inobedientiã habuerit. Virtus itaq; iuſti, diuina miſericordia adiuta, primũ reparauit dominiũ, denuoq; beſtię ſuam agnouerunt ſubiectionẽ. Cum eñ uiderint iuſtũ, obliuiſcunt naturæ ſuæ: imò non naturæ, ſed fero C ciæ, & naturæ inſitã ferociã in manſuetudinẽ conuertũt. Et uide interim quid & Danieli euenerit. Hic eñ cum à leonibus circundaret, quaſi ab hominibus ſtiparet, ſic intrepidè uiuebat: quãdoquidem iuſti fiducia ferarũ naturã frenabat, nec ſinebat ut agerẽt ea quæ ferę ſolent. Simili modo etiã egregius ille magna facilitate ferarũ ferebat cõuictum: & neq; loci anguſtia, neq; temporis productio, neq; quòd ſic incluſus erat, ut aerem reſpirare non poſſet, moroſum eum & difficilem reddebant: ſed ob fidẽ in deũ omnia ipſi facilia uidebantur, & ſic uerſabat in graui illo carcere, ſicut nos in pratis & lucis. Præceptũ enim dñi difficilia facilia ſibi uideri faciebat. Talis enim iuſtorũ mos eſt, ut quando aliquid propter deum ferunt, non res D ipſas quæ fiunt ſpectent, ſed cauſam ſecũ expendentes, facilè omnia ferant. Quia & Paulus, gentium doctor, uincula, tribunalia, quotidiana pericula, multas illas & intolerabiles afflictiones, leues uocabat: nõ quòd natura tales eſſent, ſed quia cauſa propter quam fiebant, talem ei ſententiam ingenerabat, ut neq; aduerteret, ſi quę grauia obuenirent. Audi enim illum dicentẽ: Nam momentanea leuitas afflictionis noſtrę, mirè ſupra modũ æternum pondus gloriæ parit nobis. Expectatio, inquit, gloriæ quã aſſequemur, & perpetuæ illius felicitatis, leuiter nos facit ferre cõtinuas illas afflictiones, leues q; eas ducere, ſcientes quomodo amor in deum grauitatẽ moleſtiarum imminuit, neq; ſentiri ſinit, cum nos inuaſerint. Sanè ob hoc

2. Cor. 4. d

& beatus ille omnia ſuauiter ferebat, utpote qui fide & ſpe in deũ paſcebatur. Et clauſit, inquit, dominus deus de foris illius arcam, & factum eſt diluuium quadraginta diebus & quadraginta noctibus ſuper terrã, & ſuperferebatur arca.] Attende iterum quomodo narratione augeat terrorem & aggrauet factũ. Inquit enim: Et factũ eſt diluuium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & multiplicata eſt aqua, & eleuauit arcã, & exaltata eſt à terra: & inualuit aqua & multiplicata eſt ualde ſuper terrã, & ſuperferebat arca ſuper aquã: aqua autẽ inualeſcebat ualde ualde ſuper terram.] Vide quomodo diligẽter narrat magnam aquarum uim, & quotidianum fœuitiæ illarum incrementum. Inualeſcebat enim aqua, inquit, ualde ualde: & occultauit omnes montes excelſos, qui erant ſub cœlo. Quindecim cubitis in ſublime exaltata eſt aqua, & operuit omnes montes.] Meritò ordinauit deus claudi arcam, ut ne uideret iuſtus quæ fiebant. Nam ſi nos poſt tot annorum numerũ, & poſt tot ſecula, audientes duntaxat ſcripturæ narrationem, metu & ſtupore corripimur: quid ueriſimile eſt iuſtũ illũ fuiſſe paſſurum, ſi quidem oculis uidiſſet intolerabilem illam abyſſum? Quomodo enim potuiſſet uel ad breue tempus? an non ſtatim primo aſpectu defeciſſet anima illius tota, & tam graue ac moleſtum ſpectaculum ferre ultrà non potuiſſet? Cogita hic dilecte, quomodo nunc cũ paruus hymber ingruit, in angore ſumus, & de uniuerſo, deq; ipſa quodammodo uita deſperamus. Quid igitur ueriſimile erit, iuſtum illum tunc fuiſſe paſſum, ſi ad tantam ſublimitatem uidiſſet excreuiſſe aquas? Super montes enim, inquit, quindecim cubitis, exaltata eſt aqua. Recordare igitur hic dilecte, quæ à domino dicta fuerint, quando dicebat: Non permanet ſpiritus meus in hominibus iſtis, eo q; ipſi ſunt carnes.] Et iterum: Corrupta eſt terra, & impleta eſt terra iniuſtitia. Et uidit dominus terram, & erat corrupta: quia corruperat omnis caro uiam ſuam.] Itaq; quia plenus erat malitia, purificatione orbis indigebat, & opus erat ab eo omnem maculam abluí, & omne fermentum prioris malitiæ tolli, & neq; ueſtigium eius relinqui, & quaſi denuo elementa refingi. Et ſicut bonus artifex, nactus uas aliquod inueteratũ & à rubigine quaſi conſumptum, iniecto eo in ignem, facit ut quicquid habet rubiginis deponat, & transformatum in priſtinũ decorem reducit: Ita & dominus noſter totũ orbem hoc diluuio purgauit, & à malitia hominum (ut ita dicam) & à coinquinatione & corruptione multa liberauit, & denuo poſt cladem monſtrata eius facie pulchriorem fecit, ita ut non permiſerit uel ueſtigiũ prioris deformitatis relinqui. Exaltata eſt, inquit, ſuper montes quindecim cubitis aqua.] Non abs re narrat hæc ſcriptura, ſed ut diſcamus quòd non ſolũ homines & iumẽta, & quadrupedia, & reptilia ſubmerſa ſint, ſed & uolucres cœli, & quæcunq; in montibus degunt, feras dico, & alia bruta animalia. Et idcirco dicit: Exaltata eſt ſuper mõtes quin-

decim

decim cubitis aqua: ut diſcamus ſententiã domini A opere impletã, dixerat enim: Adhuc ſeptem dies, & inducam diluuium ſuper terram, & delebo omnem ſubſtantiam quam feci à facie terræ, ab homine uſq; ad pecus, à reptilibus uſq; ad uolatilia cœli. Hæc nobis à ſcriptura narrantur, nõ ut tantum ſciamus in quantã altitudinem aquæ peruenerint: ſed ut ſimul uideamus nullũ omnino animal, uel feram, uel iumentum relictum eſſe, ſed omnia cum humano genere deleta: quoniam propter ipſum omnia producta erãt, unde abolendo eo merito & hæc abolenda erant. Poſtea ubi docuit nos in quantam altitudinem ſublimata fuerit aquarum natura, nempè quòd tranſcenderit alta montiũ cacumina quindecim cubitis, ſolitã ſuam diligentiam ſeruans dicit: Et mortua eſt omnis B caro, quæ mouebatur ſuper terram, uolatilium & iumentorum, & ferarũ, & omne reptile quod mouebatur ſuper terram: & omnis homo, & omnia quæcunq; habent ſpiritum uitæ, & quicunq; erat ſuper aridam mortuus eſt.] Neq; hoc ſimpliciter & abſq; cauſa dixit: Et omnis qui erat ſuper aridã, ſed ut te doceat quòd omes quidem perierint, iuſtus autem ſolus cum omnibus iſs qui in arca erãt ſeruatus ſit. Nam iſti (iuxta mandatũ domini) relicta arida, arcã conſcenderãt. Et deleuit omne ſurgẽs quod erat ſuper faciẽ oĩs terræ, ab homine uſq; ad pecus, & reptilia, & uolatilia cæli, & delęta ſunt de terra.] Vide quõ & ſemel, & iterũ atq; ſæpius communem omnium interitum docet factum, & nihil quod erat effugit: ſed ſub aquis ſuf- C focatum eſt omne, tam hominũ, quàm brutorum genus. Et relictus eſt, inquit, ſolus Noe: & qui cum illo in arca. Et exalta eſt aqua ſuper terram, centum quinquaginta diebus.] Tot diebus manſit ſublimis illa aquarum altitudo. Iterum etiã hic cogita iuſti magnanimitatem, & excellentem fortitudinem. Quid non paſſus eſt animo cõcipiens, ac mente quaſi uidens corpora hominũ & iumentorum, mundorum & immundorum, cõmunem mortem ſuſtinentia, nullumq; in omnibus diſcrimen? Præterea quid paſſus eſt, quando apud ſere cogitabat ſolitudinem, uaſtitatem, uitã illam doloribus plenã, omni ſolatio undequaq; deſtitutã, neq; colloquio, neq; aſpectu iucundã: & ignorabat quanto tempore ferenda in illo carcere cõuerſatio? Sic enim ſtrepitus aquarum & æſtus timorem in illo quotidie recentem generabant. Quid enim iucundi ſuſpicari ipſe poterat, qui uidebat centum quinquaginta dies aquas in eadem quantitate manentes, & in altum eleuatas, & non ſubſidere? Veruntamen ferebat fortiter, ſciens domini omnipotentiam, & quòd ipſe conditor naturæ omnia facit, et transformat prout uult. Neq; ægrè tulit, quòd illic eſſet conuerſandum. Nam cooperatrix dei gratia roborabat illius alacritatẽ, & ſufficientem præbebat conſolationem, neq; ſinebat deſpondere animum, & cogitare aliquid aut parum uirile, aut minus generoſum. Quippe qui prius quod ſuum erat adhibuit, utpote uirtutis diligentiam, iuſtitię uigorem, fidei excellentiã, etiam

Chryſ.

aſſequutus eſt ea quæ à deo magna ſuppeditabantur ubertate: utpote patientiam, ac fortitudinem omnia manſuetè ferendi, ſuſtinendiq; arcæ inhabitationem citra damni corruptionisq; ſenſum, neq; beſtiarum conuictũ faſtidiendi. Illum igitur iuſtum (obſecro) imitemur & nos, operamq; demus, ut afferamus quę noſtra ſunt, ut dignos noſipſos paremus iſs quæ à deo danẽ. Nam idcirco expectat occaſiones ex nobis, ut multam exhibeat liberalitatem. Itaq; ne propter deſidiam priuemus nos illius donis, ſed feſtinemus & urgeamus ut principium apprehendamus, & uiam quæ ad uirtutẽ inducit: ut ſuperno adiuti ſubſidio, etiam ad finem peruenire ualeamus. Neq; enim poſſibile eſt bonum aliquod nos rectè agere, non habita ſuperna gratia. Igitur tales ſimus, qui appendamus nos in ſpem quæ in deum eſt, quaſi in arcoram aliquam tutam & ſtabilem, & ne ad laborem reſpiciamus uirtutis, ſed magis conſiderantes præmiũ laboris, leuiter omnia feramus. Quia & negotiator, ſi quando egreſſus in medium maris uenerit, non iam piratas, non naufragia, non marinas beluas, non uentorum uim, & continuas tempeſtates, & multa infortunia cogitat ſolum, ſed & quomodo illa effugiat: ſpeq; lucrorum acquirendorũ paſcitur, & omnes prædictas erumnas animoſe excipit, ut auctis opibus ſuis domũ redeat. Et agricola non agriculturæ tantum labores cogitat & hymbres, & terræ ſterilitatem, & rubiginis inſidias, & locuſtarũ damna: ſed & aream, & manipulos animo ſecũ deſcribens, fortiter fert omnia, & præ bonorum expectatione neq; labores ſentit. Et quanuis incertæ ſpes ſint, uerun tamen ſpei maiori ſuauitate paſcitur, nec renuntiat laboribus: ſed omnia quæ ad ſe pertinent ferens, expectat ut aliquando laborũ accipiat mercedes. Quin & miles ſumptis armis in bellum proficiſcitur, nec cogitat uulnera tantum & cædes, & hoſtium inſidias, & alias erumnas, ſed & uictorias & triumphos ſibi ipſi præſagiens, omni armatura ſe munit: & cum pauor & infortunia nuntiantur, repulſis iſs omnibus ex animo, ꝓpoſita bona ſpe, ponit omnem torporem, & receptis armis contra hoſtium progreditur inſultus. Igitur dilecti, ſi negotiator, & miles, & agricola, ubi & incerta ſpes, & plures fruſtrationes impedimentaq; (ſicut audiſtis) multa & uaria, non ita damnat labores, ut à meliori propterea ſpe deſiſtat: quali nos uenia digni erimus, ita negligentes ad capeſſendam uirtutem, & nõ omnem laborẽ ſponte ſubeuntes, cum tam ſecura noſtra ſpes ſit, tantaq; bona nobis reponſita, uincantq; magna abundatia retributiones & mercedes omnia quæ à nobis facta ſunt? Audi igitur beatũ Paulum dicentem, poſt tantas & tales afflictiones, & tribunalia, & carceres, & mortes quotidianas: Non ſunt pares afflictiones præ- Rom. 8. d ſentis temporis ad futuram gloriam in nobis reuelandam. Etiamſi quotidie, inquit, mortibus nos exponeremus, id quod natura nõ capit, licet mẽs uincens naturam, per miſericordiam domini coronatur: nihil inquit ferremus par tantis, quę nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

accepturos speramus bonis, gloriaq; in uobis re- A uelanda. Vide quanta gloriæ magnitudine fruan tur uirtutis asseclæ. Atq; adeo tanta est uirtus, ut uincat omnia, quæcunq; nobis ostendere aliquis poterit, etiã si summa ostendat, & tunc quoq; deficiet. Quid enim tantum ostẽdere potest homo, quod certet cũ domini liberalitate? Quòd si Paulus talis & tantus dicebat, non pares esse afflictiones præsentis seculi futuræ gloriæ in nobis reuelandæ: qui aliàs dicit, Quotidie morior, plus omnibus laborauí: quid nos dicemus qui neq; uulgarẽ laborẽ pro uirtute suscipere uolumus, sed recreationes sectamur, & hoc unum consideramus ne quid triste nobis accidat, quamuis sciamus quòd non sit possibile aliter assequi beatitudinem cœlestem, nisi per præsentes afflictiones ad eam prius B anhelemus? Afflictiones enim nos inducunt, ut operemur bona deoq; grata opera. Et hic uel parum laborare, alibi nobis magnam fidutiam præbet: tantum uelimus iuxta consilium illius magistri orbis ambulare. Considera, quòd licet tristia sint quæ accidunt, sunt tamen momentanea. Verum bona quę alibi susceputi sumus, immortalia sunt & æterna. Feramus ergo fortiter hæc temporaria, neq; desistamus à uirtutum studijs, ut æternis & semper manẽtibus bonis fruamur: quæ nobis omnibus concedantur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et recordatus est deus Noe, & omnium uolatilium, & omniũ reptiliũ quæcunq; erãt cum illo in arca. Et adduxit deus spiritũ super terram, & cessauit aqua. Hom. XXVI

MAGNA & ineffabilis dei misericordia, excellensq; eius bonitas ex iam lectis ostenditur, quam non solum erga rationale hoc animal, hominem dico, sed & erga brutorum animaliũ declarauit naturã. Nam cum omnium sit conditor, in omnia quæ à se sunt condita suam ostendit bonitatem: per omnia notum faciens quantam humani generis curam gerat, & quòd omnia olim & ab initio propter salutem nostram fecerit. Itaq; etsi puniat, etsi in nos animaduertat, ex bonitate sua facit. Non enim uel affectione, uel ira pœnam infert: sed malitiã mo- D rari uult, ne ultrà progrediatur. Quia & nunc, sicut auditis, diluuiũ ob nihil aliud induxit, quàm ut curam ageret eorũ qui iniquitati uacabãt toti. Et qualis (inquis) cura hæc, omnes aqua suffocari? Ne temere loquaris homo, sed grato animo accipe ea quę à domino sunt facta, & scias quòd etiã hoc est maximæ curæ argumentum. Nam eos qui sic incurabiliter peccant, & quotidie uulnera sibi inferunt, & ulcera omni cura grauiora faciunt, ex tanto malo liberasse, nõne summæ fuerit prudentiæ? Et hic puniendi modus, nónne omni misericordia plenus est? Et sic mori, ut solitum alioqui naturæ debitum non sentias, sed absq; dolore & cruciatu supplicij loco uitã deponas, quantæ fuerit sapientiæ & bonitatis? Quin si quis animo pio

1. Corin. 15. d

expendat factum, quòd non solum his qui puniti sunt beneficia sunt facta, sed & posteris, qui duo maxima inde perceperunt bona: quantum gratiarum pro illis debeẽ deo? Etenim posteriores pœna illorum, & metuentes ne eadem quæ illi paterentur, eruditi sunt, maximè quòd omne malitiæ fermentum sublatũ, & nullus relictus fuit eis malitiæ & iniquitatis magister. Vides quomodo & pœnæ, & supplicia beneficia sunt, & dei erga hominem prouidentiam declarant? Et si quis uult hæc à primis & ab initio repetere, inueniet omnes pœnas hac occasione homini intentatas. Quia & Adam peccantem non puniens tantum, sed & beneficio prosequens paradiso eiecit. Et quale dicis beneficium, etiam paradisi uita excidisse? Dilecte ne simpliciter attendas ad uerba, neq; obiter quæ à deo fiunt addisce: sed profundum illius bonitatis intuere, & inuenies propter hoc fieri. Dic eñ mihi, si Adã postquàm sic transgressus est ijsdem adhuc frui potuisset, quò non excidisset? Nam si tantis promissis acceptis, serpentem deceptorem audiuit, & insidias approbauit, quas per eum diabolus intulit, spe uidelicet obtinendæ diuinitatis inflatus, etiam in tantum præuaricationis peccatum iniectus, si in eadem cõuersatione mansisset, quomodo nõ multo fideliorem putasset malignũ illum dæmonem, quàm rerum omnium conditorem, deq; se sublimiora quàm dignitas sua ferebat animo concepisset? Etenim talis hominum natura est, ut si quando peccans nõ refrenatur, sed se- C cure agit, ulterius procedat, & in præceps ferat. Alia tamen uia possum ostẽdere, quòd misericordiam præ se ferens Adamũ paradiso iusserit excedere, & mortis pœnæ fecerit obnoxiũ. Nam eiectione & propinqua habitatione castigatiorem, & in posterum securiorem faciens, re ipsa docuit quantus impostor fuerit dæmon: Mortisq; supplicium propter hunc intulit, ut ne posthac per inobedientiam peccato fieret obnoxius, & perpetuo peccaret. Non uidentur tibi hæc esse maximæ misericordiæ, & eijci à paradiso, & pœna hac puniri? Possum autẽ & aliud præterea afferre. Et quale nam hoc? Hanc indignationem illi inferendo, non in ipsum duntaxat beneficia collocauit, sed & posteros per ipsum corrigere uoluit. Nam si is qui ex eo natus est, Cain inquam, qui præ oculis uidebat patrem ex paradiso eiectum, ineffabilem illam gloriam amissam, maledictionem illam miram: quæ dicebat: Terra es, & in terrã abibis: melior factus non est, sed grauioribus se inflixit malis, si non uidisset quæ patri cõtigerant, ad quam non peruenisset insaniam? Et hoc sanè ualde admiratione fuerit dignum, quòd & illum qui talia peccauit & nefario homicidio dextrã polluit, puniens, misericordia pœnam miscuit. Et ut manifestè scias diuinæ bonitatis, quæ & isti exhibita est, magnitudinem: tum quidem cum deũ graui contumelia afficeret, offerendo sacrificiũ, et magnum præ se ferendo contemptum (non enim diuidebat iustè, sed offerebat simpliciter & absq; delectu) nihil uel graue uel molestum aduersus illum

loquutus est deus, quamuis peccatum ipsum non A esset paruum & uulgare, sed magnum. Nam si hominibus quos ueneramur prima & præcipua damus, illaq; offerre maxime uolumus quæ præ omnibus illis digna uidentur: quomodo hominem offerentem deo, non oportebat deo pretiosiora & magis eximia offerre? Igitur cum tantum peccaret, & tantũ præ se ferret contemptũ ille, deus tamen non petiuit pœnam, neq; pro factis supplicium exposcit: sed quasi amicus amico, cum omni lenitate loquens, sic dixit: Peccasti, quiesce. Peccatum duntaxat illi indicauit, & consuluit ne ulterius progrederetur. Vidisti bonitatis excellentiam? Sed quia ille nõ solum nihil ex tanta patientia lucrifecit, sed & grauiora primis adiecit, ad fratris necem festinans, sic quoq; deus quidẽ in eum B adhuc magnam ostendebat lenitatem, quærens primum dare illi satisfactionis locũ: sed quia manifestus impudens, tunc pœnam intulit ei emendationis gratia, quæ etiam ipsa multum habebat misericordiæ admixtum. Vides quõ deus, quando in Gen. 4 ipsum peccatũ peccauit, licet nõ uulgare, dimisit: quando autem in fratrem armauit dextram, male dictum intulit & increpauit. Sic nunc & nos faciamus, & imitemur dominum nostrum, & dimittamus si quid in nos peccatum fuerit, & remittamus his qui in nos deliquerũt: quando autem in deum peccatum refertur, tum pœnas exigamus. Sed nescio quî fit ut omnia secus faciamus, omnino peccata, quæ ad deum pertingunt, inulta esse C sinimus: si quis autem parum quid in nos peccauerit, eius graues sumus ultores & accusatores, non ignorãtes quòd ea ratione misericordem dominum magis exacerbamus. Sæpe enim mos est deo, ut dimittat quæ in se peccata fuerint: uerum quæ in proximum, ea cum magna seueritate exi. Cor. 7. c quirat. Audi beatum Paulum, dicentem: Si quis uxorem habet infidelem, & sibi gratum fuerit cohabitare illi, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem, & gratum fuerit sibi cum illo cohabitare, non dimittat illum. Vidisti quanta ibi uerborum attemperatio pro humana imbecillitate? Etiam si gentilis fuerit, etiam si infidelis, probet autem cohabitationem, non refugiat. Et iterum: Et si gentilis fuerit mulier, & infidelis, uultq; cohabitare non repellat. Quî scis, inquit, D mulier num uirum saluatura sis? Vide quomodo non prohibet infidelem quempiã uel quampiam in contubernij legem assumi. Audi iterum ipsum Christum dicentem discipulis: Dico enim uobis, Matt. 5. f omnis qui dimiserit uxorẽ (excepta stupri causa) facit illam adulterari. Quàm excellens misericordia, etiam si infidelis fuerit uel pagana, retine. Si autem in te peccauerit, & fœderũ oblita aliorum prætulerit consuetudinem, licet tibi illam ejicere & repellere. Hæc cogitantes, studeamus etiam domino par rependere, & sicut ipse uult dimittere ea quæ in se peccata sunt: quæ autem in nos, ulciscitur, id q; magna seueritate: eodem sanè modo & ipsi faciamus, & quæcunq; in nos peccant proximi, remittamus: quæ autem contra deũ, ea ma-

gno studio curemus ultum iri. Quod & uobis proderit plurimum, & eis qui corriguntur non minus. Fortasis hodie prolixius iusto procemium fecimus. At quod accidit, præter sententiam mihi contigit uerborum fluxu rapto. Quoniam autem omnis sermo noster de diluuio est, opus nobis erat charitati uestræ ostendere, quòd pœnæ à deo nobis illatæ, misericordiæ magis sunt quàm pœnæ: sic quoq; erat & diluuium. Nam sicut benignus erga filios pater, omnia ob curã in genus nostrum fecit. Vt autem ex ijs quæ nunc proposita, & hodie lecta, discatis misericordiæ illius magnitudinem, audiamus ipsa diuinæ scripturę uerba. Nam quia heri docuit nos beatus Moses, dicẽs: Quòd exaltata est aqua super terram diebus centũ quinquaginta: & eo usq; docendo processimus: hodie dicit: Et recordatus est deus Noe, & omnium ferarum & omnium iumentorũ, & omnium uolatilium, & omnium reptilium quæcunq; erãt cum illo in arca.] Vide hic obsecro iterũ, quàm se attemperat nostræ infirmitati diuina scriptura. Et recordatus est, inquit, deus. Dilecti intelligamus hæc ut dignum est de deo intelligere, & crassa hæc uerba naturæ nostræ infirmitati asscribamus. Nam quantum ad ineffabilem naturam attinet, indignum fuisset hoc uerbum: quantum autem ad nostrã imbecillitatem, appositè est dictũ. Recordatus, inquit, est dominus deus Noe. Quoniã narrauit nobis in iam dictis, sicut prius charitati uestræ diximus, q; quadraginta diebus & totidem noctibus fuerit pluuia, & diebus centum quinquaginta eadem durauerit aqua, quindecim cubitis super montes exaltata: et quòd quum hæc fierẽt iustus manserit in arca, neq; aerem spirare ualens, habitantibusq; cum eo brutis uniuersis: idcirco inquit: Et recordatus est Deus. Quid est recordatus est? Misertus est, dicere uult, iusti in arca agentis. Misertus est, quòd in tanta esset angustia & rerum difficultate constitutus, ignoraretq; quando nam molestiæ illæ finẽ habituræ essent. Considera hic, quæso, quales tũc illius fuerint cogitationes post quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus impetu magno pluuiæ ingruebãt, quum uideret diebus centum quinquaginta in eadem parte manere aquas, neq; omnino desistere: & quod multo grauius, neq; oculus uidere potuit quæ facta sunt: sed inclusus quum non posset aliquo loco oculis assequi quanta essent mala, maiorem sustinebat dolorem, grauioraq; quotidie sustinebatur. Ego uero admiror, quomodo præ tristitia non fuerit absorptus, cum mentẽ illius subirent humani generis interitus, sua solitudo, & difficilis illa uita. At causa bonorum omnium fuit sua in deum fides, per quã & restitit, & omnia fortiter tulit: cumq; spe pasceretur, nihil triste sentiebat. Et quia quod suum erat præstitit, tam patientiam monstrando, quàm copiosam fidem afferendo, necnon & miram fortitudinem præ se ferendo: uide quanta sit, & quàm multiplex dei erga ipsum misericordia. Et recordatus est, inquit, deus Noe.] Non simpliciter, & absq; causa dixit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et recordatus. Sed quia prius diuina scriptura ma A nifestauerat nobis testimoniũ de iusto illo, dicẽs: Ingredere in arcam, quia te uidi iustum in genera tione hac: Ea propter nunc inquit, Et recordatus est deus Noe: hoc est, testimonij quod cum illo pe pigerat. Neq; ualde neglexit iustum, sed distulit, quousq; ferre potuit, & tunc ei suum beneficium & gratiam impartitus est. Nam sciens infirmitatẽ nostræ naturæ, si quando permittit tentationem inferri, eousq; sinit quousq; scit nos posse sustine re: ut & retributionem quæ nostræ congruat forti tudini tribuat, & suam misericordiam declaret: si
a. Cor. 10. c cut & Paulus, inquit: Fidelis autem deus, qui nõ sinit uos tentari supra quã potestis, sed faciet cum tentatione & exitum, ut ferre possitis. Quoniam igitur iustus ille fortitudinem & patientiã præ se B ferebat, sua in deũ fide arcæ tædia sustinens: pro pter hoc inquit, Et recordatus est dominus deus Noe. Deinde ut discas abyssum diuinæ misericor diæ, addidit diuina scriptura: Et omnium fera rum, & omnium iumentorum, & omnium uolati lium, & omnium reptilium.] Vide quomodo o mnia in honorem hominis facit. Nam sicut de his qui diluuio perierũt dictũ est, quod cũ illis omne brutorum animaliũ genus perdidit: ita hic suam erga iustum illum misericordiã declarare uolens, in honorem eius, suam bonitatem ac curã etiam in bruta, & feras, & uolatilia, & reptilia usq; ex tendi uoluit. Et recordatus est, inquit, deus Noe, & omnium ferarum, & omnium iumentorũ, & omnium uolatilium, & omnium reptilium quæ- C cunq; erant cum illo in arca. Et adduxit deus spiri tum super terram, & cessauit aqua. Et recordatus est, inquit, dominus Noe, & omniũ quæ cum illo erant in arca, præcepitq; aquæ impetum detineri, ut paulatim suam cõmonstret misericordiam, & postea respirare faciat, & à turbatione cogitatio num liberatum, in tranquillo statu cõstituat, con cesso & lucis usu & aeris respiratione. Et addu xit deus, inquit, spiritum super terram, & cessauit aqua. Et reuelati sunt fontes abysi, & cataractæ cœli.] Vide quomodo more humano loquit nobis omnia. Reuelati sunt, inquit, fontes abysi, & cataractæ cœli, & cohibita pluuia cœli. Quasi di ceret, quòd placuerit domino ut iterũ in sua regio ne maneant aquæ, neq; ultrà abundent, sed paula D tim desinãt. Et cedebat aqua de terra, & minue bant aquæ post centũ quinquaginta dies.] Quæ ratio poterit hoc unquam cõprehendere? Stetit pluuia, cohibiti fontes nõ iam abundauerãt, & ca taractæ cœli cohibitæ sunt. Aqua tanta quomo do desiit? Omnia abyssus erant, quomodo igitur tantus aquarum impetus subitò minor factus est? Quis hoc humana ratione inuenire poterit unq;? Quid igitur est? Dei præceptum, quod facit om nia. Ne igitur nos curiosius exploremus quomo do, sed tantum credamus quòd iusit, & exaltata est abyssus: & præcepit, & iterum suum continuit impetum, & ad proprium concesit locum, quem solus ipse dominus scit, qui condidit. Et sedit arca mense septimo, uicesima septima mensis su- per montes Ararat. Aqua autem ibat & decresce bat usq; ad decimum mensem.] Vide quanta si mul facta mutatio, & quanta simul aquarum na tura desierit, ut supra montes arca resideret. Su prà em̃ dixit, quòd quindecim cubitis super mon tes exaltata est aqua: nunc dicit, quòd sedit arca super montes Ararat, & paulatim postea aqua de cimo mense decrescebat, & tandem decimo men se uisa sunt cacumina montium. Consi dera, obse cro, iusti constantiam, quomodo durare potuerit tot mensibus, qui quasi in tenebris erat inclusus.

Et factum est, inquit, post quadraginta dies, & aperuit Noe ianuam arcæ quam fecerat, & emi sit coruum, ut uideret num cessasset aqua.] Ecce iustus ille nondum per se audet uidere, sed coruũ B mittit, ac per illum discere uult, an bona rerũ mu tatio aliqua sit expectanda. Et egressus, inquit, non rediit, donec siccaretur aqua à facie terræ.] Et adiecit scriptura uerbũ hoc, donec, non quòd postea redierit, sed idioma est scripturæ diuinæ. Et hanc consuetudinẽ sæpe quis inueniet, & pos sent multa talia inueniri, ac in medium afferri: sed ne omnia à nobis discentes faciam negligentio res, uobis relinquimus, ut scripturam scrutemini, & inuenietis scio, ubi proprietatibus & idiomati bus huiuscemodi utatur. Iam autem operæpreti um, ut dicatur causa, quare non redierit hæc auis. Fortasis auis illa, uti est immũda, cum desiissent aquę incidit in cadauera hominum & brutorum, quibus inuento sibi congruo cibo, insedit. Quod etiam ipsum nõ paruũ bonæ spei argumentũ fuit C iusto. Quòd si minus, & neq; consolationem inue nisset aliquam, reuersa utiq; fuisset. Postea iustus meliore spe concepta, emittit columbã, auem mi tem & familiarem, quæ miram præ se fert sapien tiam, & nõ nisi seminibus pasci solet: ex puris em̃ est auibus. Et emisit, inquit, post illum columbã, ut uideret num cessasset aqua à facie terræ. At co lumba non inuenta requie pedibus suis, rediit ad ipsum in arcã: quia aqua erat super omnẽ faciem terræ.] Par est ut hic disquiramus, quõ cum suprà dixerit scriptura sancta, quòd cacumina montiũ fuerint uisa: nunc dicit, quòd columba, nõ inuenta requie, ad ipsum in arcã redierit: quia aqua erat super omnem faciem terræ. Diligenter legamus quid sit dictũ, & sciemus causam. Non enim sim pliciter dixit, non inuenta requie: sed apposuit, pe dibus suis, ut doceat nos, quòd licet desierant ex parte aliqua aquæ, & cacumina montium appa ruerant, adhuc tamen ob abundantiam aquarum etiã cacumina plena erãt, Et ideo columba non dum stare, neq; conuenientem sibi cibũ inuenire ualens, reuersa est, reditu suo docens iustum, esse adhuc magnam aquarum copiam. Et extenta, inquit, manu, accepit illam, & introduxit illã ad se in arcam.] Vidisti quanta auis gratitudo, quõ rediens iustum docuit, ut aliquãtisper adhuc lon ganimitatem habeat? Ideo & sustinens, inquit, adhuc septem dies, emisit columbam ex arca, & reuersa est ad ipsum columba ad uesperam, & ha buit ramum oliuæ uirentibus foliis in ore suo.]

Non

Non absq; ratione, neq; temerè adiũxit, ad uespe- A ram: sed ut discamus, quod tota die fuerit pasta, & inuento sibi cõuenienti cibo, ad uesperã rediit, in ore ferẽs surculũ oliuæ. Animal est mite, & nostra familiaritate gaudens, & idcirco rediit, & surculo oliuę multum solatij iusto attulit. Dixerit aliquis: Et ubi inuenit folia oliuæ? Totum hoc factum est dispensatione diuina, & quòd à columba inuenta sunt, & quòd ea rostro ferens ad iustum rediit. Alioquin & arbor hæc semper uirens est, & uerisi mile est quòd cum aquæ redierint arbor hæc ad huc habuerit foliorum comam. Et ut continuit, inquit, adhuc septem dies, emisit columbã, & non adiecit ut ad illum rediret.] Vide quomodo iu stus in omnibus non paruam consolationem ac cipit. Nam ut bona spe recreatus est, cum rediret, B & oliuæ ramũ in ore ferret: ita & nũc cum egressa non redit, maximum illi indicium fuit, quòd suffi cientem inuenerit refocillationẽ, & aquæ in uni uersum desierint. Et hoc ita esse, audi ex sequenti bus. Et factũ est, inquit, in uno & sexcentesimo anno uitæ Noe, primo mense defecit aqua à facie terræ. Et reuelauit Noe tectũ arcæ quod fecit, & uidit quòd defecit aqua à facie terræ.] Iterum hic me inuadit stupor, ut admirari cogar iusti huius uirtutem, & dei misericordiam. Quomodo enim (dic mihi) post tantum tempus, ut se aeri cõmisit, & oculos ad cœlum spectandum intendit, non ca ptus est oculis & excæcatus? Scitis enim bene q solet hoc contingere hominibus, etiã ad paruam diei partem in tenebrosis caliginosisq; locis habi C tantibus, quum subito in lucis fulgorem aspicere uolunt. Iustus autẽ ille anno integro, & tot men sibus in arca, quasi in tenebris agens, etiam nunc uiso lucis iubare, nihil tale expertus est. Dei enim gratia erat, & patientia ab ea illi cõcessa, quæ etiã corporis sensus firmiores reddiderat, & potentio res quàm qui à corporalibus necessitatibus uin cantur. In mense autẽ secundo arefacta est terra, uicesimo & septimo die mensis.] Non absq; ra tione tantã diligentiam facit diuina scriptura, sed ut discamus quòd usq; ad unũ diem anni illius cõ pletio fuerit facta, quo declarata est iusti patiẽtia, & totius orbis purgatio facta. Deinde postq; qua si à sorde quadã abluta est omnis creatura, & de posuit omnem maculã, quã ex humana contraxe D rat malitia, faciesq; ei pura reddita est: tum deniq; præcepit, ut iustus ex arca exeat, liberq; à graui illo carcere fiat, & inqt: Dixit dñs deus ad Noe: Egredere tu, et uxor tua, & filij tui, & uxores filio rum tuorũ tecum, & oẽs bestiæ quæcunq; sunt te cum, & omnis caro à uolatilibus usq; ad pecora, & omne reptile quod mouetur super terram educ tecum, & crescite & multiplicamini super terrã.] Expende hic dei bonitatẽ, quomodo per omnia iustum consolatur. Nam quia imperauit illi, ut exiret ex arca ipse & uxor, & filij, & uxores filio rum, & bestiæ omnes: ut ne & istuc ipsum mœro rem aliquem ei afferret, & anxium relinqueret co gitantem quomodo in solitudine esset futurus, tantam terræ latitudinem solus inhabitans, nullo iam alio uiuente: ideo postquam dixit, Egredere & educ tecum: addit, Crescite & multiplicamini super terram. Vide quomodo iustus ille denuo supernã accipit benedictionem, quam ante trans gressionẽ acceperat Adam. Nã sicut quando ille formatus est, audiuit, & benedixit ei deus, dicẽs: Crescite & multiplicamini, & dominemini mari: ita & illi nunc dicitur, Crescite & multiplicamini super terram. Quippe sicut ille origo & radix fu it omnium qui nati sunt: ita & iustus hic fermen tum quoddam, origo & radix est omniũ qui post diluuium fuere: & hinc postea humanæ constitu tionis principium fuit. Creatura quoque omnem suum accepit ornatum, & terra ad ferendos fru ctus idonea facta, aliaq; omnia quæ propter ho minis ministerium sunt condita. Et egressus est B Noe, inquit, & uxor illius, & filij illius, & uxores filiorum illius, & omnes bestiæ, & omnia pecora, & omne uolatile, & omne reptile quod mouetur super terram, iuxta genus suũ exierunt ex arca.] Postq; accepit mandatũ à domino & benedictio nem dicentem, Crescite & multiplicamini: exijt ex arca cum alijs omnib. Et posthac in tota terra solus uiuebat iustus ille cum uxore, filijs, & uxori bus illorũ. Mox autẽ ut egressus est, suã declarans gratitudinẽ, tam pro ijs quæ præterierant, q̃ quæ futura erant, gratias domino referebat. Verum, si placet, ne sermo fiat prolixior, reseruabimus in diem posterũ, quæ ad gratitudinem iusti pertinẽt, missum hic facientes sermonẽ: & obsecrantes ue C stram charitatem, ut continuo beatũ istum in me moria uestra geratis, & illius uirtutis pulchritudi nem bene discatis, quò melius eum imitemini. A nima duerte enim obsecro, quantus uirtutis illius thesaurus, quia per tot dies nunc de illo differui mus, & nondum finem imponere narrationi po tuimus eorum quæ de illo polliciti sumus. Quam uis autem & nos, & qui nos sequuntur, multa de illo dicere possimus, nondum tamen totum dice re poterimus. Tanta res est uirtus. Porrò si & nos naturam nostram sic docere uoluerimus, poterit ad uirtutis imitationem & ipsa induci. Nam si ille in medio tot molestiarum iactatus, neq; habens familiarem aliquem, in tantum uirtutis fastigium peruenisse inuentus est: quę nostra erit excusatio, cum nec talia nobis sint præpedimenta, & tamen negligentes simus ad bona opera? Nolo enim di cas mihi solã illã quingentorũ annorũ uitã quan do, subsannabatur & irridebatur, uersabaturq; in medio flagitiosorum: sed & annum illum narra, quem totũ in arca transegit, qui sanè cõferendus mihi uidet toti tempori superiori. Tantã ibi affli ctionem ferre cogebatur iustus ille, in tanta exi stens angustia, & neque auram recentem captare ualens, ferarum insuper brutorumq; conuictum ferens: qui & in omnibus mentem suam solidam declarabat, & uolũtatem flecti nesciam, & fidem erga deum, per quàm facilè & leuiter omnia su stinebat. Atq; idcirco, quoniam quod suum erat totum afferebat: & eorum quæ deus dat, abunde potitus est. Quamuis em̃ multã ferret in arca an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guſtiam, attamen terribilem tempeſtatẽ, & communem omniũ internecionem effugiebat. Et propterea poſt anguſtiam illam & intolerabilem carcerem, ſecuritatem & quietẽ adeptus eſt unà cum diuina benedictione. Et iterum ſuã gratitudinem operibus indicauit, & ubicũ inuenies primatũ illum obtinere. Nam ſicut per ætatem primam omnem uirtutẽ ſectatus eſt, & à uitijs ſe alienauit, quibus qui tunc uiuebant, infecti erant: unde neque pœnarum particeps fuit, & cum alij omnes ſuffocarẽtur, ipſe ſolus ſeruatus eſt: ita quia fidem quoq; habuit, & cum gratiarumactione ſuam in arca habitationem tulit, iterum diuina dona copioſe illi cõceſſa ſunt. Et cũ egreſſus ex arca, & in priſtinũ ſtatum reſtitutus eſſet, ſtatim benedictionem conſequutus, iterum ſolitam præ ſe tulit gratitudinem, factaq; gratiarumactione etiam tunc maioribus beneficijs diuina gratia ipſum cumulauit. Mos em̃ diuinæ miſericordiæ eſt, ut ſi nos tenuia quædam & uilia obtulerimus, ſi tamen offerimus, multa liberalitate nos remuneret. Et ut diſcas, quanta ſit humana tenuitas, & quãta dei magnificentia: nos ſi uoluerimus offerre, quid amplius offerre poſſumus, quàm quantũ uerbis gratias referimus? ea ſanè quæ ipſe exhibet, opere præſtat. Quàm imparia autẽ ſunt uerba & opera? Et dominus nullarum rerum indigus eſt, nullaq; rerum noſtrarũ eget præter quàm uerbis: atq; hanc ipſam in ſermonibus gratiarumactionem exigit, non quòd ea ipſe opus habeat, ſed ut nos doceat gratos eſſe, & agnoſcere tantorum bonorum ſuppeditatorẽ. Et illam ob cauſam Paulus quoq; ſcribens, dicebat: Grati eſtote. Nihil ſic requirit à nobis dominus, ut iſtucipſum. Proinde ne ſimus ingrati, neq; dum operibus beneficijs afficimur, grauemur offerre domino uerbis noſtris gratiarumactionem: redundat enim lucrum in nos. Quòd ſi de primis grati fuetimus, cũ eo quòd maiora nanciſcimur etiam fiduciam nobis magnam comparamus. Vnum hoc obſecro, ſingulis diebus & horis ſupputemus nobiſcum, non cõmunia tantum beneficia quæ toti naturæ omnium opifex contulit, ſed & priuata & quotidiana, & quæ ignorantibus nobis cõfert, procq; his gratias agamus. Quandoquidem pro ſalute noſtra ſolicitus, multa etiam in nos neſcios beneficia collocat, ſæpe ita & è periculis eripit, atq; alia beneficia præſtat. Fons em̃ eſt miſericordiæ, ſua fluenta ſemper humano generi profundens. Igit̃ ſi hæc cogitamus, operamq; damus ut & pro primis ſuis donis gratias offeramus domino, & pro poſterioribus, dum nos non uidemur indigni ſuis beneficijs, ſtatim uitã egregiam inſtituemus, & malitiæ periculum effugiemus. Beneficiorum enim memoria, idonea nobis eſt magiſtra ad uitã uirtute præditam, non ſinens nos in torporem oblitionemq; incidere, & malum ſectari. Mens enim ſobria & uigilans, non ſolum cum feliciter res ſuccedũt, ſed etiam quando præter ſententiam noſtram omnia aduerſa euenient, non minus gratiam agit, nihilq; ex rerum uicißitudine remiſſior fit: ſed magis roboratur, & ineffabilem domini miſericordiam cõſiderat: qui cum diues ſit & potens, & in rebus aduerſis, etiam ſi hoc intelligere non poſſumus, ſuam declarat prouidentiam. Igitur ſic & nos omnia noſtra faciamus, ut qualitercunque cadant, unicum noſtrum opus ſit continuò pro illis gratias agere. Hac enim ratione à brutis differimus, ut laudemus, celebremus, & glorificemus iugiter dominum omnium cõditorem. Eapropter & animam nobis inſpirauit, & linguam dedit, ut ſua in nos beneficia animis percipientes, dominum agnoſcamus. Nam ſi homines, quibus eadem eſt natura nobiſcum, paruo aliquando in nos beneficio collato, expectant à nobis gratitudinem, non ob noſtram gratitudinem per ſe, ſed ut ipſi inde celebriores fiant: quanto magis id nobis faciendum in ijs quæ à deo accepimus, qui hoc ob noſtram ſolum utilitatem uult fieri? Nam ſicut cum grati ſumus hominibus qui nobis bene fecerunt, illos clariores reddimus: ita & ſi in deum fuerimus grati, noſipſos illuſtriores facimus. Quoniam non ut noſtra celebratione opus habens, hoc fieri uult: ſed ut quicquid id lucri eſt iterum ad nos redeat, & dignos faciamus noſipſos maioribus ſubſidijs. Quamuis autem non ualemus id facere ut dignum eſt: quî enim poſſumus, cum tam fragiles natura ſimus, & quid dico humanam naturam? ipſæ etiam incorporeæ, & inuiſibiles uirtutes & principatus, & poteſtates, & Cherubim, ut dignus eſt, glorificare illum nõ poſſunt, etiam ſi iuxta uires ſuas gloriam illi offerant: nihilominus iuſtũ fuerit pro uiribus gratiarum actionem offerre, & indeſinenter glorificare dominum noſtrum, & per benedictionem crebram, & per uitam optimam. Iſta enim eſt clariſſima dei magnificatio, quando per innumeras linguas glorificationem offerimus. Nam qui uirtute præditus eſt, facit ut omnes qui intuentur eum, dominũ ſuum laudent: & glorificatio hæc ei qui occaſionẽ præbuit, magnam & ineffabilem dei miſericordiam conciliat. Quid igitur nobis beatius foret, ſi glorificaremus non ſolum noſtris linguis bonũ deum, ſed & proximos quoq;, ut noſtro nomine eũ glorificent, incitaremus? Tantum enim uirtutis robur eſt, ut innumeris linguis cõditorem laudare queat. Dilecte, nihil uticq; uitæ uirtutis ſtudioſæ comparari poteſt. Vnde & Chriſtus dicebat: Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideãt ueſtra bona opera, & glorificent patrẽ ueſtrũ qui eſt in cœlis. Vidiſti quomodo lumen, cum apparuerit, diſpellit tenebras? ita & uirtus, ſi cõſpicua fuerit, & malitiam effugat, & erroris tenebras abigit, mentemq; uidentium excitat ad deum glorificãdum. Quocirca ſatagamus, ut ſic luceant opera noſtra, quò & dominus noſter glorificetur. Hæc autem dixit, non ut ad oſtentationem aliquid faciamus: ſed ut diligenter, & ut ſibi probatur, uitam agamus, non blaſphemiæ cuipiam locum concedentes: ſed bonis operibus in laudem dei prorumpere facientes omnes qui nos uident. Tunc enim, tunc ipſius nobis gratiã maiorem conciliabimus, & pœnam

Coloſ. 3.c

& pœnã effugere, bonaq; ineffabilia adipiſci poterimus gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſimul ſit gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et ædificauit Noe altare, & accepit de omnibus pecoribus mundis, & obtulit holocauſtũ ſupra altare Hom. XXVII

VIDISTIS heri miſericordis domini bonitatem, quomodo ex arca iuſtum, è triſti illo & moleſto carcere liberauit, & patientiam illius remunerauit, dicens: Creſcite & multiplicamini: Diſcamus hodie eã benevolus, & eã gratæ animæ fuerit Noe, & unde ipſe ſibi multo uberiorem dei erga ſe benevolentiam elicuerit. Nam quando deus talem aliquem uidet, qui gratus eſt de prioribus, largius & cumulatius ſua dona in illum profundit. Demus igitur & nos operam, ut gratiarũactiones pro uiribus domino offeramus, pro donis quæ ab eo pridem nobis præſtita, ut & maiora inde conſequamur, & non obliuiſcamur dei beneficia in nos collocata: ſed ſemper ea in mẽte noſtra uerſemus, ut ad continuam gratiarumactionem mentem noſtrã compellant, tametſi tot ſint ut mens noſtra non ſufficiat ad cõprehendendum & enumerandum magnam, quæ nobis cõtigit, illorũ ubertatem. Quomodo enim quis cogitare ſufficeret ea quæ in nos iam ſunt collata, quæ item promiſſa, quæ & quoti die conferuntur: quòd ex nihilo produxit ut eſſemus, quòd corpus & animã dedit, quòd rationales nos formauit, quòd aerem reſpirationi cõceſſit, quòd creaturam omnem propter humanũ genus produxit: quòd ipſe quidem ab initio uoluit hominem in paradiſo uitã agere citra omnem dolorem & laborem, & nihil minus habentem angelis & incorporeis illis uirtutibus, exiſtentẽ in corpore, & corporalibus neceſsitatibus non obnoxium? Deinde quando ob negligentiã deceptione diabolica per ſerpentem allata ſupplantatus fuit, neq; ſic deſerens eum qui peccauerat, bene fecit præuaricatori: quin & per illaipſa per quæ puniebat, ſicut heri diximus, excellentem ſuam miſericordiam declarauit: atq; innumeras alias beneficiorum ſpecies in illum collocauit. Et poſtea procedente tẽpore, & creſcente genere, ac in omnem malitiã uergẽte: quia uidebat incurabilia eſſe uulnera, operatores malorũ, quaſi fermentũ quoddã inutile aboleuit, relicto iuſto illo, qui radix & origo fieret generis humani. Et uide iterũ, quantam erga iuſtum illum declaret liberalitatem, totũ humanum genus ab eo & filijs eius inſtaurauit: paulatimq; iuſtos eligens, patriarchas dico, præceptores dedit reliquo hominũ generi, qui ſua uirtute oẽs nos inſtruere, & quaſi medici ægrotãtes curare poſsint. Et nunc eos in Palæſtinam, nunc in Aegyptum deducit, ſimul & ſeruorum ſuorũ patientiam exercens, & ſuam potentiã illuſtriorem reddens: nec unquã ceſſauit eodem modo humanæ ſalutis perpetuã curã gerens, mittens prophetas, & per illos ſigna & prodigia faciens. Acq; ut ſuccinctius dicam (quemadmodũ enim maris fluctus, quamuis iterũ atq; iterũ conemur, enumerare nunc̃q; poterimus: ita neq; beneficiorũ dei, quæ in noſtram contulit naturã, uarietatem) tandem ubi uidit poſt tantam ſuam prouidentiam adhuc multa & ineffabili miſericordia indigere humanum genus, & nihil profeciſſe uel patriarchas, uel prophetas, uel ſigna admirabilia, uel pœnas, uel admonitiones illas quotidie adhibitas, & captiuitates ſibi inuicẽ ſuccedentes: quaſi miſeratus genus noſtrum, miſit ad nos animarũ corporumq; medicum, unigenitũ ſuũ filium, ex patris ſui ſinibus excitatum: fecitq; ſuſcepta ſerui forma, è uirgine naſci, & nobiſcũ conuerſari, & omnia noſtra ferre, ut genus noſtrũ peccatis oppreſſum iacens, à terris in cœlũ ſubuehere poſsit. Et hoc miraculo obſtupeſcens tonitrui filius, cõſideranſq; immenſam dei dilectionẽ, qua genus noſtrũ proſecutus eſt, clamabat & dicebat: Sic em̃ dilexit deus mundum. Vide quãto miraculo plena hæc dictio: magnitudinem expendens, quã dicturus erat, exorſus eſt: Sic dilexit. Dic igit̃ nobis beate Ioannes, quomodo ſic? dic menſuram, dic magnitudinem, doce nos excellentiã. Sic enim dilexit deus mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat uitam æternam. Vidiſti cauſam aduentus filij hanc eſſe, ut per fidem in illum ij qui perituri erant, ſalutis occaſionem inuenirẽt? Quomodo cogitarit quis magnã & admirabilem illam, & quæ omnem rationem uincit, liberalitatẽ, qua naturæ noſtræ per donum baptiſmi, omniũ peccatorũ remiſſionẽ donat? Sed quid dicam? neq; mens ſufficit, neq; ſermo ualet cætera enumerare. Nam quantũuis dixero, multo plus prætereo. Iam quis pœnitentiæ uiam cogitauerit, quã humano generi noſtro ob ineffabilem miſericordiam ſuã conceſsit? & poſt baptiſmi gratiã, mirabilia illa mãdata, per quæ, ſi uellemus, poſſemus gratiã nobis conciliare? Vidiſti dilecte abyſſum illius beneficiorum. Vidiſti quanta enumerauerimus, & quotam portionem dicere potuimus? Quomodo enim humana lingua, quæ à deo nobis facta, pertractari poſſent? Et licet tanta ac talia ſint, multo maiora & ineffabiliora ſunt beneficia, quę in futuro ſeculo per uirtutum uiam incedentibus, & hinc migrantibus daturum ſe promiſit. Quorum magnitudinem ut paucis uerbis nobis cõmendaret beatus Paulus inquit: Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, præparauit deus iis qui diligunt ſe. Vidiſti dona excellentia? uidiſti beneficia illius omnem cogitationem tranſcendentia? In cor hominis non aſcenderũt. Si igitur uolumus ſupputare, & pro uiribus noſtris gratias agere, poterimus multo maiorem illius gratiam nobis cõciliare, & ad uirtutem magis idonei fieri. Memoria enim beneficiorũ dei ſufficiens eſt quæ ad uirtutũ labores nos adhortetur, & præparet ut præſentia omnia deſpiciamus, & ut ei qui tanta in nos beneficia contulit adhærea-

Ioan. 3.b

1. Cor. 2.c

mus, amorẽ in illũ ſingulis dieb. augeri declaran-

tes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes. Hinc etenim beatus iste tantã dei gratiam sibi cõciliauit, quia de prioríb. ualde gratus fuit. Sed ut manifestior uobis ille sermo fiat, operæpretiũ est, ut initium eorum quæ hodie lecta sunt, charitati uestræ proponam. Nam postq̃ ex arca exiuit iuxta mandatum domini cum filijs, & sua uxore, & uxoribus filiorum suorum, & omnibus feris & uolatilibus & accepit post egressum à deo benedictionem illam, tantum sibi afferentem solatij, & dicentem: Crescite & multiplicamini: docens nos scriptura iusti gratitudinem dicit: Et ædificauit Noe altare, & accepit de omnibus pecorib. mundis, & de omnibus uolatilibus mũdis, & obtulit holocaustũ super altare.] Considera iterũ diligenter charissime ex præsentibus uerbis, quomodo in natura nostra cõditor omniũ inseuit certam uirtutis scientiã. Alioquin unde hoc iusto illi in mentem uenisset? Nullus erat alius, quem uideret, uel à quo disceret. Sed quemadmodũ, ut principio dixi, Abel ille Protoplasti filius à seipso cõmonitus, magna diligentia oblationẽ perfecit: sic utiq̃ nunc & iustus ille, sua uoluntate & arbitrio sano, quantũ humanis uiribus potuit, censuit dño per sacrificia gratiarumactionẽ offerendã. Et uide ipsum quanta sapientia exequit omnia. Neq̃ enim amplo opus habebat ædificio, neq̃ templo, neq̃ domo admirabili, neq̃ alio quopiã. Sciebat em̃, sciebat certò quòd mentẽ solã requirat dñs: & extructo tumultuaria opera altari, cum accepisset ex pecoribus mundis, & auibus mũdis, holocaustum obtulit, suæq̃ uolũtatis gratitudinem quanta potuit facultate ostendit: quã approbans misericors deus, & uoluntatẽ coronauit, & iterũ suam liberalitatẽ erga illũ declarauit. Dicit enim scriptura: Et odoratus est dñs odorem fragrantiæ.] Vide quõ animus offerẽtis sumũ & nidorẽ, & omnem quæ inde nascit insuauitatẽ, multa fragrantia impleuit. Idcirco & Paulus dicebat scribens, quòd bonus odor Christi sumus, & ijs qui saluantur, & ijs qui pereũt: & ijs quidẽ odor mortis in mortem, illis aũt odor uitæ in uitã. Odorem fragrantiæ. Ne offendaris uerbo crassiore: sed huius uerbi attẽperationẽ tuæ infirmitati asscribẽs, intellige hinc quòd accepta fuerit deo oblatio iusti. Vt enim per res ipsas sciat dominũ nullius indigere, & quòd ꝓpter nihil aliud hæc fieri permisit, q̃ ut ad gratitudinem oẽs adduceret, fuit oblationem igni cõsumi: ut inde discant etiã ij qui offerunt, quòd omnia propter suam utilitatem fiant. Quare autẽ, dic oro, hæc fieri omnino permittit? Et in hoc nostræ infirmitatis habetur ratio. Quia em̃ homines paulatim à uero dei cultu defecturi erant, & proprios deos cõsecraturi, quibus sacrificia immolarent, occupauit ut sibi dona offerrentur: quò uel sic depelleret à pernicioso errore eos quibus inde periculum imminebat. Et ut scias q̃ hæc omnia indulta & concessa sint ob nostrã infirmitatem, attende quõ postea tẽpore procedente, uoluit circũcisionem lege sanciri, nõ quòd ad animæ salutẽ proficere hæc possit aliquid: sed ut hoc gratitudinis indiciũ, quasi signũ & sigillũ circumferrent ludæorũ pueri, et ne liceret eis cõtaminari gentium cõmixtionibus. Hinc beatus Paulus signum hoc uocat, dicens: Et signũ dedit circumcisionem sigillũ: nam ad iustitiã ipsa nihil cõducit. Ecce & hic iustus, nondum institutа circũcisione ad eandem peruenit uirtutẽ. Et quid dico? Ipse patriarcha Abrahã priusquã circũcisionẽ acciperet iustificatus est. Nam ante circuncisionẽ inquit: Et credidit Abrahã deo, et imputatũ est illi in iustitiã. Quid igit superbis ludæe in circũcisione? Disce, quòd ante hanc fuerunt iusti multi. Etenim Abel fide oblationẽ fecit, quẽadmodũ & Paulus dicit: Fide uberiorem hostiã obtulit Abel deo q̃ Cain, & Enoch translatus est, & Noe ob multã iustitiã inundationẽ illam grauissimã effugit, & Abrahã ante hanc ob suã in deũ fidẽ prædicatus est iustus. Sic ab initio per fidẽ humanũ genus salutem asse quutũ est. Sanè ꝓpterea permisit misericors deus sacrificia sibi offerri, ut quoniã natura nostra imperfectius se habebat, simul & suã gratitudinem declarare, & idolorũ pernicioſum cultũ effugere posset. Nam si cum tantũ nobis permiserit deus, multi tamen à ruina sibi nõ cauerũt: nisi hoc fuisset factum, quo pacto quis damnum hoc effugisset? Et odoratus est dñs deus odorem fragrantię. At nõ ita est de ingratis ludæis: sed quõ, audi Prophetam dicentẽ: Thymiama in abominationem mihi est: quasi ostendat uolũtatis offerentiũ malitiam. Quemadmodũ hic iusti uirtus fumũ & nidorem fecit odorem fragrantiæ: sic apud illos offerentiũ nequitia, bene olens thymiama in abominationem conuertit. Igitur ubiq̃ studeamus mentem afferre incorruptã. Ista enim causa est omniũ bonorũ. Bonus enim dñs non consueuit attendere ad ea quæ à nobis fiunt, sed ad internã mentẽ, à qua, ut hæc faciamus, impellimur: & ad hãc spectans, uel approbat ea quæ à nobis fiunt, uel auersatur. Itaq̃ siue precemur, siue ieiunemus, siue eleemosynã faciamus (illæ enim sunt spirituales nostræ hostiæ) siue aliud quid spirituale faciamus, hoc faciamus bona mente incitati, ut laboríb. dignam referamus coronã. Esset perabsurdum, laborem nos sustinere, & retributione fraudari, si præter leges ab illo nobis datas uirtutem exerceamus. Licet enim profecto licet per magnã dei misericordiã, opere nondum completo, coronã uoluntatis solius referre. Et ut ut hoc discas, aduerte obsecro hoc in eleemosyna. Nam si quando uides iacentem in foro, & extrema inopia detentum, & condoles mente in cœlum sublata, quæ gratias agat dño, tum propter ea quæ tibi concessa sunt, tum propter inopis patientiam: etiam si non possis explere & soluere illius famem, propter mentem piam consummatam recipies mercedem. Et ea de causa dominus quoq̃ dicebat: Si quis tantum calicem aquę frigidæ dederit in nomine discipuli, amen dico uobis, nõ perdet mercedem suã. Quid tã nullius sumptus, q̃ poculũ aquę frigidę? sed animus pius mercedẽ inde sibi cõciliat. Idem & in cõtrarijs inuenimus. Operæpretium em̃ est, ut de ijs loquamur charitati uestrę, quò uobis hæc

tenentibus maius benignitatis studium sit. Audi enim quid dicat Christus: Qui spectat mulierem ad hoc ut cõcupiscat eã, iam adulteratus est eã, in corde suo. Vides & hic iterũ malã mentem sequi cõdemnationẽ, & ob inconsideratũ intuitũ, quasi completum esset opus, pœnam inferri? Itaq̃ cum hæc sciamus, undequaq̃ mentem nostrã bene muniamus, ut per eã fiant accepta quæ facimus. Nã si fumũ & nidorem fecit fieri odorem suaueolentię: quid non è spiritualibus nostris faceret cultib. & quantam non gratiam cœlitus nobis procuraret? Et odoratus est, inquit, dominus deus odorẽ fragrantiæ. Vidisti quæ fecerit iustus, quomodo, quantum ad externũ spectaculum pertinet, rem paruam: quantum autem ad animũ, permagnã? Attende autem & ultrà immensam misericordis domini bonitatem. Et dixit dñs deus in mente sua: Non adijciam ultrà ut maledicam terræ propter opera hominũ, quia incumbit mens hominis intente in mala opera à iuuentute.] Nõ igit adijciam ut percutiã omnem carnem uiuentem sicut feci, ultrà omnibus diebus terræ. O magnum beneficentiæ pondus, ó plurimã misericordiæ magnitudinem, ó ineffabilem tolerantiæ excellentiam. Et dixit dominus deus in mente sua. Iterũ humano more loquitur, & quasi ad nostrum genus. Non adijciam ultrà ut maledicam terræ propter opera hominũ. Et enim de Protoplasto dicebat, quum illi malediceret: Spinas & tribulos oriri faciet tibi: & de Cain similiter. Quia aũt nunc communem omniũ inuexerat interitum, ut consolationẽ det iusto, & fiduciã ei addat, ne fortè cogitet apud se, quæ utilitas factæ benedictiõis, quòd dixit: Crescite & multiplicamini: cum iterũ ubi multiplicati fuerimus, pereundũ sit nobis. Nã olim & ad Adã dixerat: Crescite & multiplicamini: & superuenit tamen diluuiũ. Vt ergo ne cogitãdo secũ talia in perpetuo angore esset, uide misericordiã dñi. Non adijciam, inquit, ultrà maledicere terræ ꝓpter opera hominũ. Vide quõ diserte expresit, quòd propter horũ malitiã maledictionẽ terrę induxerit. Deinde ut ne putemus quòd ideo hanc promissionẽ fecerit, quia ipsi iam in melius se conuerterint, inquit: Quia incumbit mens hominis intentè in mala opera à iuuẽtute. Rara misericordiæ species. Quia incũbit, inquit, mens hominis diligenter in mala opera à iuuentute, propter hoc non ultrà adijciam ut maledicam terræ. Ego, inquit, quæ ad me pertinent, semel atq̃ iterum exhibui. Quia autem uideo malitiã ita increscere, promitto me non ultrà maledicturum terræ. Deinde ostendens suæ misericordiæ magnitudinem subiunxit: Non adijciam igitur ultrà ut percutiã omnem carnem uiuentẽ, sicut feci, omnibus diebus. Vide obsecro, quantam consolationem affert iusto: imò non iusto tantũ, sed & propter suã bonitatem etiam uniuerso hominũ generi post illum futuro. Nam quòd dicit: Non adijciã igitur ut percutiam omnem carnem uiuentem: & quòd dicit: Sicut feci: item quòd dicit: Omnibus diebus, per hoc nobis demõstrare uult, quòd nõ sit ultrà tale diluuiũ uenturũ, & quòd neq̃ talis hominũ communis interitus totũ orbem inuadet. Deinde etiã indicat beneficentiæ suæ perpetuitatem. Omnib. enim, inquit, diebus. In oia secula, ꝓmitto me non inducturũ huiusmodi indignationẽ, neq̃ facturũ tantã confusionẽ & intemperiem tẽporũ & qualitatũ aeris. Ideo subdit: Sementis & messis, frigus & æstus, æstas & uer, dies & nox non requiescent.] Immobilis, inqt, erit hæc ordinatio: terra nunq̃ desinet suppeditare hominũ generi necessaria, neq̃ cessabit proferre laborũ & agriculturæ prædia, neq̃ anni partes alijs uersionibus mutabunt, sed & frigus, & calor, & æstas, & uer in anni circulo erũt. Nam quia per diluuij tẽpus fuit confusio quędã totius istius ordinis, & iustus ille in arca erat toto illo tẽpore, quasi cõtinua nocte, ideo nunc inquit: Neq̃ nox, neq̃ dies suum relinquent cursum, sed ad uscq̃ seculi consumationẽ immotũ illorũ permanebit ministeriũ. Vidisti dignã consolationẽ, quæ potuit iusti mentẽ refocillare? uidisti qualẽ retributionẽ acceperit iusti gratitudo? Sed & ex sequẽtibus iterũ audi ineffabilẽ liberalitatẽ.

Et benedixit, inquit, deus Noe, et filios illius, & dixit eis: Crescite & multiplicamini, et implete terram, & domineminí ei. Et tremor timorq̃ uestri erit super oẽs bestias terræ, & super oẽs uolucres cœli, & super omnia quæ mouentur super terrã, & oẽs pisces maris in manus uestras dedi. Et omne reptile quod est uiuens, uobis erit in cibũ. Quasi holera herbarũ dedi uobis omnia. Veruntamen carnẽ in sanguine animæ ne comedatis.] Dignũ est ut hic admiremur excellentem dñi benignitatem. Vide enim quomodo iustus ille iterum eandem benedictionem consequit, quã olim Adam: & amissum principatũ uirtute sua recipit, imò ineffabili dñi misericordia. Nã sicut de illo dicebat: Crescite & multiplicamini, & domineminí terræ, & imperate piscibus maris, & reptilibus, uolatilibus, & feris, sic nũc inquit: Et tremor & timor uestri erit super omnes bestias terrę, & super omnes uolucres. Omne, inquit, reptile quod est uiuens, uobis erit in cibũ. Quasi olera herbarũ dedi uobis omnia. Veruntamen carnẽ in sanguine animę ne comedatis. Attende eandem regulã, quę aliter seruanda tamen. Nam ut Protoplasto dictũ est, postquam ei traditũ est dominiũ super omnia, ut frui possit omnibus quæ sunt in paradiso, abstineret tantũ ab unico ligno: ita & hic post benedictionẽ, & postq̃ terribilis factus est bestijs, & sub manus eius uenerũt aues & uolatilia, inquit: Omne reptile uiuens uobis erit in cibum: ut olera herbarũ uobis dedi omnia. Hic est initium edendarum carnium: nõ ut nos ad uentris ingluuiem paret & instruat, sed quia ex ipsis erat Noe sacrificaturus, & deo gratias acturus, ut ne uideamur quasi ab execratis abstinere, idcirco edendi facultatẽ concedit, & ualde securos reddit: Quasi olera herbarum uobis dedi omnia. Dein sicut de Adam dictum est, ut de uno ligno ex omnibus non ederet: ita hic dictũ est, cum illi omnia ualde licenter permissa essent: Veruntamen carnẽ in sanguine

Universidad de Deusto
Biblioteca

animæ ne comedatis.] Quid est caro in sanguine animæ: hoc est suffocatum. Bruti enim anima sanguis est. Quia igitur sacrificia perfecturi erant ex brutis, quasi docet illos, dicēs: Quia sanguis mihi segregatus est, uobis caro. Hoc autem facit ideo, ut primis illis temporibus comprimat illorum impetum, & propensionem ad homicidia. Et quòd hoc sit uerum, quia per hoc eos magis pios facere uoluerit, audi quæ sequūtur. Etenim ipsum sanguinem, inquit, animarum uestrarum exquiram, de manu omnium bestiarum exquiram illum. Et de manu hominis fratris exquiram animā hominis.] Quid ergo? Animáne hominis sanguis est? Non hoc dicit, absit: sed humana consuetudine usus est, quasi quis dicat alicui: Sanguinem tuum porto in manibus meis: hoc est, potestatē habeo interficiendi te. Nam quòd anima hominis nō sit sanguis, audi dicentē: Ne timueritis ab eis qui occidunt corpus, animā enim occidere nō poterūt. Et uide quantā fecerit diuersitatem. Qui effuderit, inquit, sanguinem hominis, pro sanguine eius effundetur: quia in imagine dei feci hominem.] Cogita obsecro, quantus hic terror uerbo astructus est. Et si quod eiusdem naturæ est, inquit, nō te auocat, neq; à tam peruerso conatu repellit naturæ cōmunio: sed etsi totus impie flagitiosus fraternū fœdus & compassionem non agnoscis, cogita quòd ad imaginem dei formatus est, & quantis eum deus dignatus sit prærogatiuis, & quòd omni creaturę præfectus sit, & quiescēs à mala uoluntate. Quid ergo si innumeras quis patrauerit cædes, & tantū sanguinis effundat, quomodo dignam dabit pœnā sanguinis effusi? Non hoc considera homo, sed tale non multo pòst accipiet corpus incorruptibile, quod poterit continuā & æternam pœnam ferre. Illud item cōsidera, quàm diligenter præceptū sit. Nam de homine inquit: Ne effundas sanguinē: de brutis aūt non dixit, ne effundas: sed, ueruntamen carnem in sanguine animæ ne comedatis. Illic dicit: Ne effundas: hic, ne comedas. Vides q̄ nihil molestū habeant eius leges? quō leuia & facilia mādata? quō nihil graue, neq; onerosum requirit à nostra natura? Dicunt aliqui, brutorum sanguinem, grauem, terrestrem, & multarum ægritudinum causam, si comedatur. At nos propter prædictum sermonem magis piè philosophicum, & domini mandatū id obseruare debemus. Deinde ut discas quare tam diligenter hoc præceptum statuit, cohibens hominū cædis auidas mentes, dicit: Vos autē crescite & multiplicamini, & implete terram, & dominamini ei. Non temerè & absq; causa dixit: Vos autem: sed quasi diceret: Vos pauci, & in paruo numero, omnem terrā implete, & domine mini ei: hoc est, dominium habete & potestatem, & fructū. Vide obsecro dei misericordiam, quomodo prius magna beneficia donat, & tandē unicū & leue mandatum dat. Et sicut Adæ, postq̄ concessit ut habitaret in paradiso, & tot ac tantis frueretur, tandem præcepit, ut ab unico ligno abstineret: Ita & hic, postquā promisit non ultrà talem se illaturum generalem stragem, neq; ita indignaturum: sed usq; ad consumationem mundi immota permansura omnia elementa, ita ut quæq; suum cursum & ordinem impleant: benedictionem autem ipsos consequuturos, donandosq; pristina super bruta omnia potestate, carniū quoq; esu securè permisso, tunc inquit: Veruntamen carnē in sanguine animæ ne comedatis. Vidisti quomodo primum benignitate ac ineffabili liberalitate utiē, & tūc demum præcipit: id quod inter homines nunquam fieri solet. Homines enim primum uolunt ea quæ præcipiunt opere compleri, magnaq; obedientia & beneuolentia erga se uti subditos mandata suscipientes. Non ita se gerit cōmunis omnium dominus: prius enim benefacit, & multitudine beneficiorum nostram naturam ad se allicit, & postea imperat facilia atq; leuia, ut facilitate mandatorū & beneficijs prioribus excitati, ad ea implēda inducamur. Ne igitur negligentes simus dilecti circa mandatorum obedientiam: sed beneficia priora cogitantes, & mandatorum facilitatem, & præmiorū post impleta mandata promissam magnitudinem, sobrij simus, & festinemus ad facienda mandata à deo nobis tradita: & ne dimittamus uias quas ad perficiendam animarum nostrarum salutem præscripsit, sed tempore nostræ uitæ quod reliquū bene utamur, & peccata abluamus, & in hac uita nobis fiduciā quandam reponamus, maximeq; nunc cum adhuc est relicta quadragesimę pars. Neq; enim paruus est dierū numerus qui relinquit, si uoluerimus parumper resipiscere. Hoc autem dixi, non quòd solum tanto tempore opus habet peccatorum correctio, sed quia dominum habemus misericordem & benignum, & non indiget magno tempore, tantum magno feruore & sobrietate ad ipsum accedamus reiectis secularibut curis omnibus, & supernæ gratiæ innitamur. Nam & Niniuitæ tanta peccatorum multitudine aggrauati, quia magnam & ueram pœnitentiam egerunt, non indigebant ampliori quàm triū dierum tempore ad prouocandam dei bonitatem, & irritandam quę aduersum se lata erat sententiam. Et quid dico Niniuitas? Iatro in cruce neq; uno die opus habebat. Et quid dico, die uno? neq; breui hora. Tanta est dei erga nos misericordia. Nam ubi uiderit uoluntatis nostræ firmum propositū, & feruenti nos desiderio ad se accedere, non tardat neq; differt: sed accelerat, suamq; solitam liberalitatem exhibens, dicit: Adhuc loquente te, dicam: Ecce assum. Itaq; exauditurus est & nos, si uoluerimus in paucis diebus illis diligentiæ speci men quoddam afferre, & ieiunij subsidio non abuti, & excussa socordia cōtinuis precibus placare dominum, calentes profundere lachrymas, delicta nostra sedulò confiteri, & quasi medico proferre nostra uulnera & animarū ulcera, nec abijcere quam ille dat medicinam, necnon & alia quæ à nobis exiguntur afferre: animo, inquam, conteri & compungi, & eleemosynam dare largam, affectiones quæ mentem nostram interturbant refrenare, & ex anima eliminare: ita ut neq; ab diuitiarum

Matth. 10. c

Esaiæ 65. b

rum cupiditate expugnemur, neq; iniurias illatas uindicare cupiamus, neq; hostiliter in proximum affecti simus. Nihil enim omniū deus ita odit & auersatur, ut hominem ultionis auidum, & in animo suo perpetuas seruātem inimicitias. Tantum enim eius peccati damnum est, ut misericordiam dei reuocet, nec locū habere sinat. Quod ut scias, Euāgelicā uobis parabolam refero, de decem milium talentorū debitore, remissionē omnium à domino consequuto, eo quòd supplicabat & orabat. Miseratiōe enim motus, sicut narrat dominus noster, & fœnus ei remisit. Vidisti misericordiam domini? Ille procidit, supplicat, orat, ut longius sibi tempus præfiniatur. Longanimis esto in me, inquit, & omnia tibi reddam. Sed bonus dominus, misericors, nostri curā agens, supplici bene uolens, nō solum quantū petijt, sed quantum ne cogitare quidem ausus fuit, dedit. Is enim eius mos est, ut uincat & præueniat petitiōes nostras. Ita & hoc loco illo orante, ut seueritatē dominus remitteret, & promittente soluturū se omnia, ille bonitate sua uincens nostra delicta, misericordia motus, inquit, dimisit eum, fœnusq; totū ei remisit. Vidisti quid seruus orauerit, & quantū ei dominus dimiserit? Vide ediuerso serui insolētiam: debebat enim iuxta tantā misericordiā & ineffabilem beneficentiam sibi exhibitā, & ipse proximo fuisse compatientissimus. Verū ipse planè cōtrario modo egit. Egressus enim, inquit, ille decē milium talentorum debitor & remissionem assequutus. Audite, obsecro, diligenter: nam quæ illi acciderunt, sufficiunt ad corripiendas animas nostras, & ad persuadendum, ut tollatur grauis ille morbus è mente nostra. Hic igitur, inquit, egressus inuenit unum è conseruis suis, qui debebat sibi centum denarios. Vide quantum intersit. Hic conseruus debebat centum denarios, illic dominus erat qui repetebat decem milia talentorū. Nihilominus quia uidit supplicantem & orantē, dimisit. At iste apprehensum seruum strangulabat, dicens: Redde mihi si quid debes. Et quidnā conseruus, q̄ supplicabat, dixit? Vide quomodo subinde Euangelista uerbum Conseruus uersat, non temerè, sed ut discamus quòd pares illi nihil differebāt. Verūtamen debitor ei supplicabat eodem modo, ut ille antea domino: Longanimis esto in me, & omnia tibi reddam. Ille autē, inquit, egressus, coniecit hunc in carcerem, donec omne debitum sibi dinumeraret. O summā ingratitudinē: habebat adhuc in recenti memoria quanta dominus liberalitate secum egerat, neq; sic aliqua compassione motus est: sed prius quidem suffocabat, nūc uero in carcerē cōijcit. Cæterū uide quid fit. Vt uiderūt, inquit, cōserui illius cōtristatisunt: & ut uenerūt ad dominū, rē omnē indicauerūt. Nō ille quidē qui ita malè affectus erat, aut quomodo potuisset ille qui in carcerē cōiectus? Sed alij cōserui, nulla iniuria affecti, ita quasi iniuria affecti mœsti erāt, dominoq; quē accesserūt narrauerūt. Iam uide & domini indignationē. Tūc accersito eo, inquit, dicit: Serue male. Verè hic uidere licet, quantū malum sit iniuriarū reminisci: quoniam cum decem milia talēta consumpsisset, non uocauit eum malū: sed nunc, quia cōseruo crudelis fuit. Male serue, inquit, omne debitum illud remisi tibi, quia rogasti me. Vide quomodo declarat excellentem eius malitiam. Num aliquid amplius fecisti? inquit. Nónne paucula tantum uerba dixisti, & susceptа petitione tua totū illud grande & indicibile debitum remisi? Nónne & te misereri oportebat conserui tui, sicut & ego tui uolebam? Qua dignus eris uenia? Ego dominus tantum uim debitorū propter pauca illa nuda uerba dimisi: tu autem conseruo tuo, qui est eiusdem naturæ, nō es misertus, neq; inflecti potuisti, neq; recordatus eorū quæ à me tibi concessa, ullam compassionē prę te tulisti: sed inhumanus fuisti & crudelis, cōseruoq; misereri noluisti: idcirco tandem disces quantorū tibijpsi malorum autor fueris. Et iratus dominus, tradidit illum tortoribus. Vide nunc & ipsum irasci ob inhumanitatem erga seruum, & seruis illū tradere: & quod prius nō fecit cum tot debitorū reus esset, nunc fieri iubet. Tradidit enim illum tortoribus donec oīe debitum redderet: donec, inquit, decem milia talenta, quæ iam remissa erant, dinumeraret. Magna & ineffabilis dei misericordia, cum in se quidem peccatū est, ad nudas tantum preces totum remittit, cum aūt in conseruū uidet crudelem & inhumanum, suam reuocat liberalitatem, monstrans ei, reipsa quòd nō tam illum quam seipsum offendisset. Et sicut conseruū in carcerem coniecit, donec debitum redderet: ita & ipse tortoribus tradit, donec quod debebat rependat. Hæc autem non tam de talentis & denarijs diximus, quam de peccatis & delictorum magnitudine: ut discamus quòd nos quidem infinitorum peccatorum pœnas domino debentes, propter ineffabilem illius misericordiam, remissionem ab ipso accipimus: si uero erga conseruos & proximos, & eos qui eandem quam nos naturam sortiti sunt, crudeles & inhumani fuerimus, & quæ in nos cōmissa sunt nō dimiserimus, sed pro re friuola importuni fuerimus (quantum enim interest inter centū denarios, & decem milia talenta: tantum & inter ea quæ nos in dominum, & ea quæ alij in nos deliquerunt) tunc & nos in indignationē domini incidemus, & ea quæ iam antea dimissa erant, soluere iterum in tormētis cogemur. Porrò ut diligenter discamus parabolam hanc ob animarum nostrarū salutem dictam, audi quæ inferuntur. Sic & pater uester cœlestis faciet uobis, inquit, si nō unusquisque fratri suo remiseritis è cordib. uestris delicta illorum. Magnum parabolę lucrum, modò attendere uoluerimus. Quid enim tantum poterimus dimittere, quantū nobis à domino dimittitur? Et nos quidem si hoc uoluerimus conseruis remittimus, ipsi uero à domino remissionē accipimus. Et uide ut diligenter singula sunt dicta. Non ēm dixit simpliciter, si nō dimiseritis hominibus peccata: sed, si nō unusquisq; fratri suo è cordibus uestris delicta illorum. Aduerte quomodo uult cor

Matth. 18. e

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostrum in quiete & tranquillitate esse, & men- A tem nostrã à perturbationibus alienã, affectionibusq; omnibus liberã, plurimumq; nos erga proximum misericordiæ studium declarare. Et alioquoq; loco iterũ dicit: Si dimiseritis hominib. delicta illorũ, dimittet & uobis pater uester cœlestis. Ne igitur putemus, quòd dum hoc facimus, alteri gratificemur, aut magnum aliquod beneficium in illum collocemus. Nã ipsi sumus qui beneficio fruimur, & multũ lucri inde nobis comparamus: sicut etiã si hoc non fecerimus, omnino nihil eos lædere poterimus, nobisipsis autẽ intolerabilem gehennę pœnam acquirimus. Idcirco obsecro, ut cogitantes hæc, nunquã committamus ut eorum qui nos contristarunt, uel aliàs offenderunt, iniuriæ reminiscamur, uel inimico animo erga illos si B mus: sed cõsiderantes quãta hoc nobis afferat bona, & quãtam ad dominũ fiduciã, & ante omnia quòd reconciliari cum ijs qui nos iniuria affecere, peccatorum nostrorum absumptio quędã est, festinemus & anhelemus, ut paratum inde lucrũ reputantes, tam officiosi in eos simus qui nos offendere, quàm sumus in eos qui uerè nobis bene faciunt. Nam si sapiamus, non ita nobis prodesse poterunt qui sincere nos diligunt & demereri cupiunt, atq; ij per quos diuino fauore digni efficimur, & peccatorum sarcinis exoneramur. Cogita obsecro dilecte, quanta sit huius uirtutis magnitudo, & disce uel ex præmijs, quæ illi uniuer-
Matt. 5. g si dominus proposuit. Nam cum dixisset: Diligite inimicos uestros, benedicite eis qui persequun C tur uos, orate pro calumniantibus uos: quia sublimia sunt præcepta, summumq; uerticẽ tangẽtia, inquit, ut efficiamini similes patri uestro qui in cœlis est: quia solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vidisti cui similis fiat, dũtaxat pro humanis uiribus, qui non solum nõ ulciscitur inimicũ, sed & orare pro eo studet? Ne igitur negligẽtia nostra talibus nos fraudemus bonis, & præmijs quæ etiam cogitationem transcendunt: sed modis omnibus bonorum operũ nobis cura sit, cogaturq; & erudiatur mẽs, ut pareat dei præceptis. Nã propterea hanc admonitionẽ nunc feci, et parabolam in medium attuli, & quãta sit huius boni operis magnitudo, & quãtum nobis inde lucrum accrescat ostendi, D ut cum adhuc tempus est, si quis ex uobis est qui inimico in quempiam sit animo, operã det ut officiose reconcilietur. Et ne quis mihi dicat: Semel atq; iterum orauí, & non assensit. Si hoc synceriter facimus, non prius quiescamus, donec multa sedulitate uictoriam adepti, illum nobis conciliemus, & à suis in nos inimicitijs abducamus. Neque eñ illi quid largimur, sed in nos transeunt beneficia. Dei fauorem hinc assequimur, peccatorũ nostrorum maculas detergi facimus, magnam apud deum fiduciam accipimus. Si hoc fecerimus, poterimus pura conscientia ad sanctam reuerendãq; hanc mẽsam accedere, & uerba illa quę precibus nostris inserta sunt, fidenter dicere. Sciunt initiati quid dicatur. Proinde uniuscuiusque conscientiæ relinquo, quomodo mandato illo impleto, per illud terribile tẽpus fidenter ea dicere possimus: quòd si negligẽtes fuerimus, quãta sit hinc nobis cõdemnationis causa, qui diuersa facimus & dicimus, audentes temere uerba precum pronuntiare, & maiorem nobisipsis ignem extruere, irãq; dei in nos prouocare. Gaudeo et lętor, quia uideo uos tãta uoluptate quæ dicimus audire, & plausu tanto excipere, promptosq; esse, & ad dominici mãdati adimplationẽ paratos. Hæc enim animarum nostrarũ medicina est, hoc uulnerum nostrorum pharmacum, hæc optima ad deo placendũ uia, hoc certissimum piæ animę indicium, suscipere omnia propter legem domini, & à cogitationum infirmitate non retrahi, sed affectionibus imperare, animo uersare beneficia à deo quotidie nobis exhibita: & quantumuis conemur, uix ullam partem cogitatione assequi poterimus eorũ uel quæ olim in nos collocata, uel quæ quotidie accipimus, uel quę in futurum reposita sunt bona, si uoluerimus mandata domini opere complere. Posthac igitur hoc opus sibi quisq; proponat, & quasi ad thesaurum maximũ festinet, neq; differat, ut fieri solet, etiam si labore, uel inquisitione, uel longo itinere opus sit, etiãsi molestiæ multæ sint: omnia hæc auferamus impedimenta, unica nobis cura sit, quomodo mandatũ domini adimpleamus, & obedientiæ mercedem feramus. Scio quòd graue & molestũ uidetur, ad eum qui hostiliter in te affectus sit, abire, cumq; eo stare & C loqui. At si mãdati cogitaueris dignitatẽ, & retributionis magnitudinẽ: & quòd non in illum, sed in te recurrãt beneficia, omnia tibi leuia & facilia uidebuntur. Hæc igitur in mentibus nostris uersantes, consuetudinẽ nostrã uincamus, piaq; mente dominica mãdata adimpleamus, quò et à Christo remunerari mereamur, gratia & misericordiæ bonitatis eius: cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus ad Noe & ad filios eius cũ eo. Ecce ego statuã pactum meum uobiscum & cum semine uestro post uos, & ad omnẽ animam uiuentẽ quæ est uobiscũ, tam in uolucribus q̃ in pecudibus, & ad uniuersas bestias terræ. Homilia XXVIII

Ieri proposita benedictione, quã consequutus est à domino iustus, q̃ postẽ egressum ex arca altare ædificauit, & oblatis hostijs suã declarauit gratitudinẽ, ulterius neq; progredi, neq; lectionem totã enarrare, neq; quantũ se humilitati nostræ misericors deus attemperet, ostendere potuimus: nam sermonẽ nostrum, quia prolixius se extendebat, celeriter succidimus, ne multitudine uestra memoria obrueret, nõ sine iactura eorum quæ dicẽda erant. Non eñ hoc solum nobis curę est, ut multa dicamus: sed quantũ uobis facilè sit mente capere, quò cum lucro hinc abire liceat. Nam si nos plura q̃ par sit dicamus, & uos nihil inde percipiatis, quæ utilitas? Scitis enim, quòd propter

propter uestram utilitatem hunc laborẽ susce- A pimus, & iustam nos mercedẽ accepisse credimus, si uestrum uideamus profectum: & quòd diligenter quæ dicuntur teneatis, in animis uestri reposita, continuo ea memorãtes & ruminãtes. Memoria enim olim dictorũ, faciet ut maiori cõmoditate & dicenda capere possitis. In hoc enim inuigilamus & incumbimus, ut omnes uos perfecti & consummati fiatis, & nihil eorum quæ in diuinis scripturis continentur, uos lateat. Etenim eorum notitia, si uigiles sobrijq; esse uolumus, & ad melioris uitæ frugem plurimũ nobis confert, alacrioresq; ad uirtutũ labores facit. Nam cum erudimur, omnibus iustis magnã apud deum esse fiduciã, qui afflicti & tẽtati per omnẽ uitam suam, patientiam & gratitudinem declararũt, & sic præ B mia sunt adepti: quomodo non & nobis curæ erit, ut eandem incedamus uiam, quò & eadẽ præmia obtineamus? Ideo obsecro, ut quotidie aliqd accedat boni operis, & crescat uestrum ędificium spirituale, & bona opera quę olim feciſtis, diligenter custodiatis, & si quæ adhuc desiderantur adijciatis, & sic in summum uirtutis peruenietis fastigium, in uestrã gloriam, in ædificationẽ ecclesiæ, in honorẽ Christi. Sanè ego uidẽs inexplebilem uestram spiritualium doctrinarũ auiditatem, etiã satis conscius magnæ meæ tenuitatis, non intermitto quotidie apparare ex diuinis scripturis cõuiuium, & quæcunq; dei gratia propter suam misericordiam & uestrã utilitatẽ suppeditaueriť, apponere. Agè igitur & hodie indicabimus charita- C ti uestræ eminentem dei misericordiã, quam humano generi cõtulit: & ob id uerba quæ deus ad Noe dixit, afferimus. Et dixit deus ad Noe, & filios illius. Postq̃ benedixit illũ & filios illius, & dixit: Crescite & multiplicamini: & tradidit illis dominium super bruta omnia, protestatemq; dedit his ce quasi oleribus herbarũ uesci, necnon & mãdauit ut carnes in sanguine nõ comedant: adhuc gerens curam iusti & posteritatis, beneficijsq; nostrum genus adobruens, denuò maiora adijcit beneficia, & inquit: Dixitq̃ dominus deus Noe & filijs illius cum ipso, dicens: Ecce statuam testamentũ meum uobiscũ, & cum semine uestro post uos, & omni animæ uiuenti uobiscũ, & omnibus quæ egressa sunt ex arca, & statuam testamẽtum D meum uobiscũ. Et nõ morietur ultra omnis caro ex aquis diluuij, nec erit ultra diluuiũ aquæ, quod omnem terrã corrumpat.] Quia uerisimile erat iustum adhuc in angore esse, & mentẽ illius formidine teneri: & si quando ingrueret paruus aliquis hymber, futurũ tristem & attonitũ, quasi de nuò talis tempestas mundum inuolutura sit: ideo ut & ipse fidere possit, posteritasq; omnis, optimus deus bene sciens quòd & paruus mœror turbare queat. Nam præteritorum experientia ad formidinem incutiendam multum habet momenti. Itaq; quia uerisimile erat, & à parua pluuia formidaturum, idcirco misericors deus, quasi fiduciam illi additurus, & ab omni formidine solutum, in magnam securitatem & iucunditatem inducturus, promittit ipsi, quòd eiusmodi pœnam ultrà nõ sit illaturus. Et hoc quidem pridem & ante benedictionem promiserat, dicens, quemadmodum audiuistis, Non adijciam ultrà, ut maledicã terram: etiamsi hominũ malitia increscat, non tamen ego humanum genus tali subijciam pœnæ. Nam mõstrãdo ineffabilem suam misericordiam, idipsum nunc denuò promittit, ut bono animo sit iustus, nec cogitet apud se, ac dicat, Et olim benedictionem generi nostro dedit, & ut ualde multiplicaretur effecit: sed postea cõmunem illam omnium internecionem subiunxit. Quocirca, ut omnem è cogitationibus illius tumultum expelleret, copiosis argumẽtis certum ipsum fecit, nõ futurũ ultrà tale diluuium: Quasi scilicet diceret, diluuium ex misericordia induxi, ut & malitia impediaťr, neq; ulterius progredi possit: ita et nunc eadem misericordia polliceor me id non ultrà facturũ, ut sepositio omni mœrore, præsentem uitam transigatis. Et ideo dixit, Ecce statuo testamentũ meum, hoc est pactum facio. Nam sicut in humanis negotijs si quis promittit aliquid, pactum facit, & certis argumentis & indicijs securũ alium facit: ita & benignus dominus, inquit, Ecce statuo testamentũ meũ. Et benedixit, statuo, pro eo quod est, Ecce ego instauro ea, quæ ex peccatorũ ruina acciderant: & statuo testamentũ meum uobiscũ, & cum semine uestro post uos. Vide misericordiã domini: quasi diceret, Non tantum uobiscũ statuo pactum: sed & ijs qui uos sequenť stabile & firmum fore pronuntio. Postea ut suam declaret liberalitatem, inquit, Et omni animæ uiuẽti uobiscũ, à uolatilibus, & à pecoribus, & omnibus bestijs terræ, quæcunq; uobiscũ ex omnibus quæ egressa sunt ex arca, & statuo testamentum meum uobiscũ, & nõ morietur omnis caro ultrà ab aqua diluuij. Et non ultra erit diluuium aquæ, ut corrumpat omnem terram.] Vidisti pactorum magnitudinem? uidisti promissionum ineffabilem liberalitatem? Cõsidera quomodo misericordiam suam denuò facit usque ad bruta et feras pertingere: & meritó. Quod enim sæpe dixi, hoc & nunc dico. Quia propter hominem hæc producta sunt, ideo & illorum beneficiorũ partem habent, quæ homini concessa sunt. Et uidetur mihi cõmune esse testamentũ & homini, & brutis. Nam & hoc homini solatio fuerit, ut scire possit in quanto sit honore, quòd non solum in se collocẽtur beneficia, sed propter se in alia quoq; animalia extendatur liberalitas. Et non morietur, inquit, omnis caro ultrà ab aqua diluuij, & non erit ultrà diluuium, ut corrumpat omnem terrã. Vidistis quomodo et semel, & iterum, & sępius pollicetur se non ultrà immissurum communem omniũ internecionem, ut ex mente iusti hanc solicitudinem eximat, et de futuris ut bonã spem ille habeat. Deinde nõ ad suam naturam spectãs, sed nostram infirmitatem, non contentus est promissione sua, quã uerbis dedit: sed iterum ostendit, quomodo se nostræ infirmitati attemperat, tali metu humanum genus liberãs, ut etiamsi sæpe pluuiæ deferanť, & uiolentę tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pestates fiant, etsi aquarum magna sit inundatia, A
neq; sic metuendum sit, sed confidendū, nobis ad
miraculū respiciētibus. Et dixit dominus deus
ad Noe, Hoc est signū testamēti, qđ ego do inter
me & te.] Vide quāto honore iustum dignaī, ita
cum eo pacisscitur quasi homo homini loquēs, &
dicit, hoc est signū testamenti quod ego do inter
me & te, & omnē animam uiuentem, quæ uobis-
cum est in generationes æternas. Vidisti quomo-
do signū dandum omni uiuēti duraturū sit in ge-
nerationes æternas? Non solum cōmuniter om-
nibus uiuentibus dat signū, sed & perpetuum &
æternū illud facit, quoad mūdus subsistit. Quod
ergo signum? Arcum meum pono in nube, et erit
in signū inter me & terram. Ecce post pollicitatio
nem uerbo factam & hoc signū do, iridem dicēs, B
quā aliqui fieri dicunt sole radios suos contra nu
bes mittente. Si sermo meus, inquit, non sufficit,
ecce & signum do, nunq; ulterius talem me pœ-
nam inducturū. Hoc ergo signum uidentes, à for
midine liberemini. Et erit cum nubilauero, in-
quit, nubes super terram, & apparuerit arcus me
us in nube, & recordabor testamēti mei quod est
inter me & uos, & inter omnem animam uiuen-
tem super omnē terram.] Quid dicis ô beate Pro
pheta? Recordabor, inquit, testamenti mei, hoc
est pacti mei, promissionis, pollicitationis. Non
quia ipse opus habeat recordatione, sed ut nos
ad illud signum respicientes, nihil durum suspice
mur: sed statim recordemur diuinę promissionis,
& roboremur, & confidamus, utpote nihil tale C
passuri. Vidisti quantū deus uerbis se propter no
stram infirmitatem humiliet, quantam curam ge
rat nostri generis, quantā misericordiæ magnitu
dinem declaret: nō quia hominum cōuersionem
uidit, sed ut per omnia nos doceat excellentē suam
bonitatem? Et nō erit ultrà aqua in diluuium, ita
ut deleat omnem carnem. Quia sciuit hoc time-
re humanam naturam, uide quomodo continuò
hoc pollicetur, quasi dicēs, Etiamsi uideritis mul-
tos hymbres fieri, neq; sic aliquid duri uobiscum
concipite. Non enim erit aqua in diluuium, ita ut
deleat omnem carnem. Talis hymber nō erit ul-
trà, tantā indignationē nō ultrà experietur huma
nū genus. Et erit, inquit, arcus meus in nube, &
uidebo ut recorder testamēti æterni inter deum, D
& inter animam uiuentem in omni carne. Consi
dera quomodo uolens humanam naturam ad fi-
dem & firmam credulitatē inducere, tanta uerbo
rū usus sit humilitate. Et uidebo, inquit, ut recor-
der. Ergóne uisus ipsum in memoriam ducet? ab-
sit. Non enim ut hoc suspicemur, ita dicit, sed ut
quando uidemus signū hoc, dei promissioni con
fidamus, certi quòd non sit possibile dei promis-
siones intercidere. Et dixit dominus deus, inquit,
ad Noe, Hoc signū testamēti mei, quod posui in-
ter me, & inter omnem carnem quæ est super ter-
ram. Accepisti, inquit, signum id quod dedi inter
me & omnem carnē, quę est super terram. Ne ul-
trà confundaris mente, ne turberis animo: sed ad
hoc respiciēs & ipse bonā spem habeto, & omes

qui post te futuri sunt hinc cōsolationē accipiāt:
& aspectus signi fidutiam eis præstet, quòd nun-
quam talis tempestas terrā inuadet. Nam quam-
uis peccata hominum crescent, ego tamen quæ
promisi adimplebo, & nunquam talem indigna-
tionem in omnes proferam. Vidistis quàm excel-
lens domini bonitas? Vidistis quantū ad nostram
humilitatē uerbis se demittat? Vidistis quāta suæ
erga nos curæ magnitudo? Vidistis quanta pro-
mittētis liberalitas? Non enim beneficium suum
usq; ad duas uel tres, uel decem generationes ex-
tendit, sed promisit quoad subsistit mundus, ut
ex utroque emendatiores reddamur, & ex eo
quòd illi propter multitudinem peccatorum ta-
li pœna puniti sunt, & ex eo quòd nos tanta pro-
missione dignatus est. Nā cordatos beneficia ma
gis q; pœnæ alliciunt ad mandatorum obedien-
tiam. Igitur ne simus ingrati. antequam enim ul-
lum bonitatis specimē exhibuerimus, imò etiam
cum pœnis digna fecerimus, tanta nos dignatus
est beneficentia. q; si grati fuerimus, & de priori-
bus gratitudinē declarauerimus, cōuertemusq;
nos ad meliora, quanta tum deniq; nos dignabi-
tur liberalitate & gratia, qui indignis ita benefa-
cit, & tam misericors est peccatoribus? si à pecca-
tis destiterimus, & uirtutē sectemur, quæ nō con
sequuturi sumus? Enimuero hac de causa prior
ipse multa in nos beneficia collocat, & cū pecca-
uerimus iterū nobis ueniā impartit, & supplicia
non è uestigio infert: ut per omnia nos alliciat,
& dum nobis benefacit, & dū longanimis est. Sæ
pe etiā dum aliquos punit, alios per hoc induce-
re uult, ut illorum metu castigati supplicij pericu
lum effugiant. Vidisti sapientissimi dei misericor-
diā, quomodo omnia quæ per ipsum fiūt, propter
unum solum, nempe humanā salutem, fiunt? Id-
circo cū hæc cogitamus, ne simus desides, ne ad-
uersus uirtutem certemus, ne pręteream us leges
ab illo statutas. Nā si uiderit nos conuerti, & quie
scere, & principiū aliquod facere, ipse quoq; sua si
mul afferet, faciet q; nobis omnia leuia & facilia, &
non permittet ut laborem sentiamus. Nam quan
do anima ad deum cogitationē suā intendit, non
iam decipi potest à uisibilium aspectu: sed præte-
riens omnia, ea quæ non uidentur corporalibus
oculis, quæ nullam sciunt uicissitudinem, sed per
petuò manent, fixaq; sunt ac immota, diligentius
speculatur q; ea quæ ante pedes sunt posita. Ta-
les enim mentis sunt oculi, qui ad illorum specta
culum continuò intendunt, & supernis radijs il-
lustrati, omnia quæ in hac uita sunt quasi umbram
& somnium transeunt: non ulli ultrà deceptioni
obnoxij sunt, neq; ipsis imponi potest: sed etiam
si opes uiderint, statim derident: scientes quòd fu
gitiuo quouis infideliores, ab uno ad alium tran-
seant, & nunq; apud eundem subsistant, & infini
ta mala possidentibus afferant, quos & in ipsum
malitiæ, ut dicitur, præcipitium impulsos detur-
bant. Et si corporis formositatem intuiti fuerint,
neq; illam magnifaciunt, cogitātes tam fragilem
ac instabilem, quòd superueniens morbus repēte

omnem

omnem illam formositatē obscuret, & quòd non- A
nunquā ante morbū, si inuaserit senectus, facies
quæ antea formosa erat fiat indecora & iniucūda:
mors autem superueniens, omnem corporis pul-
chritudinem corrūpat. Et si quem uiderit gloria
& potentia inflatum, & qui in summum digni-
tum uerticē euectus omni felicitate fruatur, etiam
illum præterit, quasi nihil stabile & solidū haben-
tem, sed de illis gloriantem quæ fluminibus ipsis
ocius præterlabuntur. Quid enim omni huius ui
2. Pet. 1. d tæ gloria uilius, quæ flori herbæ confertur? Om-
nis em̄ gloria hominis, inquit, sicut flos fœni. Vi-
distis dilecti, q; acutè uideant oculi fidei, si quan-
do in deum mens intenta fuerit? Vidistis quomo
do à nulla re uisibili decipi possunt, sed rectū ha-
bent opinionum iudicium, neq; in ullo fallūtur? B
Sed si gratum est, iterum ad cōtextum sermonis
reuertamur, & paucis propositis finem sermonis
faciamus. Nam postquam scriptura sermonē de
diuino miraculo finiuit, uoluit iterum nos docere
alia quæ ad iustum illum & filios illius pertinent,
& dicit: Erant autē filij Noe, qui de arca egres-
si sunt, Sem, Cham, Iaphet. Cham autem erat pa-
ter Chanaan. Tres illi sunt à quibus dispersi sunt
super omnē terram.] Dignū hic fuerit, ut inqui-
ramus, quare diuina scriptura hos tres filios cō-
memorando subdit, Cham autē erat pater Cha-
naan? Ne putetis, obsecro, hoc absq; causa fuisse
adiectū. Nihil enim in diuina scriptura cōtinetur
quod non aliqua ratione dictum sit, quæ nō & la
tentem in se habeat utilitatē. Quare ergo assigna C
uit, Cham autem erat pater Chanaan? Voluit au
tem per hoc nobis illius intemperantiæ nimieta-
tem insinuare, & quòd neq; calamitatis magnitu
do illū coercere potuit, neq; tāta in arca angustia
irrefrenatā illius cōcupiscentiā sedauit: sed quā-
uis senior nondū filios procreauerat, hic inconti
nentiæ deditus, in tempore tantæ indignationis,
& generalis interitus, quo orbis cōprehensus est,
rei Venereę operā dedit, iam statim ab initio mē-
tis suæ malitiam mōstrans. Itaq; non multo pòst,
propter contumeliam in parentem, maledictio-
nem susceperus erat eius filius Chanaan. Ideo
scriptura diuina nomē eius prius assignauit, pari
ter & filij nomen, docens & patris intemperan-
tiam: ut cum eum postea uideris magna ingratitu D
dine erga patrem uti, scire possis quòd iam olim
talis fuerit, utpote neq; à tanta calamitate humi-
liatus. Sufficere enim debebat ad extinguendam
libidinem tantus luctus: & nihil flammam & in-
saniam hanc ita comprimere potest, ut tristitiæ ue
hementia & calamitatis excellentia. Igitur qui in
tanta malorum magnitudine tantæ rabiei & insa
niæ in procreandis liberis fuit, qua uenia dignus
fuerit? At hic nobis alia quæstio nascit, celebra-
ta, & quæ ubiq; circūfertur, Quare patre peccan-
te, filius maledictum accipit? Sed ne longum ser-
monem hunc faciamus, in crastinum diem illam
reponemus, ut cum ad eum locū peruenerimus,
tunc & solutionem afferamus, quam deus dona-
uerit. Nihil em̄ in sacra scriptura (sicut dixi) inue-

Chryſ.

nire licet, quod absq; ratione aliqua sit scriptum.
Iam hoc quoq; sciamus, quòd nomē filij nō absq;
causa fuit à Mose cōmemoratū, cum dixit, Cham
autem erat pater Chanaan. Tres, inquit, sunt ij fi-
lij Noe, & ab ijs dispersi sunt in omnē terram. Ne
que hoc dictum obiter prætereamus dilecti, sed
cogitemus ex illo ipso uirtutis dei magnitudinē.
Tres, inquit, erant ij filij Noe, & ex illis dispersi
sunt super omnē terrā. Quomodo ex tribus tan-
ta multitudo succreuit? quomodo potuerunt du-
rare? quomodo ex paucis illis totus mundus con
stitutus? quomodo eorum permanserunt corpo-
ra? Non medicus erat qui medicinam adhiberet,
neq; erat aliqua alia cura. Nondum enim erant ci
uitates conditæ, sed post tantam miseriā & uitam
illam in arca, è qua fastuginosi & incuruati ob cō
pressionē exierunt, & in tanta solitudine existen
tes, & indicibili uastitate, quomodo non corrupti
sunt? quomodo non perierunt? Timorem enim
& metum, dic oro, nō putas commouisse eorum
mentem, & cōcussisse animam? Ne admireris di-
lecte: deus enim erat qui omnia faciebat, & deus
naturæ opifex erat, qui omnia præpeditamenta
auferebat mādato suo, quo dixit, Crescite et mul-
tiplicamini, & implete terrā. Hoc enim incremen
tum dedit. Quia & Israelitæ cum in Aegypto in Exod. 1
luto & latere conficiendo onerati essent, in tanto
maiorem multitudinem excrescebāt, quo magis
opprimebantur. Et neq; immisericors & crudele
præceptum Pharaonis, quod præcipiebat mascu
los in flumina proijci (& alioqui mire uexabant
præfecti operarū) ualuit imminuere illorum mul
titudinem, sed in maiorem multitudinem increscebāt. Aderat enim diuina gratia, quæ omnia di
uerso modo operatur. Quando igitur dominus
præcepit, ne quæras ut iuxta humanū morem o-
pera perficiantur. Potentior enim quàm natura,
non eget naturæ ministerio, sed per ea, quæ alio-
quin impediūt, res augmētat. Eo modo & nunc,
per tres illos totum orbem impleuit. A tribus em̄
illis, inquit, dispersi sunt in uniuersam terram. Vi
disti dei potentiā? uidisti quomodo & si sint mul-
ta obstacula, nihil tamen illius moratur uolunta-
tem? Idipsum & in fide licebit uidere. Cum enim
tales sint qui infestent, tāti sint qui insidientur, &
reges, & tyranni, & populi seditiosi, & omnia fa- D
cientes ut extinguant scintillam fidei, per insidia
tores, per eos qui uetare uolebant, tanta pietatis
flamma erupit, ut totū orbem habitatū & inhabi
tatū inuaserit. Etiā si ad Indos abieris, & ad Scy-
thas, & ad fines orbis terræ, etiam si ad ipsum O-
ceanum, ubiq; inuenies Christi fidem illustrātem
omnium animos. Et quod admirabile ac stupore
plenum est, ipsa effera barbarorū corda demul-
sit & placida fecit pietatis sermo, didicerūt q; phi-
losophari, & abiecta pristina cōsuetudine ad pie-
tatem translati sunt. Et sicut per tres illos homi-
num genus multiplicauit uniuersi conditor: ita
quoq; et in fide per undecim piscatores illiteratos
& idiotas, qui neq; os aperire audebant, omnem
sibi orbem cōciliauit. Et illiterati isti, & idiotæ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

piſcatores, philoſophorum obturauerunt ora, & A transcurrerunt orbem quaſi alati, ſeminantes ueritatis ſermonem, & ſpinas exſecantes, & priſtinas affectiones reuellentes, Chriſtiq; leges ubiq; plantantes. Et neq; quòd pauci eſſent, neq; quòd priuati & illiterati, neq; quòd auſtera & inſolita docerent, neq; quòd ueteri conſuetudine humanum genus præuētum eſſet, obſtaculo eis eſſe potuit: ſed præuia gratia ſuſtulit hæc oīa, magnaq; facilitate operati ſunt omnia, per ipſa obſtacula maiorem accipientes alacritatem. Enimuero interdum flagellati decedebant gaudentes, nō propter flagella ſimpliciter, ſed qa pro nomine Chriſti digni habiti ſunt ignominiā pati. Interdum autem in carcerem coniecti, quia ab angelo educti fuerunt, iterum eadem cōtinuauerunt: & in tem- B plum abeuntes, doctrinę ſermonem ſeminarunt, piſcati multitudines ad pietatem. Et iterum detenti, non ſolum non ſegniores inde facti ſunt, ſed & maiorem libertatem præ ſe tulerunt, in medio inſanientis populi, & dentibus fremētis ſtantes, ac dicentes, Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Vidiſti libertatis magnitudinem? uidiſti illiteratos piſcatores contēnere tot furentes populos, & ad cædes ac mactationes paratos? At tu dilecte audiēs hæc omnia quæ fiunt, ne tribue illis: ſed diuinæ gratiæ, quæ cōfirmat & inſtruit illorum alacritatē. Quia & ille beatus Petrus, cum ex utero matris claudum corrigeret, omnibus obſtupeſcentibus & admirantibus, ſuam ipſe gra
Acto.3.a titudinē declarans, inquit, Viri quid in nos inten C ditis, quaſi qui propria potentia uel pietate fecerimus illum ambulare? Quare, inquit, ſic attoniti & ſtupefacti eſtis in hac re? Num nos ſumus hoc operati, uel propria uirtute incolumitati illum reſtituimus, & ambulare fecimus? Quid in nos intēditis? Nihil amplius nos attulimus, quàm quòd linguā noſtram cōmodauimus. Qui autem omnia fecit, dominus eſt, & ille naturæ cōditor, deus Abraham, Iſaac & Iacob, quos patriarchas cenſetis. Ille quem uos tradidiſtis, & negaſtis coram facie Pilati, iudicantis illum dimittendū. Ille eſt qui oīa operatus eſt, quem uos ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis uirum homicidam uobis tradi: principē autem uitæ cōdemnaſtis, quem deus
D excitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus, & in fide nominis illius, hunc quem uidetis & ſpectatis, ſolidauit nomen illius, & fides quæ per ipſum dedit huic incolumitatem coram oībus uobis. Magna & multiplex liberi huius ſermōis excellentia. Ineffabilis potentia uirtutis, ſupernè illis collatæ. Manifeſtiſsima reſurrectionis demōſtratio beati illius ſermo fuerit. Quod enim maius miraculum illo quis quæreret, cum is qui ante crucem etiā abiectæ ancillæ minas ferre non potuit, nunc tantus & talis aduerſus Iudæorum populum inſurgit, tantaq; cum fiducia? & cum unicus eſſet, contra tam incompoſitā & tam rabidā multitudinem ſe opponit, & loquitur quæ inſaniam illorum magis exaſperare queant? Vidiſti dilecte id quod in procemio dicebam, etiam nunc declaratum? Quòd ſi quis amore in deum accēdatur, non ſuſtinet poſtea ad corporales res oculos intendere: ſed aliȝs oculis cōparatis, oculis inquam fidei, res item fidei ſemper ſpeculatur, & ad illas mentem habet intētam: ambulansq; in terra, tanquam municipatum habens & cōuerſationem in cœlis, ita omnia agit, nullis humanis præpeditus à uirtutis curſu. Nam qui talis eſt, non poſthac reſpicit ad ſecunda huius uitæ, neq; ad dura & aſpera, ſed omnia illa prætercurrit, ad patriā ſuam feſtinans. Et ſicut qui ſenſibilē curſum magna contentione peragit, nullum occurrentium uidet, etiam ſi ſæpius in illum incidat: ſed animo ſuo ad curſum intento, facilè omnia tranſit, feſtinans ad deſtinatum ſcopū: Eodem modo, qui curſum uirB tutis ut currat, feſtinat, & à terra in cœlum redire concupiſcit: omnia enim quæ uidentur deorſum relinquit, & totum ſe curſui dedit, neq; prius ſubſiſtit, donec in uerticem aſcēdere potuerit. Ei qui ſic affectus eſt, etiam quæ uidentur eſſe terribilia in præſenti uita, contemptibilia fiunt: quin & talis neq; gladium timet, neq; præcipitium, neq; ferarum dentes, neq; tormenta, neq; lictorum manus, neq; aliquid in hac uita triſte: ſed & ſi carbones uideat ſubſtratos, quaſi prata & paradiſos tranſilit: & ſi aliam quandam tormentorum ſpeciem intentari uideat, nō deficit ad aſpectum, neque auerſatur. Deſiderium enim futurorum mentem ipſius tranſtulit. Et quaſi fruſtra corpore amictus, ita affectiōes ſuas magiſtraī, & ſuperna gratia munitus, corporis dolores ne ſentit quidem. Quocirca, obſecro, ut facile uirtutis labores ferre poſsimus, magnū habeamus in deum amorē & deſiderīū, & illuc mente noſtra intenta, à nulla re huius uitæ ſupplantemur in curſu illo: ſed futurorum bonorum fruitionem continuò cogitantes, omnes huius uitæ moleſtias manſuetè feramus. & neq; ignominia nos cōtriſtet, neq; inopia grauet: neq; morbus corporis robur animi diſſoluat: neq; contemni à multis, & inter uiles haberi, ſegniores nos faciat in uirtutis ſtudio: ſed omnibus iȝs, quaſi puluis eſſent, excuſsis, aſſumptoq; generoſo & ſublimi ſpiritu, egregium per omnia fortitudinis ſpecimen exhibeamus. Et ſicut heri ueſtram charitatem obſecraui, cum inimicis magna alacritate cōciliemur, & ex animabus noſtris affectionum eliminemus reliquias, & ſi qua concupiſcentia interturbet, eam effugemus: & ſi furor ad iram extimulet, emēdemus inflammationem cantu ſpiritualium admonitionū, quæ monſtrant quàm perniciosæ ſint affectiones. Vir enim, in- *Prouer.26.d* quit, iracundus, non honeſtus eſt. Et iterum, Qui *29.d* iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit gehennæ *Eccl.29.d* ignis. Et ſi pecuniarum cupiditas inceſſat, demus *Matt.5.c* operam, ut mens uitet tantam perniciem, & ſicut radicem malorum oīum excindamus. Atq; ita ſtudeamus ſingulas affectiones malas corrigere, quò & abſtinendo à malis, & ſectando opera bona, poſsimus in die illo tremēdo à deo miſericordiam aſſequi, gratia & miſerationibus unigeniti eius filij, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſit gloria, im

ria, imperium & honor, nunc & ſemper, & in ſeA cula ſeculorum, Amen.

Et cœpit Noe homo agricola terræ, & plantauit uineam, & bibit de uino & inebriatus eſt. Homilia XXIX

AD FINEM tandem argumēti, quod de hoc iuſto eſt, uenimus: ideo, obſecro, mente intenta adeſte, & diligenter quæ dicūtur auſcultate. Nam & ex iȝs quæ hodie lecta ſunt, nō paruum, neq; uulgarē percipere licet fructum: quandoquidem quæ priſcis euenerūt, ſi diſcere uoluerimus, maximę nobis doctrinę ſunt occaſio. Hac enim ratione non ſolum opera ſanctorū bona nobis ſunt ſcripta, ſed & peccata, ut illa quidem fugiamus, iſta uerò imitemur. Neq; hoc ſolum, ſed B monſtrat inſuper diuina ſcriptura, & iuſtos ſæpe lapſos, & peccatores magnam agentes pœnitentiam, quò utrinq; ſufficiens & nobis eſſet ſecuritas: & neq; qui ſtetit confidentior ſit, uidens & iuſtos cecidiſſe: neq; qui in peccatis eſt, deſperet, uiſis tot qui reſipuerūt, & ad ſummum uirtutis apicem peruenire potuerūt. Itaq; nullus, tāetſi multorum bonorum operum ſibi conſcius, præſumptuoſus ſit, ſed anxius & ſolicitus: & audiat bea-
1.Cor.10.c tum Paulum admonentē & dicentem, Qui ſtare ſibi uideī, uideat ne cadat. Nullus itē, qui in profundum ipſum malitiæ deſcēdit, ſalutis ſuæ ſpeī abiȝciat: ſed ineffabilem dei miſericordiam cogitans, audiat iterum deum per Prophetam dicen-
Hier.8.b tem: Num qui cadit, nō reſurgit: & qui auerſatur, C
Ezech.18.g non reuertitur? Et iterū, Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur & uiuat. Vidiſti dilecte quòd omnia in diuinis ſcripturis ſcripta, non alia de cauſa memoriæ ſunt tradita, q̄ propter noſtram utilitatē, & humani generis ſalutem? Hæc ſecum quiſq; expendat, ſuiſq; cōgrua uulneribus pharmaca imponat. Propterea em̄ tot cuiuis ſunt propoſita, & licet uolenti cōueniens ſuis affectionibus remedium apponere, & ſanitatem accipere celerrimam, tantum medicinæ curam ne quis reiȝciat, ſed ſuā declaret gratitudinē. Nulla enim eſt in humana natura uel corporis, uel animæ paſsio, quæ medicinam hinc accipere nequeat. Quomodo? dic obſecro. Ingreditur quis huc, triſtitia & negotiorum ſolicitudine oneratus, & in- D greſſus huc, ita mœrore adobrutus, ſtatim ut audiuit Prophetam dicentē, Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? ſpera in deum, quoniā cōfitebor ei: Salutare uultus mei & deus meus: ſufficienti cōſolatiōe ſuſcepta abit, & omnem illam mentis triſtitiā excutit. Aliȝs item extrema premitur inopia: grauatim fert & mœret, uidens aliȝs diuitiȝs affluere, & ualde inflari, & magno apparatu & pōpa ſtipari: audit & hic eundē Prophetā dicentē, Iacta in dominū ſolicitudinē tuā:
Pſal.54.d ipſe te enutriet. Et iterū, Ne timeas cum ditatus fuerit homo, uel cum multiplicata fuerit gloria eius: quia cum morieī non accipiet omnia. Eſt & aliȝs quoq; qui inſidias & calumnias ſuſtinēs dolet, & inſuauē putat uitā, nuſquā humanū inueni re ualens auxilium: docetur & hic ab eodem Propheta, in talibus anguſtiȝs non ad humanū præſidium confugiendū. Audi quid ipſe dicat, Ipſi detrahebant mihi, ego autem orabam. Vidiſti unde quærat auxilium? Aliȝ, inquit, dolos plectebant, & calumnias & inſidias: ego autē ad inexpugnabilem murum confugio, ad tutam ancorā, ad portum fluctuum expertē, preces, inquam, per quas omnia difficilia leuia & facilia mihi fiunt. Inſuper aliȝs ab iȝs quī priȝs ſibi miniſtrabant, deſpicitur & contēnitur, & ab amicis relinquitur, & hoc eſt quod mentem eius maximè conturbat & confundit: ſed & hic ſi huc uenerit, audiat beatum illum dicentem, Amici mei & proximi mei aduerſum *Pſal.37.b* me appropinquauerunt & ſteterunt. Et proximi
B mei à longe ſteterunt, & uim faciebāt, qui quærebant animā meam: & qui quærebant mala mihi, loquebantur uanitates, & fraudulentias tota die meditabantur. Vidiſti ſtruentes inſidias uſque ad mortē ipſam, & perpetuū bellum gerentes? Nam hoc indicat cum dicit, Tota die, quia per totā uitam. Quid ergo ille interim, dum inſidiātur, & uaria inſtruunt, egit? Ego autē, inquit, quaſi ſurdus non audiens, & quaſi mutus nō aperiens os ſuū. Et factus ſum quaſi homo non audiens, & nō habens in ore ſuo redargutiōes. Vidiſti excellētem philoſophiam, quomodo diuerſa uia uicit? Illi dolos ſtruebant, ipſe aures obturabat ne audiret. Illi omni tempore non ceſſabant linguam acuere, & uanitates & fraudulentias meditari: hic autem ſilentio illorum inſaniam comprimebat. Et quare C ſic ſe gerit, & illis hæc apparantibus ipſe ſic ſe diſponit quaſi ſurdus & mutus, et quaſi neq; aures, neq; linguam habeat? Audi ipſum tantæ philoſophiæ cauſam dicentem, Quia in te ſperaui domine: quia à te pendet ſpes mea, inquit, & in te meproieci, nulla mihi cura eſt, quid illi agāt. Tua enim gratia ſatis potens eſt ad diſſipanda hæc omnia, & irritandas illorum machinationes & inſidias, ut nihil eorū impleat quod apparāt. Vidiſti quomodo quacūq; calamitate humanā naturam premente, cōueniens ex ſcripturis antidotū accipere liceat, & oīs uitę huius repellat cura, neq; ab ullo quod accidit, grauemur? Propterea obſecro ut ſubinde huc ueniatis, & diuinæ ſcriptu-
D ræ lectionem diligenter auſcultetis: nec ſolū cum huc uenitis, ſed & domi diuina Biblia in manus ſumite, & utilitatē in illis poſitam, magno ſtudio ſuſcipite. Inde enim multū lucri naſcitur: primum quidem lectiō e lingua reformatur: deinde anima pennas aſſumit, & eleuatur, iubareq; ſolis iuſtitiæ illuſtratur, perq; tempus illud ab immundarū cogitationum illecebris liberatur, multa quiete ac tranquillitate fruens. Inſuper, quod ad augendas uires corpori ſenſibilis ille cibus facit, id animę lectio præſtat. Spirituale enim alimētum eſt, & fortem reddit animam, & conſtantiorem, & magis philoſophicam: non permittens ut à cogitationibus abſurdis capiatur: ſed leuē & alatam faciens, in cœlum ipſum, ut dicitur, trāsfert. Tantum igitur lucrum, oro, ne per negligētiam amittamus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed & domi uacemus diuinarum scripturarum le A
ctioni, & hic præsentes nõ in nugis & inutilibus
colloquijs tẽpus decoquamus: sed propter quod
conuenimus, attendamus quæ legantur, ut maio
ri inde fructu percepto discedere liceat. Quòd si
huc ingressi, ad intempestiuas & inutiles cõfabu
lationes uos confertis, & absque ampliori fructu
hinc abitis, quę utilitas? Quo pacto non absurdũ,
eos qui ad seculares nundinas ueniunt, solicitos
esse ut antequam redeant, omnia quæ ex nundi
nis oportet, capiant, licet pecuniæ impendendæ
sint: huc autẽ in spirituales has nundinas uenien
tes, non omne studium impendere ut acceptis u
tilib. & in anima depositis, redeant: maximè cum
nullo pecuniarum sumptu hic opus sit, sed alacri
tate sola & intẽta mente? Vt igitur ne deteriores B
fiamus ijs qui ad seculares mercatus uadunt, ope
ram demus ut perquam uigilantes simus, ne de
sint hinc migraturis uiatica: immo ut habeamus
quæ non solum nobis sufficiant, sed & quę suppe
ditare possimus & alijs, & uxorẽ corrigẽdo, & fa
mulos, & uicinum, & amicum, & etiam inimicũ.
Tales enim sunt spirituales doctrinæ, ut commu
nes omnibus proponãtur, nullaq; sit in eis diuer
sitas, nisi quando quis magis intentã affert men
tem, & feruẽtiori desiderio aliũ transcendit. Itaq;
quia tantum est è nostris doctrinis lucrũ, agè ho
die lecta in medium proponamus, & fructu quo
piam inde collecto, domum redeamus. Et cœ
pit, inquit, Noe homo agricola terrę, & plantauit
uineam, & bibit de uino, & inebriatus est.] Vide C
quãtæ utilitatis occasio est huius lectionis proœ
mium. Quãdo enim audimus, quòd iustus ille &
perfectus, & qui tantum superius accepit testimo
nium, bibit & inebriatus est: quomodo nos post
hac, qui tantis & tam uarijs peccatis immersi su
mus, non magna contentione damnum ebrieta
tis effugere studebimus? quamuis nõ sit simile, iu
stum illum hoc uicio capi, & nos in idem incide
re. Multa eñ sunt quæ iustũ illum uenia dignum
faciunt: quod dico nõ quasi ebrietatem illius ex
cusaturus, sed monstrans quòd non quasi ex in
temperantia supplantatus sit, sed magis per igno
rantiam. Et quòd nõ ita simpliciter uini potatio
nem inuenit, audi scripturã eius apologiã afferen
tem, cũ dicit: Et cœpit Noe homo agricola ter- D
ræ.] Istucipsum quod ingt, Cœpit, ostendit quòd
ipse uini bibendi primus inuentor fuerit: sed per
ignorantiam, & nesciens sumendi mensuram, in
ebrietatẽ inciderit. Neque hoc solum est in cau
sa, sed quia magna tenebatur tristitia, & sibijpsi
cõsolationem inde excogitare uolebat, sicut & sa
Prouerb.31.a piens quidam dicit, Date uinũ ijs qui in tristitia,
& siceram ijs qui in dolore: monstrans quòd nul
lum est tam præsens tristitiæ remedium atq; uini
usus, tantum utilitatem eius ne perdat intempe
rantia. Quòd autẽ in tristitia & mœrore fuerit iu
stus ille, uidens seipsum in tanta solitudine, & illo
rum hominum corpora ante oculos proiecta, &
commune omnium sepulchrũ hominibus & bru
tis factum, quis cõtradiceret? Mos enim prophe

tarum & iustorum omniũ, non solum pro ijs dun
taxat dolere qui sibi proximi sunt, sed & pro reli
quis omnibus. Et si quis recensere uelit, inueniet
omnes hanc compassionẽ præ se ferre: & audiet
Esaiam quidem dicentem, Non ualebitis consola Esa.22.a
ri me in cõtritione filiæ generis mei. Hieremiam
aũt, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis Hiere.9.a
fontem lachrymarũ? Ezechielem uerò: Heu mi- Ezech.9.d
hi domine debebis tu reliquias Israel? Et Danie-
lem lamentantem, & dicentem, Pauculos nos se- Daniel.9
cisti ultra omnes gẽtes. Et Amos, Pœniteat te do
mine super hoc. Et Habacuk, Quare ostẽdisti mi Abac.1.a
hi labores & molestias? Et iterum, Et facturus es
homines, quasi pisces maris. Et beatũ illum Mo-
sen quoq; dicentem audiet, Siquidem dimittis ei Exo.32.c.&g
peccatum, dimitte, aut & me dele. Et iterũ, cum B
promisisset illi deus maioris populi ducatũ, se tra
diturum, & dixisset, Dimitte me, & delebo homi
nes istos, & faciã te in gentem magnam: neq; hoc
uoluit, sed præesse istis maluit. Item orbis doctor
beatus Paulus, Optabam ipse ego anathema esse Rom.9.a
à Christo, pro fratribus meis cognatis secundum
carnẽ. Vidistis quomodo iusti omes magnã com
passionem erga proximos præ se ferebant? Con-
siderate nũc, quomodo & iustus ille se habuerit,
quomodo uerisimile est eũ fuisse affectũ, & quo-
modo à tristitia deprimebatur, uidẽs tam immen
sam solitudinem, & terrã illam quæ antea tam ua
rijs luxuriabat plantis, & floribus ornabatur, re-
pentè quasi defectis comis, & nudam, & solita-
riam. In tanto ergo mœrore constitutus, paruam
quandam sibi consolationẽ excogitans, terræ co
lendæ sese dedidit: & idcirco ingt, & cœpit Noe
homo agricola terræ, & plantauit uineã. Sed iu-
re hic quæritur, an ipse nunc plantam inuenerit,
uel antea ab initio fuerit producta. Verisimile est
ab initio fuisse in sex illis diebus creatam, quãdo
uidit deus omnia quæ fecit, & erant ualde bona:
quieuit enim dicente scriptura deus die septimo
ab omnibus operibus suis quæ fecit: nec tamen
usum fructus ex illa manifestũ fuisse. Nam si fuis-
set ab initio notus, omnino Abelis tempore inter
oblatas hostias uinum libassent. Verũ quia igno-
rabant adhuc fructus usum, planta hac usi non
sunt. Hic autem agriculturæ studiosus, & magnę
D diligentiæ, fortè etiã fructum degustauit, & con-
tritis botris uinum fecit, eoq; usus est: & quia ne-
que ipse gustauerat prius, neque alium sciebat
qui gustauerit, ignarus qua mensura uti deberet,
per ignorantiam in ebrietatem incidit. Præterea,
quoniam carnis esus in uitam hanc introductus
fuit, postea & uini potus accesit. Vide autem di-
lecte quomodo paulatim mundi status dispensa-
tur, & quilibet iuxta sapientiam à deo naturæ in-
ditam, initiò artis alicuius inuẽtor fit. Sic in hanc
uitam artium studia sunt introducta. Primus e-
nim agriculturam inuenit, secũdus artem pasto-
ralem, alius fabrilem, alius musicam, hic autem
iustus uinitoriam naturali solertia excogitauit.
Et cœpit, inquit, Noe homo agricola terræ, &
plãtauit uineã, & bibit è uino, & inebriatus est.]
Consi

Considera quomodo hoc quod erat tristitiæ me- A
dicamentum, & sanitati conducibile, ei qui mo-
dum per ignorantiam transcendit, non solum ni-
hil profuit, sed & statum eius offendit. Iam fortè
quærat aliquis, Quare planta tot malis plena, in
hanc uitam producta est? Ne ita temerè loquaris
homo quicquid in buccã incíderit. Non est plan-
ta hæc mala, neq; uinũ malum, sed illius abusus:
quia non propter uinum, sed propter peruersam
uoluntatẽ nefaria scelera fiunt, & cũ in eo sit uti-
litas, ut noceat in causa est intemperantia. Quo-
circa nunc post diluuium ostẽdit tibi uini usum,
ut discas quòd & antea in immodicam luxuriam
humanũ genus inciderit, multisq; peccatis se con
taminauerit, cum adhuc uini usus nesciretur: ut
quãdo uideris usum uini, non uino totũ tribuas, B
sed corruptæ uoluntati sua sponte ad malũ ruen-
ti. Alia quoq; ratione cõsidera quomodo uinum
fuerit utile, & ueneraberis: nam per hoc materia
bonorũ salutis perficitur. Sciunt initiati quid di-
catur. Et cœpit, inquit, Noe agricola terræ, &
plantauit uineam, & bibit de uino, & inebriatus
est, & nudatus est in domo sua.] Grauissimum
quiddam est ebrietas dilecti, & quod potest excæ
care sensus, & submergere mẽtem: & hominẽ ra-
tionale animal, qui super omia dominiũ suscepit,
iniectis uinculis insolubilibus, quasi mortuum &
operatione carentem iacere facit: immo deterius
habentem, quàm mortuum. Nam mortuus neq;
bona, neq; mala operari potest: ebrius autem ni-
hil boni ualet operari, ad malum tamẽ faciẽdum C
nõ omnino impotens est, iacetq; ibi ridiculus om
nibus, & uxori, & pueris, & famulis. Amici enim
suam ignominiam cogitãtes, sese abscondunt &
confunduntur: inimici autem oblectantur, & irri
dent, & execrañ, quasi hæc dicẽtes uerba: hunc-
cine oportebat uiuere? &, hũccine oportebat spi-
rare aerem? ó pecudem, ó porcum: & adhuc gra-
uiora loquũtur. Neq; enim miserius affecti sunt,
qui ex prælio cruentati reportantur. Non desunt
enim fortasis qui illos laudibus extollant, pro-
pter trophæa, propter uictorias, propter uulne-
ra & cædes: ebrios autem miseros proclamant, e-
rumnosos uocant, & innumera eis mala impre-
cantur. Nam quid eo miserius fuerit, qui ebrieta-
ti quotídie uacat, & uinum profundit, & mentis D
suæ iudicium corrumpit? Eapropter & sapiens
Eccle.29.d quídam admonebat, dicens, Principium uitæ ho
minis panis & aqua, & uestis, & domus tegens
turpitudinem: ut si quis ebrietate uincatur, non
traducatur, nec euulgetur: sed à suis contegatur,
& non iaceat omnibus risus & turpitudinis ma-
teria. Et cœpit, inquit, Noe agricola terrę, et plan
tauit uineam, & bibit de uino, & inebriatus est.
Ebrietatis nomẽ charissime, in sacra scriptura nõ
ubiq; de temulentia dictum est, sed & satietatem
significat. Hoc itaq; fortè quis de iusto hoc dicet,
quòd ut non intẽperans inebriatus fuerit, sed ob
satietatem hoc ei contigerit. Audi enim Dauid di
Psal.35.b centem, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ:
hoc est, impleb ũtur. Alioquin ebrietati uacantes

nunquam satiantur, sed quantũ ingurgitant, tan-
tum & siti flagrant, & inflammatio quædam est
eis uini usus: & uoluptates quidem euanescunt, si
tis autem inexplebilis in præcipitium ebrietatis
eos qui illi seruiunt deducit. Et plantauit, inquit,
uineam, & bibit ex uino, & inebriatus est, & nu-
datus est in domo sua. Considera quòd hoc nõ fo
ris illi accidit, sed in domo sua. Idcireo eñ assigna
uit diuina scriptura, In domo sua: ut ex ijs quæ se
quuntur, malitiæ uehemens studium uideas, eius
qui nuditatem euulgare fuerit ausus. Et uidit,
inquit, Cham pater ille Chanaan, nuditatem pa-
tris sui, & egressus annuntiauit duobus fratribus
suis foris.] Fortasis si & alij quidam affuissent,
& illis nuntiasset patris sui turpitudinem: tãta e-
rat pueri negtia. Propterea eñ, ut discas iam pri
dem & ab initio eum corruptę mentis fuisse, non
simpliciter dicit scriptura, Vidit Cham nuditatẽ
patris sui: sed quid? Et uidit Cham, pater Cha-
naan. Quare, dic mihi, & hoc loco filij uocabu-
lum assignat? ut discas quòd intemperans & in-
continens erat, & mente qua in tanta turbatione
procreandæ proli uacauit, eadem etiam nunc in
cõtumeliam patris prorupit. Et egressus, inquit,
annuntiauit duobus fratrib. foris. Vide, obsecro,
hic dilecte quòd non in natura sita sunt uitia, sed
in arbitrio et uoluntate. Ecce enim omnes fratres
fuerunt, & eiusdem naturæ, & eundem habue-
runt patrem, eodem utero fuerũt æditi, eadem di
ligentia fuerunt educati, sed non eandẽ mentem
declarauerunt. Sed ille quidẽ in malitiã incidit, ij
uerò parenti debitum impenderunt honorẽ. For
tasis autem & irrisit ac subsannauit patrem, tur-
pitudinem illius nuntiando: & nõ audiuit sapien
tem quendam dicentem, Ne glorieris in ignomi- Eccle.3.b
nia patris. Verũ fratres nõ sic egerũt. Et quomo-
do? Cũ hæc audiuissent, acceptis, inquit, uestibus
super humeros suos, Sem & Iaphet ingressi sunt
retrorsum, & nuditatem patris sui nõ uiderunt.]
Vidisti beneuolentiam filiorũ? ille euulgauit, isti
neq; uidere sustinuerunt: sed retrorsum ibant, ut
ne recta adirent patris contecturi nuditatem. Et
uide illorum cum magna beneuolentia & mãsue
tudinem. Neq; increpant, neq; uerberant fratrẽ:
sed, ut audierunt, mox curarunt emendari & ho-
nestari factum. Faciesq; illorum auersæ erant, &
nuditatem patris sui non uiderunt. Magna pue-
rorum reuerẽtia, quam nobis scriptura mõstrat,
quòd non solũ tegunt, sed & uidere non possunt.
Erudiamur hinc, & ex utrisq; lucri faciamus ali-
quid: & hos quidem imitemur, illius autem mo-
res fugiamus. Nam qui sensibilem nuditatem e-
uulgauit, maledicto se fecit obnoxiũ, & excidit
ab honore quem parẽ habuit cum fratribus, con
demnatus ut illis seruiret: licet autem non ipse, o-
mnes tamen eius posteri serui facti sunt. Quid pa
tientur qui peccata fratrũ euulgant: & nõ solum
nõ contegũt & excusant, sed magis ea faciunt ma
nifesta, multaq; ex hoc operanñ peccata? Quãdo
eñ manifestas fratris peccatũ, nõ illũ tantũ igno-
miniosiorẽ feciſti, & segniorem fortè ad uirtutis

uiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiam: sed & eos qui audiunt facis negligẽtiores, & ad socordiã inducis: neq; etiam hoc solum, sed & deum blasphemari facis. Quod quantum affert supplicium, nemo est mẽtis compos qui ignoret. Fugiamus igitur, obsecro, mores Cham, nec imitemur. Imitemur autem gratorum illorum filiorum pudorem, quem in contegenda parentis nuditate declararũt: & ita adumbremus fratrum peccata, ne ipsos negligentiores per hoc reddamus, sed ut hac ratiõe maiorem illis occasionem præbeamus, ut statim ab hoc malo liberentur, & in uirtutis uiam redeant. Nam sicut nõ habere multos testes suorum delictorum, resipiscenti faciliorem reditum præbet: sic si frontem perfricuerit anima, & uiderit quòd nemo ignoret quæ mala admiserit, non facilè desistere solet, sed quasi in uoraginẽ quandam incidisset, & ab innumeris undis deorsum traheretur, difficile emergere poterit. In desperationẽ enim cadit, & nullum sibi reditũ promittit. Idcirco precor, ne detegamus proximorum lapsus, & si ab alijs eos didicerimus ne satagamus ut nuditas uideatur: sed sicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus, admonitione, & consilijs lapsam animã erigere studeamus, misericordiæ dei magnitudinem docentes, & bonitatis eius excellentiã, & misericordiæ immensitatem: ut maiorem q̃ illi benedictionem ab omnium domino consequamur, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Et nuditatem patris sui nõ uiderunt. Vide quomodo per legem naturæ inditam prius impleuerunt, quæ pòst ad erudiendum humanum genus in lege scripta fuerũt: & quod lex
Exod.20.b dicit, Honora patrem tuum, ut bene tibi fiat: &,
Leui.20.b Qui maledicit patri uel matri, morte moriat: hoc iam tunc operibus impleuerũt. Vidisti quomodo natura prius sufficiẽtem habuit doctrinã? Euigilauit, inquit, Noe à uino, & cognouit quę fecerat sibi filius iunior.] Sui autem factus compos, inquit. Audiãt qui totis diebus in cõuiuijs uersantur lapsus grauitatẽ, fugiantq; qđ ex ebrietate est damnũ. Sui aũt factus compos, inquit. Quid est, Sui autem factus cõpos? Id quod nos dicere solemus de mẽte captis, si quãdo in excessu fiant: uel si quis sibi restituat, à dæmone uexatus, & ab illius tyrãnide liberetur: hoc et hic uocat scripturæ. Verè em̃ ebrietas uoluntarius est dæmon, & gratuius q̃ dæmon mentẽ obtenebrat, & captũ omnium beneuolẽtia destituit. Sæpe em̃ dæmoniacum cũ uidemus, misericordia mouemur, & condolemus, magnãq; erga illum beneuolentiam declaramus. Contrà autẽ facimus apud ebrios: indignamur em̃, importuni sumus, innumera imprecamur. Quare & quæ causa est? quia ille qui à dæmone agitatur, inuoluntarius operat̃, etiamsi recalcitret, etiãsi rumpat uestem, & obscœna quæpiam loquat̃, uenia dignus est. At qui ebrius est, quicquid fecerit, nõ est uenia dignus: & ualde incusant illum familiares, amici et uicini, & in summa omnes: quia sponte & libenter eò deuenit, & ebrietatis tyrãnidi seipsum dedidit. Sui autem compos factus Noe, inquit, à uino, & cognouit quæcũq; fecit sibi filius suus iunior.] Et hæc dico non ut iustum incusem: multa enim erãt propter quæ illi uenia debebatur: & cũ primis, quòd non in id uitij postea relapsus est, id maximũ fuerit indicium quòd ignorãtia, nõ negligẽtia prius deliquit. Nã si hoc fuisset negligẽtiæ, oportebat eum iterum eodem peccato capi: id quod non euenit. Nam si denuò id accidisset, scriptura utiq; nõ obticuisset, sed significasset nobis. Vnus em̃ scopus scripturæ diuinæ est, ne quid factorum intermittat, sed ueritatem nos doceat. Neq; propter inuidiam, iustorũ uirtutes præterit, neq; propter gratiam peccata adumbrat: sed omnia in medium nobis proponit, ut præscripta & doctrinas quasdam habeamus: & ut si quãdo etiã nos per socordiam in id uitij inciderimus, cautiores simus postea, & denuò non incidamus. Neq; enim tam graue est peccare, quàm in peccatis perseuerare. Itaq; non attende solũ quòd inebriatus est iustus, sed quòd postea non iterũ hoc ei acciderit: & ediuerso considera eos qui in tabernis uinarijs sese perditum eunt, & penè dixerim, quotidie moriuntur: & si quando sui cõpotes fuerint facti, neq; sic sibi cauent ab eodem periculo, sed quasi ad opus quoddam strenuũ redeunt. Insuper & hoc quis iure cogitabit, quòd iustus ille, quia prius non expertus erat naturam uini, nec sciebat qua mensura utendum erat, non mirum si bibens inebriatus sit: sed quia iustus, & bonis operib. pollebat, peccatum obscurare potuit. Nos autem cum ab innumeris alijs affectionibus infestemur, hoc addimus ut & ab ebrietate submergamur. Quid excusabit? uel quis, dic oro, nos dignabit̃ uenia, quos nulla experientia facit castigatiores? Sui autem cõpos factus est Noe, inquit, à uino, & cognouit quæ fecit sibi filius suus iunior.] Vnde cognouit? Forte fratres significauerunt, non accusationis quidem gratia, sed rem ut facta erat docẽtes, ut cõueniens ille suo uulneri remediũ acciperet. Et cognouit, inquit, Noe quæ fecerat sibi filius iunior. Magnã & intolerabilẽ rem dicere uult, fecerat sibi. Animaduerte enim, quomodo intus in domo uisa patris turpitudine, qđ debebat obtegere, egressus euulgauit, & risui & subsannationi patrẽ (quantum in ipso erat) exposuit, fratresq; prauę suæ uoluntatis socios fieri uoluit: cũ deberet, si omnino proditurus erat, illos intra domũ uocare, & sic nuditatẽ effari: sed ipse foras exijt, quasi etiã alia adesset multitudo, & eã facturus esset paternę turpitudinis consciã, propter hoc inquit: Quæ fecerat sibi. Cõtumelioſus patri fuit, oblitus est honoris quẽ debẽt parentib. filij, prodidit peccatũ, fratres uoluit allicere, & socios facere suæ contumeliæ. Quę fecerat sibi, inqt, filius suus iunior. Atqui nõ hic erat iunior. Secũdus em̃ erat & maior natu q̃ Iaphet: licet aũt ętate illo prior erat, uolũtate tamẽ minor, et temeritate illũ excesit. Nã ga noluit intra suos limites manere, amisit honorẽ sibi à natura traditũ. Et sicut ille id qđ natura habuit, negtia uolun

uoluntatis amisit: ita Iaphet quod natura non habuit, saniorem ob mentem accepit. Vidisti quomodo nihil temerè & fortuitò in diuina scriptura continetur? Quæ fecerat sibi, inquit, filius suus iunior, & dixit: Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratrib. suis.] Ecce peruenimus ad quæstionẽ illam ubiq; celebrẽ: multos enim audimus dicentes: Quare cum peccauerit pater, & prodiderit nuditatẽ, filius maledictum suscipit? Obsecro, attendite diligẽter, & solutionem sumite. Illa enim dicemus, quæ suppeditauerit diuina gratia propter uestram utilitatem. Et dixit: Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratrũ suorũ. Non sim pliciter, neq; in uanum cõmemorauit filium, sed ob latentem rationem. Volebat enim & corripere filium propter peccatum, & contumeliam quam se affecerat, & simul nolebat præiudicare benedictioni quæ illi pridem facta. Benedixit enim, inquit, deus Noe, quãdo exiuit ex arca, & filios illius. Vt igitur ne uideatur maledicere, quẽ deus semel benedixerat, præterito illo qui se contumelia affecerat, filio maledictum intulit. Esto, dixeris, hoc quidem ostendit, quòd propterea Cham non est maledictus, quia prius à deo benedictionem acceperat. quare autem cum ille peccauerit, hic pœnam luit? Neq; hoc absq; ratione factũ est: quia pater non minorem pœnam & cruciatũ habuit, quàm filius. Scitis em̃ quomodo sæpenumero patres orant ut filiorum pœnas ipsi ferant, & quomodo grauius illis est uidere filios supplicio affici, quàm si in ipsos animaduerteretur. Factũ igitur est hoc, ut ille ob naturalem in puerũ amorem, maiorẽ sentiret dolorem, & benedictio dei seruareẽ inuiolata, & puer accepta maledictione suorum propriorum pœnas peccatorum lueret. Nam licet propter patris peccatum nunc maledictioni sit obnoxius, attamen uerisimile est, quòd & propter sua delicta dederit pœnã. Non em̃ solum propter peccatum patris maledictionẽ accepit, sed ut propter se ille maiorem pœnam penderet. Nam neq; patres pro filijs, neq; filij pro patribus plectuntur, sed unusquisq; pro suis peccatis pœnam luit. Vbiq; hoc à prophetis dictum inue-
Hiere.13.& nimus, sicut cum dicunt: Comedentis uuas acer-
Ezech.18.a bas, dentes obstupescunt. Et, anima quæ pecca-
Deu.24.c uerit, ipsa & morietur. Et iterum: Non moriẽtur patres pro filijs, neq; filij pro patribus. Nullus igitur uestrum quasi ignorans diuinæ scripturæ scopum, audeat scripta hæc reprehendere, sed grato animo quæ dicũtur accipiat, admiretur̃q; diuinæ scripturæ miram diligentiam, & expendat quantum malum sit peccatum. Ecce enim fratrem eadem natum puerpera, eodem egressum utero, ut sibi uindicauit peccatum, seruum fecit, & ablata libertate, subiectionem illi iniunxit: unde postea seruitus sumpsit originem. Neq; enim antea solebant ita molliter agere, delitiari, & aliorum ministerijs indigere, sed quisq; sibi ministrabat: Eratq; par omnium honor, omni inter eos sublato discrimine. Peccatum autem ubi intrauit, libertatẽ perdidit, & corrupit potestatem naturæ datam, seruitutemq; introduxit, ut continua sit doctrix & admonitrix humanæ naturæ, ut fugiamus seruitutem peccati, & ad uirtutis libertatem redeamus. Hinc enim, si uolunt, & dominus & seruus continuam habẽt utilitatem. Cogitet itaq; seruus ideo seruitutem incepisse, quòd Cham in tantam peruenerit temeritatem: & dominus quoq; cogitet, quòd nõ aliunde subiectio & seruitus cœperint, quàm quòd ille peruersam habuerit uoluntatem, & à pari fratrum dignitate exciderit. Verum si sobrij simus, & prudentes, nihil nos offendent hæc propter peccata parẽtum nostrorum introducta in hanc uitam, cum res in nominibus solis uersetur. Quia & primus parens propter transgressionem, mortis pœnam, uitamq; in laboribus mœroribusq; consumẽdam intulit, & hic seruitutẽ. Verum superueniens dominus Christus hæc omnia sustulit, ad nomina usq; tantum, si uolumus. Neq; enim mors, mors ultra est, sed nomen tantum habet mortis, imò & ipsum nomẽ sublatũ est. Nam neq; mortem ipsam ultra dicimus, sed soporẽ & somnum: proinde & Christus ipse dicebat: Lazarus amicus noster obdormiuit. Et Paulus Thes-
Ioan.11.b
salonicensibus scribens, inquit: De dormiẽtibus
1.Thess.4.d autẽ nolo uos ignorare fratres. Et seruitus quoq;
similiter nomen est: ille enim est seruus, qui peccatum operatur. Et quòd etiã hanc abstulerit aduentu suo Christus, nec nisi nomen esse permiserit, imò & uocabulum ipsum deleuerit, audi Paulum dicentem: Qui autem fideles habent domi-
1.Tim.6.a nos, non cõtemnant eos, quia fratres sunt. Vides quomodo ubi uirtus subintrauit, eos in fraternitatis nomen cõgregauit, qui prius seruitutis nomine erant obnoxij? Et erit, inquit, Chanaan filius seruus fratrum suorũ.] Abusus es, inquit, honore, non bene te gessisti, cum par esses dignitate: propterea subiectione emẽdari te uolo. Hoc ab initio & mulieri contigit. Quoniam enim par erat uiro dignitate, & honore abusa est, propterea ablata est ab illa potestas, et dictũ est ad illam: Ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Proinde etiam hic nunc, ut se emendet, pœnam fert, & propter puerum quoq; cruciatur: ut discas, quòd etsi senex nunc esset, attamẽ quia pœna in filium transiit, id ipsi luctuosam & insuauem uitam faciebat, cogitãti quòd etiam post suam mortem filius pœnã luiturus esset. Nam quòd filius per se malus, & omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, & ad malum propense declinauerint, audi scripturã dicẽtem per modum maledicti: Pater tuus Amorrhæus, & mater Chet-
Ezech.16.d
tæa. Et alius quidã increpãs: Semen, inquit, Cha-
Dan.13.f
naan, & nõ Iuda. Porrò operæpretium fuerit audire nunc post pœnam, quam accepit is qui nuditatem inuulgauit: quos honores & præmia consecuti sunt alij, pro honore quem patri impenderunt. Et dixit, inquit, benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaã seruus illius. Hoc, fortè quis dixerit, non est benedicere Sem: immo ualde benedixit illum. Quãdo em̃ dominus benedicitur, & aguntur illi gratię ab hominibus, tunc uberior

ab illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab illo solet istis benedictio dari, propter quos ip- A se benedicitur. Itaq; benedicēs deum, debitorem ipsum facit maioris benedictionis, autor fit Sem maioris retributionis: quia deus propter Sem benedicitur. Sicut eñ quando benedicitur propter nos, multum id nobis conciliat fauoris: ita & contrà, quando propter nos alij illū blasphemāt, maior hinc nostra fit condemnatio. Quocirca obsecro, demus operā, ut ita uiuamus, & tātæ uirtutis specimen exhibeamus, quò omnes qui nos uiderint, benedictionis laudes afferant domino deo. Nā quia bonus & misericors est, per nos uult glorificari: nō quòd ipsi aliquid ad suam gloriā accedat (nullius rei indigus est) sed ut occasiones ipsi præbeamus, ut maiorē nobis gratiā impartiatur. Benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan B seruus illius. Attende hic, quomodo paternā pœnam profert, quæ tamen emendatio potius erat, quàm pœna. Pater eñ erat, & clemēs pater, neq; iustam pœnā uolebat inducere, sed ita ut diu malitię obesset, ideo ait: In seruitutem te condemno, ut iugem & indelebilē habeas facti memoriam.

Dilatare deus Iapeto, & habitet in tabernaculis Sem, & fiat Chanaan seruus illius.] Iterū hæc quoq; maxima benedictio est, fortè latentem aliquem habens thesaurū. Dilatare, inquit, deus Iapeto. Nō aberrabit quis, si dixerit benedictiones iusti prophetias esse. Nam si pater Noe nō simpliciter, neq; frustra uocabulum indidit Noe, sed uaticinatus est per nomen futurum diluuiū: multo magis iustus ille non simpliciter, neq; frustra be- C nedictiones protulit. Opinor enim, quòd benedicendo hos duos, duorū populorū uocationem significare uoluerit: & per Sem quidem Iudæos, ex illo enim & Abraham, & Iudæorū genus multiplicatum est: per Iaphet autem, gentiū uocationem. Vide autem, quòd & benedictio hanc præ nuntiet. Dilatare enim, inquit, deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletum uidemus. Dicendo enim, Dilatare, oēs gentes significauit. Sed dicēdo, Habitet in tabernaculis Sem: quia gentes fruí cœperunt ijs quæ Iudæis parata. Et erit Chanaan seruus eius. Vidisti & quales ij gratitudinis acceperunt mercedes, & quanta ille propter temeritatē & impudētiam ignominia punitus est: Sint hæc perpetuò in nostra mente scripta, ut horum æmulatores & imitatores fieri possimus: huius autem excellentē temeritatem, & nequā uoluntatem fugiamus. Et uixit, inquit, Noe post diluuium annos trecētos quinquaginta, & fuerunt omnes dies Noe nongenti quinquaginta anni, & mortuus est.] Neq; hoc putes absq; causa assignasse scripturā, sed uide & hoc loco iusti continentiam: quia cum tāta frueret ubertate & prosperitate, superuiueretq; tanto annorū numero post egressum ab arca, noluit ultrà indulgere liberorū procreationi. Non enim cōmemorat scriptura illū alios præter tres istos habuisse. Hic iterum cogita magnam salacitatem Cham, quia neq; patrem uidens tantæ continentiæ, castior ipse factus est, sed omnia diuerso modo q̄ pater agebat. Proinde omne suū genus in seruitutem cōdemnatum est, ut malæ uoluntatis frenū habeat. Deinde hic narrat scriptura eos qui ex filijs nati sunt, & inquit: Cham autē ge- Cap. X nuit Chus. Et iterum Chus genuit Nemroth, qui cœpit esse gigas super terrā. Hic fuit gigas uenator coram domino.] Quidam dicunt hic, corā domino, id est aduersarius deo: ego autem nō puto scripturā hoc insinuare, sed quòd robustus quis fuerit & uirilis. Et quòd dicit, corā domino: hoc est, à domino constitutus, eo quòd acceperat aliquam ab illo diuinam existimationem: uel quòd deus per hūc esset in admiratiōe habēdus, quòd talem produxisset, & super terrā mōstrasset. Sed hic iterum proauū suum imitatus, & abusus natu B ræ priuilegijs, aliū seruitutis modū adinuenit, & princeps atq; rex fieri attentauit. Rex enim nondum erat, cum nondum essent subditi. Ista autem magis uidebatur esse libertas. Seruitus autē grauissima est in ordine libertatis, præsertim si liberis imperetur. Et uide habendi auiditatem quæ faciat. Vide corporis robur non manens intra suos limites, & gloriæ appetentē naturam. Non enim ut defenderet illos, imperabat; sed & ciuitates ędificabat, ut hostes subigeret. Inde enim, inquit, ex terra illa exiuit Assur, & ædificauit Niniue.] Animaduerte hic quoq;, quòd nihil offendit naturam nostram progenitorū malitia. Hi eñ, Niniuitas dico, misericordiā dei pœnitentia sibi conciliarunt, reuocata illius sentētia: attamen inter pri C mos progenitores habuerūt Cham parricidam, deinde Nemroth hominem tyrannū & peruicacem, & nepotem eius Assur. Reperiuntur autem fortè & alij fuisse inter illos molles & delicati, & dissolutam & corruptam agētes uitam, ebrietati & risui, & subsannationibus, & scommatis dediti. Sed quia manifestam præ se tulerunt pœnitentiā, nihil ipsis obfuit progenitorū malitia, sed tantum sibi cœlestis fauoris conciliarunt, ut usq; nūc celebretur præclara eorū pœnitentia. Proinde illos & nos imitemur, & cū sciamus quòd neq; parentū malitia nos offendet, si uoluerimus resipiscere: neq; parentum uirtus nobis proderit, si fuerimus negligentes: magnū nobis sit studium uirtutis, ut gratam uoluntatē ostendamus, quò eandem cū Sem & Iaphet consequamur benedictio- D nem: & ut à maledictiōe & seruitute, quam Chanaan accepit, liberemur: & ne simus seruí peccati, sed uerā possidentes libertatē, ineffabilia bona adipiscamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium, & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et erat omnis terra labium unum, & uox una omnibus. Homilia xxx



CCE tandem ad finem sanctæ quadragesimæ uenimus, & ieiunij nauigationem perfecimus, appulimusq; dei gratia in portum. Verum non ideo negligentes simus, sed hac de causa iterum maius studium, maiorē diligentiā, maioremq; uigilantiam exhi-

exhibeamus. Nam & naucleri postq̄ multa maria A enauigauerūt, & plenis uelis oneratiq; mercibus in portum ingressuri sunt, tunc maximam curam & solicitudinē gerunt ne in scopulum uel petram aliquam impingant, quæ omnes priores labores simul disperdat. Et cursores quoq; ita faciūt: cum enim ad finem stadiorum peruenīunt, uehementiorem seruant cursum, ut metā attingant & præmia mereantur. Athletæ quoq; post plurima certamina & uictorias, cum pro corona certandū est, maiori nisu omnia faciūt, ut coronati abeant. Itaq; quemadmodum naucleri, & cursores, & athletæ, ubi ad finem ueniunt, magis enituntur & uigilāt, eodem modo & nos facere oportet. Quia in magnam hāc hebdomadam peruenimus dei gratia, nūc maximè & ieiunij cursus intendendus, & ma B gis continuandæ sunt preces, faciendaq; diligens & pura peccatorum confessio, & in bonis operibus sedulitas, eleemosyna larga, æquitas, mansuetudo aliæq; uirtutes: ut talibus ornati uirtutibus, ubi in diem dominicum uenerimus, domini liberalitate fruamur. Magnam aūt uocamus hebdomadam, non quòd plures horæ in ea sint, neq; q̄ plures dies habeat. Est enim idē numerus in hac alijsq; omnibus. Quare ergo illam uocamus magnam? quia magna quædā & ineffabilia bona cōtigerunt nobis in illa. In illa enim solutū est bellū diutinū, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrānis dissoluta, uasa eius direpta. Deus hominibus reconciliatus est, cœlum penetrabile factū est, angeli hominibus cōuiuūt, distātia con- C iuncta sunt, sepes sublata, obices remoti. Deus pacis pacata fecit omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris. Et hac de causa magnam hebdomadam uocamus, quia tantam nobis donorum multitudinem in illa largitus est dominus. Et idcirco fideles & ieiunium intendunt, & uigilias, & pernoctationes sacras, & eleemosynas faciūt, ut hebdomadę huic honorem habeant. Nam si dominus talia bona in illa nobis donauit, quomodo nō & nos debemus quantum possumus, reuerentiam & honorem ostendere? Enimuero & reges ipsi declarant quàm uenerabiles illos dies habeant, mandantes, ut omnibus sint inducię & feriæ, qui ciuilibus funguntur negotijs, claudendo fores tribunalium, & auferendo omnes litium & contentionū species, D quò magna tranquillitate ac quiete liceat ad spiritualia rectè perficienda festinare. Et non hoc solum, sed & aliam liberalitatē ostendunt. Habitantes enim in carceribus à uinculis soluunt, & quantum homini fas est dominum suū imitantur: quia sicut ipse graui nos peccatorū carcere exoluit, & innumeris bonis fruí fecit: eodem modo & nobis faciendum est, ut simus imitatores misericordiæ domini dei nostri. Vidistis quō singuli reuerentiā & honorem exhibeamus diebus ijs, qui nobis tot bonorum sunt autores? Proinde rogo nunc, si unquam aliās, ut repulsis uanis cogitationibus, & mente purgata ac uigili afsimus. Nullus ecclesiā ingressus seculares curas aduocet, ut digna laborum mercede recepta, iterum domū proficiscí liceat. Agè igitur cōsuetam uobis mensam iterum apponamus, & uestram charitatem refocillemus, prolaturi in mediū quę lecta sunt ex beato Mose, & indicaturi diuinæ scripturæ diligentiam. Nam postquam historiæ de beato Noe finē imposuit, genealogiam consequenter à Sem exorditur, & dicit: Et Sem nati sunt duo filij, nomen uni Phalek: quia in diebus illius diuisa est terra.] Considera quomodo signi nō multo post futuri præscientiam, uocabulo nati pueri indidit, ut cum uideris rem ope adimpletam, non ultrà mireris, uidens diuinitus hoc pueri nomine prædictū. Nam postq̄ catalogum eorū fecit qui postea nati sunt, inquit:

Et erat omnis terra labium unum, & uox una omnibus.] Non de terra loquens, sed de hominū genere, ut nos doceat unam linguam omni hominum fuisse naturæ. Et erat omnis terra labium unum, & uox una omnibus. Labium unum, sermonem dicit & idipsum iterum per uocem, significans omnes usos eadē uoce & lingua. Et quòd de loquela dictū sit, & fuerit omnis terra labium unum, audi scripturam alio loco dicentem: Venenum aspidum sub labijs eorum. Ita solet scriptura *Psal. 13. b & Psal. 139. a* labiorum nomine loquelam appellare. Et factum est cum mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic.] Vide quomodo humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius cōcupiscēs, maiora supra se appetit. Atq; hoc est quod humanum genus potissimū perdit: quia non uult naturæ suæ mensuram agnoscere, sed semper maiora desiderat, & quę supra suam sunt dignitatem uotis concipit. Hinc & qui ad mundana respiciūt opera, si quando multo abundauerint auro, & potentes fuerint, quasi obliti suæ naturæ, in tantum se fastigium efferri uolunt, ut usq; in profundum ipsum deducantur. Et hoc uidemus quotidie contingere, quamuis nec hac ratione emendatiores euadant alij. Et si ad paruum tempus corripiant, subitò tamen omnium obliti, iterum eandem uadunt uiam, & in eadem præcipitia deferuntur: id quod & nunc uidere licet apud illos factū. Et factum est cum mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic. Vide quomodo paulatim docet nos lubricā illorum uoluntatem. Quoniam uiderunt, inquit, campum, migrantes, & relicto priori loco illic habitauerūt. Deinde dicit: Dixit homo proximo suo, ueníte cōficiamus lateres, & coquamus eos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidē, & bitumen in calcem. Et dixerunt: Venite ædificemus nobis ciuitatē, & turrim, cuius caput erit usq; in cœlum. Et faciemus nobis ipsis nomen, priusquam dispergamur super omnem terram.] Vide quō abutant uoce consona, & quō uanū uiuendi consilium sit multorū malorū occasio. Venite, inq̄t, faciamus lateres in lapidem, & bitumen in calcem. Vide *Psal. 129. a* quanta securitate uolūt ædificare, nescientes quòd nisi dominus ædificauerit domū, frustra laborant qui ædificant. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem: nō deo, sed nobis ipsis. Vide, oro, quàm inua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

luit malitia, habẽtes adhuc recentem memoriam generalis in diluuio interitus, in tantam inciderũt insaniam. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit usq; in cœlum. Nomine cœli, audacem illorum temeritatem per hyperbolen docet. Et faciamus, inquit, nobisipsis nomen. Vidisti radicem malí: ut, inquit, perpetuam memoriã cõsequamur, ut nostri perpetuo memores sint posteri: tale erit nostrũ opus, ut nunquam obliuioni tradatur. Et hoc faciamus priusquã dispergamur super faciem omnis terræ: Adhuc, inquit, congregati, gloriam nostram operemur, ut posteritati perpetuũ nomen relinquamus. Sunt multi etiam hodie qui illos imitantur, & talibus operibus celebrari uolũt. Alíj splendidas domus ædificãt, & lauacra, & porticus, & deambulacra: quorum si aliquem rogaueris, quare ita laboret, tam miser sit, tantosq; pecuniarũ faciat sumptus, eosq; inutiles: nihil aliud audies, quàm hæc uerba, ut immortalẽ seruet memoriã, & audiat quòd illius est hæc domus, hic ager. Sed hoc nõ est tam laudẽ, q; crimẽ sibi parere. Nã statim ad hæc subiungent plurimarũ contumeliarũ uerba: Domus hæc huius est, hujus auari, huius rapacis, huius uiduarũ & orphanorũ spoliatoris. Igitur hoc nõ est memoriam assequi, sed perpetuis obijci criminibus, & etiam post mortem infamari, & spectatorũ linguas acuere in blasphemiam & accusationem eius qui illam posidet. Quòd si omnino æternam memoriam amas, ego tibi uiam monstrabo, qua poteris semper celebrari, dabitq; tibi fiduciam in futuro seculo. Hoc pacto igitur poteris & commemorari, & celebrari quotidie, encomijsq; euehi & post hanc uitã, si has pecunias in manus inopum dispenses, relictis lapidibus, & splendidis ædificijs, & uillis & balneis. Hæc memoria immortalis, hæc memoria à sarcina peccatorum alleuiat, hæc multam tibi fiduciam apud deum conciliat. Cogita, obsecro, & hæc uerba, quæ singuli dicturi sunt: ecce hunc misericordem & benignum, hunc mansuetum, hunc suauem, hunc tam largũ dispensatorem. Dispersit enim, inquit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum. Pecuniarum ita dispersæ diuitiæ expendentem non relinquunt, sed expectant: retentæ autem simulq; inclusæ, etiam se seruantem secum perdunt. Dispersit enim, inquit, & dedit pauperibus, Sed audi qd̃ sequitur: Iustitia eius manet in seculum. Vno die diuitias dispersit, & iustitia eius manet in seculũ, & memoriam fecit immortalem. Vidisti memoriam, quę se in omne seculum extendit: uidisti memoriam magnis & ineffabilibus plenam bonis: Tali ædificio nostri memoriam relinquere studeamus. Nam lapidibus ædificasse non solum nihil nobis prodesse poterit, sed nos continuo & clara uoce infamabit. Et nos hinc abimus, deferentes peccata unde hæc parta, & ædificia hic relinquimus: quin nec frigidam & inutilem memoriã consequimur, sed potius probris deturpamur, nomenq; statim transit ad alterum. Etenim sic res habent, ut ab hoc ad alium transeant, & ab illo ite-

Psal. 111.b

rum in alium. Et hodie quidem domus dicebatur huius, cras uero dicetur alterius, & mox alterius. Interim sponte nosipsos decipimus, putantes nos dominium quoddam posidere, nescientes quòd solum usu fruimur, & siue uelimus, siue nolimus, alijs concedemus: ne dicam, ijs etiam quibus non fauemus. Omnino tamen si memoriam concupiscis, & hoc tantum studium est: audi quomodo ui duæ memores sunt Tabithæ, & quomodo circunstant Petrũ flentes, & demonstrantes tunicas & uestes, quas faciebat illis, cum adhuc superesset Dorcas. Vidisti domus animatas, uocem emittentes, & tantæ uirtutis, ut à morte ad uitam reuocarejqueant? Nam postquam circũsteterunt Petrũ, calidas lachrymas profundẽtes, cibumq; & quibus opus habebant quærentes, Petrus ejectis omnibus, & positis genibus, orauit: & cum excitasset illam, uocauit sanctos & uiduas, & assignauit istis uiuam. Si memoriam quæris, si ueram gloriam amas, hãc imitare, tales domus extrue, noli sumptus tuos inanimatis impendere, sed cum illis qui eiusdem sunt generis misericordiã facito. Hæc laude digna est memoria, hoc magnum lucrum affert. Cæterum ad institutum redeamus, & uideamus illorum uirorum, qui tunc erant, audaciam. Illorũ enim affectiones nostræ, si sapere uoluerimus, emendationi seruiũt. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem, et turrim, cuius caput erit usque in cœlum. Et faciamus nobisipsis nomen, priusquã dispergamur super terram.] Vide quõ superbiã mentis ostendit illorum. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem. Et iterum: Faciamus nobisipsis nomen. Etiã post diluuium, & generalem omnium interitum nõ minoribus malis occupantur. Quid ergo fiet? quomodo ab insania sua reprimentur? Pollicitus est deus, se nõ ultrà facturum diluuium, nimirum misericordiæ suæ consuetudinem seruans. Illi autem neq; pœnis emendatio res facti sunt, neq; beneficijs meliores. Audi quæ sequuntur, ut discas ineffabilis misericordiæ dei magnitudinem. Et descendit, inquit, dominus deus, ut uideret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij hominum.] Vide quomodo humano more scriptura loquitur. Et descendit, inquit, dominus, nõ ut humano modo intelligamus, sed ut per hoc erudiamur, nunquam temerè fratres condemnandos, neq; auditu solo iudicandũ, nisi pluribus argumentis prius certi reddamur. Omnia enim à deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad erudiendum humanum genus utitur sermonis attemperatione. Descendit, inquit, dominus deus, ut uideret ciuitatem & turrim. Vide quomodo non statim ab initio illorum reprimit insaniam: sed longanimi lenitate utit: & expectat, donec malitiam suam opere declarent, & tunc conatus eorũ impedit. Ne enim quis dicere posit, uoluisse quidem illos, sed quæ decreuerant, opere nõ cœpisse, præstolatur donec animo destinatũ opus aggrediantur, & tũc monstrat eis quàm inutilia attentarint. Descendit, inquit, dominus deus, ut uideret ciuitatem ac turrim eorum. Vide misericordiæ excellentiam

Act. 9.f

lentiam, permisit illos laboribus sese affligere, ut rerum experientia præceptoris loco illis esset. Et quoniam uidit malitiam inualescere, & morbum increscere, nõ usq; ad finem permittit, sed suam declarat bonitatem: quemadmodum medicus bonus uidens morbũ augeri, & ulcus incurabile fieri, statim sectione utitur, ut omnẽ morbi causam aboleat. Dixit, inquit, dominus deus, ecce genus unum, & labium unum omnium: hoc est uox una & lingua una. Et hoc cœperũt facere, & nũc non cessabunt ab ijs quæ decreuerunt facere.] Attende domini misericordiã. Quoniã conatus illorũ impediturus erat, primũ cũ illis expostulat, & quasi ostendit peccati eorũ magnitudinẽ & ingratitudinis excellentiam, & q; abusi sunt linguę & uocis unitate. Ecce enim, inquit, genus unũ & labium unum omnium. Et hoc cœperunt facere, & nunc non cessabunt ab ijs quæ decreuerunt facere. Hic enim dei mos est, ut puniturus prius indicet quàm magna sint peccata, & quasi expostulans etiam ipse satisfaciat nobis, ac tum demum corripere incipiat. Nam & cum terribile illud diluuium interminaretur, dicit scriptura: Vt autem uidit deus, quòd multiplicatæ sunt malitiæ hominum, & unusquisq; cogitat in corde suo diligenter in mala à iuuentute. Vidisti quomodo prius monstrauit malitiæ eorum excellentiam? & postea dicit, Delebo hominem: ita & nunc, Ecce genus unum, & labium unum omnium, & hoc cœperunt facere. Si in tanta cõcordia, & linguæ unitate in tantam inciderunt insaniã: ubi tempus processerit, quomõ non deteriora attentabunt: Non cessabunt enim ab his quæ decreuerunt ut faciãt: nihil eorum impetum & ardorem morari poterit, sed omnia quæ statuerunt secum, studebunt perficere, ni statim pro attentatis pœnã luant. Id quo que inueniet aliquis & de Protoplasto dici. Iecturus enim illum deus à paradisi incolatu: agè, inquit, quis annũtiauit tibi quòd nudus esses? & iterum: Ecce Adam factus est, quasi unus ex nobis, ut sciat bonum & malum. Et nũc ne fortè extendat manum, & accipiat de ligno uitæ & comedat, & uiuat in seculum. Et emisit illum dominus de paradiso. Etiam nũc inquit: Ecce genus unum & labium unum omniũ, & hoc cœperunt facere, & nunc non cessabunt ab ijs quæ decreuerunt facere. Venite, & cum descenderimus, confundamus illorum linguas, ut ne audiat unusquisq; uocem proximi.] Vide iterum uerborum humilitatem. Venite, inquit, & cũ descenderimus: quid uolunt sibi uerba hæc? Opus ne habet cooperatione dominus ad correctionem, & subsidio ad illorum destructionem? Absit. Sed sicut iam dixit scriptura, Descendit dominus: docẽs nos per hoc quòd euidenter malitię illorũ uidit excellentiam: ita & hic dicit, Venite & cum descenderimus. Dictum est ceu ad honore pares. Venite, inquit, & cum descenderimus, confundamus illorum linguas, ut ne audiat unusquisq; uocẽ proximi. Pœna hac quasi perpetua nota sugillabo illos, quæ eos omni seculo comitabitur, neq; huius ullo tempore obliuiscẽtur. Nam quia abusi sunt uocis unitate, ideo uocis diuersitate castigare uolo. Sic em̃ ubiq; facere consueuit dominus. Hoc ab initio & in muliere factum est. Abutebatur honore concesso, unde subiecta est uiro. Et similiter Adæ contigit: quia enim ex multa prosperitate paradisiq; incolatu nihil lucrifecit, sed præuaricando pœnæ obnoxius est factus, eiecit eũ ex paradiso, & pœnam ei perpetuam iniunxit, dicens: Spinas & tribulos germinabit tibi terra. Hi quoq; honore pares, & eiusdẽ linguæ abusi illa quàm grauiter peccarint ex linguarũ uarietate sunt experti. Et confundamus illorum, inquit, linguas, ut ne audiat unusquisq; uocem proximi. Vt sicut linguæ unitas cohabitationem fecit, ita linguæ diuersitas dispergat. Nam quibus non est idem sermo & lingua, quomodo cohabitare possunt? Et dispersit illos, inquit, dominus deus ab illo loco super faciem uniuersæ terræ, & cessauerũt ædificantes ciuitatem & turrim.] Considera domini misericordiã, in quantã animi hæsitationẽ impulit. Amentibus enim postea similes fuerunt. Et ille quidem imperabat hoc, & alius suggerebat aliud, inutilisq; fuit omnis illorum conatus: ideo cessauerunt etiam ædificare turrim & ciuitatem. Et idcirco uocatum est nomen illius confusio, quia illic confudit dñs deus labia omnis terræ.] Vide quot res fiunt, ut memoria huius facti in omnia secula producatur. Primum linguarum fit diuisio, imò ante hoc nominis appellatio: Phalek enim nomen, quod Heber puero imposuit, partitionem significat: deinde loci agnominatio: confusio enim uocatus est, id quod Babylon sonat. Postremum Heber ipse mansit, idem seruans idioma quod & antea habebat, ut manifestum diuisionis huius signum foret. Vidisti per quot res immortalem nullaq; obliuione delendam huius facti memoriam seruari uoluerit? Hinc enim pater postea cogebatur dicere causam tam diuersæ uocis. Et puer à patre discebat quare Babylon à confusione nomen sortita fuerit, nempe quòd illic dominus deus cõfudit labia uniuersæ terræ, & ab illo loco dispersit illos. Nam utrunq; loci appellatio mihi significare uidetur, & quòd linguas confudit, & inde dispersio orta sit. Audiuistis dilecti, unde dispersionis uarietatisq; linguarum orta sit causa. Fugiamus, obsecro, ne hos imitemur: & ijs quæ nobis deus concesit, ne abutamur: naturam humanam considerantes, ea consultemus quæ mortales deceant: & considerata præsentis uitæ fragilitate, quia breue est tempus uitę nostræ, reponamus & thesaurizemus prius fiduciam, operando bona opera: & non solum per hos dies seruemus ieiunij feruorem, eleemosynæ largitatem, precũ continentiam. Etenim ieiunio preces semper coniunctas esse oportet. Et quòd hoc uerũ sit, audi Christum dicentem: Hoc genus dæmoniorũ non egreditur, nisi in precatione & ieiunio. Et iterum de Apostolis dicitur. Nam cum orassent, inquit, & iejunassent, commendauerũt eos domino, in quem crediderant. Et iterum inquit Apostolus: Ne fraudetis

Matt. 17.c & Mar. 9.d
Act. 14.d
1.Cor. 7.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

detis inuicem, nisi in precatione & ieiunio. Vidistis quomodo ieiuniũ hoc subsidio indigeat? Tũc enim potissimum preces sobriæ sunt, cum expeditior mens nostra, neq; grauata, neq; malo delitiarum onere pressa fuerit. Magna arma sunt preces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, refugij locus, modo sobrij & undequaq; mente nostra collecta, inimicoq; nostræ salutis nullo aditu permisso, dominũ adeamus. Scit enim hostis noster, quòd per tempus illud possumus de ijs quæ ad nostram salutem attinent, loqui, & pecata confiteri, & uulnera medico ostendere, & sanitatem consequi: ideo maximè obsistit, omniaq; facit & tractat, ut nos supplantet, negligentesq; faciat. Proinde sobrij simus, obsecro, & scientes illius insidias, maximè tempore isto operam demus, ut illi quasi præsentem illum, & ante oculos stantem uidentes, obluctemur: & cogitationem omnem, quę nos interturbare possit, repellamus: totiq; nitamur ita loqui, ut non solum uerba, sed & mens uerborum comes, deum accedant. Nam si lingua quidem proferat uerba, mens autem foris sit, sua tractans negotia, & imaginans quæ in foro agantur, nulla nobis utilitas est, fortasis autem & maior condemnatio. Enimuero si cum homines accedimus, tã intenti sumus, ut propè stantes sæpenumero non uideamus, sed colligimus mentem, & ad eum solum spectamus quem accedimus: quanto magis apud deũ idem facere, continuoq; & iugiter precibus insistere cõuenit? Propter hoc enim & Paulus scribens, dicebat: Oran-
Luc.21.g tes in omni tempore, orate & in spiritu: non lingua tantum, & cum perpetua, inquit, uigilantia, sed & in spiritu. Spirituales enim, inquit, sint uestræ petitiones, sobria sit ratio, & ijs quæ dicuntur mens intendat. Talia petite qualia à deo petere conuenit, ut & petita obtineatis. Et in illud incumbentes, & toti expergefacti, sobrij, & mẽte solliciti, nõ oscitantes, & ut somniculosorum mos est, uos fricantes, & hinc & inde mentem uertentes: sed magno timore & tremore salutẽ uestram operemini. Beatus enim, qui propter reuerentiã metuit omnia. Magnum bonũ sunt preces. Nam si cum homini quis loquatur uirtute prædito, nõ paruum inde fructũ percipit: quantis bonis fruetur is, cui cum deo colloquiũ fuerit? Oratio enim
Psal.103.d colloquiũ est cum deo. Quod ut scias, audi Prophetam dicentem: Iucundum sit deo eloquium meum: hoc est, sermo meus appareat deo. An non præstare potest priusquã petamus? Verum propter hoc differt & expectat, ut occasionem accipiat, qua iustè nos sua cura dignos faciat. Siue autem consequamur quod petimus, siue non consequamur, perseueremus semper in oratione: & non solum gratias agamus si consequamur, sed etiam si repulsam passi fuerimus. Nam cum deus aliquid nobis denegat, nõ minus est quàm si concessisset. Nescimus enim nos, quæ nobis conducant, sicut ipse nouit. Itaq; siue uoti cõpotes, siue impotes simus, gratias agere debemus. Et quid miraris, si nos nescimus quid nobis prosit? Pau-

lus talis & tantus, qui ineffabilia illa consecutus fuit, ignorabat & quæ non expediebant precabatur. Nam quia uidebat se tot molestijs cingi, ac circundari crebris tentationibus, orabat ut ab eis liberaretur: idq; non semel, neq; iterum, sed & sæpius. Tertiò enim, inquit, dominum rogaui. Ter- 2.Cor.12.b
tiò autem, uocauit sæpe, & non uulgariter. Videamus quomodo affectus fuerit. Num grauatim tulit? num segnior fuit? num languescebat? Non. Sed quid inquit? Dixit, sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Nõ solum non liberauit illum præsentibus malis, sed in ipsis perseuerare permisit. Vnde autem manifestum quòd non tulit grauiter? Audi ipsum qui dicit, postquam didicit hoc probari domino: Volupe igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Non solum, inquit, postea liberari nõ requiro, sed & magna uoluptate gloriabor in illis. Vidisti gratam animam? Vidisti eius in deum amorem? Audi etiam dicentem: Quid enim precemur, ut oportet, nescimus. Impossibile, inquit, est, cum nos homines simus, id certò scire. Relinquendum ergo hoc est omnium conditori, sumendaq; sunt cum gaudio & uoluptate quæcunq; ipse uoluerit: nec spectandum ad speciem eorum quæ fiũt, sed quid acceptum sit domino. Magis enim scit quid nobis prosit, quàm ipsi nos. Ipse nouit quomodo salus nostra paranda. Nostrum ergo sit opus, continuis insistere precibus, & non ægreferre si differatur quod petimus, sed longanimes esse. Neque eũ renuens preces nostras differt: sed hac arte sedulos nos efficiẽs, ad semetipsum attrahere uult. Nam & pater, quamuis benignus, cum à puero rogatur, abnuit, quasi non uolens dare: non ut neget, sed ut ardentius petat, & sibi magis concilietur. Hæc itaq; legentes, nõ desperemus, sed indesinenter accedamus ad eum, & preces dicamus. Equidem cum crudelem & inhumanum illum iu- Luce 18.d
dicem, qui neq; deum timebat, neq; homines reuerebatur, mulieris sedulitas coegit, & prouocauit, ut sibi succurreret: quanto magis nos, si uoluerimus illam imitari mulierem, ad opitulãdum nobis prouocabimus mansuetũ & misericordem nostrum dominum, compatientem, & ad saluandum nos occurrentem? Discamus ergo ut ipsi à precibus auelli nequeamus, sed perpetuò incumbamus illis, tam die quàm nocte: & magis nocte, quando nullus interturbat, quando magna cogitationum tranquillitas, quando absunt turbulentiæ, quando nullus est qui ab accessu prohibet & abducit, quando collecta mens omnia diligenter referre potest animarum medico. Cum enim beatus Dauid, rex simul ac propheta, tantis implicitus negotijs, purpura & diademate amictus, di-
cat: Media nocte surgebam ad confitendum tibi Psal.118.b
super iudicia iustitiæ tuæ: quid nos dicemus, qui priuatam & otiosam uitam agimus, neq; eadem quæ ille facimus? Nam cum in die multis circundaretur curis, negotijs & tumultibus, nec tempus inueniret aptum suo ad deum accessui: relaxationis tempus, quod alij somni tẽpus faciunt, in mol

libus stratis recumbẽtes, & hinc & inde se uersantes, rex tãtis uinctus curis, accedendi ad deũ tempus faciebat, seorsum deo loquens: & synceræ intentæq; precationi deditus, perficiebat quæcunq; uolebat, & orationibus suis bella conficiebat, tropheaq; statuens uictoriam uictoriæ copulabat. Habuit enim inuicta arma, superna scilicet præsidia, quæ non solum ad humana bella conficienda sufficiunt, sed etiam ad dæmonum cohortes peruincendas. Igitur & nos hunc imitemur priuati & idiotæ regem, otiosam & quietam uitã agentes, eum qui in purpura & diademate monachorum uitam transcendit. Audi enim eum iterũ ali-
Psal.41.a bi dicentẽ: Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Vidisti animã in cõtinua cõpunctione? Alimonia mea, inquit, panis me⁹, cibus meus
conuiuiũ meũ, non erant alia q̃ lacrymæ tã die q̃
Psal.6.b nocte. Et iterum: Laborauí in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum. Quid dicemus, uel quid respondebimus, neq; eam compunctionem declarare uolentes, quam rex tot obseptus negotijs egit? Quidnam, dic oro, oculis illis formosius, perpetuo lachrymarum hymbre, & quasi margaritarum decore ornatis? Vidisti regem, qui noctibus atq; diebus lachrymis precibusq; deditus fuit? Specta & doctorem orbis in carcere compeditum, unà cum Sila orantem tota nocte, neq; dolore, neq; uinculis prohiberi: sed eo magis ingentem feruidumq; amorem declarare erga dominum. Paulus enim, inquit, & Silas media nocte orantes, laudabant deum. Dauid in regno & diademate, lachrymis & precibus totam
Act. 16.e uitam insumebat. Apostolus, qui in tertium cœ-
2.Cor.12.d lum raptus, cui arcana sunt reuelata mysteria, media nocte in uinculis preces & laudes offerebat domino. Et rex media nocte expergefactus confitebatur, & Apostoli media nocte cõtinentes preces & laudes reddebant. Illos imitemur & nos, & precum continuitate uitam nostram muniamus, & nullum nobis unquam erit obstaculum. Nihil em̃ est quod obesse nobis potest, modo sobrij simus. Num loco & tempore nobis opus est? Omnis locus, omne tempus huic accessui conuenit. Iterum audi magistrum orbis dicentem: In o-
1.Timot.2.b mni loco leuantes sanctas manus absq; ira & disceptatione. Si mentem habueris purgãtem se ab illicitis affectionibus, etiamsi in foro, etiamsi in domo, etiamsi in uia, etiamsi in carcere, etiamsi in mari, etiamsi in diuersorio, etiamsi in officina, & ubiubi fueris constitutus, poteris inuocato deo precum fieri compos. Quod cum sciamus, obsecro, ut cum ieiunio precum faciamus diligẽtiam, subsidiũ nobis parantes, quo supernã assecuti gratiã & præsentem uitã ita agamus ut deo probeẽ, & in futuro misericordiam aliquam adipiscamur, gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Chryſ.

HOMILIA XXXI

Et accepit Thara Abram & Nachor filios suos, & Loth filiũ filij sui, & Saram nurum suam, uxorem autem Abræ filij sui: & eduxit eos ex terra Chaldæorum, ut proficiscerẽtur in terrã Chanaan: & uenerunt usq; Charran, & habitauit illic.

INgentes uobis habeo gratias, quòd heſternũ de orando sermonem tanta uoluptate susceperitis, & tanto studio in auditorium cõfluitis. Facit enim hoc etiã nos alacriores, ut spirituale conuiuiũ largius uobis apponamus. Quia & agricola siquando uidet agrum seminatum uirescere & germinare, nihil quod ad se attinet, intermittit, quotidie cõgruam illius curã agens, & die nocteq; cõsiderãs, ne fortè quid labores suos lædat. Simili modo & ego spiritualem hunc agrum uestrũ florere, & semen hoc in sinibus uestræ mentis utiliter recondi uidens, gaudeo & lætor: multumq; sum anxius, non ignorans q̃ malignus sit hostis, qui uestræ saluti insidiatur. Et quemadmodum piratæ, quãdo uident nauem multis mercibus oneratam, & plurimas portantem diuitias, tunc potissimum uarijs molinuntur insidijs, ut possint mercibus omnibus nauigantes illos spoliare: Ita sanè & diabolus, cum uiderit spirituales diuitias coaceruatas, alacritatem feruidam, mentem uigilem, & quotidie diuitias augeri, cruciatur, & dentibus frendet, & quasi pirata circumit, & innumeras excogitat artes, ut si quà uel paruum inueniat aditum, quicquid nobis est spiritualium diuitiarum deprædetur. Igitur sobrij simus, obsecro: & quantũ spirituales nostræ facultates crescunt, tantũ & uigiliæ nostræ intendantur, ut undequaq; excludamus eius insidias, & gratiam dei uita optima nobis conciliantes, superiori loco stemus, quàm ut illius iacula nocere queãt. Mala enim bestia est, & multiplices machinationes struit. Et quando nõ potest recta nos ad uitia allicere, & suis dolis inescare (non enim cogit, uel uim facit, absit, sed decipit tantũ, & quos negligentes uidet supplantat) quando igitur salutem nostram manifestè lædere nequit, sæpe per opera carnis quæ agimus, clanculo esca illata, diuitias nostras auehit oẽs. Quid igitur? Hoc quod dico, operæpretium fuerit manifestius explicare,
D ut illius cognitis insidijs, damnum quod inde nascitur, uitare possimus. Quando uidet nos à manifestarijs uitijs abhorrere, & fugere intemperantiam, continentiam uero amplexari: ad hæc auersari auaritiam, odio habere iniustitiam: ridere & contemnere delitias, ieiunijs autem & precibus uacare, ac eleemosynis dare operam: tunc alium comminiscitur dolum, quò pessundet omnes nostras opes, operaq; nostra faciat inutilia. Efficit enim ut qui magna cõstantia machinationes suas uicerunt, mox bonis operibus inflentur, & ad humanam spectent gloriam, quò scilicet à uera eos gloria faciat excidere. Quippe spirituale quid faciens, & humanam respiciens gloriã, mercedem suam hic accipit, & iam ultrà deum non habet debitorem. Accipit enim laudes suas, ab illis quorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

applausus quærit, & se priuat illis quas dominus promisit, utpote maioris faciens momentaneam hominum laudem, quàm dei omnium cõditoris: id quod Christus de precibus, eleemosynis & ieiunijs antea docuit, sic dicens: Quando ieiunas, Matt. 6.c unge caput tuum, & laua faciem tuã, ut ne uideaˢ hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto, reddet tibi. Et iterũ: Quando facis eleemosynam, ne tuba canas, inquit, ante te, sicut hypocritæ faciũt in synagogis & plateis, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, acceperunt mercedem suã. Vidisti quomodo, qui hanc inquirit, illam amittit? Qui autem uirtutem ita exercet, ut latere uelit homines, in die illo terribili in manifesto accipiet à domino retributionem. Nam pater tuus, qui uidet in occulto, reddet tibi in manifesto. Quasi diceret: Ne cogites, nullus homo laudabit te, & uirtutem clàm facis: sed hoc cogita, tanta erit domini liberalitas, quòd nõ sinet hoc clàm uel in occulto esse: sed præsente omni hominũ genere, ab Adam usq; ad cõsummationẽ seculi te prædicabit, & coronabit, & retributiões laborũ uirtutis dabit tibi. Qua igitur excusatione digni erimus, & laborem uirtutis sustinentes, & propter momentaneã euanidamq; & uilem hominum gloriam, æterna illa nosmetipsos priuantes? Obsecro igit, ut nos bene muniamus, & quodcunq; spirituale opus aggredimur, studeamus in promptuarijs animi nostri recõdere, ut laudet nos oculus ille qui nunq; dormitat: non ut ab hominibus celebremur & laudemur, & ita indigni efficiamur quos dñs laudet. Ambo enim hęc pernicialia sunt, & saluti nostræ detrimẽtosa, & spirituale aliquid operãdo ad humanam spectare gloriã, & bene aliquid operãdo sublime de se sapere. Idcirco sobrios esse oportet ac uigiles, & conquirere nobis quotidiana è sacris literis remedia, ne pernicijs affectionibus istis irretiamur. Nam etsi quis innumera bona opera fecerit uirtutemq; omnem absoluerit, si tamen magnum quid de se sentit, maximè omnium
Luc. 18.b miserabilis est & miser. Quod nobis manifestum est ex ijs quæ pharisæo acciderunt, qui ut magna de se sensit, & publicanum contempsit, subitò deterior factus est publicano, & omnes uirtutum diuitias lingua sua effudit: & se nudans exhauriensq;, pertulit rarum & nouum naufragium: apprehenso enim littore omnes merces suas simul perdidit. Nam si ita accidat aliquid propter preces indignè dictas, perinde est ac si quis in portu naufragium faciat. Propterea & Christus discipulis suis præcipiens, dicebat: Quando omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus. Quo dicto munire eos uult, & quàm longissimè à perniciosis illis affectionib. alienare. Vidistis dilecti, quomodo neq; qui humanam gloriã ambit, eius gratia uirtutis agens opera, utilitatem aliquam percipit? & quòd qui omnibus uirtutibus præditus est, si post bona opera insletur, & magnũ aliquem se existimet, nudus omnino fiat, & omnium uacuus? Fugiamus igitur, obsecro, pernicioſas illas affectiones, & ad illum semper uigilem oculum spectemus tantum: & nihil quantum ad hoc attinet, cõmune habeamus cum hominibus, neq; ab eis laudari quæramus: sed contenti simus dominica laude: Cuius laus, inquit, non ex homini- Ioan. 12.g bus, sed ex deo. Et quò magis uirtutibus locupletamur & crescimus, hoc magis modesti simus & humiliemur. Nam etsi ad summum uirtutis apicem pertigerimus, & supputauerimus iusta gratitudine dei in nos beneficia, bene uidebimus quòd nihil obtulerimus, adeò multa ille in nos cumulauit. Hinc enim omnes sancti probati fuerunt, & deo accepti. Hoc ut scias, audi doctorem orbis, animam illam quæ in cœlo uersata fuit, quomodo post tot præclara opera, post tan- Act. 9.c tum de cœlo testimonium (Vas enim, inquit, electionis est mihi hic) non obliuiscitur suorum delictorum, quomodo utrisq; manibus, ut aiunt, ea uersat, & neque illorum memoriam obliterari patitur, de quibus certissimus erat quòd per baptismum fuerant dimissa: sed clamat & dicit: Minimus sum apostolorum, & non sum dignus ut uocer apostolus. Et postea, ut excellentẽ eius discamus humilitatẽ, addit: Eo quòd persecutus sum ecclesiã dei. Quid agis ô Paule? dominus per misericordiam suam deleuit & ignouit omnia pecca- 1. Cor. 15.b ta tua, & tu ea adhuc subinde uersas & memoras? Etiam. Scio enim, dicit, & nõ ignoro quòd ea dominus meus dimiserit: sed dum mecum considero quæ fecerim, & uideo diuinæ misericordiæ pelagus: bene disco quòd gratia & misericordia dei sum, quod sum. Nam cũ dixissem, nõ sum dignus, qui uocer Apostolus, eo quòd ecclesiam dei sum persecutus: subdidit, Gratia autẽ dei sum id quod sum. Ego quidem, inquit, tãta ferebar insania: ineffabilis autẽ eius bonitas & gratia remissionem dedit. Vidisti animam contritam, & circumferentem continuo memoriam peccatorum, quæ ante baptismum commiserat? Illum & nos imitemur, & eorum quæ post baptismum admisimus, quotidie simus memores, continuoq; ea in mente uersantes, nunquam committamus ut ipsorum obliuiscamur. Hoc enim frenum sufficiet ad humilian dum nos, & modestiam ingenerandam. Et quid dico Paulum tantum & talem? Vis uidere etiam eos qui in ueteri lege hinc maximè claruerunt, q̃ post innumera bona opera, & indicibilem ad deũ fiduciam, humiles fuerunt? Audi quid dicat Patriarcha, postquam consuetudinem cum deo habuit, & facta est ei promissio: Ego autem, inquit, terra sum & cinis. Cæterum quia in Patriarchæ mentionem incidimus, si placet, hodie lecta proponamus charitati uestræ, quò illis explicatis uideamus excellentem iusti uirtutem. Et accepit, inquit, Thara, Abram & Nachor filios suos, & Loth filium filij sui, & Saram nurũ suam, uxorem aũt Abræ filij sui, & eduxit eos ex terra Chaldæorum, ut proficiscerentur in terrã Chanaan, & uenerunt usq; ad Charran, & habitauit illic. Et fuerunt omnes dies Thara in Charran, anni ducenti quinq;, & mortuus est in Charran.] Attendamus diligenter

diligenter, obsecro, quæ sint lecta, ut mentem eo- A
rum quæ in scriptis latent, deprehendamus. Ecce enim mox in principio uidetur esse quæstio. Nam beatus ille propheta, Moses inquam, dixit: accepit Thara Abram & Nachor, & eduxit ex terra Chaldæorum, ut proficiscerentur in terram Chananæorum: & uenit usque ad Charran, & habitauit illic. Beatus autem Stephanus Iudæos
Act. 7.a laudans, inquit: Deus gloriæ uisus est patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran, & illinc postquam mortuus est pater eius, migrare eum fecit. Quid igitur? dissidentne à seipsis diuinæ scripturæ? Absit: sed ex hoc animaduertere licet, quòd cum Patriarcha deo acceptus esset, uisus ei Deus im- B
perauit ut inde migraret. Quod ut agnouit Thara pater eius, licet infidelis pater esset, attamen ob amorem in filium, socius illi peregrinationis esse uoluit. Et ut uenit in Charran, ac illic habitauit aliquandiu, uita hac excessit. Patriarcha autem tunc ad imperium dei in Chananæam concessit. Deniq; non antea eum Deus inde euocauit, donec mortuus est Thara. Tunc enim illo de-
Cap. XII functo inquit: Et dixit dominus Abraæ: egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrã quam monstrauero tibi. Et faciã te in gentem magnã, & benedicã tibi & magnificabo nomen tuũ, & eris benedictus & benedicã benedicentes te, & maledicẽtes te maledicam, & benedicẽtur in te omnes tribus terræ.] Singula dicta perscrutemur, ut religiosam & pi- C
am Patriarchæ mentem uideamus. Et dixit, inquit, dominus Abræ, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Ne prætereamus obiter dicta, sed animaduertamus quantum imperij pondus. Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Quasi diceret: Relinque certa, & omnibus confessa, & elige magis incerta & non apparentia. Considera quomodo ab initio exercetur iustus, ut præeligat non apparentia præ apparentibus, & futura præ ijs quæ in manibus sunt. Neq; enim uulgare & paruum aliquid erat id, quod ei ut faceret præcipiebat de- D
us: nempe ut terram relinqueret, quam inhabitarat tanto tempore, & omnem cognationem, & totam patris domum: iretq; nesciens & ignorans quorsum. Non enim dixit ei, in quam regionem transferre eum uelit, sed mandato indefinito pium Patriarcham exercuit. Veni enim, inquit, in terram, quam monstrauero tibi. Considera, quæso, dilecte, quantũ animum requirebat hoc mandatum, & qui planè nulla uel affectione uel familiaritate impediri potuerit. Si enim nunc quamuis tanta sint religionis incrementa, multi adeò sunt consuetudini suæ alligati, ut potius multa, & si necessitas urgeat, omnia ferre uelint, quàm loca mutare in quibus prius habebant domicilium: id quod nõ solum uulgò fieri uidemus, sed etiam ab ijs qui è medio tumultu fugẽre, & monasticam uitam delegerunt: quanto magis uerisimile erat iustum illum ad hoc mandatum tardiorem & difficiliorem potuisse fieri? Egredere, inquit, & relinque cognatos, & domum paternam, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Quem non turbarent uerba ista? neq; locum, neque regionem certam ei designat, sed indefinito præcepto mentem explorat iusti. Nam si quis è uulgo fuisset, dixisset utiq;: Agè, iubes relinquam terram quam inhabito, cognationem, domum paternã: quare non, imperando ut locum hunc relinquam, certiorem me reddis quantum sit iter? Vnde enim mihi illud innotesceret, quòd hac quam relinquo uberior & præstantior sit illa? At iustus nihil horum uel dixit, uel cogitauit: sed respiciens ad magnitudinem eorum quæ imperata erant, ijs quæ in manibus habebat, incerta præferebat: qui nisi tam generosum spiritum, tamq; philosophicam mentem habuisset, utpote eruditam per omnia deo parendum esse, erat ei & aliud etiam ipsum non paruum impedimentum, nempe mors patris. Scitis enim quòd sæpe multi propter sepulchra cognatorum in illis iocis mori deligunt, ubi parentes eorum mortui sepulti sunt. Verisimile igitur erat & iustum hunc, nisi deum plurimum amasset, talia potuisse cogitare: Ecce pater propter suum in me amorem, è domo sua profectus, pristinas consuetudines despexit, & contemptis omnibus huc usque hic fuit: & quasi propter me in aliena terra uita defunctus est: ego autem non daturus sum operam, ut post mortem par ei referam, sed relicto cũ cognatione patris sepulchro, hinc abiturus sum? Atqui nihil horum promptitudinem eius remorari potuit: sed omnia leuia & facilia ei apparere faciebat suus in deum amor: quandoquidem & illud mente tractasset, siquidem humanis rationibus res suas moderari uoluisset, In hac ætate, qua nunc ad postremam senectam tendo, quò me conferam? non fratres mecum ducens, neq; cognatos mecum habens, sed ab optimis quibusq; amicis sequestratus, ut solitarius & peregrinus, in terra aliena uersabor, nescius ubi errandi finis futurus? Quòd si in medio itinere cõtingat me uita defungi, quæ tantæ miseriæ fuerit utilitas? Quis me sepeliet senem, pere- D
grinum, carentem ciuitate, carentem domo? Fortasis uxor uicinos exorabit ut per cõpassionem se adiutẽt, & iusta ex collatitia stipe faciet. Quanto satius ut ipse breui quod superest tempore hic residens uitam terminem, quàm ut senex hinc & inde uager, & omnium scommatis incessar, qui neque id ætatis quietus uiuam, sed loca locis mutans nullibi consistam? Cæterũ iustus ille nihil horum cogitauit, sed præcipienti obedire festinauit. Sed fortè dixerit quispiã: Ad exhortandum suffi- ciebat ei, Veni in terram quam tibi monstrauero, & faciam te in gentem magnam, & benedicam te. Verum istud ipsum, nisi pius fuisset, satis erat ad reddendum eum segniorem, & ad obediẽtiam magis cunctandum. Nam si fuisset ex magno illo numero, dicere potuisset: Quare me pere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

grè proficiſci iubes, & in alienam terram abducis. A
Quare ſi me magnũ facere uis, non hic magnum facis? Quare in domo paterna uerſantem, tua benedictione non dignaris? Quòd ſi contingat priuſquam perueniam in locum quem iubes, defatigatum me itineris laboribus perire, & uitã finire, quæ mihi ex promiſsis utilitas? At nihil horũ uel in mentem admittendum cenſuit, ſed ſicut uoluntarius ſeruus ad ſolũ imperium obediuit, nihil curioſe quærens, nullumq; aliud negotiũ prætexẽs: certiſsimus enim erat, neutiquam mendacia eſſe dei promiſſa. Et faciã te in gentẽ magnã, inquit, & benedicã te, & magnificabo nomen tuũ, & eris benedictus. Magnum promiſsionis pondus. Faciam te, inquit, in gentem magnã, & benedicã te, B
& magnificabo nomen tuum. Non ſolum genti magnæ te præficiam, & nomen tuũ extollam: ſed & benedicam te, & eris benedictus. Ne putes dilecte, tautologiam eſſe, & idem bis dici, cum dicitur: Benedicã te, & eris benedictus. Tanta eñ te, inquit, benedictione dignabor, ut illa in omne ſeculum ſit duratura. Eris enim benedictus ita ut omnes ſummi honoris loco habituri ſint, ſi eis cum Abram familiaritas contingat. Vides quõ antea & ab initio ei prædicit claritudinem, quam illi daturus erat? Faciam te, inquit, in gentem magnã, & magnificabo nomen tuũ, & benedicã te, & eris benedictus. Idcirco & Iudæi in Patriarcha ſuperbientes, uolebãt ſe in eius familiã intrudere, & dicebant: Filij Abraham ſumus. Sed ut diſcãt quòd
ppter malos mores indigni ſunt ea familia & ge- C
nere, dicit eis Chriſtus: Si filij Abrahę eſſetis, opera Abrahæ faceretis utiq;. Ioannes quoq;, Zachariæ filius, cum ad Iordanem cõfluerent baptizari
Ioan. 8.c cupientes, dicebat eis: Progenies uiperarum, quis
Matt. 3.b monſtrauit uobis ut fugeretis à futura ira? Facite igitur fructũ dignum pœnitentia, & ne præſumatis dicere: Patrem habemus Abrahã. Dico enim uobis, quòd poteſt deus ex lapidib. iſtis excitare filios Abrahæ. Vidiſti quomõ magnũ apud omnes eius nomen fuerit: ſed ante euentum iuſti pietas monſtratur, quomodo dictis dei crediderit, & omnia quæ uidebantur eſſe grauia, magna facilitate ſuſceperit. Et benedicã, inquit, benedicentes te, & maledicentes te, maledicã: & benedicentur in te omnes tribus terræ.] Vide quomodo at- D
temperat ſermonem deus, & quantæ amicitiæ demonſtrat argumenta. Illos, inquit, amicos faciam, qui ſincere erga te ſunt affecti: & illos inimicos habebo, qui erga te diuerſo modo habẽt: id quod uix filij patrum nomine faciendum putarẽt, ut fiant inimici & amici. Maxima, dilecti, in Patriarcham dei eſt hæc beneuolẽtia. Illos enim, inquit, benedicã, qui benedicũt tibi: & illos maledicã qui maledicunt tibi: & benedieent in te oẽs tribus terræ. Ecce & alterius liberalitatis argumentum. Omnes enim tribus terræ enitentur ut in tuo nomine benedicantur, & res ſuas tua agnominatione honeſtiores faciant. Audiſtis dilecti, qualia imperauit dominus Chaldæo uetulo, qui neq; legem ſciuit, neq; prophetarum audiuit uaticinia, neq;
ullam aliã doctrinã didicit? Vidiſtis quanta præceptorum moles? quomodo ad ea perficienda ſublimi & iuuenili animo habebat opus? Videte poſthac & Patriarchæ gratitudinem ac obedientiam, quomodo nobis eam ſcriptura manifeſtet.

Et profectus eſt, inquit, Abram, ſicut locutus eſt ei dominus, & iuit cum eo Loth.] Non ſimpliciter dixit, Et profectus eſt Abram: ſed, ſicut locutus eſt ei dominus. Omnia, inquit, fecit, quæ ad præceptum hoc pertinebãt. Dixit, quòd reliqueret omnia, dimiſerit cognationem & domum. Dixit, quòd iuit in terram quam neſciret: & munere ſuo functus eſt. Promiſerat deus ſe facturum eum in gentem magnam, & benedicturũ: credidit Abram etiã hoc euenturũ. Sicut locutus eſt ei dñs, ita
pfectus eſt: id eſt, credidit iſs quæ ſibi à deo ſunt dicta, nihil fluctuans nihil cedẽs, ſed firmato animo ita profectus eſt: idcirco & à dño magnã obtinuit gratiã. Et iuit, inquit, & Loth cum eo. Quare cum dominus dixerit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: hunc aſſumpſit. Non fuit inobediens domino: ſed fortè quia iuueni erat patris loco præfectus, & ille ob ſingularem amorem morumq; ſuauitatem à iuſto diuelli noluit, hac de cauſa Abram eũ aſſumpſit, & filij loco poſtea habuit: præſertim quòd tam grandæuus nullum adhuc habebat filium, propter Saræ ſterilitatem. Aliter etiam dicere licet: Mores adoleſcentis non multum à iuſtitia aberant. Nam cũ propoſiti ei eſſent duo fratres, ipſe
iuſtiori adhærebat. Quantæ enim prudẽtiæ erat, C
dijudicare & probare cui patruorum ſui curam permittere deberet? Inſuper & peregrinationem eligere, honeſtatis morum erat indicium. Nam licet tandem in quibuſdam erraſſe uideatur, quando potiores ſibi partes uſurpauit, attamen ueſtigium iuſti ſubſequi proximè ſtudebat. Atq; ideo iuſtus illum ſociũ itineris accepit, & ipſe magna alacritate peregrinationem uitæ domeſticæ prætulit. Porrò ut ſciamus hæc à deo fuiſſe imperata Patriarchæ, non cum iuuenis eſſet, ſed iam ad ſenectam uergenti, quando plerique hominum ad peregrinandũ difficiliores ſunt, inquit: Abram autem erat annorum ſeptuagintaquinq; quando exiuit ex Charran.] Vidiſti quomodo nec ætas ei fuit obſtaculo, neq; aliud quidquã quod potuit eum detinere ut domi reſideret: ſed uicit omnia ipſius in deũ amor. Anima eñ uigilans & ſobria, cuncta abrũpit impedimenta, totaq; fit eius quod amat, & à nullo quod in medio apparet difficile, remorari ſe patitur: ſed omnia præterit, nec ſubſiſtit priuſquã re deſiderata potiatur. Propterea & iuſtus iſte neq; ſenectute, neq; aliis maioribus cauſis prohiberi potuit, quin omnibus diſruptis retinaculis, quaſi iuuenis ætate florẽs, ac à nullo prohibitus, feſtinabat & anhelabat domini præceptũ perficere. Neq; enim poſsibile eſt, ut rem fortem & egregiã quis unquã aliter faciat, niſi antea aduerſus omia quæ obſiſtere poſſunt, ſe armet & inſtruat. Hoc utiq; clare ſciens & iuſtus ille, omnibus præteritis nõ curabat uel cõſuetudinem, uel
domum

domum paternam, uel ſepulchrum, uel ſenectu- A
tem ipſam: ſed in hoc duntaxat figebat mentem, quomodo implere poſſet quod à domino fuerat imperatum. Licebat hic uidere rem multis miraculis plenam, quòd homo in profundiſsima ſenecta, cum uxore etiam ipſa ætatis prouectę, & multis famulis ſe aliò transferat, maximè quòd neſcius ubi nam errandi futurus finis. Adhæc ſi quis & illud prudenter expendat, quantæ per illud tẽpus uiarum difficultates erant. Neq; enim ſicut nunc, licebat impauide uerſari, & tam facilè profectiones ſuſcipere. Nam ſingula loca propriis principibus diſtincta erant, eratq; neceſſe iter agentibus ab aliis ad alios principes tranſire, & quotidie de regno in regnũ progredi. Erat igitur & hoc non- B
nihil obſtaculi iuſto, niſi tantum habuiſſet diuina
mandata perficiendi deſiderium. Verum omnib. illis impedimentis, quaſi araneæ telæ eſſent, diſruptis, menteq; fide roborata, bene fidens dignitati promittẽtis, iter aggreſſus eſt. Et accepit, inquit, Abram Saram uxorem ſuam, & Loth filium fratris ſui, uniuerſamq; ſubſtantiam quam poſſederant in Charran, & exiuit ut proficiſceretur in terram Chanaan.] Vide ſcripturæ diligentiam, quomodo nobis omnia narrat, ut per omia diſcamus iuſti pietatem ac religionem. Accepit, inquit, uxorem ſuam & Loth uniuerſamq; ſubſtantiã quam poſſederant in Charran. Non ſimpliciter dixit: Omnia quæcunq; poſſederant in Charran: ſed ut diſcamus quòd nihil ex bonis Chaldaicis accipie- C
bat Patriarcha, ſed paternis illis omnibus relictis fratri, exĳt, ea ſola ſecum ferens quæ in Charran poſsidebat. Et hoc faciebat, non quòd uſq; adeo illa magnifaceret: ſed ut facultatibus illis poſſet omnibus teſtari, quanta dei erga ſe fuiſſet prouidentia. Qui enim ex terra Chaldæorum eum euocauit, & iterũ inde migrare iuſsit, ipſe & ſubſtantiam illius quotidie augebat, & omnem moleſtiã auferebat. Itaq; quòd hæc ſecum ferebat, & per omnem uiam ſic procedebat, ſpecimen erat piæ religioſæq; mentis. Quicunq; enim uidebãt, merito cauſam requirebant quare iuſtus ille peregrinus: Deinde reſpondẽs ille, quòd iuſſu dei in alienam terram, relictis propriis tranſiret, operibus ſuis docebat & dicebat quàm pia eſſet iuſti obe- D
dientia, & quàm excellens dei erga illum cura.

Et exiuit, inquit, ut proficiſceretur in terrã Chanaan.] Vnde ſciebat, quòd in terra Chananæa futurus eſſet ſuæ peregrinationis exitus? Quamuis præceptum ita continebat: Veni in terram quam monſtrauero tibi, attamen deus ei & hoc ſignificauit, indicans menti eius terram, in qua ipſum conſtituere uolebat. Propterea enim cum præciperet ei, indefinitè dicebat: Veni in terram, quam monſtrauero tibi, ut nobis iuſti uirtutem detegeret. Deinde poſtq; ille quod ſuum erat magna largitate attulit, mox deus ei ſignificauit, in qua terra uellet eum domicilium habere. Quia enim exi mias iuſti uirtutes præuidebat, idcirco eum ex domo euocauit, & neq; fratrem ut acciperet iuſsit: quoniam uolebat illum doctorem fieri, nunc quidem omnibus Palæſtinis, paulo pòſt autem etiam Aegyptĳs. Vidiſti quomodo non in natura, ſed in uoluntate mentis noſtræ ſita ſunt, tam quæ ad uirtutem, quàm quæ ad uitia pertinent? Ecce natura quidem fratres erant, uoluntate autem non item. Sed ille, licet frater ad tantas uirtutes peruenerat, adhuc errore præoccupatus fuit: hic autem omnibus quotidie monſtrabat uirtutis ſuæ erga deum incrementa. Et uenit, inquit, in terram Chanaan, & pertranſiuit Abram terram in latitudinem eius, uſq; ad locum Sichem, ad querc
cum excelſam.] Docet nos ſcriptura locum regionis, in quo nũc iuſtus habitaculum facit. Deinde ut ſciamus quomodo ſe illic res habebant, inquit: Chananæi autem tunc inhabitabant ter- B
ram.] Neq; hoc ſimpliciter & abſq; cauſa beatus Moſes aſsignauit, ſed ut diſcamus etiã hinc mentem philoſophicam & bene inſtitutam. Quia cum loca illa præoccupata eſſent à Chananæis, cogebatur quaſi uagus & peregrinus, & quaſi abiectus & uilis aliquis diuerſari ut fortè obtingebat. Et fortè neq; diuerſoriorum facile inueniebat: attamen neq; ſic ægrè ferebat, neque impatiens intra ſeipſum dicebat: Quid hoc? Ipſe ego qui tãto cum honore, & tanta cũ obſeruatione agebã in Charran, nunc cogor ſicut ciuitate carens, & peregrinus & aduena obambulare, idq; gratiæ loco ducere, & quietẽ in uili quærere diuerſorio, & neq; hoc inuenire poſſum, ſed in tabernaculis & tuguriolis uerſari, aliasq; neceſsitates ferre cogit me
neceſsitas. Hoccine eſt, quod dicebat: Veni, & fa- C
ciam te in gentem magnã? Pulchra, ſcilicet, præludia, quid ſuaue poſthac expectandũ? At nihil tale dicebat iuſtus, neque fluctuabat, ſed integra mente & perfecta fide, bene fidens dei promiſsis, immoto perſtitit animo, unde ſtatim & ſupernam conſolationem accipere meruit. Verũ ne ſermonem producamus longius, hic ei finem imponamus, illud unũ orantes charitatem ueſtram, ut mentem iuſti illius imitemini. Quàm abſurdũ eñ quòd iuſtus ille, cum de terra in terram uocaret, tantã præ ſe tulit obediẽtiã: & neq; ſenectus, neq; alia quę enumerauimus præpedimẽta, neq; tẽporum difficultas, neq; ulla alia quę retardare ipſum poſſe uidebant in obediendo cunctatorẽ eum ſa- D
cere potuere: ſed omnibus remoris abruptis, cucurrit & feſtinauit ſenex, quaſi iuuenis reſumptis uiribus, cum uxore & fratris filio, & famulis, ut perficeret opere quod ſibi à deo demandatũ erat. Nos autem qui non de terra in terram uocamur, ſed de terra in cœlum, non eandem quam ille iuſtus alacritatem obediendo exhibemus, ſed frigidas plerunque & inutiles præteximus cauſas. Et neq; nos promiſſorum magnitudo, neq; uiſibilium rerum uilitas, neq; quòd terrenæ ſunt & momentaneæ, neque uocantis dignitas attrahit; ſed tantæ ſumus negligentię, ut præferamus momentanea ſemper manentibus, terrã cœlo: ea quę auolant antequam habeantur, iſs quæ nunquam finem accipere poſſunt. Quouſq; enim, die quæſo, ita inſanimus in colligendis pecunĳs? quæ rabies
cogit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cogit quotidie à tã molesta cõcupiscẽtia infestari, & nunc̃ satiari, sed deterius habere c̃ ebriꝰ: Nã sicut illi quanto magis mero se ingurgitant, tanto magis flagrãt siti, & caminũ succendũt minus tolerabilem: ita nimirũ & isti qui sese tyrannidi auaritiæ subiecerunt, nullum concupiscentiæ finem sciunt: sed quanto plura affluũt, tanto magis flamma crescit, & caminus ardet ualidius. Non uidemus quòd ꝯ qui ante nos fuere, quanuis totius orbis uictores essent, ut ita dicã nudi & solitariꝰ ex hac uita abrepti sunt? hoc solum inde consecuti, quòd rationes & pœnæ pro omnibus ab eis exigentur: Et sæpenumero inimici facultates eorum inter se partiti sunt: peccata autẽ quæ ex illis contracta, ipsi soli secũ ferentes, abiere, & pro ijs magnæ indignationis supplicia sustinentes, consolatione undic̃ destituuntur. Quare igitur, dic oro, tam negligentes salutis nostræ, ita cõsultamus de anima nostra, quasi aliena esset & nõ nostra? Non audis Christũ dicentem: Quam dabit homo commutationem animæ suæ? Et iterum: Quam utilitatem accipit homo si totũ mundum lucrifaciat, animæ autem suæ detrimentũ patiatur? Num habes quod pro hac rependatur dignè? Etiam si totum orbem dixeris, nihil dices. Quæ enim utilitas, sicut dixit Christus, totum mundum lucrifacere, animæ autem detrimentũ pati, qua nihil nobis magis familiare? At nos eam quæ tam pretiosa est, cuius tantam curam agere debemus, ut nihil illi præferatur, sic despicimus ut quotidie dilacerpatur, & interim ab auaritia expugnetur, aliquando à luxuria laceretur, interdum ab ira confundaꝫ, & à quibusuis affectionibus multifariam uexetur: & ita erga eam affecti sumus, ut nullam illius geramus curam. Quis nos posthac dignabitur uenia, & ab imminente pœna eripiet? Idcirco obsecro, ut dum tempus habemus, detergamus eius sordes largis eleemosynis, & illis peccata nostra extinguamus. Ignem enim, inquit, extinguit aqua: peccatũ uero eleemosynæ. Nihil enim prorsus ita nos eximere potest à gehẽna ignis, atq; largitas eleemosynarũ. Hanc si præstiterimus iuxta leges à domino traditas, nempe nihil ad ostentationem facientes, sed ob amorem in deum, poterimus & peccatorum nostrorum maculas abluere, & diuinam misericordiam assequi, gratia & misericordia unigeniti filij dei, domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre simul & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Mat. 16.d

Et uisus est dñs Abraæ, & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Et extruxit ibi altare domino, qui uisus est ei. Hom. XXXII

PLurimus & ineffabilis in recens dictis thesaurus latet dilecti, & opus est intenta mente, sobriaq; & uigilãti ratione, ita ut nihil eorũ quæ in breuibus uerbis latent, nos prætereat. Nam propter hoc & misericors deus non facili & perfunctoria lectione uoluit nobis omnia manifesta & perspicua esse, ut excussa somnolentia nostra, uigiles ipsi multã decerpamus utilitatem. Solent enim ea quæ labore & inquisitione aliqua inueniũtur, magis infigi nostræ menti: ea uero quæ facile conquiruntur, citius è corde nostro auolare. Obsecro igit̃ ne simus negligentes, sed excitemus mentem nostram, & in ipsam scripturarũ profunditatem intueamur, ut maiori inde lucro accepto, domũ redire liceat. Est em̃ ecclesia dei mercatus quidam spiritualis, medicorumq; officina animabus: & par est, ut sicut qui ad nundinas ueniunt, inde multis mercibus conquisitis redeamus: uel quasi è medici domo, receptis quæ animabus nostris congruũt medicamentis, exeamus. Nõ enim ideo quotidie confluimus, ut cõuentus fiant, præterea nihil: sed ideo congregamur, ut unusquisq; pharmaco suis affectionibus congruo susceptο, domum concedat. Quomodo enim nõ fuerit absurdissimũ, quòd à pueris nostris quotidie à scholis redeuntibus petimus quid amplius discendo profecerint (neque enim sineremus eos frustra & absq; utilitate in ludum ire, nisi fructũ ampliorem inde consecuturos uideremus) nos aũt qui iustam ætatem habemus, & in spiritualibus scholis uersamur, nõ par illis studiũ exhibemus, maxime cum hæc in lucrũ & salutem animarũ spectent? Igitur obsecro, ut seipsum quotidie scrutet̃ unusquisq;, quid ex hodierna, quid ex proxima lectione utilitatis retulerit, ut ne uideamur & nos temerè atq; frustra adesse. Quod sane nos extra culpam facit, offerimus quicquid nostri est officij, & nihil prorsus quod possumus intermittimus: quod etiam ijs qui nobis succensent, nec occurrũt, nec dicta diligenter auscultant, maioris cõdemnationis erit occasio. Audi Christũ dicentem ei qui talentũ deserat: serue nequã, oportebat te pecuniã tuã apud numularios depositisse, & ueniẽs ego repetissem eam cum usura. De Iudæis aũt: Si nõ uenissem & locutus fuissem eis, peccatũ non habuissent: nunc autem excusationem nõ habent. Cæterũ nos nũc nõ hoc agimus, ut prorsum crimine careamus, & in nullo arguamur, sed uestrũ profectum uidere cupimus: & nostram lætitiã imminui arbitramur, quantumuis innocẽtes ipsi simus, nisi & uos studium laboribus nostris dignum exhibueritis. Hæc enim nostræ lætitiæ materia est, si uestra in spiritualibus incrementa uideamus. Et scio quidem quòd gratia dei tãtũ polletis intellectu, ut & alios ualeatis exhortari: sed iuxta beatum Paulum, memoriam uestram refrico, & prouoco uestrum zelum & promptitudinẽ animi, subinde hæc admonens, & cupiens uos perfectos & absolutos fieri. Nihilominus etiam hoc argumentum mihi est uestri in diuinis profectus, quòd tanta promptitudine quotidie huc conuenitis, & spirituali doctrina satiari non potestis. Nam quemadmodum corporalis cibi appetitus, indicium est bonæ ualetudinis: ita desiderium spiritualis doctrinæ, manifestissimum argumentum est animæ bene habentis. Quapropter & ego bene conscius uestri desiderij, quòd scilicet quantumuis producam sermonem, non possim uel sic explere desiderium

Matt. 25.c
Luc. 19.d
Ioan. 15.d
Rom. 11.b

derium, & alimento spirituali uos satiare, non desisto pro mea uirili, ea quæ dei gratia suppeditat in uestram utilitatem quotidie uobis proponere, & diuinæ scripturæ doctrinam mentibus uestris inserere. Agè igitur & hodie misericordem deum obsecremus, ut linguam nostram dirigat ad inueniendum quod quærimus, & pro more nostro afferamus doctrinã, propositis primum his quę lecta sunt charitati uestræ. Et uisus est, inquit, dñs Abræ.] Nunc primũ inuenimus in scriptura dictum, quòd uisus sit, & dixerit ei: Nónne bene dicebam ab initio, latere in paucis illis uerbis magnum thesaurũ? Ecce enim statim rarũ & admirabile procemiũ. Et uisus est, inquit, dominus deus Abræ. Neq; enim scriptura diuina uerbo hoc usa est, cum de Adam, uel de Abel, uel de Noe, uel de alio quopiã locuta est. Quid igitur est quod dicit: Et uisus est? Et quõ alibi dicit: Nullus uidebit deum, & uiuet? Quid igit̃ dicemus nũc scriptura dicente: Et uisus est? Quõ uisus est iusto? Nũ ipsam substantiã uidit? Nequaquã. Absit. Sed quid? Sic uisus est, ut ipse solus scit, & ut illi possibile erat uidere. Sapiens enim & misericors dñs noster multas scit uias quibus se humanæ attẽperat naturæ, & semetipsum his qui se antea præparauerunt dignè manifestat. Idq; demonstrat per Prophetam, dicens: Ego uisiones multiplicaui, & in manibus Propherarũ assimilatus fui. Quoniã & Esaias uidit eum sedentem: hoc autẽ deo indignum. Deus enim non sedet. quî enim potest, cum sit incorporea & locis incõprehensa natura? Et Daniel quoque uidit eum, ut antiquũ dierum. Zacharias aũt aliter eum contuitus est. Sed & Ezechiel aliter, unde dicebat: Ego uisiones multiplicaui: hoc est unicuique apparui pro sua dignitate. Et nunc quoq;, quia iustum à domo eius euocarat, & imperauerat ut in alienam iret terram, in qua agebat uagus & peregrinus, ut qui Chananæis illic adhuc habitantibus inquireret ubi domicilium haberet: bonus igitur dominus cõsolari eum, & eius solidare alacritatẽ uolens, ut ne torpesceret, neq; dubitaret ad promissionem iam sibi factam, qua dixit: Veni huc, & faciam te in gentem magnam: quandoquidẽ diuersa à promissione uidebat fieri & se obambulare uti abiectum & uilem, & omni præsidio destitutum, neq; habentem ubi diuerteret: ut igitur mentem eius excitet: Et uisus est dominus Abræ, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.] Est & hæc pollicitatio magna, & assimilis illi per quam eum à domo euocarat. Dixerat enim: Magnificabo nomen tuum: & propterea nunc iterũ dicit: Semini tuo dabo terrã hanc. Nam cum iam senex esset, filioq; careret ob Saræ sterilitatem, promittitur ei quòd terram acceptu-rus sit ex eo gignendus. Misericordiam dei hic, oro, considera, quomodo cum præsciret iusti uirtutem, uult eum omnibus manifestum facere, & ita elaborare ut quasi margarita aliqua clarescat. Vnde cum promissionem promissionibus adiunxisset, iterum paruam moram facit & differt, ut hac potissimum ratione Patriarchæ pietas monstretur: quia res secus quàm promittebantur euenire uidens, non inquietus erat, nec impatiens, nec turbabatur, sed immotum habebat animum, certus semel à deo sibi promissa rata & firma fore. Paulatim perscrutemur singula, ut sic & artificio sam optimi dei sapientiam, & simul curam quam erga iustum hunc declarauit, & Patriarchæ in dominum amorem addiscamus. Et uisus est, inquit, dominus deus Abræ. Quomodo uisus est? Sicut ipse solus scit, & ille uidere potuit. Non enim hoc dicere desinam, quandoquidem modum ignoro: audio enim solum scripturam dicentem: Et uisus est dominus deus Abræ, & dixit ei: Semini tuo dabo terrã hanc. Diligenter memores estote promissionum quæ à deo fiunt, ut cum audieritis iustum uarijs casibus iactari, discatis quàm fuerit excellentis sapientiæ, quàm solidæ fortitudinis, quàm firmi & immoti in deum amoris: & ex ijs quæ iusto illi contigerunt, erudiamini, ut ne existimetis derelictum esse à deo, si quando uideritis probum aliquem tentationibus uel alijs huius uitæ afflictionibus uexari: sed cogitantes multiplicem dispensationum dei uarietatem, relinquatis hoc incomprehensibili eius prouidentiæ. Nam si iustum illum tam pium, tantamq; præ se ferentem obedientiam permittit tentari talibus, quæ statim bene scietis, non despiciens famulum suum, sed alijs omnibus uolens illius detegere uirtutem: solet enim ita cũ iustis omnibus agere, & quotquot diuinarum lectionum estis studiosi, poteritis ex superioribus discere & inuenire, quòd ita famulorum suorum uitam dispenset: quomodo igitur non fuerit extremæ ingratitudinis & maleuolentiæ, non habere pro maximo signo magnæ curæ & ineffabilis misericordiæ dei, sed pro derelictione talem permissionẽ? Monstrans igitur eminentem suam potentium, duo hæc isto loco efficit, & ut seruorum suorum tolerantia fortitudoq; manifestetur omnibus, & suæ prouidentiæ sapientia etiam in medijs periculis difficultatibusq; summis elucescat. Nam cũ propè deploratæ sint res, tũc quorsum uult, dirigit omnia, neq; aliquid difficultatis in medio est quæ impedire queat. Et uisus est, inquit, dominus deus Abrę, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.] Magna & desiderabilis promissio, præsertim iusto. Scitis enim, quomodo qui iam prouectæ senectutis sunt, & omnem uitam absq; prole transegerunt, optant liberos. Itaq; dominus obedientiæ mercedem ipsi daturus, quia mox ut audiuit: Egredere de terra tua: non moras nexuit, non distulit, sed obediens imperanti, quod imperatum erat mox fecit, inquit: Semini tuo dabo terrã hanc. Vide quomodo per uerbum mentem eius erigit, & sufficientem ei tribuit laborum retributionem. Proinde & iustus suam gratitudinem declarans, statim ad gratiarumactionem conuertitur. Et extruxit illic, inquit, altare domino, quem uiderat.] Vide piæ mentis specimen. Et locum ipsum, ob suam cum deo consuetudinem ibi habitam, consecrauit, & gratitudinem pro uiribus declarauit. Hoc enim quod

Exo. 33.d
Ezech. 1.d
Esa. 6.a
Daniel. 7.b
Zach. 1.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod dicit, Extruxit altare: idem est quod gratias pro promissis egit. Et sicut homines nonnunquam amicitia mouentur, ut domos ædificent ijs qui synceriter amicitiam suam colunt, & nonnunquam etiam ciuitates condiderunt quibus familiariũ nomina indidere: Ita & iustus ille, uisionem dei assecutus, altare illi cõsecrauit. Et extruxit, inquit, illic altare domino, quẽ uiderat, & discessit inde.] Quid est, discessit inde? Quia deo locus ille segregatus & sanctificatus erat.

Discessit & transiit in montem uersus Oriẽtem Bethel, & erexit ibi tabernaculũ suum.] Tumultuarium, inquit, domicilium fecerat. Vide quomodo erat frugalis, & luxum fugiebat, quomodo tam expeditus ut cum uxore & famulis tam facilè migraret. Audiant uiri, audiant mulieres. Nam sæpe in uillam tantum exire uolentes, multa molimur, ualdeq; occupati sumus ut multa nobiscũ trahamus, quæ non solum nõ sunt nobis usui, sed & superuacanea, & inutilia, & pompæ gratia apparata, & tantum ut ea nobiscum circũferamus. Verum iustus ille non sic egit, sed quia dominus dignatus est cum ipso habere familiaritatem, ut locum consecrauit, & altarium extruxit, migrauit magna facilitate aliò. Et erexit illic tabernaculum suum Bethel iuxta mare & Agge, uersus orientem. Et ædificauit, inquit, altare domino, & inuocauit in nomine eius.] Vide quomodo per omnia religiosam mentem præ se fert. Illic enim ob promissionem sibi à deo factam aram extruxit, & à loco consecrato discessit: hic autem quia tabernaculum fixerat, iterum ædificauit, inquit, altare domino, & inuocauit in nomine domini. Vidisti mentem bene institutam, & sapientiæ deditam? Vidisti quomodo quod scribens admonet admirabilis orbis doctor beatus Paulus, & dicit: In omni loco leuantes sanctas manus: id Patriarcha prius opere cõpleuit, in singulis locis altaria condens, & domino gratias agens? Sciebat enim profecto sciebat quòd nihil aliud requirat ab humano genere dominus uniuersi, post innumera & in effabilia beneficia sua, quàm animam gratiarum actioni studentem, & scientem habere gratiã pro ijs quæ iam accepit. Cæterum uideamus, quomodo & hinc iustus migrat. Et discessit, inquit, Abram, & profectus castrametatus est in solitudine.] Vide iterum religiosam eius mentem, & sapientiæ studiosam. Iterum, inquit, discessit, castrametatusq; est in solitudine. Quare illinc discesserit? Fortè uidebat quibusdam incolis non placere suum aduentum: proinde eximiam suam mansuetudinem declarans, & quomodo tranquillitatẽ magnifaceret, & ne cum homine aliquid haberet negotij, solitudinem apprehẽdit. Profectus, inquit, castrametatus est. Aliena dictione usa est diuina scriptura. Nam quemadmodum de militibus solemus dicere, ita & de iusto hic dicit, quòd castrametatus sit, ut ostendat expeditum Patriarcham, quòd sicut milites absq; difficultate nũc huc, nũc illuc tentoria sua transferũt: ita & iustus ille, quãuis secum duceret uxorem & fratris filium, & tantum seruorum numerum, maiori tamen facilitate migrare solebat. Vidisti frugalem senis cum uxore & tot seruis uitam? Mihi magis admirabilis uidetur mulieris fortitudo. Cum enim cogito muliebris sexus infirmitatem, & animaduerto quomodo tam facilè tanta alacritate cum iusto peregrè proficiscitur, & subinde migrat, neq; ipsa molestè fert, neq; iusto negotium facit: obstupesco, & censeo quòd non minorem animum & fortitudinem quàm Abrã possederit & ipsa. Et hoc maximè sciemus, cum ea quæ cõsequenter lecta sunt pertractauerimus. Vidisti quomodo postquã audiuit, Semini tuo dabo terram hanc: non quieuit iustus ille, & nunc huc, nunc illuc migrauit: uide quomodo iterum à solitudine exigitur, non ab hominibus, sed necessitate famis. Et facta est, inquit, fames super terram.] Audiant qui temere & incircumspectè loquuntur & ominãtur, dicentes, quoniam ille aduenit, facta est fames: & quoniam ille adfuit, talia contigerunt. Ecce etiam in aduentu iusti fames, & fames ualida, & non turbatur iustus, neq; aliquid humanum patitur, aut suo aduentui tribuit famis causam. Sed quia uidit naturã frustrari, & inualescere famem: Descendit, inquit, in Aegyptum Abram, ut habitaret illic, quia inualuit fames super terram.] Attende quomodo iusto profertur peregrinationis meta. Dispensabat enim dominus ut non solum Palæstinam incolentibus esset doctor, sed & ijs qui in Aegypto erant, & lux suæ uirtutis manifestaretur omnibus: quasi enim luminare quoddã, eum qui in Chaldæorum delituerat terra, illinc euocarat, ut eos qui in tenebris errorũ sedebant, ad ueritatis uiã introduceret. Dixerit aliquis: Et quare non potius eos qui in Chaldæa erant ad religionem sua pietate cõuertit? Verisimile quidem est, illorum salutem per aliorum prouidentiam procuratã. Attamen audi Christum dicentem: Non est Propheta absq; honore, nisi in sua patria. Vt igitur opere impleret promissionem, quam illi fecerat dicens: Et magnificabo nomen tuum: propterea & famem oriri permittit, & urgente necessitate in Aegyptũ eum ire cogit, ut discerẽt & qui illic erãt, quanta lucri uirtus. Nam fames quasi lictor, ceu uinculis iniectis, ita ui è deserto in Aegyptum eum abstraxit. Sed uideamus quæ hinc sequũtur, & in quantas difficultates iustus incidit: ut & eius fortitudinem discamus, & uxoris illius sapientiæ studiosam mentem. Postquã igitur multum itineris processerant, & proximè Aegyptum erant, cœpit hæsitare iustus, & de uita sua sollicitus pauide cum uxore cõsultat. Factum est, inquit, quando Abram appropinquabat, ut intraret in Aegyptũ, dixit Saræ uxori suæ: Scio quòd formosa sis mulier: futurum itaq; ut cum te uiderint Aegyptij, dicant: Ista est uxor eius, & occident me, te autem uendicabunt. Dic igitur, soror eius sum, ut mihi propter te bene fiat, & uiuat anima mea propter te.] Vidistis ex uerbis, in quanto angore & metu constitutus fuerit iustus, & neq; turbabatur animo, neq; cogitans intra se, dicebat: Quid

1. Tim. 2. b

Matth. 13. a

Quid hoc? num derelicti sumus? num decepti sumus? num nos prouidẽtia sua destituit dominus, qui dixit: Magnificabo te, & semini tuo dabo terram hanc? Num ille nos permittit nunc de extremis timere, & in manifestũ incidere periculum? Nihil horum uel in mentem admittendum existimauit iustus, sed unũ hoc curabat, quomodo arte aliqua excogitata posset & famis consolationẽ inuenire, & Aegyptiorum manus effugere. Scio, inquit, quòd formosa mulier sis. Vide quanta mulieris erat formositas: nam & cũ in senectam iam uergeret, & post tot annorum numerũ adhuc durauit uigor pulchritudinis in facie, etiam post tantam miseriam & malorum sustinentiam, quam in uia fuit experta, de locis in loca migrando, & à Chaldæorum regione in Charran, & à Charran in Chanaan, & rursus in Chananæa huc atq; illuc, & nunc rursus in Aegyptum. Quem nõ fortium uirorum defatigarent tot continuæ peregrinationes? Verum egregia hæc mulier, etiam post tot exantlatas erumnas, luculẽta adhuc est facie, unde & uehementem ac congruam curam afferebat iusto: ideo & dicebat, Scio quòd mulier formosa sis: futurum itaq; ut cum te uiderint Aegyptij, dicant: Ista est uxor eius, & occident me, te autem uendicabunt. Considera, quantum confidebat personæ mulieris, non timens ne fortè laudibus remissior fiat, quin & tale adfert consiliũ, dicens: Vt ne me quidem occidant, te autem uendicent: dic igitur, Soror eius sum, ut mihi benefiat, & uiuat anima mea propter te. Quoniã non uulgare erat quod imperabat, propterea uerbis quæ subdidit, allicere & ad misericordiã flectere, persuadereq; eam uolebat, ut prompte in hac fabula partes suas ageret. Futurum itaq;, ut cum te uiderint Aegyptij, dicãt: Ista est uxor eius: & occidẽt me, te autem uendicabũt. Non dixit, uim tibi inferent: non uult enim eam nunc contristare, propter famem fugientẽ, & grauatim in Aegyptiorum potestatem se permissuram. Eris igitur mihi salutis causa, ut mihi bene sit propter te. Miserabilia sunt hæc uerba, sed & multus erat timor propter insaniam Aegyptiacam. Et quia nondũ mortis erat soluta tyrannis, propterea in adulterium uxoris consentit iustus, & quasi seruit adulterio, in mulieris contumeliam, ut mortẽ effugiat. Erat adhuc terribilis facies mortis, nondũ erant æreæ portæ cõfractæ, nondum erat aculeus eius hebetatus. Vidisti amoris copulam maritum inter & uxorem? Vidisti maritum qualia uxori suggerere sit ausus? & quale consilium acceperit mulier? Et nõ renuit, neq; grauatim fert: sed omnia facit, ne prodatur commentũ fabulæ. Audiant uiri & mulieres, & imitentur horum cõcordiam, uinculum charitatis, pietatẽ insignem, & beatam Saræ continentiã, quæ & uetula in tanta uenustate permanẽs, certabat cum iusto uirtutibus: ideo & tantam eius curã habuit deus, tantumq; supernè illi retributum est. Nullus igitur accuset pulchritudinem, nullus uana uerba hęc dicat: Hanc perdidit forma, huic pulchritudo causa fuit interitus. Nõ pulchritudo in causa est: Absit, opus enim dei est & ipsa: sed peruersa uoluntas malorum omnium causa est. Vidisti admirabilem hanc mulierem utrinq; relucẽtem, & ob pulchritudinẽ animæ, uestigia iusti proximè sequentẽ, & ob formositatem faciei? Hanc imitẽtur mulieres. Ecce & uenustatis decor, & sterilitas, & tantũ tempus, & facultatum abundantia, & tot migrationes & peregrinationes, & continuæ crebræq; tentationes, & quic quid tale, mentẽ eius mouere non potuerunt: immobilis eñ mansit. Vnde ob patiẽtiam, dignam mercedem reportauit. In extrema eñ senectute, ex uulua sterili, & utero emortuo parere potuit. Vt mihi, inquit, bene fiat propter te, & uiuat anima mea propter te: quasi diceret: Nihil aliud relictum est quo seruer, q̃ ut dicas: Soror eius sum. Fortasis enim effugiam periculũ quod expecto, & posthac propter te uiuã, & tibi quod reliquum uitæ fuerit, acceptum feram. Sufficiebãt hæc uerba ad cõpassionem uxori mouendam, & ad persuadẽdum. Hoc uerè est coniugiũ: quoniam non solum in prosperitate, sed & in periculis simul obambulant. Hoc germanę charitatis indicium est, hoc signo certissimè internoscitur amicitia. Non sic diadema capiti impositũ regem illustrat, atque obedientia hanc fœminam, qua consilio iusti paruit, beatam illustrem & clarã reddidit. Quis nõ obstupescat hanc parẽdi facilitatem si rectè recogitet, quòd post tantã cõtinentiã, & in tali ætate, ad hoc ut iustũ seruet, quantũ in se erat, etiã adulterio se exposuit, et barbarorum tulit cõgressum? Sed paulisper expecta, & uidebis mirificè sapientem dei prouidentiã. Nã propterhoc deus tãtam præ se tulit longanimitatẽ, & opitulari distulit, ut iustum clariorẽ faceret: & per ea quę illic fiebant, nõ solũ Aegyptij, sed & Palæstini discerẽt, quanta beneuolẽtia domini omniũ hic patriarcha protegatur. Factũ est, inquit, quãdo intrauit Abrã in Aegyptum, ut uiderunt Aegyptij uxorẽ quòd esset ualde pulchra: & uiderunt eã principes Pharaõis, & laudauerũt eam apud Pharaonẽ, & introduxerũt eam in domũ Pharaonis, & Abram bene usi sunt propter illam. Et fuerunt ei oues, & uituli, & asini, & serui & ancillæ, & muli & cameli.] Vide quomodo ea quæ prius iustus suspicabatur, re ipsa euenerunt. Nam ut in Aegyptũ intrauit, ut uiderũt Aegyptij mulierem quòd pulchra esset ualde. Nõ simpliciter inquit pulchra, sed excellenter, ita ut omnes qui eam uidebãt, alliceren tur. Et ut uiderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt eam corã Pharone. Oro dilecte, ne temerè prætereas q̃d dictũ est, sed admirare quomodo nullus Aegyptiorum mulieri, utpote peregrinæ, & à terra aliena aduentanti aliquid fecit, neq; contempserunt uirum: sed ingressi, regi omnia nuntiauerũt. Cæterum hoc factum est, ut res fieret manifestior, & ultio non in priuatum & plebeium aliquem, sed in regem sæuiret, ut ubiq; diuulgaretur hoc factum. Et introduxerunt eam in domum Pharaonis. Protinus ab uxore iustus abducitur, & ipsa ad Pharaonem introducitur. Con

Universidad de Deusto
Biblioteca

sidera quanta dei longanimitas, quomodo nõ ab initio, neq; à procœmijs suã declarauit prouidentiam: sed permisit omnia fieri, & quasi in fauces bestiæ mulierem incidere, & tum demũ manifestam facit omnibus suam uirtutem. Et introduxerunt eam in domũ Pharaonis. In quo statu putas per illud tempus erat mulieris mẽs? quomodo turbata erat ratio? quomodo fluctus eleuabantur? quomodo naufragium nõ fecit, sed mansit quasi immobilis petra ad cœlestem gratiam semper spectans? Quid autem dicam mulierem? quid ueri simile est fuisse iusto, illa in domũ Pharaonis introducta? Et Abrã, inquit, bene usi sunt propter illã. Et fuerũt ei oues, & uituli, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli, & asini.] Hæc autẽ ipsa quæ honoris & ministerij gratia data sunt ei, quo modo nõ magnũ rogũ in eo succenderũt? quomodo aũt non eius exulsit mentẽ, & deflagrare fecit rationẽ, cogitatio causæ tãtorum donorũ? Vidisti quomodo propè ad finẽ uenerint pericula? Vidisti quomodo nulla iuxta humanã cõsequentiam spes correctionis relicta? Vidisti quomodo iuxta humanam opinionẽ res deploratæ? Vidisti quomodo quasi in gulã bestiæ mulier inciderit? Vide cõsequenter ineffabilẽ dei misericordiã, & obstupesce patientiæ eius excellentiam. Et examinauit, inquit, deus Pharaonẽ examinibus magnis, & grauibus, & domũ eius, propter Sarã uxorem illius.] Quid est, examinauit? pœnã, inquit, exegit flagitij & mali conatus examinationibus magnis. Nõ simpliciter puniuit regẽ, sed pœnis magnis. Nam quia flagitiũ non erat uulgare, sed uade magnũ, ideo et pœna magna. Et domum eius, inquit: nõ ipsum solum, sed & domũ eius. Et qua de causa, cum rex peccet, omnes de domo eius pœnæ sunt participes? Non absq; ratione hoc fit, sed ut per hoc regis insania cõpescatur. Grauiori em plaga indigebat, ita ut ipse exterreretur. Et ubi hoc iustum, propter illum alios puniri? Non propter illum solum pœnam sustinuerant, sed uerisimile est eos cooperatos fuisse, ut aliquando committeretur iniquitas. Audisti enim supra scripturam dicentẽ: Quia uiderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt & introduxerunt eam in domum eius. Vidistis eos lenonis agere officiũ in regis gratiã, auferendo iusti uxorem? Quapropter non ipse solus, sed & omnes qui adhærebant, pœnæ fuerũt participes: ut discerẽt quòd nõ in quẽuis peregrinũ furorem suum exercuerint, neq; in hominem è medio uulgo, sed in uirũ cuius tutor deus, tanta illum cura prosequẽs. Et idcirco acerbissima pœna cõcutiens eius mentẽ, discedere fecit ab nephario flagitio, coercuit ab irrationali impetu, cohibuit incontinentẽ mentẽ, alligauit concupiscentiã indomitã, refrenauit furoris insaniã. Propterea consequenter uide quanta lenitate loquitur rex tyrannus hospiti, quasi uago obambulanti, cui & uxorẽ auferre ausus fuit. Et pulchre dixit scriptura, quòd examinauit deus Pharaonẽ & domum eius ob Saram uxorẽ Abræ. Sensum ei pœna præstat, quòd sit uxor iusti. Etenim & in

A domum introducta, mãsit uxor iusti. Cum uocasset autem Abram Pharao, dixit: Quare hoc fecisti mihi?] Vide qualia uerba rex profatur: Cur hoc fecisti mihi? inquit. Egóne tibi feci, peregrinus, nulli notus, qui propter famem adsum: regi, tyranno, & imperanti super Aegyptum? Cur feci tibi? Tu abstulisti uxorẽ: Nónne sicut peregrinum & hospitem despexisti, cõtempsisti, nullius momenti me habuisti? Omnino intemperãti concupiscentiæ tuæ obsecutus es, & quæ tibi placebant, opere uolebas compleri. Quid igitur feci tibi? imo ipse magna mihi fecisti, & grauia in me commisisti. Vide quãta rerũ uicissitudo: Rex priuato dicit: Cur fecisti mihi? Deũ, dicere uult, inimicum mihi reddidisti, iram eius super me induxisti, pœnę obnoxiũ me fecisti. Fecisti ut pœnam lueret tota mea domus, eorũ quæ in te admiserũt. Cur hoc fecisti? Quare nõ annũtiasti mihi quòd uxor tua esset? Quare dixisti: Soror mea est, & accepi eam mihi uxorẽ? Ego, inquit, quasi sororem tuã uolebã ducere. At unde didicisti quòd uxor fuit iusti? Vltor tãtæ iniquitatis ille mihi rem indicauit. Cur fecisti mihi hoc, & nõ indicasti mihi quòd uxor tua esset? nõ accepissem eam mihijpsi uxorem peccaturus. Quasi sororem tuam habitarus hoc feci. Attẽde quomodo supplicij grauitas concusserit eius mentem, ita ut & iusto rationẽ redderet, & omne erga eum exhiberet officiũ. Quãuis nisi dei fuisset gratia, quæ mentem eius emolliebat, consectaneum erat quòd in maiorem furorem inductus, quasi deceptorẽ puniuisset, & extremis affecisset supplicijs. At nihil horũ fecit. Timor enim supplicij inflammatã eius iram humiliauit & restinxit. Vnde unum hoc curat, ut in iustum officiosus sit. Rescisit em tandẽ, quòd non esset possibile eum uulgarẽ quempiã esse, qui tanta superna gratia fruebatur. Et nunc ecce uxor tua coram te, accepta ea ocyus uade.] Nunc, inquit, quia cognoui quòd non est soror tua, sed uxor, ecce habes eam. Neq; enim offendi in aliquo coniugium uestrũ, neq; priuaui te uxore tua. Sed ecce uxor tua coram te, accepta ea ocyus uade. Quæ lingua, quæ mens poterit dignè quæ facta sunt admirari? Mulier præfulgida forma, simul cum uiro Aegyptio, & rege, & tyranno, & sic insano & incontinente concumbens, intacta egreditur, seruata castitate sua. Talia enim, sicut prius dixi, sunt quæ à deo dispensantur, rara semper & admirabilia: & quando apud homines desperatũ est, tunc potentiã & sapientiam suam deus declarat. Enimuero sicut admirabile & rarũ erat uidere uirum desideriorum stare in medio ferarum, & nihil pati: sed quasi oues eum circũstetissent, ita illæsum egredi è lacu: Et tres pueros in camino, quasi in prato & paradiso uersari, & nihil ab igne lædi, sed egredi inde tanquam statuas: Ita admiratione dignum est & hoc facinus, quòd iusti uxor nullam uim passa à rege Aegyptio, tyranno, intemperãte, exiuit salua. Deus enim erat qui faciebat omnia, & in inuijs uiam dabat, & spem bonã semper in rebus deploratis afferre ualet. Et nunc

B

C

D

Dan. 14

Dan. 3

inquit

inquit: Ecce mulier tua corã te, accepta ea ocyus uade. Ne existimes, inquit, à nobis uiolatã illam. Nam licet per ignorantiã attentauerimus, quæ facta sunt, certe nũc cognouimus quomodo tibi cõiuncta sit. Indignatio em quæ in nos defæuijt, docuit nos quantũ gratiæ tibi sit apud deum omniũ. Accepta igit uxore ocyus uade. Terribilis post ea erat eis iustus, & propterea magnis officijs eũ prosequi cõtendũt, placãtes ipsius dominũ propter ea quę in illũ cõmiserãt. Vidisti dilecte, quantum bonum est patientia & fortitudo? Hic, quæso, memor esto uerborũ illorum quæ dicebat Aegyptũ ingressurus: Scio quòd mulier pulchra sis: futurũ itaq; ut cum te uiderint Aegyptij, me quidem occidant, te autẽ seruẽt. Illis igitur in mẽtem resumptis, cõsidera etiã quæ nunc fiunt, & admirare simul iusti tolerãtiam & misericordis dei uirtutem, quanta cum gloria redire facit iustum, qui cum tanto timore & metu descenderat. Et præcepit, inquit, Pharao uiris super Abram, ut inde deducant eum, & uxorẽ eius, & omnia quæ eius erant, & Loth cum eo.] Magna cum claritate & gloria, locupletatus q; diuitijs redit iustus: et fit doctor per ea quæ contigerunt nõ Aegyptiorum solum, sed etiam omnium qui in itinere erãt, & qui in Palæstina habitabãt. Nam quotquot uiderant eum, quando descendit fame coactus, pauidũ & trepidum: nunc uero redeuntem cum tanta claritate & facultatibus, & diuitijs, discebãt uirtutem prouidentiæ dei erga illum. Quis uidit unquam? quis audiuit? Abijt ut famem suam mitigaret, & diuitijs abundãs, ineffabili q; gloria redit. Ne admireris dilecte, ne factum hoc ita rarum tibi uideatur: imò admirare & obstupesce, & glorifica cõmunis omniũ domini uirtutem. Et uide etiam illius nepotes ob eandem famis necessitatẽ in Aegyptũ descendisse, & ibi in graui seruitute uiuentes, multas exantlasse erumnas, magna tamen felicitate tandem redijsse. Talis enim est sapientissimus & optimus deus noster, quãdo permittit augeri & coaceruari molestias, tunc rursus discussa tẽpestate serenitatẽ rerum q; mirã uicissitudinem facit, docens nos suæ potentiæ magnitudinem.

A

B

C

CAP. XIII Ascendit autẽ Abrã ex Aegypto, ipse & uxor eius, & omnia quæ eius erant, & Loth cum eo, in solitudinẽ.] Opportunè hic quis accommodarit uerba illa, quæ beatus Dauid ijs qui à Babylonia redibant captiuitate dicebat: Qui seminãt in lachrymis, in exultatione metẽt. Euntes ibãt & flebant mittentes semina sua. Venientes autem uenient in exultatiõe, gestantes manipulos suos. Vidisti descensum anxietate atq; timore plenum, habentem secũ & mortis formidinẽ? Vide nunc reditum claritate & dignitate conspicuum. Omnibus posthac uenerabilis erat iustus ille, tam ijs qui in Aegypto, quàm ijs qui in Palestina, quis enim non reuerítus fuisset sic à deo custoditum, & tantam beneuolẽtiam assequutum? Neminem enim fortè latebant ea quæ regi familiæq; eius acciderant. Omnia enim deus propterea permisit, & eò usq; durauerunt tentationes iusti, ut eius patientia clarior fieret, & facta eius in totũ orbẽ diuulgarentur, ita ut nullus esset, qui iusti uirtutẽ ignoraret. Vidistis dilecti quantũ ex tentationibus lucrum? Vidistis quantum patientiæ præmiũ? Vidistis & uirum & mulierem, & senem, & uetulam, quantum philosophiæ præ se tulerunt? quantum fortitudinis, quantũ mutuę dilectionis, quantum charitatis uinculum demonstrarunt? Illum omnes imitemur, & nunquam tristemur. Ne existimemus esse signum quod nos dereliquerit & despiciat dominus, si tentationes nobis inferantur: sed hoc maximum sit nobis indicium quòd deus nostri curam gerat. Nam & si habeamus peccatorum sarcinas quæ nos premant, poterimus magnam patientiam & gratitudinem declarãdo leuiores eas facere: & si non multa habeamus peccata, sic quoq; maiori fruemur gratia, si grato animo tulerimus. Quia em deus noster liberalis est, & nostræ salutis curam gerit: ea de causa quasi lucram & exercẽdi materiã nobis proponit, & protheatro tentationes inferunt: ut si quod nostrum est afferamus, largiore dignetur nos cura. Quod cum sciamus, ne tristes simus in tẽtationibus, neque afflictiones grauatim feramus: sed & gaudeamus, iuxta beatum Paulum: Nunc enim, inquit, gaudeo in afflictionibus. Vidisti animã gratam? Nam si in afflictionibus gaudebat, quomodo potuit unquã in tristitia esse? si quæ alios afficiunt tristitia, ipsi pariebãt lætitiæ occasionem, cogita oro, in quo statu illius erat anima. Et ut discas q; nõ sit possibile aliter nos promissa bona assequi, & regno cœlorum dignos fieri, nisi per afflictionem uitã præsentem transeamus, audi apostolos dicentes eis qui nuper ad fidem conuersi erãt: Et cum docuissent, inquit, multos, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam, denuò confirmantes animas discipulorũ, exhortantesq; ut perseuerarẽt in fide, & quòd per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnũ cœlorum. Qualis igitur posthac erit nobis excusatio, si noluerimus fortiter ferre quæ inferuntur: præsertim scientes quòd non sit possibile aliter salutem nos assequi, nisi hanc iuerimus uiam? Audi & Christũ dicentem: In mundo afflictionem habebitis, sed confidite. Vt ne audita tristitia, spe excidant, statim fiduciam eis affert, & suam pollicetur gratiam. Sed confidite, ego uici mundum. Habes, inquit, eum qui grauia alleuiet, qui nõ permittat te submergi ab illatis tentationibus, qui cum tentatiõe & exitum præbeat, & nõ permittat supra nostras uires inferri grauia. Quid tristaris? quid mœres? quid impatiẽs es? quare tam abiecto animo es? Nam, si quæ nostra sunt attulerimus, patientiã dico, & fortitudinẽ, & mẽtis gratitudinem, nos sinet despici? Num & si desperatæ sunt res, uincere possunt sapientiã domini nostri? Nos quę nostra sunt exhibeamus, & synceram habeamus fidem, scientes q; sint hæc facilia animarum nostrarum præsidi. Et ipse qui melius nouit q; nos, quid cõducat: ita res dispẽsabit, ut sibi honorificũ, & nobis utile: quò & patiẽtiæ mercedem accipiamus, & eius

D

Psal. 125.d

1. Thes. 1.c

Act. 14.d

Ioan. 16.g

1. Cor. 10.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratiam consequamur, gratia & miserationib. do A
mini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperiũ, honor nunc et sem per, & in secula seculorum, Amen.

Abram autẽ erat diues ualde pecoribus & argento & auro. & profectus est unde uenerat, in solitudinem usq; Bethel, usq; ad locũ in quo prius fuit tabernaculũ eius, inter Bethel & inter Agge, ad locũ altaris quod ibi principio fecerat. Homilia XXXIII

GVM alacrẽ uestrum conuentũ, & ingẽs audiendi desideriũ hodie uideã, æs alienũ, quod charitati uestræ debeo dinumerare uolo. Et scio eius uos oblitos esse, eo quòd multi dies interciderint, sermoq; no ster ad alia interim sit digressus. Dicendorũ enim B consequentiã interrupit sanctarũ feriarũ aduentus. Incongruũ em erat, ut festa crucis dominicæ celebrãtes, de alijs sermonẽ afferremus: sed mensa uobis proponenda erat suis congrua temporibus. Et idcirco quando uenit dies traditionis & passionis, continua docendorũ serie resecta, præsentibus quæ urgebãt nos accõmodantes, primũ in cõditorẽ linguã laxauimus: deinde de cruce aliqua in mediũ protulimus. Postea, illucescẽte resurrectionis die necessariũ erat, ut de resurrectione domini charitatẽ uestrã doceremus: & sequentibus dieb. propter miracula quę tunc facta sunt, resurrectionis demonstratio iterũ afferenda erat: in quibus etiã in manus accepimus Apostolorũ acta, inde uobis continua proponentes cõuiuia, C & crebris quotidianisq; admonitionibus eos qui nuper baptismi gratiã acceperant, exhortantes. Nunc autẽ necessarium ut debiti memor sim, & uobis satisfaciam, tametsi uos debiti genus ignoretis, utpote curis multis impliciti, & soliciti pro uxoribus & liberis, et quotidiana alimonia, multisq; alijs negotijs. Verũ nos qui nullis id genus curis turbamur, & uobis debiti memoriã suggeri mus, & ad restituendũ nos paramus. Neq; admiremini hanc nostram benignitatẽ. Huius enim alieni æris genus à corporalib. pecunijs diuersum est. In illis enim nunq; debitor tantum gratitudinis præ se fert. Scit enim quod dinumerando pecunias, suam imminuat substantiã & accipientis augeat facultates. Non aũt ita est in spirituali de- D bito, sed in eo dinumerãs dum soluit, magis abundat, & accipientibus maiores accrescunt opes. Et idcirco illic magna ingratitudo esse solet, hic autem utriscq; lucrum est, & dinumerãti, & accipientibus. Atq; id quod de charitate admonuit beatus Paulus, dicens: Nemini quicq; debeatis, nisi ut diligatis inuicẽ: indicat, hoc debitũ semper solui, & nihilominus durare semper. Et qa uos ad capiendum parati semper estis, istucipsum & nos debitores locupletiores facit, & uobis magnæ utilitatis est materia. Igitur quoniã talis est huius debiti natura, ut quanto magis depẽditur, tanto auctiores nostras reddat opes: agẽ doceamus nunc & debiti materiam, ut & ipsi alacriores dicenda suscipiatis, & nostram gratitudinem boni consulentes, nos diligenti auscultãdi studio remuneretis.

Quænam igitur debiti materia? Scitis & memores estis, quando de Patriarcha quædam in medium attulimus, quomodo demõstrauerimus descensum eius in Aegyptũ propter famem, & rapinam Saræ à Pharaone factã, & indignationẽ dei quam in Pharaonẽ & domũ eius ob suã erga iustum curã immisit, & reditũ Patriarchæ ab Aegypto magna cũ gloria. Mandauit enim, inquit, uiris super Abram, ut deducant eum & uxorem eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo. Ascendit autẽ Abram ex Aegypto, ipse & uxor sua, & omnia quæ erant illius, & Loth cum ipso in solitudinem.] Hic sermonem missum fecimus, & eum mediis diebus transtulimus in doctrinam, quam requirebant tunc occurrentes feriæ. Ideo hodie fuerit operæpretium, ut dicenda cum dictis cõtexamus, & quasi in unum corpus coaptemus, quò sermo fiat magis perspicuus. Et quò manifestiora sint quæ dicuntur, operæpretiũ fuerit, ut charitati uestræ proponatur principium eorũ quæ hodie sunt lecta. Abram autem, inquit, erat diues ualde pecoribus, & argẽto, & auro: & profectus est unde uenerat, in solitudinem usq; ad Bethel, usque ad locum in quo prius fuit tabernaculũ eius, inter Bethel & inter Agge, ad locũ altaris, quod illic principio fecerat: & inuocauit Abram nomen domini dei.] Ne præteream us obiter lecta, sed discamus clarè diuinarum literarum diligentiam, quomodo nihil nobis superuacuũ narret. Abrã aũt, inquit, erat diues ualde. Considera primũ istucipsum, quod nõ frustra assignauit. Neq; em temerè & inuanũ diuitẽ nũc uocat, id quod nullibi aliãs meminit, sed nunc primũ dicit quòd diues fuerit. Quare hoc, & quam ob causam? ut discamus diuinæ sapiẽtiæ solertiã, & suæ in iustũ prouidentiæ immẽsam & excellentem potentiã. Nã qui famis necessitate in Aegyptum peregrinari coactus fuit, & angustias quas in Chananæa experiebatur ferre nõ poterat, is subitò diues factus est: & diues non tantum pecoribus, sed & argento & auro. Vidisti quãta dei prouidentia: abit, ut aliquã famis consolationẽ inueniat: & redit, nõ solum fame mitigata, sed & diuitijs, & indicibili gloria cõspicuus, & omnibus manifestus qualis nam esset: postea enim & Chananæ inhabitatores clarè iusti uirtutẽ didicerũt, uidentes rerũ mutationẽ tam repentinã, & tãtis diuitijs affluentẽ, qui ut peregrinus & quasi fugitiuus & uagus in Aegyptũ descẽderat. At tu uide quomodo hic neq; prosperitate, neq; diuitiarum affluentia remissior uel negligẽtior factus est: sed iterũ contẽdit ad eum locũ, ubi prius fuerat priusquam in Aegyptũ concederet. Venit enim, inquit, in solitudinẽ, usq; ad locum ubi prius fuit tabernaculum eius, ad locũ altaris quod fecerat ibi principiò, & inuocauit nomen domini dei. Cogita, obsecro, quãtus erat quietis & tranquillitatis amator, & in diuino cultu cõ sedulus. Ad eum enim locum, inquit, accesit, quem prius ædificauerat, & in quo nomẽ domini inuocauerat. Ecce iam

iam multis antea seculis impleuit hoc qd' postea A
Psal. 83. c à Dauid dictum est: Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ. Solitudo enim propter inuocationẽ nominis domini dei gratior ei erat q̃ ciuitates. Sciebat enim, sciebatq; clarè, quòd ciuitatis magnitudinem non facit ædificiorũ pulchritudo, neq; incolarum multitudo: sed inhabitantium uirtus, propter quã & solitudo ciuitatibus dignior est, quæ uirtute iusti ornatã, & orbe toto fit fulgidior. Et Loth, inquit, qui cum Abram ibat, erant oues, & boues, & armenta, neq; capiebat eos terra, ut simul habitarẽt. Erat quippe substantia eorũ multa, & non poterant habitare simul.] Non solũ Patriarchæ facultates auctæ sunt: sed & Loth, ingt, erãt oues, & boues, & armẽta. Fortè partim Ab- B ram, utpote liberalis, illa Loth fratris filio donauerat, partim alij dederant in Patriarchæ gratiã. Et nõ capiebat, inquit, eos terra: erat quippe substantia eorũ multa. Vide quòd facultatũ multitudo statim causa fit discessus, diuisionẽ operatur, concordiam impedit, & cognationis uinculũ dirimit. Et facta est pugna inter pastores pecorum Abræ, & inter pastores Loth: Chananæi autẽ & Pheresæi tunc inhabitabant terrã.] Attende quo modo familiares discessionis initiũ faciunt. Hinc enim semper mala omnia pullulant à famulorum nequitia. Facta est enim, inquit, pugna inter pastores. Hi diuisionis occasionem præbuerunt, hi concordiam dirimebant, hi multam morum inciuilitatem præ se ferebant. Chananæi autẽ & Phe C resæi tunc inhabitabãt terram. Quare nobis hoc assignauit? quoniã dixerat, quòd non capiebat eos terra ut habitarent simul: causam quoq; docere uoluit diuina scriptura, quòd ideo eos non capiebat, quia à gentibus illis præoccupata erat. Verum nos religiosam Patriarchę mentẽ uideamus, quomodo sua lenitate exarsurum incendium restinguit. Dixit autem, inquit, Abram ad Loth: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & tuos, quia homines fratres sumus nos.] Vide insignem modestiã, uide sublimem philosophiã, ætate & dignitate senior, iuuenẽ, fratris filiũ, fratrem appellat, & in eandem in qua ipse erat dignitatem euehit, nihilq; minus illi q̃ sibi tribuit: sed dicit, Ne sit rixa inter me & te, inter pastores me- D os & tuos. Indignè enim hoc fieret, quoniam fratres sumus. Vidisti quomodo Apostoli legem im-
1. Cor. 6. d plet, quæ dicit: Itaq; iam quidem omino delictum in uobis est, quòd lites habetis inter uos inuicem. Cur non potius iniuriã patimini? cur non potius damnum accipitis? immo uos iniuriam facitis, & damno afficitis, idq; fratres. Hæc omia operibus implens Patriarcha, dixit: Ne sit rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos, quoniã homines fratres nos sumus. Quid hac anima pacatius? Proinde non frustra, neq; temerè principio dicebam, quòd amore quietis & trãquillitatis solitudinem locis frequentibus prætulerit. Attende em, quomodo & nunc uidens pastores confligere, statim initio tentat restinguere incendium quod eruptu

rum erat, & contentionem sedat. Debebat enim ipse, utpote missus omibus Palæstinæ cultoribus sapientiæ doctor, nullam scandali dare occasionem, uel ansam concedere: sed morũ lenitate, tuba clarius omes erudire, & suę uirtutis facere imitatores. Ne sit, inquit, rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos, quoniam homines fratres sumus. Multa uerborũ lenitas, inter me & te. Considera quomodo ei loquit̃ ceu honore pari, quãuis opinor nõ aliunde rixas fuisse exortas, quàm quòd pastores Patriarchæ nõ permiserũt illis eadem copia frui, qua ipsi. Sed iustus æquabiliter omnia facit, spectmẽ præbens eminẽtis suæ sapientiæ, ac docens non tantum præsentes, sed posteros etiam omnes, nunquam cum proximis esse dimicandum, cum quibus nobis contentio incidit: alioquin ea res magnam nobis affert ignominiã, & non illis imputãtur quæ fiunt, sed in nos transfertur reprehensio. Quomodo enim rationi consentaneũ, quòd homines qui fratres sunt, qui eandem naturã sortiti, qui eiusdem sunt familiæ, qui eodem loco habitaturi sunt, quos mãsuetudinis, lenitatis, & omnis Philosophiæ doctores esse oportebat, inter se cõtendant, & digladientur? Audiant hæc qui se extra crimina putãt esse, quando propter familiaritatem suis ministris permittunt & cõniuent rapere, decipere, multa mala machinari, & in ciuitatibus & in agris, & auferre ui à uicinis, nunc agrum nunc domũ, eaq; de causa maiori tales beneuolentia prosequuntur. Nam licet iniuriæ illæ opus alienum sint, tamẽ & ipse negotio cõmunicas: nõ solum quòd oblectaris facto, & credis inde facultatibus tuis incrementum accedere: sed quòd non prohibes, ne facinus cõmittatur. Nam qui prohibere potest eum qui iniuriã facit, & non prohibet, is non minorem luet pœnam, q̃ qui iniuriam fecit. Obsecro igitur, ne seducamus nosmetipsos: sed & ipsi fugiamus rapinas & fraudes, & existiusmodi artib. emolumenta & lucra: & familiares nostros erudiamus ne quid tale operentur. Non enim hoc nos insontes facit, sed potius maiori cõdemnationi obnoxios: quia in nostri gratiam illi suam amittentes salutẽ, iniustitiam audent, & ipsi intereuntes nos secum rapiũt. Quòd si prudentes esse uoluerimus, et ipsi ab eo damno liberabimur, & illos à malis conati bus abarcebimus. Porrò nolo mihi dicas friuola illa uerba: Nihil mihi curæ est: nunqd ego rapui? nihil mihi ea de re constat: alius fecit, non fui particeps iniustitiæ. Prætextus illa sunt, & inane cõmentum. Si uis declarare, quòd non communicaueris iniustitiæ, neq; auaritiæ fueris operarius, emẽda factum, solare eum qui iniuria affectus est, redde ablata. Sic enim & teipsum à criminibus liberabis, & iniuria affectum eriges. Si declaraueris, quòd nõ sunt hæc facta iuxta uoluntatẽ tuã, & obseruaueris pauperẽ, non sines eum à tristitia absorberi, quam ablatis bonis suis passurus erat. Ne sit, inquit, rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos: quia homines fratres nos sumus. Vidisti mansuetudinẽ? uidisti lenitatem? audi &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequẽtia, ut discas excellentẽ eius philosophiam, quomodo rixa dirimitur, & contentio restinguitur: Ecce, an non omnis terra, inquit, coram te est? Discede à me: si tu ad sinistrã, ego ad dextrã: si tu ad dexterã, ego ad sinistrã.] Considera optimos mores, & insignẽ modestiam huius iusti: sed prius, obsecro, cogita quantum ex diuitijs damnum, quanta ex multis opibus contentio. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt diuitiæ multæ, & statim discindit cõcordia. Antea erat pax & charitatis uinculum, nunc rixa & contentio. Vbi enim meum & tuũ, illic omne litium genus & contentionis occasio: ubi autẽ hæc non sunt, ibi secura uersatur pax & cõcordia. Et ut discas, audi qd dicat beatus Lucas de ijs, qui ab initio ad fidem conuersi sunt. Erat, inquit, omnium cor & anima una: non quòd unam animã habuerint omnes: quomodo enim hoc, cum in diuersis corporibus fuerint? sed cõcordiam illorum nobis demonstrat. Iam nisi plurimę æquanimitatis fuisset iustus ille, & insignitam præ se tulisset philosophiam, succensuisset forsitan, & ita ei dixisset: Quis furor ille? Ausi sunt familiares tui uel mutire aduersus operas meas? non cogitarunt, quantum inter nos distet? Vnde tibi illa abundantia? nónne ex mea cura? Quis te apud homines tantũ apparere fecit? nónne ego qui pro omnibus tibi fui? Patris ego uices egi per omnia, et has mihi pro tot ministerijs mercedes reddis? Haccine spe ubique te comitẽ itineris habui? Esto nihil eorũ quæ à me habes in mentẽ tibi ueniat, nónne saltẽ uel senectam meã & canos reuereri oportebat? Sed conniuendo permisisti pastores tuos in meos debacchari, nescius quòd sicut contumelia, qua illi affecti, in me transit, ita & tuorũ temeritas tibi adscribitur. Sed nihil horũ iustus uel in mentẽ accepit, sed omnibus illis à mente repulsis, unum hoc agebat, quomodo quod erupturũ erat incẽdium extingueret, & citra offensam separatiõe excogitata, absq; turbelis habitaret: dicit emm, Ecce, nunquid omnis terra corã te est? discede à me: si tu ad sinistram, ego ad dexterã: si tu ad dexterã, ego ad sinistrã. Vides mãsuetudinẽ iusti? operibus enim mõstrabat, quòd nõ facit hoc sua spõte, neq; separari uult: sed ob cõtentionis necessitatẽ, ut ne in domo sit perpetuũ bellũ. Vide quomodo uerbis illius bilem mansuefacit, & ei electionis potestatem dat, & proponit omnem terrã, & dicit: Ecce, nunquid omnis terra coram te? quamuis eligẽ: & ego, quam tu reliqueris, magna cũ uoluptate accipiam. Magna est iusti huius philosophia. Per omnia non uult esse onerosus fratris filio: quasi diceret, Quoniam fit id quod nolebã, & ut cessent cõtentiones, necessariũ est ut separemur: propterea te dominũ electionis & arbitrũ constituo, & omnem tibi potestatem do, ut terrã quam meliorem censes, tu eligas, & reliquã sinas esse meam. Num hoc quis unquã uel æquali uel fratri faciendum censuit, quod fratris filio Patriarcha? Nam si ipse electionem retinuisset, & primũ locum sibi seruasset, concessissetq; illi reliqua, nónne & hoc magnum quiddam fuisset? nihilominus excellentis uirtutis suæ exhibens specimẽ, desideriũ iuuenis explere uolebat, ita ut nulla ex separatiõe nasceretur mœroris occasio: unde ei proposita potestate omni, dicit: Ecce omnis terra corã te. Separare à me, & qualem uolueris terrã, elige. Oportebat igitur nepotẽ, cum tantã experiretur æquitatem Patriarchæ, parem repẽdere honorem, & ei potius liberam electionẽ concedere. Solemus enim fermè cuncti homines, si obluctantes uidea mus aduersarios ac cõtendentes, potiores partes appetere, nec ferre nos inferiores esse, aut eis cedere: quos si ipsos cedere uiderimus, et uerbis idoneis potestatem omnẽ nobis permittere, quasi reueriti magnam mansuetudinẽ, & à contentione desistimus, & uersa uice omnẽ potestatem eis cõcedimus, etiamsi minores esse uideantur. Debebat igitur & Loth hoc facere: at ille, utpote iuuenis & maiori cõcupiscentia tractus, potiores tum sibi uisas partes arripit, & electionem facit. Et sublatis, inquit, Loth oculis suis, uidit omnem regionem circa Iordanem, quòd tota esset rigua, antequã dominus subuerteret Sodoma & Gomorrha, quasi hortus dei & sicut terra Aegypti, usq; dum uenitur in Sogora. Et elegit sibi Loth omnem circa Iordanem regionem. Et recessit Loth ab Oriente, diuisiq; sunt uterq; à fratre suo.] Vidisti uirtutem iusti excellentẽ, quomodo radicem malitię ne germinare quidem permisit, sed statim cum oriretur funditus execuit & aboleuit, multa usus lenitate, & indicibilem temporalium cõtem ptum præ se ferẽs: declarauitq; omnibus, quomodo pacem habere, & à contentione liberari, omni substantiæ suæ præferret. Nam ut ne quis condemnet iustũ, quasi ingratũ circa Loth, quòd quem è domo sua eduxerat, in terra aliena nunc à contubernio reijceret: neue putet ipsum inimicitiarũ gratia hęc facere: sed ut discamus omnes quòd pacis studiosus hæc faciat, ideo & electionem ei concessit; neq; molestè tulit quòd potiores ferret: ut omnibus notũ foret, quomodo mens sua ad pacis charitatisq; scopum potissimũ spectaret. Præterea & aliud quoddam mysterium iam antea dispensabatur, ut multa posthac incideret, per quæ Loth rebus ipsis erudiret quàm indigne electionem sumpsisset, & ut discerent Sodomitæ uirtutem Loth, & separatione facta promissionem Patriarchæ datam euentu compleri, qua dictum est ei: Tibi & semini tuo dabo terram hanc: id quod paulatim procedendo uidebimus, diuina scriptura nobis ea faciente manifesta. Et Abram, inquit, habitauit in terra Chanaan, Loth autem habitauit in ciuitate sita circa Iordanem, & tabernaculum habuit in Sodomis. Qui autem homines Sodomis agebãt, mali erãt, & peccatores coram deo ualde.] Vides Loth tantum spectantem terræ naturam, & non aduertentem inhabitantium malitiã? Quæ enim utilitas, dic oro, si terra sit fructuosa & ferax, homines autem adeò mali? Quid damni è solitudine & infrugifera terra, si homines sint humaniores? Caput enim & summa bonorum

norum est, inhabitantium bonitas. Cæterũ Loth ad unum tantum respexit, nempe fertilitatem terræ. Et idcirco scriptura manifestare nobis uolens habitantium illic malitiã dicit: Qui autem in Sodomis agebant, homines mali erant, & peccatores coram deo ualde. Non solum, inquit, mali, sed & peccatores: & nõ simpliciter peccatores, sed & coram deo: hoc est, prodigiosa erat eorum iniquitas. Ideo & subdidit, corã deo ualde. Vidistis malitiæ magnitudinem? Vidistis quãtum est malum primum locum capere, & non quod utile est considerare? Vidistis quãtum bonum sit humanitas, & primo loco cedere, & inferiorem fieri? Ecce in processu doctrinæ uidebimus nihil profuisse primum locũ ei qui elegerat: & eum qui inferiorẽ se fecit, clariorem quotidie factum, opesq; illius per omnia auctas, omnibusq; factum spectabilẽ. Cæterum ut ne prolixiores simus docendo, hoc loco subsistat sermo, & quod reliquũ est, in sequentem seruetur sermonem. Illud autem uos rogauerim, ut imitatores sitis Patriarchæ, & nunq; concupiscatis primatus: sed obtemperate beato Paulo dicenti: Honore alius alium præcedẽtes, & date operam ut in omnibus humiliemini. Hoc est enim primatum habere, sicut & Christus dicit: Qui se ipsum humiliat, exaltabitur. Quid igitur huic uirtuti conferendũ, quando per ea in quibus alijs cedimus, ipsi maiori fruimur honore: & per quæ alios ueneramur, ipsi in summum honorẽ euehimur? Itaq; obsecro ut studeamus imitari Patriarchæ uirtutẽ, & sequi uestigia eius, qui ante legem tantam philosophiam præ se tulit, nos qui in gratia uersamur. Ista enim uera est humilitas, quam eximius ille uir declarauit erga eum qui multo se fuit inferior, non solum ob uirtutis rationẽ, sed & propter ætatem, & alia omnia. Cogita enim quòd senex iuueni cesserit, & patruus nepoti: & tãtam à deo sortitus gratiam, ei qui nulla in re magnũ aliquod specimen præbuit: & ea quæ oportebat illum dicere, ut iuuenem ad senem ætate & dignitate, & patruum, illa Patriarcha ad iuuenem dicebat. Igitur nos quoq; nõ eis tantum qui ætate nobis sunt maiores, uel etiam æquales, honorẽ exhibeamus. Non est enim humilitas, facere quod necessitate debes uel cogeris: hoc, inquam, non est modestiæ, sed debiti. Vera aũt modestia est, quando cedimus ijs qui nobis uidentur esse minores, & eos ueneramur qui nobis uidentur esse magis indigni quàm nos. Quòd si rectè sapimus, nullos etiã nobis esse minores arbitrabimur: sed nos superari ab omnibus hominibus dicemus. Et hoc dico nõ solum de nobis, qui innumeris immersi sumus peccatis: sed etiam si quis sibi plurimorum bene gestorum conscius sit, nisi apud se sentiat quòd omnium sit postremus, nulla ei futura utilitas ex omnibus bonis suis operibus. Hæc est humilitas, quando quis occasiones habens ut extollatur, seipsum humiliat & supprimit, & modestè se gerit: tunc enim ad uerum subuehetur fastigium, iuxta promissionem domini, quæ dicit: Qui se humiliat, exaltabitur. Satagamus igitur, obsecro, uerticem illum omnes apprehẽdere per modestiã, ut eandem quam iustus ille à domino gratiam cõsequamur, & ineffabilia bona mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus Abræ, postquam separatus est ab eo Loth. Eleuatis oculis tuis uide à loco in quo tu nunc es, ad Aquilonem & Aphrum & Orientẽ & mare: quia omnẽ terram quã tu uides, tibi dabo eã. Hom. XXXIIII

CHARISSIMI, didicistis heri eximiam Patriarchæ modestiam, uidistis lenitatem egregiã. Neq; enim erat res uulgaris, quòd senex quem omniũ dominus tantis prosequutus fuerat beneficijs, tantaq; gratia frui fecerat, pari honore dignaretur iuuenẽ, & fratris filium, & primatu illi cederet, inferioraq; ipse deligeret, nihilq; non faceret quò bellum impediret, & contentionis materiam è medio tolleret. Hunc omnes imitari studeamus, & nũquam super proximum extollamur, nũquam de nobis sublimia sentiamus: sed modestia conspicui cedamus alijs, & inferiores haberi conemur tam uerbis q; operibus. Neq; enim unquã eis qui nobis iniuriam faciunt aduersemur, etiamsi prius multum in illos cõtulerimus beneficiorũ. Hæc enim optima est philosophia. Neq; contumelia affecti feroces simus, etiamsi contẽptiores & magis inopes nobis sint, qui nobiscum cõtendunt: sed mansuetudine & lenitate furorem comprimamus. Nihil emm illa potẽtius, nihil illa fortius. Illa animam nostram in perpetua trãquillitate, & quasi in portu constituit, & omnis recreationis ac quietis occasio nobis est. Eapropter & Christus diuina illa docẽs: dicebat: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde: inuenietisq; requiẽ animab. uestris. Matt. 11.d Nihil emm anima ita in tranquillitate & quiete esse facit, ut mansuetudo & modestia. Hæc omni diademate se possidenti est utilior. Hæc omni claritudine & gloria conducibilior. Quid enim beatius, q; intestino liberari bello? Nam quãuis plurima pace externa fruamur, si intra nos cogitationum nascatur tẽpestas & tumultus, nihil externa pax nobis proderit: Sicut neq; miserabilius est aliqd ciuitate, quæ licet præsidijs & muris bene sit munita, intus tamẽ ciues foueat proditores. Hoc igitur, obsecro, ut ante omnia nobis sit curæ, quomodo animam à turbulentia uindicemus, & in tranquillum statum educamus, & ab omni liberemus amaritudine, quò & ipsi multa fruamur quiete & ijs qui familiaritatem nobiscũ habent, simus blandi. Hoc enim certissimũ signum, quo internoscitur uir ratione præditus, si mansuetus fuerit, si lenis, si mitis, si modestus & quietus: si nõ quasi seruus ducaẽ & trahatur, aut ab ira, aut ab alijs affectionibus: sed ratiõe uincat internos illos incõpositos motus, nobilemq; suam generositatẽ seruet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret. Et ut discas quantũ mansuetudinis & lenitatis sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

robur, & quòd sola hæc uirtus sufficiat se colentem diligenter ineffabilibus laudibus dignũ reddere: audi beatum Mosen hinc potissimũ prædicari, & ex hac ei coronã plecti. Et Moses, inquit, erat mitissimus omniũ hominum super terrã. Vidisti encomij magnitudinem: Omni enim humano generi parem pronũtiat, imò omni hominum generi præfert. Et iterum de Dauid dicit scriptura: Memento domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius. Hinc Patriarcha sibi maiorem cœlitus conciliauit beneuolentiã, & afferens quæ sua erãt, à misericorde deo maiora assequutus est. Hoc scietis & uos, ubi attulerimus in medium ea quæ hesterna dicta sequuntur, & quæ prius sunt lecta charitati uestræ declarauerimus. Nam quia Abram pro sua æquitate Lotho potiorem partẽ cessit: & omnem ei eligendi facultatem permittens, cõtentus fuit minore, modo auferret omnis contentio: uide quantam statim mercedem à deo cõsequitur, & quomodo adhuc maiori retributiõe, ut per omnia multum abundet, Patriarcham dignatur deus. Talis enim est dominus noster, ut si quando uel paruũ quid attulisse nos uiderit, largissimas suas nobis remunerationes suppeditet: tantamq; præ se ferat liberalitatem, ut ea quæ nobis sunt facta, multis numeris à nouis suis benefi cijs uincanẽ. Et hoc in nostris factis omnibus ineniet quis ab eo fieri. Quid emi, dic mihi, utilius duobus obolis: Attamen quia uidua illa duos obolos in corbonã misit, inde celebris facta est ab eo tẽpore usq; in præsens toti mũdo. Et quid dico duos obolos: Etiam si quis calicem aquæ frigidæ præbeat, & pro eo magnæ decernuntur retributiões. Semper enim coronat eos qui uirtutem operantur, iuxta operantium uoluntatem. Similiter in precum assiduitate istucipsum ab eo fieri uidere licet. Nam si quis alacriter eum adit, statim ei dicit: Adhuc loquente te, ecce adsum. Quòd si quis ampliorẽ sedulitatem teneat, & magno desiderio feruentiq; mentis alacritate fiant petitiões: iterũ liberalitate certat, & ante petitionem tribuit palmam & coronã: id quod & in Chananæa muliere declarauit. Quoniam enim uidit insatigabilem eius cõstantiam & perseuerantiam, primum eam prædicauit, & præconijs (ut ita dicam) coronauit, totiq; mũdo celebrauit, postea liberalitate magna preces eius etiã superauit. Nam ut dixit: Mulier magna est fides tua: tunc subdidit, Fiat tibi sicut uis. Et si uellemus singula scripturæ diuinæ exẽpla afferre, ubiq; magnam domini munificentiã essemus uisuri. Sciebat hoc patriarcha ille, cedentẽ minoribus assequuturũ maiora, sicut heri audiuistis. Et cessit Lotho, regionemq; deterio rem elegit ut cõtentionis resecaret occasiones, & seruata uirtute sua peculiari, totã domũ pacatam redderet. Cæterum uideamus ex recẽs lectis, quid ei retributũ sit à domino pro tanta mãsuetudine.

Et dixit, inquit, deus Abræ, postquã separatus est ab eo Loth: Eleuatis oculis tuis cerne à loco in quo tu nunc es, ad Aquilonẽ, & Aphricũ, & Orientẽ, & mare: quia omnem terrã quam tu uides, tibi dabo eam, & semini tuo usq; in seculũ.] Vide quomodo diuina scriptura acceleratam dei prouidentiã & retributionẽ iusto factam demonstrat: uolens nos docere, quantũ approbata fuerit à misericorde deo Patriarchæ humilitas. Postquam dixit, separatus est Loth, & abijt in terram quam elegit, ut in præstantiorẽ, statim subdidit, Et dixit deus Abræ. Deinde ut diligenter discamus, quòd deus remunerauerit eũ pro ijs quæ in Loth collocauerat, hæc addidit: Et dixit deus Abræ, postq; separatus est ab eo Loth: quasi manifestè hæc ei uerba dicens: Cessisti ob tuam mãsuetudinẽ regione meliore & amœniore fratris filio, & eximiã præ te tulisti humilitatẽ, tantamq; pacis habuisti curã ut nihil non potius delegeris q; esse inter uos cõtentiones, eapropter largas illas à me retributiones accipe. Eleuatis, inquit, oculis tuis uide à loco in quo tu nunc es, ad Aquilonẽ & Aphricum, & Orientẽ, & mare: quia omnẽ terram quam tu uides, tibi dabo eam, & semini tuo usq; in seculum. Vidisti retributionẽ, facti genus multis modis præcellentem: Iisdem uerbis utitur misericors dominus, qbus & Patriarcha cessionem fecerat. Nam sicut Patriarcha dicebat: Ecce, an non omnis terra coram te: separare à me: si tu ad dextram, ego ad sinistram: si tu ad sinistrã, ego ad dextrã. Ita & dominus dicit: Eleuatis oculis tuis uide à loco in quo tu nunc es: quia omnẽ terram quã tu uides, tibi dabo eam, & semini tuo usq; in seculum. Hic quæso animaduerte excellentẽ munificentiam. Dicit enim: Tu quidem dato illi electionis arbitrio, ea quam ille uoluit eligere, terra cessisti, relictam autem ipse apprehẽdisti: ego uero tanta te liberalitate prosequar, ut omnẽ quam ante oculos tuos terram uides sitam, ex utroq; latere dextro & sinistro, à Septẽtrione & Meridie, ab Oriente & Occidente, & in summa, omnẽ terram quam uides, tibi sim concessurus: neq; tibi solum, sed & semini tuo usq; in seculum. Vidisti dignã diuina bonitate munificentiã: Vidisti quantis cessit, & quãta est assequutus: Hic eruditamur ut magna in dãdis eleemosynis largitate utamur, quò datis paruis, adipiscamur magna. Quomodo enim paria sunt, dic obsecro, dare parum argenti, & obtinere peccatorum remissionem: pascere esurientem & in die illa horribili fiducia assequi, & audire uerba nulli regno cõferenda: Esuriui, & dedistis mihi quod comederem: Num qui tibi tantam rerum dedit ubertatem, potuit & illius inopiã leuare & solari: Hac de causa reliquit illum inopia uexari, ut & ipse patientia multum mercedis acquireret, & tu per eleemosynam tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. Vidisti misericordiam domini, quomodo propter nostram salutem dispẽsat omnia: Itaq; dum cogitas, quòd propter te & propter tuam utilitatem, ille cum inopia conflictans fame perit, ne absq; misericordia transeas: sed esto fidelis eorum quæ tibi à domino concessa sunt, bonorum dispensator, ut adiutus illius penuria, tibi supernam concilies gratiam: & glorifica dominum tuum, quòd propter te &

Num. 12.d
Psal. 131.a
Matt. 10.d
Esa. 65.d
Matth. 15.c
Matt. 25.c

te & salutem tuam permittat illum in paupertate uersari, ut tibi uia pateat per quã peccata possis abluere: ut dispensatis bene ijs quę à domino tibi sunt concessa, laudes illas mereare quas nec uerbis nec cogitatione assequi licet. Audies enim Serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituã: ingredere in gaudium domini tui. Talia animaduertentes, ita respiciamus pauperes, quasi operarios, qui occasiones salutis dare nobis possunt, & eis largiter hilariq; pr̃optitudine communicemus, nunq; renuentes dare, sed magna comitate cũ eis colloquentes, & multam humanitatem exhibẽtes. Inclina, inquit, paueri aurem tuam, & respõde ei pacificè in lenitate: ut & anteq; des, uerbis amicis deiectum eius animum erigas. Adeò etiam uerbum animam roborare, consolationemq; multam afferre solet. Igitur non eum tantum attendentes qui accipit, indandis eleemosynis simus liberales: sed æstimemus potius quis ille sit, qui in pauperem collocata, ut sibi impensa imputat, & pro datis solutionem pollicetur: atq; ita animo illum intuẽtes, magna promptitudine dare studeamus, & largam, dum adhuc tempus est, semẽtem faciamus, ut & ubertim metamus. Nam qui seminat parcè, inquit, parcè & metet. Manu igitur minimè parca, semina illa bona spargamus, ut suo tẽpore multum metamus. Nunc enim seminandi tẽpus est, quod ne prætereamus obsecro: ut in die retributionis pro ijs quæ hic seminauimus, fructus percipiamus, & domini misericordiam assequamur. Nullum enim omnino aliud bonũ sic poterit restinguere peccatorum nostrorum incendium, ut eleemosynæ largitas: hæc & peccatorum nostrorum abolitionem operatur, & magnam nobis fiduciam conciliat, & præparat ut ineffabilibus illis bonis frui nunc liceat. Et de ijs quidem satis dictum est charitati uestræ: & demonstratũ quòd si parua dederimus, à domino nostro magna cõsequamur. Hinc enim sermo in eleemosynæ admonitionẽ digredi cœpit, quòd Patriarcha dum partem terræ meliorem Loth concessit, & uiliorem ipse retinuit, tantã à domino consequutus est gloriam, ut omnem cogitationẽ transcendat promissio quam ei dominus fecit. Eleuatis enim oculis tuis, inquit, uide à loco in quo tu nũc es, ad Aquilonem & Aphricũ, & Orientẽ & mare: quia omnẽ terrã quam tu uides eam tibi dabo, & semini tuo usq; in seculũ.] Parte terræ, inquit, cessisti. Ecce ego totã tibi terrã polliceor: neq; hoc solũ, sed & semini tuo polliceor eam usq; in seculũ: hoc est, perpetuò. Vidisti quomodo certat beneficijs? Sciens enim deus quòd hoc maximè cuperet Patriarcha, & nihil eius alacritatẽ ita roboraret, inquit: Et hoc tibi concedam, ut qui ex te nascẽtur, tibi succedant, & similiter terra fruanẽ, habeantq; perpetuam illam potestatẽ. Deinde, ut ne respiciens ad naturam & senectutẽ suam, Saraq; sterilitatẽ, promissionem minus curaret, sed benefideret pollicentis uirtuti, inquit: Et faciam semen tuum sicut arenã terrę.] Si quis potest numerare arenam terræ, & semẽ tuũ numerabitur. Verè supra naturam humanã est hæc promissio: non solum promisit se facturũ eum patrem inter tot impedimenta, sed in tantum multiplicaturum filiorum numerositatem, ut arenæ terræ coæquẽtur: & innumerã multitudinem sore, tam hyperbolica similitudine declarare uoluit. Attende quomodo misericors deus paulatim uirtutem iusti huius exerceat. Nam cũ superius dixerit, Semini tuo dabo terrã hanc: nunc iterũ dicit, Et semini tuo usq; in seculum dabo, & faciam illud quasi arenã terræ. Et tunc uerbis tantum facta est promissio, interceditq; inter rem & promissionem multũ temporis, ut religiosam Patriarchæ mentẽ, & ineffabilem dei uirtutẽ discamus. Data enim opera differt ac moratur, ut cum in profundã peruenerint senectam, & de humanis uiribus, ut ita dicã, omnino desperauerint, tunc suã sciant infirmitatem, & cognoscant inenarrabilis potentię dei eminentiã. Hoc loco expẽdas quæso, à tẽporis tanta intercapedine, q; solida fuerit Prophetæ mens, quo modo humanis omnib. præteritis, ad potentiam eius qui pollicitus erat respexerit. Non impatiẽs erat, non turbabatur. Scitis enim quòd plerunq; quando quis semel atq; iterum pollicetur, & promissa implere tardat, segniores sumus ad credendum ijs quæ iterum promittit, id quod in homine non iniuria locum habet. De deo autem, qui res nostras maxima dispẽsat sapientia, si qua semel promissa fuerint, etiamsi innumera interdant obstacula, confidendum est ad magnitudinem potentiæ suæ respicientibus: firmandaq; est ratio, & sciẽdum quòd omnia quæ ab illo sunt dicta euenire modis oĩbus oporteat. Nihil enim est quod morari queat eius promissiones, quoniã deus est, cui omnia sunt possibilia: & idcirco quo modocunq; uult, res transmutat: & ubi non sunt uiæ, inuenire scit exitũ: & desperatos in bonam spem adducit, quò excellentia potẽtię suæ sapientię nobis manifestior fiat. Dicit emi: Surge & perambula terram in longitudinem eius & latitudinem, quia tibi dabo eã. Vide quomodo in rebus omnibus certitudinẽ summã & ineffabilem iusto inserit. Dicit enim: Surge, & circumi, & addisce tam latitudinem q; longitudinẽ, ut scire possis & magnitudinem terræ qua fruiturus es, & anteq; fruaris, spe pastus, magnam inde animi uoluptatem haurias. Nam quantũcunq; terræ circũieris, tibi dabo: ut scias quòd non tantũ dimiseris quantum accepturus es. Ne igitur putes quòd minorẽ terrã tu sortitus sis, quoniã ille arripuit quæ prior sibi uisa est & potior. Disces enim nõ multo pòst rebus ipsis, q; nihil profuerit ei potioris terræ electio: & ipsemet discet quantum malum est prima tum amare. Tu autem nunc accipe modestiæ & equitatis qua erga fratris filiũ usus es mercedem: & iam nũc cognosce terrã omnẽ, cuius dominus es, & quam nõ multo pòst & ipse tu & semen tuum in æternũ possidebitis. Et semini tuo, inquit, usq; in seculum. Magna diuinæ promissionis magnitudo, magna nostri oĩum domini, ut uincat

benefi-

Matth. 25.b
Eccl. 7.d
2. Cor. 9.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

beneficijs, liberalitas. Magna mercedis præstantia, quam dat misericors & clementissimus dominus beato illi, & ex illo nascẽdo semini. His auditis Patriarcha, de ineffabili bonitate dei obstupefactus, Motis tabernaculis, inquit, uenit, & habitauit iuxta quercum Mambræ, quæ est in Chebron.] Postquã, inquit, accepit promissionem, & separauit se à Loth, tunc transtulit tabernaculum suum ad quercũ Mambræ. Vide mentẽ optimis moribus prædità, uide spiritus sublimitatem, quomodo facilè migrat, nec grauatur de locis in loca transire. Inuenies enim eum nulla consuetudine deuinctum teneri: id quod multis euenit, etiam ijs qui se philosophos, & è medijs liberatos tumultibus iactant: & si quando tẽpus uocet, spiritualis negotij gratia, ut in aliũ locum cõcedant, B sæpenumero morosi sunt, tristes, & migrationem ægreferentes, eo quòd consuetudine præoccupati sint. Verum non ita iustus, sed iam tum nõdum fulgente Euangelij luce philosophum agebat: & quasi peregrinus & hospes, ultro citroq; transmigrabat, & per omnia religiosam suam mẽtem declarare studebat. Nam postquã tabernaculum fixit apud quercũ Mambræ, statim ibi extruxit altare domino. Vidisti mentem gratã? quia mox ut tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione, gratiarum actiones obtulit domino: in singulis locis ubi tabernaculum fixit, inuenies hoc præ omnibus ei fuisse curæ, ut extructo altari preces offerret, & Apostoli præceptũ impleret, iubẽ
2. Tim. 2. b tis ut in omni loco oretur, & eleuẽtur sanctæ manus. Vidisti animam diuino amore succẽsam, & ad diuina promptam, perq; omnia gratias agentem? non enim expectauit, donec promissa complerentur: sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat quod in se erat, ut de precedentib. dignam & synceram gratitudinem præ se ferens, dominũ suum prouocaret ad promissiones suas implendas. Illum sanè & nos imitemur, & promissionibus diuinis fidamus, & neque alacritas obsolescat tempore, neque mens remissior fiat præpedimentis quæ interueniunt: sed uirtute diuina fidentes quasi iam ante oculos uideremus promissiones impleri, ita purã & inadulteratam declaremus uirtutẽ. Magna enim & immẽsa promisit dominus, & quæ nostrã transcendunt ratio D nem: nempe participes regni, & ineffabilium bonorũ fore, utpote conuersationẽ cum angelis habituros, & liberationẽ à gehenna. Cæterũ ne diffidamus ideo quòd ea non uidentur corporalibus oculis, sed cogitemus mentiri non posse eum qui promisit: & potentiæ suæ magnitudinẽ oculis fidei metiamur, & ex iam concessis, etiã de futuris bonã spem habeamus: ea emẽ de causa & hic multa nobis donata sũt, ut ex ijs adiuuemur, manuq; ducamur, ut illa quoq; bene credamus. Nã qui filium suũ tradidit propter suã in nos charitatem, quomodo nõ omnia nobis & reliqua largiturus
Rom. 8. f est? Sicut & Paulus inquit: Qui nõ pepercit proprio filio suo, sed pro nobis omnib. tradidit illũ, quomodo nõ & omnia nobis cũ illo tribuet? Si filium suum impendit pro peccatis nostris, si baptismatis donũ largitus est, si propriorũ peccatorũ remissionẽ tribuit, si pœnitẽtiæ uiam nobis aperuit, si innumera alia ad salutem nostrã operatus est, manifestũ quòd & futura bona nobis reposita præbebit. Nam qui pro sua bonitate, antequã esse inciperemus hæc præparauit, quomodo non & frui cõcedet? Quòd aũt prius hæc bona nobis præparauerit, audi quid dicat stantibus à dextris:
Matt. 25. c Venite benedicti patris mei, hæreditate accipite regnũ paratũ uobis ab origine mũdi. Vidistis bonitatis excellentiã, quanta erga nostrũ genus misericordia usus sit, ut & ante facta fundamenta mũdi nobis regni cœlorũ fruitionẽ præparare dignatus sit? Igit ne simus ingrati, obsecro, neq; indignos talibus nos donis reddamus: sed diligamus, ut decet, dominũ nostrum, nihilq; faciamus quod eius erga nos beneuolentiã impediat. Num enim nos priores illum huc prouocauimus? Imò ipse prior magnã & indicibilẽ charitatẽ erga nos declarauit. Quomodo igitur nõ absurdum fuerit, si eum qui sic dilexit nõ diligamus omnibus nostris uiribus? Ipse propter suã erga nos charitatẽ omnia cũ uoluptate sustinuit: & ex ipsis paternis sinibus exiliens, ut ita dicã, serui formã assumere uoluit, & experiri omnes hominũ molestias, & ferre à Iudæis contumelias & opprobria, deniq; & crucẽ & mortẽ ignominiosissimã: ut nos qui humi trahimur, & infinitis peccatorum sarcinis oppressi sumus, nostra in se fide liberos faceret. Vn-
C de omnia hæc mẽte recogitãs beatus Paulus, seruidus Christi amator, & quasi alatus in uniuerso orbe discurrẽs, in corpore incorporea facere studens, clamabat dicẽs: Charitas dei detinet nos. Vi 2. Cor. 5. c de gratitudinẽ, uide omnis charitatis excellentiã. Charitas detinet nos; hoc est, cõpellit, cogit, constringit. Deinde uolẽs interpretari qd̃ à se dictũ, inquit: Iudicãtes hoc, quoniã unus pro omnibus mortuus est, ut & uiuẽtes posthac nõ sibijpsis uiuant, sed illi qui pro eis mortuus est & resurrexit. Vidisti quòd iure dixit, quia detinet nos charitas Christi? Si emẽ pro nobis, inqt, omnibus mortuus est, propter hoc mortuus est, ut nos uiuẽtes posthac non nobisipsis uiuamus, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Audiamus igit apostolicã admonitionẽ, & non nobisipsis uiuamus, sed ei qui mortuus est, & resurrexit. Et quomodo, dicet quispiã, poterimus non nobisipsis uiuere? Audi eum iterũ dicentẽ: Viuo aũt, nõ iam ego, uiuit Galat. 2. d autẽ in me Christus. Vidisti quomodo super terram ambulans, & carne circundatus, quasi cœlum inhabitans, & inter incorporeas uirtutes cõuersans afficiatur? Proinde alibi iterum dicebat, Qui autẽ Christi sunt, carnẽ suam crucifixerunt Galat. 5. d cum affectionibus & cõcupiscẽtijs. Hoc igit est non sibijpsis uiuere, sed ei qui pro nobis mortuus est, & resurrexit: quando quasi mortui sumus præsenti uitæ, & ad nihil eorum quæ uidentur respicimus. Nam idcirco dominus noster crucifixus est, ut hanc uitam pro illa commutemus, immo per hanc illam nobis negotiemur. Præsens emẽ uita, si uolumus

uolumus esse sobrij & uigiles, ducit nos ad fruitionem uitæ æternæ: & poterimus, si parũ uoluerimus uigilare & aperire mentis oculum, & quietis illius semper apud nos meminisse, ita præsentia præterire & superuolare, ad futura autẽ & semper durantia mentem intendere, sicut beatus ille
Gal. 2. c qui nos erudiuit, dicẽs: Quòd autẽ nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei: qui dilexit me, & tradidit semetipsum propter me. Vide animã ignitã, uide mentem alatã, uide rationem incensam dei amore. Quòd enim, inquit, nunc uiuo, in fide uiuo. Non enim, inquit, putetis me facere aliquid huius uitæ causa. Nam licet carne uestitus sim, neq; sic adhuc carnis alligatus: in fide tamẽ uiuo, quæ in Christũ, despiciens omia præsentia, & spe quæ in illum est omnia præter currens, intentã in B cœlum mentẽ habeo. Deniq; ut discas excellentiam amoris sui, dicit: In fide uiuo filij dei, qui me dilexit, & tradidit semetipsum propter me. Consi dera q̃ eminens gratitudo. Quid dicis ô beate
Rom. 8. f Paule? paulo ante dicebas, Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: & nunc dicis, Qui dilexit me: & ut propriũ usurpas cõmune beneficium. Profectò, inquit: Nam licet pro omni hominũ genere sacrificium oblatum sit: tamen propter amorẽ in eum, id quod factum est omnibus, propriũ mihi facio. Ita & Pro-
Psal. 17 phetis mos est facere, & dicere: Deus deus meus, quamuis totius orbis sit dominus. Sed peculiare hoc est amori, ut ex cõmunibus propria faciat. Filij dei, inquit, qui dilexit me. Quid dicis? te solum C dilexit? Omnẽ, inquit, hominum naturã dilexit, sed ego ei gratias habeo, quasi me solum dilexisset, & tradidisset semetipsum pro me solo. Quid
Ioan. 12. c igit, pro te solo crucifixus est? an nõ dicit, Quan-
Esa. 5. d do exaltatus fuero, trahã ad me omes? Nonne tu dixisti, quòd pro nobis omnibus tradidit semetipsum? Profectò, inquit, non loquor pugnantia, sed meum amorẽ ita solor. Iam uide iterũ et aliud, quid dictis illis nos docere uelit. Cum enim superius dixerit de patre, quòd pro nobis omnibus illum tradiderit: hic dicit, Semetipsum tradidit: Et illic quidem ut concordiã indicet, & parem hono
Philip. 2. b rem patris & filij. Quia & alibi dicit: Factus pro nobis obediens, usq; ad mortem: ubi dispensationem fideliter docet. Hic aũt uerbũ, tradidit, idem D est quod semetipsum posuit: ut indicet, quòd uoluntarie passionẽ susceperit, & nõ necessitate, neq; ui, sed uolens & sponte, ut totius humani generis salutẽ operaretur, crucẽ sustinuit. Qualem igitur uicissim gratiarum actionẽ exhibere poterimus, tam diuitẽ erga nos charitatẽ declarãti? Etiamsi animã ipsam impẽdamus pro suis legibus, & observatiõe mandatorũ, quæ ab ipso sunt data: neq; sic ad charitatis modum pertingere poterimus, quam erga nostrũ declarauit genus. Ipse emẽ deus existens, pro hominib. hoc subijt, & dominus pro seruis, & non pro seruis simpliciter, sed pro ingratis, & perpetuis inimicis. Et ipse prior in indignos, & toties lapsos tantã contulit beneficentiã. Nos autẽ, etiamsi fecerimus quæcunq; facere po-

terimus, nihil magnũ faciemus, ut ei qui nos tantis beneficijs præuenit, aliquid rependamus. Nostra enim, si qua sequuntur, retributio quidẽ sunt & debitũ: illius aũt sunt gratia, & beneficia, & largitiõis magnitudo. Hæc igit omnia cogitãtes, diligamus Christũ, sicut Paulus ipsum dilexit, nullamq; præsentiũ rationẽ habeamus, sed perpetuũ eius amorẽ animę nostræ insidentẽ seruemus. Ita enim & omnia quæ in hac uita sunt deridebimus, & terrã quasi cœlũ inhabitabimus: neq; felici huius uitæ successu remissiores erimus, neq; aduerso & tristi cõsternabimur: sed omnib. præteritis, ad amabilẽ dominum nostrũ hinc festinabimus, neq; præsentia cõturbabunt, neq; dilationẽ grauatim feremus, sed & nos sicut beatus ille dice-
B mus, Qd̃ nũc uiuimus in carne, in fide uiuimus filij dei, qui dilexit nos, & semetipsum tradidit pro nobis, ut & præsentẽ uitã absq; mœrore perficiamus, & futuris bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Factum est autem in regno Amarphal regis Sennaar, Arioch rex Elasar, & Chodollogomor rex Aelam, & Thardal rex gentiũ, gesserunt bellum cum rege Sodomorum.

Homilia XXXV

INGENS bonũ est dilecti, diuinarum scripturarum peritia. Hæc ẽnim facit animam optimis moribus prædítam, hæc in cœlum mẽtem transfert, hæc gratitudinis studiosum reddit homi-
C nem. Hæc facit, ne ad aliquid præsentiũ respiciamus: sed ut perpetuo in alia uita mẽte nostra uersemur, & ad domini mercedem respicientes, omnia operemur, alacritateq; magna uirtutũ labores aggrediamur. Ex ipsis discere licet dei celeriter succurrentis prouidentiã, iustorum fortitudinẽ, domini bonitatem, retributionũ magnitudinem. Hinc possumus ad imitationem & æmulationem optimæ generosorũ uirorum uitæ excitari, ut nõ torpescamus in uirtutis certaminibus: sed confidamus, etiam anteq; eueniant, diuinis promissionibus. Proinde magna diligentia diuinarum scripturarum lectioni uacemus. Ita enim & scientiam
D assequemur, si ea quæ ibi continẽt assidue uersemus. Neq; enim fieri potest, eum qui diuinis scripturis magno studio feruentiq; desiderio uacat, semper negligi, sed licet desit nobis hominis magisteriũ, ipse dominus supernè corda nostra intrãs illustrat mentem, rationi iubar suũ infundit, detegit occulta, doctorq; fit eorũ quę ignoramus,
Matth. 23. d tantũ nos quæ à nobis sunt afferre uelimus. Non uocabitis emẽ, inquit, magistrũ super terrã. Quando igit in manus spirituale librũ capimus, omni seculari cura repulsa, cogitatiões nostras cõpescamus, & mentẽ, ne distrahat, cohibẽtes lectioni uacemus magna pietate & attentione, ut possimus sancto spiritu ad scriptorũ intelligentiam duci, & multum inde fructũ percipere. Barbarus ille regi
Act. 8. c næ Aethiopũ Eunuchus, qui in tanta erat gloria, & curru

Universidad de Deusto
Biblioteca

& curru uehebatur, interim lectionem non negli A gebat: sed prophetã in manibus habẽs, magnum adhibebat studium, idq; nescius quid in libris con tineretur, & afferebat quicquid in se erat, nempe studium, alacritatẽ, attentionem. Cogita em̃ obse cro, quantũ erat neq; in itinere lectionem negli gere, & præsertim sedentẽ in curru. Audiant exemplum ij qui neq; domi ut hoc faciant persuade ri possunt, sed putãtes superuacuã esse horum lectionem, quia uel in coniugio uiuunt, uel militiæ asscripti sunt, uel puerorũ & seruorũ aliorũq; negotiorum agunt curam, non conuenire sibi opinantur diuinæ scripturæ lectionem. Ecce hic eunuchus erat & barbarus, quæ utraq; ad reddendum negligentiorẽ sufficiebant, & ad hæc dignitatis amplitudo, & opũ abundantia. Adde quòd B & in itinere erat, & curru ferebatur. Hoc em̃ modo iter facienti non est facilè lectioni esse attentũ, imò ualde molestum: attamen desiderium & ingens studium omnia obstacula è medio auferens, in lectione retinebat. Vnde non dicebat ea, quæ nunc plerique dicunt: Non intelligo ea quæ scripta sunt, non possum intelligere profunditatem scripturarum. Quare frustra, & incassum laborẽ sustinerẽ: lego, & nõ habeo qui manu ducat. Nihil ijs simile cogitabat ille, lingua quidem barbarus, mẽte autem philosophus: sed cogitauit potius se non contemptum iri, sed superna gratia adiuuandum, modò quod suum erat afferret, studium, in-
In exemplari Græco aliqua desiderabãtur.
quam, & diligentiam. Quem & nos imitemur, & C quæ hodie lecta sunt, quid sibi uelint, diligẽter discamus. Sed lectionem primũ in medium afferre operæpretium fuerit. Factum est autẽ, inquit, in regno Amarphal regis Sennaar, Arioch rex Elasar, & Chodollogomor rex Aelã, & Thardal rex gentium fecerunt bellum cum Balla rege Sodomorũ, & cum Barsa rege Gomorrhæ, & cũ Senaab rege Adama, & cũ Symohor rege Seboim, & rege Balak, ipsa est Segor. Omnes ij conspirauerunt in ualle Salsa, quæ nunc est mare Salis. Duodecim annis seruierũt Chodollogomor, tertio autem decimo anno defciuerunt. Quarto decimo autem anno uenit Chodollogomor, & reges qui cum eo erant, & trucidarũt gigantes in Astaroth, & Carnaim, & gentes fortes, & unà cũ ipsis Somæos, qui erãt in Saue ciuitate: & Chorræos, D qui erant in montibus Seir, usq; ad terebinthum Pharan, quæ est in eremo. Et reuersi uenerunt ad fontẽ iudicij, ipsa est Cades, & occiderunt omnes principes Amalek & Amorrhæos, & habitãtes in Asosonthamar.] Ne prætereamus obiter dilecti, quæ dicta sunt, neue putemus inutilẽ esse narrationem. Dedita enim opera diuina scriptura diligenter nobis omnia narrat, ut discamus quanta fuerit uirtus, & quanta potentia barbarorum, & quanto impetu in bellum uenerint, qui & gigantes, hoc est, pceros & fortes corpore debellarint, omnesq; gentes in fugã uerterint. Nam sicut torrens uehemẽter inundans omnia secum rapit & perdit: ita & barbari illi inuaserunt omnes gẽtes, & omnes prorsus perdiderũt, ita ut & principes Amalechitarum, & alios omnes in fugam uerterint. Dixerit quispiã: Et quæ utilitas, scire barbarorum robur? Non temerè, neq; frustra narrationi talia immiscuit scriptura diuina. Alioqui neq; uos, ut eorum memores esletis inhortaremur: sed ut discatis & excellentẽ dei potentiã, & Patriarchæ uirtutẽ: id quod procedẽdo docebimus. Contra illos igitur, qui tanto robore præditi erant, & tot gẽtes in fugã uerterãt, Egressus est, inquit, in prælium rex Sodomorũ & Gomorrhæ, & rex Adama, & rex Seboim, & rex Balak, ipsa est Segor, & direxerunt aciẽ in ualle Salsa, contra Chodollomogor & Thardal regem gentiũ, & Amarphal regẽ Sennaar, & Arioch regem Elasar. Quatuor reges contra quinq;. Vallis autem illa Salsa, putei bituminis:] Deinde ut discamus quomodo confracto eorum robore, & cõsternata magnanimitate, in fugam uersi sunt, inquit: Et fugit rex Sodomorũ, & Gomorrhæ & ceciderunt illic ubi fontes erant: reliqui autẽ fugerunt in montana.] Vidisti quanto robore pollebant isti uiri, quomodo hostes suos etiã aspectu suo in fugã uerterũt? Vide consequẽter quomodo illis fugam ineuntibus, isti ablatis omnibus quæ illorum erant, redierunt. Acceperunt autem, inquit, omnes equos Sodomorũ & Gomorrhæ, & omẽs commeatus eorum, & abierunt. Acceperunt quoq; & Loth filium fratris Abrahę, & supellectilem eius, & abierunt. Habitabat em̃ in Sodomis.] Ecce id quod heri dicebam, id nunc euenit: nihil enim profuit C Lotho primatus & electio. Nã ex hoc non solum nihil utilitatis ei accreuit, sed ecce captiuus etiam abductus est, & didicit re ipsa quòd multo satius ei fuisset uti consuetudine iusti, q̃ separatum in libertate uiuere. Ecce enim ut separatus est à iusto, & putabat se in maiori esse rerum ubertate & copia, & potiora se assequutũ & abundare, repentè factus est seruus, carens domo, carens & foco: ut discas quantum malum sit diuisio, & quantũ bonum concordia: & quòd conuenit nõ maiora temerè capessere, sed potius minoribus cõtentum esse. Tulerũt, inquit Loth, & sarcinas eius. Quanto melius erat eum cũ Patriarcha uiuere, & omnia ferre, ut ne cõcordia solueretur: q̃ separatum, & electis potioribus, in tanta repente pericula incidere, & in Barbarorũ uenire potestatẽ? Venit D autem quidam, inquit, ex ijs qui seruati erant, & nuntiauit Abræ transitori. Ipse autẽ habitabat iuxta quercũ Mambrę, fratris Eschol, & fratris Aunan, qui erant coniurati Abræ.] Quomodo tantum bellum conflatũ ignorauit Patriarcha? Fortasis magna distantia aberat, & ideo ignorauit. Aduenięs autem quidã annunciauit Abræ transitori. Hoc dicit, ut nos memores faciat quomodo ex Chaldæa exierit. Nam quia trans Euphratem domicilium habuerat, dictus est transitor. Et antea etiam ab initio parentes ei hoc nomen indiderant, iam antea significãtes eum inde migraturum. Vocatus enim est Abram, quia migraturus erat trans Euphratẽ, & in Palæstinam uenturus. Attẽde quomodo & parẽtes eius, licet infideles

forent, ductu potentissimæ sapientiæ dei nomen A puero imposuerunt, sicut & Lamech suo Noe. Est enim & hoc diuinæ misericordiæ, futura per infideles dicere. Aduenięns itaq; quidam, inquit, nuntiauit transitori quæ acciderant, captiuitatẽ, uidelicet, filij fratris, & regum illorum magnã potentiam, Sodomorumq; populationem, & ignominiosam fugam. Ipse autem, inquit, habitabat iuxta quercum Mambre fratris Eschol, & Aunan, qui erant cõiurati Abræ. Iam fortè hic aliquis interrogauerit: Quare cũ effugerint Sodomitæ alij, iustus Loth in captiuitatem abducit? Non temere hoc, neq; frustra: sed ut discas his euentibus & Patriarchæ uirtutem, & quòd propter ipsum seruantur & alij: & ut erudiaris primatum non appetere, sed maioribus cedere. Audiamus igitur con B sequenter quæ sequuntur, ut discamus & iusti uirtutem, & indicibile subsidium dei. Verũ diligenter dictis auscultate, mentemq; recolligite. Multum em̃ lucrifacere hinc poterimus, & ex his quæ Loth euenerunt discere, nunquã ægreferendum, siquando iusti incidant in tentationes, improbi uero & mali euadant: neq; ullo modo primatum quærendum, neq; aliquid iustorum familiaritati & conuictui præferendum: & seruitutẽ apud bonos uiros, libertate apud malos utiliorem habendam. Et interim discemus & Patriarchę insignem tolerantiã, propensum in Loth amorem & beneuolentiam, fortitudinis magnitudinẽ, opum contemptum, ineffabilem diuini erga illum adiutorij C uirtutem. Nam ut audiuit, inquit, Abram, quòd captus esset Loth fratris sui filius, numerauit proprios uernaculos suos trecẽtos decem & octo, & persequutus est illos usq; Dan, & irruit super eos nocte ipse & pueri eius, & percussit eos, & persequutus est eos usq; Chobam, quæ est in sinistra Damasci. Et reduxit omnẽ equitatũ Sodomorũ. Et Loth filium fratris sui reduxit, & substantiam eius, & populum, & mulieres.] Considera hic dilecte magnanimitatẽ & fortitudinem iusti, quomodo bene fisus misericordiæ dei, non perculsus est animo, cum audisset uirorum fortitudinem, & stragem quam fecerant, primũ in omnes gentes irruptione facta, debellatisq; Amalechitis & cæteris omnibus. Deinde quòd irruerint in Sodomos, & in fugã ipsos uerterint, omnemq; eorum D diripuerint substantiam: & idcirco superius hæc omnia narrauit nobis scriptura, & qualia sua uirtute strenuè gesserunt, ut scias quòd nõ corporali robore eos deuicerit Patriarcha, sed sua in deum fide & superno præsidio adiutus omnia illa gesserit, non armorũ apparatu, nec telorũ, nec lancearum, nec arcus intendens, nec scuta obiciens, sed solum cũ uernaculis. Dixerit aliquis, Et quare numerauit trecentos decem ac octo uernaculos? Vt scias quòd non uniuersos assumpsit, sed uernaculos, & qui cum Lot educati erant, ut ultionẽ sponte & beneuole facerent, quasi serui pro suo domino certantes. Et uide, obsecro, miram dei potentiam, quanta uelocitate cõtigit uictoria. Irruit em̃ inquit, super illos nocte, ipse & serui eius, & percussit eos, & persequutus est eos. Erat enim manus superna, quæ adiuuabat & commilitabat. Et ideo neq; armis, neq; machinis opus habebãt, sed tantum ut comparuit cum famulis, alios quidem percussit, alios autem fugã inire fecit, & utrunq; impauide, cum nullus esset qui obturbaret: et tam equos regis Sodomorum reduxit, quàm Loth fratris sui filium, & omnes eius substantias & mulieres. Vides quare alijs fuga elabentibus, Loth captiuus abductus est? nempe ut & Patriarchæ uirtus clarescceret, & propter ipsum alij multi salutem assequerentur. Rediit autẽ magno & præclaro triumpho insignis, cum Loth equos, & mulieres, & cæteras substantias reducens, & clara ac plena uoce prædicans, tubaq; uocalius clamans, quòd non humana uirtute neq; corporali robore & illos fugarit, & uictor euaserit: sed superna manu faciente omnia. Vidisti per omnia iustum clariorem fieri, & quotidie magis declarari dei erga eum prouidentiã? Vide consequenter, quomodo studeat ut Sodomitis diuini cultus doctor fiat. Dicit enim: Egressus est autẽ rex Sodomorũ in occursum ei, postq; reuersus est à strage Chodollogomor, & regum qui cũ illo erant.] Attende quanti sit uirtus & diuinũ adiutorium. Rex peregrino & seni in occursum egredit, & omnem honorem impendit. Iam em̃ didicerat quòd nihil prosit regnũ ei, qui superno auxilio destituitur: & quòd nihil potentius sit eo qui manu dei adiuuat. Et Melchisedek rex Salem protulit panes & uinũ. Erat autem sacerdos dei altissimi.] Quid sibi uult hæc obseruatio, rex Salem, & sacerdos dei altissimi? Illum enim nobis & beatus Paulus scribens ad eos qui ex Hebræis crediderant, cum in medium ad- *Heb. 6.a*
duxisset, & nomen eius tractaret, ciuitatem simul interpretatur cũ significatione nominis eius, usus etymologia quadã Melchisedek rex iustitiæ. Nã iuxta Hebraicam linguam, Melchi regnũ significat: & sedek iustitiã. Et cũ ad nomen ciuitatis uenit, rex pacis, inquit. Salem enim idem quod pax est. Sacerdos autem erat, fortè à semetipso ordinatus: sic enim tunc erant sacerdotes: uel quòd quia ætate proiectior erat, à suis colebatur: uel quòd & ipse sacrificare studuit, sicut & Noe, Abel, Abram, quando sacrificia obtulerunt. Alioquin & typus Christi futurus erat, unde & Paulus ipsum extollens sic, dicit: Absq; patre, absq; matre, absq; genealogia, neq; initium dierum, neq; uitæ finem habens: assimilatus autẽ filio dei manet sacerdos in perpetuum. Et quomodo, dicis, possibile est hominem absq; patre & matre & genealogia esse, & non habere uel initium, uel finem uitæ? Audisti, quòd figura fuit: ne ergo admirare, neq; omnia re quire in typo. Neq; em̃ typus esset, si omnia quæ ueritati accidũt, haberentur. Quid igitur est quod sibi dicitur? Igitur sicut ille, inquit, eo quòd non fit mentio eorum qui genuerunt, dicitur sine patre & sine matre: & quia non recensetur eius genealogia, dicitur sine genealogia: ita & Christus, quia non habet uel in cœlo matrẽ, uel in terra patrem, absq; genealogia dicitur. Et uide per honorem in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patriarcham collatum, quomodo sacramentum A insinuatur. Extulit enim illi panem & uinum. Videns typum, cogita oro & ueritatem, & admirare diuinarum scripturarum uirtutem, quomodo superioribus seculis & ab initio futura præsignata sint. Et benedixit, inquit, Abramum, & dixit: Benedictus Abrã deo altissimo, qui condidit cœlum & terram: & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas.] Non solũ illum benedixit, sed & deum glorificauit. Dicendo enim, Benedictus Abram deo altissimo, qui condidit cœlum & terram, & per creaturas uirtutem dei nobis declarat. Si eñ deus est ille qui condidit cœlum & terram, nõ sunt iam dij qui ab hominibus colũtur. Dij enim, inquit, qui cœlum & terram non fecerunt, pereãt. Benedictus, inquit, B deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide oro, quomodo nõ solum iustum prædicat, sed & dei præsidiũ agnoscit. Neq; enim absq; illius fauore potuisset hostem potentem uincere. Qui tradidit, inquit, ipse est qui totũ confecit, ipse est qui ex fortibus fecit infirmos, ipse est qui per inermes armatos deiecit: ab eo est gratia, quæ tantam tibi uirtutem concessit. Vides quomodo declarauit concordiã, & propensum amorem in Loth, quòd pro suis propriis inimicis istos habuit propter ea quæ in fratris filium patrauerant? Et dedit ei, inquit, decimas de omnibus. Hoc & Paulus dicit.
Hebræos 7.a Considerate autem quantus ille, cui decimas Abram dedit de primitijs. Patriarcha uidelicet ex spoliis quæ adduxit, remunerauit Melchisedecẽ, C & decimas ei segregauit de omnibus quæ attulit, per hoc doctor factus omnibus, ut declarãtes gratitudinem, primitias eorum quæ sibi à deo conceduntur offerant. Post hæc Sodomorũ rex Patriarchæ magnanimitatem obstupescens, dicit ei: Da mihi uiros, equitiũ autem tolle tibi.] Honesta regis gratitudo, sed uide & optimos mores iusti. Dixit aũt Abrã regi Sodomorũ: Extendã manũ meam ad deũ altissimũ, qui fecit cœlũ & terrã, si à funiculo usq; ad sphæroterem calceamẽti accipiã de omnib. tuis: ut ne dicas, Ego ditaui Abram.] Magna Patriarchæ in contemnendis diuitijs uirtus. Sed qua de causa abiurat & dicit: Extendam manum meã ad deum altissimũ, qui fecit cœlum & terrã? Duo simul docere uult Sodomorũ regẽ: D primum animi sui magnitudinẽ, qua munera eius contemnebat: deinde pietatem erga deum: quasi dicens: Illum tibi testem adhibeo, quòd nihil tuarum rerum accipiã, qui omniũ est cõditor, ut scire possis deum omniũ, & ne credas esse deos ea quę ab hominũ manibus fabricanẽ. Ille enim cœli & terræ conditor, ille & nobis in hoc bello uictoriæ & triumphi autor. Ne igitur expectes me permissurum, ut mihi des quippiam. Neq; enim mercedis gratia uindictam feci, sed primum ob amoris affectum quem erga fratris mei filiũ gero: deinde & propter ipsius iustitiæ officiũ, ut è barbarorum manibus eripẽ iniustè abductos. Si à funiculo, inquit, usq; ad sphæroterem calcei accipiã de tuis omnibus: hoc est, nihil tam uile, nec tam contemptibile quod accipiam. Nam sphæroterem solent uocare apicem calcei qui in acumen desinit: quo calceorum genere barbari cõsueuerunt uti. Exin & causam, quare accipere detrectet, dicit: Vt ne dicas, Ego locupletaui Abram. Habeo deum, qui innumera mihi suppeditet bona, supernæ gratiæ innitor, non opus mihi diuitijs tuis, non indigeo humanis facultatibus, cõtentus sum dei in me beneficentia, scio illius largitatem. Paucis & uilibus cessi meo Loth, magnas & ineffabiles promissiones assequutus sum, & nunc maiorum diuitiarum negotiatio mihi est, & maiorem eius gratiã mihi concilio: quare opes tuas nõ accipio. Ideo autem opinor & iuramentũ adhibuit, & dixit: Extendã manum meam ad deũ altissimũ, ut ne putet eum ita simulare, ut probabile est sæpe contingere: sed ut sciat hoc ita planè decretũ apud Abrã, ut ne uel minimũ quid inde sibi seligeret. Atq; ita implebat mandatũ illud à Christo discipulis traditũ: Gratis accepistis gratis date. Nõ eñ ego, inqt, aliud quid Matt. 10.d ad belli rem attuli, præterq; uoluntatẽ & promptitudinem. Victoriã autẽ, & triumphum, ac cætera, operatus est ille ineffabili uirtute. Deinde ut ne putet rex quòd propter contemptũ & despectionem quæ ab eo dabantur nõ acciperet, declarans suam & in hoc humanitatẽ, & bene moratã mentem, inquit: Non accipiam, exceptis eis quæ comederunt iuuenes, et portione uirorũ qui mecum uenerunt, Eschol, Aunan, Mambre, ij accipient portionem.] Hos, inquit, permittã accipere portionem aliquam, quoniam ingentis amicitiæ specimen declararunt. Hi enim erant, dicit, cõiurati Abræ: hoc est, amicitia cõiuncti: quã ostenderũt, quia uoluerunt periclitari cum eo. Vnde remunerare uolens eos facit ut partem aliquã accipiant, Apostolicam legem etiã in hoc implens: Dignus est operarius alimẽto suo. Nihil enim ultra usum Luc. 10.b suum accipere permittit. Dicit enim: Exceptis ijs quæ comederunt iuuenes, & portione eorum qui mecum uenerunt, Eschol, Aunam, Mambre, ij accipient portionem. Vidisti euidentem Patriarchæ uirtutem, quomodo & philosophiã exercuerit, opes contemnendo, & modestiã præ se ferendo, ut nihil per arrogantiam & contemptum facere uideat, neq; è uictoria superbiat? Talem imitemur & nos, obsecro, & operam demus, ut inuictos nos custodiamus, & neq; prætextum uirtutis arrogantes, uanam gloriam quæramus, neq; prætextu modestiæ uirtutẽ negligamus: sed ubiq; modum seruemus, & bonis operibus nostris humilitatem, quasi fundamentũ & basim, substruamus: ut securè uirtutes superextruere ualeamus. Virtus enim non est, nisi coniunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum rectè iecerit, poterit in quantam uoluerit altitudinem structuram excitare. Hæc est inexpugnabilis turris, hæc omne continet ædificium, non sinens ipsum uel à uentorum uiolentia, uel ab hymbriũ impetu, uel à spirituũ ui deijci: sed omnibus insidijs inaccessum facit & inuictum, quasi ex adamante constructum esset, magnasq; nobis diuinæ largitatis

retributiones

retributiones affert. Per hanc & Patriarcha tanta A rum promissionum accepit magnitudinem. Scietis eñ, permittente deo, & ex ijs quæ in contextu dicenda, quomodo nunc, ut cõtempsit ea quæ daturus erat Sodomorum rex, magna & ineffabilia dei dona consequutus est. Per hanc non ille solũ, sed & iusti omnes deo fuerũt grati: id quod, si fueritis diuinarum scripturarũ lectionis studiosi, addiscere poteritis. Misericors enim dominus quando nos uidet despicere præsentia, etiã ipsa largius suppeditat, reponitq; plurima quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitijs, in gloria huius uitæ, & in omnibus alijs tẽporalibus rebus. Despiciamus igitur præsentes diuitias, ut ueras diuitias inuenire ualeamus: despiciamus uanam hanc gloriam, ut uera illa & solida fruamur: despicia- B mus præsentem prosperitatem, ut præ ineffabilibus illis nihili faciamus presentia, ut ad futura præmia excitari ualeamus. Neq; enim possibile est ut qui præsentibus est mancipatus, ineffabilium bonorum desiderium cõcipiat unquam. Sicut enim gramæ quædã oculos opplentes, ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & non permittit uidere quid oporteat facere. Contrà non est possibile, ut qui solida & immobilia illa bona amant, momentanea ista, & quę antequã appareant marcescunt, concupiscant. Nam saucius amore diuino, & qui futurorum desiderio tenetur, alijs oculis uidet præsentium statũ, & scit quòd omnis præsens uita est & deceptio, & à somnijs nihil differt. C Idcirco & Beatus Paulus dicebat, scribens: Præterit figura mundi huius: monstrans quòd omnia humana in figura tantum sunt, & sicut umbra & somniũ transeunt, nihil solidũ, nihil uerum habentia. Quõ igitur non fuerit mens puerilis, ad umbras spectans, & de somnijs superbiens, & alliga
1. Cor. 7.f ta ijs quæ paulò post præteribũt? Præterit enim, inquit, figura huius mundi. Itaque cum audieris quid præterit, posthac amplius quæris? Quando audis, figura solum sunt humana omnia, ueritate destituta: quare uolens ac libens imposturã fers? quin tu potius cogitans q̃ sunt instabilia & mutabilia, ijs præteritis ad illa quæ semper durant, semper immobilia, semper stabilia, nullius uicissitudinis capacia, desideriũ transfers? Nam ut scias intellectum doctoris orbis uide etiam alio loco ubi D omnia præclara huius uitæ nullius esse momenti demonstrare uult, quali utatur dictione: Quæ eñ uidentur, inquit, momentanea sunt, etiamsi diuitiarum abundantiã dicas, etiamsi gloriam, etiamsi claritudinem, etiamsi principatum, etiamsi potentiam, etiamsi regnum, etiamsi diademate redimitum illum, etiamsi thronum summum: omnia hęc quæ uidentẽ, in breue tempus dispensata, non admodum diuturnũ sui fructum nobis sinunt. Quæ igitur nos inquirere uis, si omnia momentanea sunt? Illa, inquit, quæ non uidentur. non hæc quæ uidentẽ, sed ista ipsa quæ oculis corporalibus non spectantur. Et quis hoc consuleret, ut quæ uidentur prætereantur, & quæ non uidentur, inquirantur? Ipsa rerum, inquit, natura doceat nos. Nam

Chryſ.

hæc quidem licent uideantur, statim tamen præterfluunt: illa autem licet nunc ea uidere nõ possimus, sunt tamen perpetua, continuò durant, terminum nesciunt, finem non accipiunt, uicissitudinem ignorant, stabilia & immobilia sunt. Fortassis tandem & molestus esse uideor, quotidie frustra consulens. Sed quid faciam? magna malitiæ lues est, magna pecuniarum tyrannis, magna uirtutum raritas. Et idcirco uellem saltem assiduitate monendi morbum uincere, & incolumitati integræ huc conuenientes restituere. Eam ob rem & scripturas enarrandi tantũ nobis est studium, & iustorum uirtutes in medium afferimus: nec pĩget eadem sæpius repetere, ut per omnia uos inducere ad æmulationem iustorum ualeamus. Vel tandem igitur salutis nostræ curam habeamus, & B bene utamur statuto huius uitæ tẽpore nobis dato: & dum adhuc tempus est, ad pœnitentiam & lapsuum correctionem festinemus, & pecuniarum abundantiam in animarum nostrarum salutem expendamus, superfluaq; indigentibus insumamus. Quare enim, dic mihi, permittis filium aurum & argentum prodigere, quæ oportebat in pauperum uentres euacuare, reponẽdo in tuum promptuarium, ut tempore quo maximè opus habes, eorum adiutorio consolationem inuenias, & qui à te hic pasti sunt, alibi fiduciæ fores tibi aperiant, & accipiant te in æterna sua tabernacula? Vestes quoque non sinamus à uermibus rodi, & absq; usu in arcis putrescere, cum tot sint qui indigeant, & obambulent nudi: sed honorem demus nudo Christo potius quàm tineis: & uestiamus eum qui propter nostram salutem nudus obambulare uult, ut ipso induto audiamus in die illo: Nudus erã, & uestiistis me. Num onerosa sunt Matt. 25.d præcepta? num molesta? Ea quæ pereunt, inquit, quæ à uermibus arroduntur, quæ absq; usu & frustra cõsumuntur, hæc dispensa, ut tibi fiant utilia: ut & detrimenti damnum effugias, & ex ipsis lucrum maximum tibi pares. Excellentis enim & magnæ inhumanitatis est post tot spirituales admonitiones, scrinijs & parietibus includere superflua, & non illis subleuare proximorum inopiam: sed sinere à rubigine & tinea potius corrumpi, & ante prædonum iacere manus, & propter illa supplicijs potius plecti, q̃ dignã pro eis remuneratio- D nem accipere. Obsecro, ne simus tam negligẽtes salutis nostræ, sed expẽsis in pauperes superfluis, magnã nobis fiduciã antea reponamus: ut ineffabilibus olim bonis frui mereamur, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cui cũ patre & sancto & uiuificatore spiritu, gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Post hæc autem uerba factus est sermo domini ad Abram per uisionem dicens: Ne timeas Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna ualde. Homilia XXXVI

THESAVRO cuipiã assimilatur iustorum uirtus, in quo plurimæ & ineffabiles diuitiæ continentur. Nam sicut qui ex illo uel paruam quandam partem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem capere potest, breui sibi copiã rerum, quanta A satis est, parat: ita euenire & in uirtutibus Patriarchæ, uidere quis potest. Ecce ferè quotidie ex historia eius propolita uobis doctrina, magna largitate conuiuiũ præbemus, & hucusq; nondum paruam bonorũ illius operũ partem enarrare potuimus, tantis abundat uirtutib. Et sicut è fonte largis fluente riuis etiã si omnes hauriant, nõ solum non imminuuntur fluenta: sed quãto plures sunt qui inde hauriant, tanto magis aquarũ natura scaturit: ita etiam in Patriarcha nostro fieri uidemus. Quot enim à tempore quo fuit, usq; in præsens ex fonte bonorum illius operum hauriunt: & non solum non euacuarunt fluenta, sed tanto abundantior est scaturigo bonorũ operum. Narrationem enim de illo in diuina scriptura, quasi catenã B auream inuenimus contextã: & omni tẽpore primum quidem ipse aliquod bene institutæ mentis exemplum exhibet, statim autem subsequitur diuina remuneratio. Et ut discatis quòd ita se res habeat, operæpretium fuerit breuiter uobis res eius recensere: ut sciatis & eximiã iusti fidem, quã diuinis promissionibus habuit, & largissimas dei retributiones, quas ei amantissime reddidit. Sufficit enim unus ille iustus, ut oẽs nos erudiat, ut alacriter aggrediamur uirtutis certamina, confidentes supernis remunerationibus, & scientes misericordis dei nostri liberalitatẽ: & ut sustineamus omnia magna facilitate, quæ dura & ardua in hac uita uidentur, spe remunerationũ nutriti. Attendite itaq; obsecro, quõ ab ineunte ætate, postquã domi sibi C nata indole, & insita naturæ nostræ scientia bene usus est, tametsi citra præceptoris operam, imò ab infidelibus parentibus educatus, diuina tamen ui sitatione potitus est. Relicto eñ errore patrio pietatem diuini cultus cõplexus, mature diuina oracula obtinuit, etiã tum in Chaldæa constitutus: & hoc nobis beatus Stephanus exponit manifesti-
Act. 7.a us, sic dicens: Deus gloriæ uisus est patri nostro Abrahã, cũ adhuc esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran. Vidisti quõ eum inde uisio euocauit? Verisimile enim, quòd cum sedula in deum pietate, eximiã quoq; parentibus reuerentiam exhibuerit: tantoq; amore parentes sibi conciliauerit, ut inde ad relinquendum amore filij suam patriam, & ad quærendum alienam moti D sint. At diligenter uide, obsecro, quõ & hæc præcedentem uiri uirtutem cõsecuta dei uisitatio iterum clariorem ipsum reddidit. Elegit paternã regionem relinquere, & alienã inhabitare, ut præceptum dei perficeret: & paratus erat etiam absq; familiaribus, ut mihi uidetur, peregrinus fieri: sed, ut dixi, hominis uirtus & insignis erga parentes pietas effecit, ut pater comes fieret itineris. Deinde occupata Charran, postq; illic tabernaculum fixerunt, & morte functus est Tharra (hoc enim patri eius nomen erat) iterũ præceptũ est ei à deo, ut exiret inde. Egredere eñ, inquit, de terra tua, & de cognatiõe tua, & de domo patris tui, & ueni in terrã, quam monstrauero tibi. Nam postq; cum tota domo in Charran migrarunt, ibi imperãs ei, dicit: Egredere de terra & cognatione tua: manifestans quòd ipsum solũ per se uult peregrinationem suscipere, neq; fratrẽ, Nachor dico, neq; aliũ quenquã necessarium. De terra autẽ tua dicebat, quia non paruo tempore ibi habitarãt, & quasi in ppria patria illic habebãt domicilij. Et cũ in lugẽdo parẽte maximè foret occupatus, essentq; difficultates aliæ multæ, tunc præcepto peregrinandi magna paruit alacritate, idq; ignorans ubi nã futurus errandi finis. Veni eñ, inquit, nõ in hãc uel illam terrã, sed in eam, quã monstrauero tibi. Nihilominus licet indefinitũ esset mandatũ, omissa curiosiore percontatione, imperata faciebat. Porrò & fratris filio assumpto, suã demonstrauit uirtutem: quẽ, quia iuuenẽ acceperat, paulatim suæ uirtutis imitatorẽ effecit. Vnde eũ relinquere noluit, sed peregrinationis sociũ fecit: Quasi diceret: Si pater qui infidelis fuit, ob suũ in me amorem, domũ paternã, in qua nati sumus & adoleuimus, relinquere, & me comitari uoluit, uitaq; in aliena terra defunctus est: multo magis ego fratris filiũ, iuuenem, indole sua pollicentẽ paulatim uirtutis incrementa, nõ patiar hic relinqui. Itaq; declarãs modis omnibus suã religionẽ, etiã istam peregrinationem fecit. Postq; autẽ in Palæstinã peruentum est, & in Chananęorũ fines, apparuit ei deus uolens eius alacritatẽ cõfirmare, & manum porrigere, dicẽsq;. Semini tuo dabo terrã hãc, eo quòd filios sibi succedere ualde optabat, ac desiderabat: quod & statim promittit, retribuens tantis laboribus mercedem: Quoniã enim natura infœcũdus erat, & ætas quoq; prouectior, ne sibi quid polliceri posset, faciebat, promissione deus excitat & erigit athletã, & alacrem fieri & reiuuenescere facit in sequentibus certaminib. Proinde uide quomodo post hanc promissionem iustus aliud certamen aggreditur. Inualescente enim fame, & Chananæa magnis pressa necessitatibus & angustijs, in Aegyptum profectus famis illic lenimen quærens, maioribus sese periculis inuoluit. Vxoris enim uenustas & pulchritudo mortẽ ei quasi ante oculos monstrabat. Ideo cum iam in cõfinijs esset Aegypti, ingressurus dixit uxori: Scio quòd mulier formosa sis, scio tuę pulchritudinis decorem, & timeo Aegyptiorũ intemperantiã. Nam si te uiderint, & cognouerint quòd uti uxorem te mecũ ducam: te quidem uiuã asseruabunt, ut suam cupidinem expleant: me autẽ occident, quò liceat sibi secure quæ nefas est patrare, nemine existẽte qui adulteriũ coarguat. Dic igitur, Soror illius sum.] Vide adamantinam animã, uide mentem ferro solidiorem: non turbauit eius rationem calamitas quã expectabat. Non cogitabat, neq; dicebat intra semetipsum: Ideóne propria relicta patria tanta cum obedientia in alienam ueni terram, ut hisce malis implicarer? Nónne paulo antea promisit mihi: Semini tuo dabo terrã hanc? En & adulterij & mortis timor mentem meam cõcutit. Sed nihil horum neq; in mentem accipere dignatus est. Vnum ei duntaxat curæ erat, quomodo miseram hanc fabulã ita ageret, duobus hinc inde periculis

riculis urgentibus, ut uel unum saltem effugere A posset. Igitur postquam ipse quæ sua erant attulit, consilium uidelicet & animi fortitudinem: mulier quoq; singularem erga uirum affectionem & obedientiam declarans, cooperata est, & his quæ decreuerant subministrauit: atq; ita ambo quod suũ erat perfecerunt, cumq; iam iuxta humanum morem desperaretur, & ferè opere cõpleta fuisset Aegyptiorum malitia, tum demũ deus magnam uiri curam se gerere declarauit. Non solum enim mulierem à stupro eripuit, indignatione sua in regem & in domũ eius immissa: sed & Patriarcham cum magna gloria in Palæstinam ex Aegypto redire fecit. Considera quomodo misericors dominus in medijs succurrẽs tentationibus, athletam suum ad ferenda sequentia certamina fortiorem reddit: nec unquam eum suo destituit auxilio, sed in omnibus monstrat ei, quòd semper parua illa, quæ faciebat Patriarcha, magnis & mirum in modum magnis, humanũq; captũ transcendentibus remuneret. Vidisti iusti patientiã? uide nunc eiusdem post reditũ ex Aegypto humilitatis magnitudinem, & insignem mansuetudinẽ. Nam cum rediisset ex Aegypto, multamq; possideret substantiam, tam ipse quàm fratris filius: Non capiebat, inquit, eos terra ut habitarent simul, quia multas facultates habebant: unde & rixa orta est inter pastores Loth & Abram. Tunc iustus animæ suæ mansuetudinem & præclaram sapientiã exerens, uocato Loth dixit: Ne sit rixa inter me & te, C & inter pastores meos & pastores tuos, quasi diceret: Nihil pace præstantius, nihil contentione damnosius & grauius. Vtigit̃ ê medio tollamus omnem rixandi materiã, elige quam uolueris regionem, & reliquam mihi relinque, ut à litium & contentionum molestia simus alieni. Vidisti uiri uirtutem? cessit iuniori primatu, & electiõe, ipse contentus uiliore terra. Sed uide hic etiam quantam mercedem nactus sit pro ijs suis officijs. Statim enim separatione facta, inquit ei deus: Sublatis oculis tuis uide omnem terram ab omni parte: quia omnem quam tu uides, tibi dabo, & semini tuo usq; in seculum. Considera quantis beneficijs certare dignatur ob eius modestiã quam erga fratris filium declarauit: & ipse quidẽ, ut paruis cessit, multo maiora cõsequutus est: ille aũt tanta auiD ditate potiorem partem deligens, nõ multo pòst in pericula incidit: & non solum nihil cõmodi ex electione percepit, sed factus captiuus, domo atq; foco repente simul priuatus est: rebusq; ipsis didicit q̃ eximia uirtus iusti, & ipse postea dedit operam, ne quid unquam tale attentaret. Nam postq; Sodomis habitare cœpit, statim exortũ est graue bellum: & uicinarum gentium reges magnis exercitibus omnem regionẽ simul depopulati sunt: gigantibusq; fusis, & Amalechitis fugatis, etiam Sodomorum & Gomorræ reges profligauerunt: & montanis omnibus occupatis, & equitatu regis Sodomorũ abducto unà cum Loth captiuo, & uxoribus, & omnibus sarcinis, abierunt. Sed uide iterum ingentem dei prouidentiam. Volens enim simul & Loth à captiuitate liberũ reddere, & Patriarchæ gloriam magis illustrare, excitat iustum ut fratris filio succurrat. Nam ut didicit quæ erant facta, cum uernaculis suis impetu facto in reges illos, eos paruo labore perculit, & Loth, & uxores, & omnem equitatum regis reduxit, Quibus tam elaris triumphis, omnibus patefacta est ingens dei erga illũ beneuolentia, & quòd ille nõ sua uirtute tantã stragẽ cõfecisset, sed superna uirtute munitus. Et ipse quoq; Patriarcha enitebaẽ ut Sodomitis doctor diuini cultus fieret, uerbis illis quæ regi loquebaẽ. Quia cum occurrisset rex, & pro beneficio gratias egisset, ac omnẽ equitatũ ei se donaturũ diceret, homines q̃ duntaxat acceпturũ: uide iterũ iusti magnanimitatẽ, quõ & moderatissimi instituti sui specimen exhibet, q̃ nõ sit cupidus eorũ quæ ab illo dabanẽ, & illos ad ueræ religionis notitiã inducit. Non enim absq; causa non dicit: Non patiar ut aliquid tuorũ munerum ad me redeat, non mihi tali mercede opus est: sed quid? Extendo manus meas ad deum altissimum (quasi docens eum: Non sunt dij, qui à te colunẽ, sed ligna & lapides: sed unus est deus super oñia, qui creauit cœlum & terrã) quòd nõ accipiam de funiculo usq; ad sphæroterem, ut ne existimes me talium rerum gratia ultionem sumpsisse, & ne dicere possis, quòd mihi abundantiæ factus sis autor. Nam qui mihi uictoriam dedit, & tropheum per me statuit, idem & diuitias abundè mihi suppeditat. Vidisti quõ, siquidem lucrum facere uoC luisset rex, autorẽ agnoscere uictoriæ ex Patriarcha potuisset? Docebat enim posthac non fidendum propria sua uirtute, sed agnoscendum autorem omnium, rídendosq; manufactos deos, & colendum deum, qui est super omnia, qui omnia condidit, qui & bonorũ omiũ fons est. Et in summa discebat ex omnib. Patriarchæ uirtutẽ. Nam ne existimet, quod per arrogantiã & fastum data contemneret, idcirco dicit ei: Ego quidem nihil sumam. Neq; enim opus habeo, neq; indigeo, ut meæ facultates augeantur ab alijs: eis autem qui periculorum meorum fuerunt socij, permitto ut suas portiones accipiant, quo paruam aliquã suorum laborum consolationem habeant. Ita Sodomorum regi respondit iustus. Postquã autem & Melchisedek rex Salẽ panes & uinũ attulit (erat enim sacerdos, inquit, dei altissimi) ab illo accepit oblata. Dein ut rependeret benedictionẽ quam ab eo acceperat & glorificationẽ in deum (dixerat enim, Benedictus Abram deo altissimo, & benedictus deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas) decimas ei dedit de omnib. spolijs quæ attulerat. Vidisti quantã pietatem & religionem in omnibus præ se ferat iustus? & quomõ à rege Sodomorum à funiculo usq; ad sphæroterem accipere nihil uoluit? accepit aũt ea quæ à sacerdote sunt oblata, retribuens & sua. Quibus nimirũ nos docuit, habendũ aliquem delectũ, & non passim ab omnibus dona accipienda. Nam quamuis Sodomita ille quantũ ad liberalitatem attinebat, sapiebat: erat tamen alioquin incredulus, & institu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione multa indigebat. Proinde Patriarcha dona quidē despexit, omni aūt cura adhibita, & per ea quæ accipere refutauit, & per ea quæ dixit, curauit ut illū ad pietatē induceret. A Melchisedek autem non iniuria accepit. Viri enim uirtutē diuina scriptura assignauit, dicens: Erat aūt sacerdos dei altissimi. Quāuis aliās etiā quæ fiebant, Christi typus erant, & oblata sacramentū quoddā præ signabant: ideoq; non renuit. Cæterū ut accepit, uicissim illum suis remunerādo, docebat uirtutis suæ magnitudinē. Decimas enim ei dedit, etiam hac ratione piam suā mentē significans. Fortassis prolixius sese extendit sermo noster, atq; ni cōret causa, neq; frustra erit, Cōpendio enim cognouimus, ab initio usq; ad hodiernā lectionem, quæ iusti huius fortitudo, magnanimitas, excellens fides, mens optimis moribus prædita, insignis modestia, admirabilis diuitiarū contemptus, ad hæc dei perpetuam prouidentiam, quæ eum iugi adiutorio firmans, quotidie clariorem & illustriorem reddidit. Nunc autem, si uidetur & non defatigamini, ad ea quæ recens lecta sunt accedamus, & paucis quibusdam propositis, absoluamus sermonem: ut discatis quanta denuo ei rependatur merces, eo quòd contēpserat donata sibi à rege. Quid igitur inquit? Post hæc autem uerba factū est uerbum domini ad Abrā. Quare sic incipit, post hæc autem uerba? num indicat uerba, quæ cum Sodomorum rege colloquutus? Post cōtemptū illum, inquit, postquàm ea quæ ab illo oblata sunt repulit, post doctrinam illam, quam reiectis donis pro nuntiauit, ut pietate & agnitione conditoris omnium regem initiaret, posthæc uerba, postquàm decimas Melchisedek obtulit: quando, inquit, omnia quę ex se erant impleuit, tūc post uerba hæc.

Cap. XV Factum est uerbū domini ad Abram in uisione noctis, dicens: Ne timeas Abram, ego protego te, merces tua multa ualde erit.] Vide misericordiā domini, quàm statim & è uestigio sequens, beneficijs suum athletam remunerat, & ad ulteriora certamina iterū instruens, uigore nouo roborat. Factum est uerbum domini in uisione noctis. Quare in nocte? ut in silentio & quiete melius quæ dicuntur accipiat. Et dicit ei: Ne timeas Abram. Attende immensam dei curā. Quare dixit, ne timeas? Quia tantas opes cōtempserat, nō curatis his quæ rex dabat: hoc est, Ne timueris quòd despexisti tanta dona, neq; anxius sis quasi imminutiores sint tuæ facultates. Ne timeas. Deinde ut animum magis excitet, adiecit uerbo & appellationem, & inquit: Ne timeas Abrā. Non parum ad expergefaciendū facit, cum quempiam proprio nomine compellamus. Ego protego te. Multam habet & hoc uerbum emphasin. Ego qui à Chaldæis te euocaui, ego qui te huc duxi, ego qui te à periculis Aegypti liberaui, ego qui semel atq; iterum promisi, tibi atq; semini tuo daturum me terram hanc, ego te protegam: ego qui in dies magis ac magis omnibus te clarum ostendo, ego protego te: hoc est, ego pro te certo, ego propugnator sio, ego curā gero, ego omnia difficilia faci lia tibi reddo, ego protego te. Merces tua multa erit ualde.] Noluisti mercedē accipere pro laboribus quos sustinuisti, tantis periculis teipsum obijciendo, sed cōtempsisti & regem, & munera eius. Ego tibi mercedem dabo, non tantā quantam acceperus eras, sed multā, & ualde multā. Vidisti liberalitatem domini? uidisti uerborum pondus? Vidisti quomodo excitat pietatis athletā? uidisti quomodo animā eius confirmauit? Ipse enim qui arcana cordiū nouit, sciebat illi opus esse huiusmodi uerborū consolatione. Et uide quid ex his uerbis cōcepta fiducia Patriacha dicit, Domine, q̄d mihi dabis? ego aūt sine liberis dimittor.] Postquā merces sibi promissa est, eaq; copiosa, & ualde copiosa, exponens animæ suæ dolorem, & tristitiā propter prolis inopiā, quæ interim in pectore eius toto illo tempore fuit, dicit: Dñe, quid tale mihi dabis? Ecce enim ego usq; ad senectam perueni, & prole carēs dimittor. Vide quō priscis illis seculis iustus ille philosophabat. Nam qui uitam honestè & in uirtutibus egerunt, quando ex hac uita emigrant, uere liberant, & quasi soluuntur à certaminibus, & à uinculis relaxantur. Est enim mors his, qui bene uiuūt, translatio quædā ad meliora: à momentanea uita ad perpetuam & immortalem, finemq; non habentem. Ego autem dimittor, inquit, prole carēs. Et ut misericordem dominum sibi conciliaret, non ijs contentus fuit uerbis. Et quid dicit? Filius autem Masek uernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Abram: Quoniā non dedisti mihi semen, ille hæres meus erit.] Ingentem dolorē animę eius declarāt hæc uerba, quasi diceret deo: Neque ea sum assequutus quæ ancilla mea uernacula: sed ego quidē abibo sine prole, & sine filio, hic autē uernaculus meus hæreditatem accipiet, quæ à te mihi data, idq; cum semel atq; iterum promissionem à te acceperim, dicēte: Semini tuo dabo terrā hanc. Considera, obsecro, & hoc loco iusti uirtutē, quòd cogitationes in animo uersans, nunquā aliquid durum loquutus est: sed & nūc instigatus uerbis quę loquutus est ei dñs, magna fiducia dominū alloquitur, manifestamq; facit internā cogitationum perturbationē, ostendens animæ suæ ulcus, unde & acceleratum accepit medicamentū. Et statim uox dei facta est ad eum.] Vide quomodo signanter scriptura loquitur. Statim inquit. Non permisit iustum ne tantillū quidem ægrè habere, sed festinatam ei consolationem affert, & mœroris grauitatē uerbis emendat. Et statim, inquit, uox dei facta est ad eum, dicens: Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit.] Hoccine timuisti? hoccine mentem tuā turbauit? hoccine tristitiam tuam auxit? Scias igitur, quòd non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit. Ne igitur ad humanam spectes naturam: ne tuam senectam, Saræ ue sterilitatem cogites: sed eius qui tibi promisit potentiæ bene fide, & tristitiam ponens, cōsolationem quæ tibi sufficiat accipe, persuadeq; tibi, quòd hæredem habiturus sis, qui ex te nascatur. Porrò quia supra naturam

turam erat promissio, & uincebat humanam rationem (magnam enim in eo turbationem excitabant tot naturæ præpedimenta, senectus eius, & quòd Sara sterilis ac utero emortuo erat) auget dominus promissorum magnitudinem, ut iustus ad promittentis liberalitatem respiciens, bene speraret, cōfideretq; sic euenturum. Eduxit autem eum foras, & dixit ei: Eia suspice in cœlum, & numera stellas, si poteris numerare eas. Et dixit ei: Sic erit semen tuū. Et credidit Abram deo, & reputatum est illi in iustitiam.] Quare assignauit, quòd duxit eum foras? Quia superius dixit, quòd in uisione noctis apparens ei, uerba illa loquutus sit: nunc autem uult ei ostendere, q̄ innumerabiles sint stellæ, inquit: Eduxit eum foras, & dixit: Suspice in cœlum, & numera stellas, si poteris eas dinumerare. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. Magnum promissum, uaria promissionis magnitudo: sed si ipsam promittentis uirtutem cogitabimus, nihil nobis apparebit magnū. Qui enim de nihilo formauit & cōdidit omnia quæ uident, ille etiam dare poterit quæ supra naturam sunt. Vidisti domini liberalitatem? Postquàm enim dixit, absque prole dimittor, quasi apud portas inferni existēs, nec amplius operari ualēs procreationi liberorū: sic uerba illa protulit, dicens: Filius Masek uernaculæ meæ, hæres meus erit. Ideo uolens spiritum eius erigere, & nouum uigorem menti addere, ab imminente timore eum liberat, promissioneq; ac doni magnitudine mentē eius erigit, & ostendens stellarū multitudinem, & promittendo nascendos ex eo illis pares futuros, in bonā spem adducit. Videns enim dei promissionem, reiecta omni humana ratione, & neq; ad seipsum, neq; ad Saram minus procreationi aptā, respiciens: sed præteritis humanis omnibus, sciens quòd potens est deus etiā ea quæ supra naturā sunt largiri: fidem habuit dictis, bonoq; animo cœpit esse, ut qui nihil amplius hæsitaret aut ambigeret. Hoc em̄ ueræ fidei est, quando promissione non iuxta solitum morem & hominibus cognitum facta, nos promissoris uirtuti fidimus. Fides em̄ est eorum quæ sperantur substantia, rerum quæ non uidentur argumentum. Et iterum. Quod autem uidet quis, cur & sperat? Hæc igitur est fides, quando illis credimus quæ non uidentur, & mentem ad dignitatē eius qui promisit intendimus: id quod profecto & iustus ille fecit, synceram & eximiam promissis fidē habens. Idcirco & prædicatur: Credidit Abram deo, & reputatum est ei in iustitiam. Vidisti quomodo & ante euentū & impletionem promissorum, eo ipso quòd credidit, sufficientem mercedem accipit? Nam in iustitiā ei reputatum est, quòd credidit promissioni diuinæ, & non humana ratiocinatione curiosius ea quæ dicta sunt explorauit. Discamus igitur & nos obsecro à Patriarcha, dei credere dictis, & eius promissis fidere, neq; ea cogitationib. nostris indagare, sed magnam gratitudinē exhibere. Hoc enim nos & iustos reddere poterit, & assequi promissa faciet. Atqui Abræ promissum est, quòd ex semine eius maxima futura esset multitudo, erantq; præter solitū naturæ modum quæ promissa erant: proinde & fides in deū iustitiam ei attulit. Nobis autem, si sobrijsimus ac uigilātes multo maiora promissa sunt, quæ & ipsa humanas cogitatiōes longe transcendūt: modo tā potēti promissori credamus, ut ex fide iustitiā reportemus, & adipiscamur bona promissa. Ea enim quæ nobis maxime promissa, humanam transcendunt rationem, & omnem cogitationem excedunt: tanta promissionū est magnitudo. Neq; enim præsentem solum nobis promisit huius uitæ statū, & uisibiliū fruitionem: sed & postq̄ hinc emigrauerimus, & post corporis corruptionem, quando in cinerem & puluerē nostra dissoluent corpora, tūc resurrectura ea promisit, & in maiori gloria futura. Oportet enim (inquit beatus Paulus) corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatē. Et post corporū resurrectionem regno frui, daturum se nobis pollicitus est, & conuersationē cum sanctis, & in perpetuo seculo quietem, & ineffabilia illa bona, quæ oculus nō uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt. Vidisti quanta promissionū excellentia? Vidisti donorū magnitudinem? Hæc cogitantes, & sciētes quòd mentiri nequit is qui ea promisit: magna alacritate expediamus nos ad uirtutis agones, ut & promissis bonis frui possimus: & ne præferamus saluti nostræ & tantis bonis momentanea: neq; cogitemus labores uirtutis, sed retributiōes in mente reponamus: neq; pecuniarū sumptus tantū spectemus, si quando opus est eas pauperibus erogare, sed potius quantū inde nobis accrescat. Ea em̄ de causa semini eleemosynā cōparauit diuina scriptura, ut cum gaudio & multa alacritate eam operemur. Nam si ij qui semina terræ concredunt, & intus reposita spargunt, ita negotiant̄ ut bona speent fouean̄tur, & iam nunc manipulos imaginant̄ ac plenas areas: multo magis quibus datū est semen hoc spirituale seminare, gaudere & exultare conuenit, quòd messuri sint in cœlo hoc quod in terra serunt: & nummos expendendo peccatorum remissionem recipiunt, & fiduciæ materiam inueniunt, conciliantes sibi per ea quæ hic dant, perpetuam quietem & cum sanctis cōuersationem. Et continentiam eligere uolentes, non spectemus q̄ laborem habet uirtus, neq; quòd uirginitas magnum habet certamen: sed quietem quæ nos excipiet, cogitemus: hāc semper ante oculos nostros depingentes malæ concupiscentiæ refrenemus rabiem, uincamus carnis motus indecentes, & respectu mercedis laborum molestiam subleuemus. Sufficit enim bonorum spes, ut etiam pericula contemptim aggrediamur: quanto magis ut uirtutis labores fortiter feramus. Quando enim animo uersas, quòd si ad breue tempus certaueris, & fulgidam seruaueris uirginitatis lampadem, beata uita censeberis dignus, & cum sponso intrare poteris, modo accensas habeas lampades & sufficiens oleum, bonorum operum actionem inquam, quomodo non cum omni facili

Fidei definitio. Heb. 11.a Rom. 8.e

1.Cor.15.g

2.Cor.2.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate difficilia omnia transcurrere poteris cogitãs illud quod à beato Paulo dictum est: Pacem sectemini cum omnibus, & sanctificationẽ absq; qua nullus uidebit dominum? Vidisti quomodo sanctificationi pacem coniunxit. Nam ut sciamus q̃ non solum corporis requirit puritatem, sed & pacem, opportune nos monet, utrinq; uolens munire: ut & cogitatiões sedemus, ita ut nulla sit in nobis turbatio, nullus q̃ tumultus: sed in tranquillitate & quiete uersemur, & cum omnibus pacifice agamus, & mansueti simus & mites, & humani, adeò ut omnes uirtutis colores in facie nostra reluceant. Ita enim deinceps & gloriam præsentis uitæ poterimus despicere, ueram gloriam præferentes, & humilitatis maiorem habentes curam, ridereq; omnem præsentis uitæ prosperitatem, ut uera & solida felicitate fruamur, & Christum uidere mereamur. Beati enim, inquit, puri corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Purificemus itaq; nostram conscientiam, & magna cura uitam nostram gubernemus, ut cum præsentem uitã in omni uirtutum genere transegerimus, horum laborum præmia mereamur accipere in futuro seculo, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hebr. 12.d

Matt. 5.c

Dixit autem ei: Ego sum deus qui eduxi te de terra Chaldæorũ, ut darem tibi terram hanc, ut in hæreditatẽ possideas eam. Dixit autem, domine dñe secundũ quid cognoscã, quòd in hæreditatẽ accipiã eam. Hom. XXXVI

MAgna diuinę scripturę uirtus est, et multæ in uerbis latent sententiarũ diuitiæ. Ideo cõuenit, ut diligẽter intendamus, & solicite scrutemur, quò ampliorẽ utilitatẽ inde percipiamus. Nam ꝓpter hoc & Christus præcepit, dicẽs: Scrutemini scripturas: ut nõ tantũ nudæ lectioni uacemus, sed indagatis profundis, uerum ueritatis sensum percipere ualeamus. Talis enim scripturæ mos est, ut & in paucis uerbis plurima sæpe multitudo sensuũ inueniat. Diuina enim sunt doctrina, non humana, & propter hoc omnem illam uidere licet secus se habere quàm humanam. Et quõ hoc ego dicam. Illic em̃, in humana sapientia, omne studiũ concinnandis uerbis adhibitũ est: hic uero prorsus aliter. Nullã scripturæ habent rationẽ pulchritudinis uel compositionis uerborũ: habent enim domesticam gratiam effulgentem & pulchritudinem quę dicunt. Et illic post longã et indicibilem nugacitatem, uix dignæ aliquæ sententiæ uenantibus occurrũt: hic autem ut scitis, etiã parua dictio sæpe integrã nobis præceptionẽ cõtexit. Propterea & heri quantus initia lectionis attigerimus, quia tamen tantũ inuenimus sensuum thesaurum, nõ potuimus ultra progredi, ut ne dictorum multitudine memoriam uestram obrueremus, & iam dictis obesse mus. Ideo ea nunc attingamus, dicendaq; heri dictis copulemus, ut ita enarrata lectione tota, uos hinc dimittam. Sed oro, ea quæ dicuntur, auscultate diligenter. Nam & si labor noster, utilitas tamen uestra, imò cõmunis. Et quid dico labor noster? donum est gratiæ dei. Cum attentione igitur suscipiamus & nos ea quæ à deo donantur, ut lucri faciẽtes aliquid in animarũ salutem, hinc abeamus. Hanc ob rem quotidie spiritualem hanc apponimus mensam, ut admonitione continua, & multa diuinarum scripturarum exercitatione, omnes maligni dæmonis excludamus insidias. Cũ enim nos uiderit multum in spiritualibus occupari, non solum nõ inuadit, sed neq; aspicere audet: sciẽs quòd inuanũ moliatur, & in caput suũ ausus suos cõuertat. Age igitur heri dictorum repetito contextu, quod reliquum fuit enarremus. Quid autem est quod heri fuit dictum? Promissionem quã deus fecit Abræ descripsimus, ubi imperauit ei, ut suspiceret in cœlũ, & spectaret stellarũ multitudinem. Numera enim, inquit, stellas, si poteris eas numerare, & dixit ei: Sic erit semen tuũ. Deinde cum demonstraret nobis diuina scriptura religiosam mentem Patriarchæ, & quòd ad promittentem uidens, & uirtutẽ promittentis cogitans, crediderit dictis, dicit: Et credidit Abrã deo, & reputatũ est ei in iustitiã. Hucusq; heri sermonẽ produximus, neq; ulterius ꝓgredi potuim⁹: ideo operæpretiũ est ut addam⁹ sequẽtia. Quid ergo dicit?

Dixit aũt ei deus, Ego sum deus, qui eduxi te de terra Chaldæorũ, ut darẽ tibi terrã hãc, ut in hæreditatem possideas eam.] Vide quõ sermonem nostræ infirmitati attemperet, quomodo fidem illius corroborare uelit, & persuadere copiosis argumẽtis de his quæ nuntiata sunt: quasi diceret: Memor esto, quòd ego te à domo tua euocaui. Ecce quæ à domino deo dicuntur, consona sunt beati Stephani dictis, qui & de domo, & de Chaldæa dñi præcepto euocatum eum dicit. Et eius sententiæ obsequutus pater (ut antea diximus) quamuis infidelis esset, magnam tamen societatis causam habens, nempe amorem, comes fuit, & simul exijt. Itaq; reminisci eum facit hoc loco, quantam ab initio eius curam gesserit, declarans ei quòd uolens eum ad magna prouehere, tanta uidelicet promittendo & implendo, tantum itineris confícere iusserit. Ego sum deus, qui eduxi te de regione Chaldæorum, ut darem tibi terram hanc, ut in hæreditatem possideas eam. Num te absq; causa illinc euocaui? Num frustra & inuanum te illinc eduxi? Propter hoc iussi ut te in Palæstinam conferres, & relicta paterna domo ires in terrã hanc, ut in hæreditatem eam possideas. Cogitans igitur quantis fruaris nũc per meam prouidentiam, ex eo tempore quo Chaldæam reliquisti usque in præsens, & quomodo clarus es factus, & per meum subsidium & curam tui quotidie clarior euadis, confide & meis dictis. Vidisti excellentem misericordiam? Vidisti quàm congruat huius imbecillitati diuinus sermo, quo eius animã corroborare, & fidem confirmare uoluit, ut ne posthac ad naturæ obstacula spectare possit, sed eius cogitare potentiã qui ꝓmisit, & ita credere & cõfidere, quasi iam impleta essent promissa? Verũ iterũ attende & Patriacham, quõ post fidutiam ex dictis acceptam

acceptã certiora inquirat argumenta. Dixit em̃: Domine domine, secũdum quid cognoscã quòd in hæreditatem accipiã eam?] Tametsi scriptura prius testata fuerit, q̃ credidit dictis dei, & ideo reputatũ est ei in iustitiã, ueruntamen quia audiuit: Propter hoc te eduxi, ut darem tibi terrã hanc, ut in hæreditatem possideas eam, dicit: His quidem quæ à te dicunt, impossibile est, ut nõ credam: attamen uellem & hunc modum discere, quõ eam in hæreditatem sum possessurus. Video enim me nunc prope modum ad extremã senectutem peruenisse, & usq; in hũc diem obambulare quasi erronem. Et nõ possum humana ratione deprehendere, quõ hoc sit futurũ, licet prius crediderim dictis tuis, quòd potes ex nihilo res producere, & omnia facere & transformare. Non igit̃ ut incredulus hoc interrogo, sed quia iterum mihi hæreditatem nominas, uolebã crassius atq; clarius signum accipere quod possit infirmas meas cogitationes solidare. Quid igitur bonus dñs? morem gerit suo famulo, & uolens eius corroborare animam, quoniam uidit confitentem suam imbecillitatem, & credentem quidem promissioni, cupientem autem certiora quædam argumẽta accipere, dicit ad eum: Sume mihi uaccã triennem, & capram trimam, & arietem, & turturem, & columbam.] Vide quõ more humano init cum eo fœdera. Quemadmodum enim nos homines quando aliquid promittimus, & uolumus certũ reddere eum cui promissio fit, ut de promissis nihil ambigat, signum aliquod damus & pignus, ut ad illud ꝓspectans scire queat promissa omnino euentura: Ita & misericors dominus postquã dixit Abram: Quomodo cognoscam? inquit: Ecce & hoc tibi præbeo, sume mihi uaccam triennem, & capram trimam, & arietem, & turturem, & columbã. Attende, obsecro, in quantam crassitudinem descendendum sibi duxerit bonus dñs, quòd patriarchã argumentis copiosis certiorem reddat. Nam quia olim ita mos erat paciscẽdi & pacta firmãdi, ideo & ipse uia hac ingreditur. Et accepit, inquit, & diuisit ea per medium.] Obseruandum quòd nõ absq; ratione, neq; inuanum, etiã tempus assignauit. Triennia enim accipere iussit: hoc est, perfecta & absoluta. Et diuisit ea per medium, & utraq; partes inter se posuit obuersas: aues autem non diuisit. Et sedens obseruabat, ut ne possint diuisas partes lædere aduolantes aues: & per totum diem hoc facere perseuerabat. Descenderunt autem aues in corpora & diuisiones eorum, & assidebat apud eas Abram. Cumq; sol iam occumberet, irruit ecstasis in Abrã, & ecce timor magnus & tenebrosus inuasit eum.] Quare tempore occasus solis, cum iam diei uespera esset? Quia omnibus modis attentiorem eum facere uult, ideo ecstasis & horror magnus & tenebrosus inuadit eum, ut per omnia quæ fiũt, sentiat se uidere deũ. Eum em̃ morem deus ubiq; habet. Nam & quãdo Mosi in monte Sinai daturus erat legẽ & mandata: Tenebræ, inquit, & caligo erat, & mõs fumigabat. Propter hoc & scriptura inquit: Qui tãgit montes & fumigant. Enimuero quia incorporeũ uidere per sensibiles hosce oculos nõ est possibile, aliter sua nobis operationẽ significare uult. Igitur quoniam attonitus & perculsus erat animo iustus ille, & cõcusserat eius mentem timor eorũ quæ fiebant: Dixisti, inquit ad eum, quõ cognoscã: & signũ uoluisti accipere, quo pacto terrã hanc in hæreditatem possessurus sis. Ecce do tibi signũ, magna opus est fide, ut scias q̃ possim ex desperatis rebus quoslibet in spem bonã adducere. Et dixit ad Abram: Cognoscens scies q̃ peregrinũ erit semen tuũ in terra nõ sua, & redigẽt eos in seruitutẽ, & affligẽt & humiliabũt eos annis quadringẽtis: Gentẽ aũt cui seruiẽt, iudicabo ego: postea egredientur huc cũ sarcina multa.] Magna sunt hæc dicta, & quæ ad animũ masculum pertinẽt, qui transcendat & infra se relinquat humana omnia. Nisi enim generosum & fortem, optimisq; moribus præditũ habuisset Patriarcha, tanta erant hæc ut perturbare potuissent. Sciens, inquit, scito, quòd peregrinũ erit semen tuum in terra non sua, & redigent eos in seruitutem, & affligent, & humiliabunt eos annis quadringentis: Gentem autem cui seruient, iudicabo ego: post hæc egredientur huc cum sarcina multa. Ne admireris, inquit, apud teipsum, uidens & senium tuũ & Saræ sterilitatem, & uterum eius emortuum, & ne putes magnũ aliquid esse dictum, quòd dixi: Semini tuo dabo terram hanc. Non solum enim hoc tibi prædico, sed addo, quòd & illud semen tuum in alienam abducetur. Et non dixit, in Aegyptum, neq; indicauit terræ nomen: sed dixit: in terra nõ sua, & seruitutem ferent, ac miseriã: idq; non ad breue tempus, neq; ad paucorum annorum numerũ, sed usq; ad quadringentos annos. Vltionem sanè eorum ego faciam, & gentem illam seruitute prementem ego iudicabo, & sic eos magna cum sarcina huc redire faciam. Interimq; prædicens ei, quæ posthac certò euentura essent, & seruitutem declarat, & descensum in Aegyptũ, & indignationem quam propter eos Aegyptij sensuri erant, & gloriosum eorum reditũ. Et ostendit ei, quòd nõ in ipso duntaxat ea quæ supra naturam sunt eueniẽt, & post tanta impedimenta dei promissa implebũtur, sed & in toto semine eius hoc cõtinget. Hæc autem, inquit, iam tibi dixi, ut priusquam uitam finias, scire possis, quæ & nepotibus & posteris euenient. Tu autem, inquit, abibis ad patres tuos, exacta senectute bona. Non dixit, morieris: sed, abibis: quasi peregrinaturo eo, & migraturo à patria in patriam. Abibis, inquit, ad patres tuos. Non carnales dicit: quî enim poterat? Incredulus enim erat pater eius, & non erat possibile ut eundem locum caperet, quem ille. Chasma enim, inquit, magnum est inter nos & uos. Cur igitur dixit, ad patres tuos? Iustos nimirum insinuans, ut Abel, & Noe, & Enoch. Exacta, inquit, senectute bona. Et qualis hæc senectus bona, ad quã tantis molestijs per omnem uitam uenit? Verum ne hoc attendas homo, sed spectа quæ illi omni tempore fuit gloria, & quomodo gloriosus uixit peregrinus

Exod. 19.c
Psal. 103.d

Luc. 16.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

peregrinus, qui ciuitate focoq; carebat, & frui ei datum est omni tempore dei subsidio. Non igitur iuxta præsentem opinionem res iudica, neq; senectutem esse bonam cense, uersari in luxu, delicijs & crapula, & possessione diuitiarũ, & magna pecorũ & mancipiorũ multitudine. Non enim fecerit senectutem bonã, sed & multã condemnationem attulerit, neq; in senectute continentiam no uisse, neq; ad extremos spiritus de his quæ decebat consulere: sed quotidie indulgere uentri & sectari cõuiuia & ebrietates: de quibus omnibus nõ paulo pòst reddendæ sunt rationes. Sanè qui in uia uirtutis ambulauit, hic uerè exacta senectute bona, uita defungit, & laborum præsentiũ inuenit mercedes & retributiones. Et idcirco inquit: Tuis quidem nepotibus talia euenient, tu aũt abi his exacta senectute bona. Cõsidera obsecro, quo modo nisi multiplex fuisset fortitudo & uirtus eximia, hæc quoq; conturbare eius mentem potuissent. Dicere em̃ potuisset, Quare promittis mihi tantum semen ex me futurũ & propagandum, si tantis erunt mali & calamitatibus obnoxij, seruitutemq; tot annis toleraturi? Quæ hæc mihi utilitas? Verũ nihil horum iustus cogitauit, sed quasi gratus famulus, omnia quæ à deo fiebant boni consuluit, & quæ deo uidebant, suæ præferebat sententiæ. Deinde & tempus ei significat, quo à seruitute erãt rediturí. Nã quia annos quadringentos seruituros dixit, subdit: Generatione autẽ quarta reuertentur huc. Verũ hic meritò quis addubitet, quo modo quadringentis annis dicit seruituros eos, quamuis neq; dimidiũ eorum fuerint ipsi in Aegypto. Et propterea non dixit, quòd in Aegypto futuri sint annis quadringentis, sed in terra non sua: ita ut possit cõnumerari cum annis habitationis in Aegypto, & tẽpus Patriarchæ, ex quo ei imperatum est, ut Charras egrederetur. Ab illo enim tẽpore, tẽpus annorũ nobis manifestũ fecit scriptura, quæ dixit, quòd septuagintaquinq; annorũ fuerit Abrã, quando exiuit ex Charran: ex eo igitur tempore usq; ad exitũ de Aegypto, inuenietquis numerũ saluum integrũ. Dici potest etiã aliter, quòd cũ dñs sit misericors, & imbecillitati nostræ respondentes faciat pœnas, quia uidit eos ita labore pressos, & Aegyptios magnã in eos crudelitatẽ exercere, ante definitũ tempus ultionẽ fecit, & ad libertatẽ eos reduxit. Dei enim mos est, quoniã in omnibus salutẽ nostrã operat, ut quamuis mineẽ se puniturũ, si nos uoluerimus conuersionis exhibere specimina, possimus eius reuocare sententias. Et ediuerso si pollicẽ aliquid suaue nobis daturum, nos autem non afferimus quod ex nobis est, neq; ipse promissum adimplet, ut ne nos ea ratione deteriores fiamus. Atq; hæc inuenire poterũt studiosi sacrarum literarum omnes.

Quarta autem generatione reuertentur huc. Nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usq; nunc.] Tunc, inquit, erit tempus ut & illi reducantur in libertatem, & ij pœnã luentes pro multitudine peccatorum è terra expellantur. Ambo itaq; fient tempore opportuno, & illorum instauratio, & horũ excidiũ. Nondum enim impletæ sunt iniquitates eorũ, quasi dicat aliquis: Nondum in tanto numero peccata fecerũt, ut talem ferãt pœnam. Deus enim cum misericors sit, non solum nõ inducit pœnas peccatis grauiores, sed & ualde minores. Atque propter hoc tantam ostendit longanimitatem, ut cum sibijpsis pœnarum sint autores, nullam post hac excusationem habeant. Vidistis quõ Patriarchæ omnia diligenter indicauit, ut undequaq; eius roboraret fidem, ut ex his quę ad eũ dixerat habere posset fidem, q etiam hæc posteritati eius ita accidẽt: & uicissim quæ de ea prædixit, fidem faciant quòd necesse sit iam fieri quod de ipso prædictum? Postea completa prophetia signoq; accepto, Postq; fuit sol ad occasum, inquit, facta est flamma, & ecce clibanus fumigans & lampades ignis, quæ transierũt inter diuisiones illas.] Et flamma, & clibanus, & lampades existunt, ut signũ habeat iustus firmiorum fœderũ, & aduentus diuinæ operatiõis. Deniq; postq; cõpleta & perfecta sunt oia, igne consumente quæ ꝓposita erãt: Testatus est, inquit, dñs in die illo Abræ testamentũ, dicens: Semini tuo dabo terrã hanc, à fluuio Aegypti usq; ad fluuium magnũ Euphraten: Cinæos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Chettæos, & Pherezæos, & Raphaim, & Amorrhæos, & Chananæos, & Euæos, & Gergesæos, & Iebusæos.] Vide quõ adhuc perseuerat, ut confirmet suã in illum promissionem. Testatus est em̃, inquit, testamentũ: Semini tuo dabo terrã hãc. Deinde ut ex latitudine terræ, & amplitudine terminorũ scire possit quantũ extendat eius semen, inquit: A flumine Aegypti, usq; ad flumen Euphraten, tantũ erit semen tuũ. Considera quõ semper excellentiã multitudinis declarare ei uult. Superius em̃ dixit, se sicut innumerabilem stellarum numerũ illud facturũ: hic & latitudine finiũ idipsum declarat, ut & hinc discas quàm sit se dilatatura multitudo futura. Neq; hoc solum, sed & iuxta genera gentiũ memorat, qualem promissionẽ semini eius sit daturus, quò copiosis argumentis undiq; fulciatur iustus. Et cum tantæ promissiones essent factæ, adhuc mansit Sara sterilis & senectus eius appetebat, ut ablata maxima fidei suæ coniectura, sciant & humanæ naturæ infirmitatem & diuinæ uirtutis magnitudinem. Verum ne iterũ aliquanto prolixius sermonem extendamus, hic finem imponamus: attamen obsecrauerimus uos, ut imitatores sitis huius Patriarchæ. Cogita enim dilecte regem Sodomorum, quomodo propter uerba illa quæ faciebat, imò & propter uirtutem aliã omnem, quam per omnem uitam suam declarauit, tanta mercede eum dignatus sit: & quàm congrua humilitate cum eo agere deus uoluerit, monstrans per ea quæ in Patriarcham contulit nobis omnibus suæ liberalitatis immensitatem: & quòd uel minimis operibus prouocatus, nos absque mora magnis donis remunerat, si synceram fidem, sicut iustus ille, declarauerimus, & nunquam mente fluctuauerimus, sed eam confirmatam habeamus.

Hinc

Hinc enim & ille probatus fuit. Audí igitur beatum Paulum dicentem de eius fide, quam ab initio ostendit: dicit enim: Fide uocatus Abram, obediuit ut exiret in locum, quem occupaturus erat: & exiuit, ignorans quò iret. Illud nobis insinuãs, quod à deo dictũ est: Egredere de terra tua, & ueni in terrã quam monstrauero tibi. Vidisti fidem firmam? uidisti mentem synceram? Hunc & nos imitemur, & egrediamur mente & alacritate à præsentis uitæ negotijs, & iter in cœlũ faciamus. Possibile enim est, si uoluerimus, & hic uersantes eò pergere, quando digna cœlis operamur, quando non spectamus ad ea quæ sunt huius mundi, quando nõ gloriã uanam huius uitæ inquirimus: sed hac contempta, illam desiderare studemus, ueram illam dico & semper manentẽ. Quando non in luxu uestium occupati sumus, neq; corpus ornare studemus: sed omnem illum externum cultum in animæ transferimus curã, & non sinimus eam nudam & spoliatam indumentis uirtutum: quando rídemus delitias, quando gulam & crapulam fugimus, quando non conuiuia & cœnas sectamur, sed frugalitatem tenemus iuxta apostolicam admonitionem. Habentes uictum & indumentum, his cõtenti simus. Quæ enim utilitas superfluorũ, dic mihi, ita ut uentrem distendas præ nimia uoracitate, & mentis iudiciũ oblædas præ immodica potatione? An nõ inde corporis & animæ mala nascuntur omnia? Vnde enim multiplices illæ ægritudines & membra distorta? nónne hinc quòd plus quàm utile est, uentrem oneribus grauamus? Vnde autẽ adulteria, stupra, rapinæ, auarorũ fraudes, cædes, latrocinia, & totius animæ labes? nónne quia plus cõcupiscimus quàm nobis conuenit? Sicut enim Paulus radicem omnium malorum auaritiã uocauit: sic nõ quis aberrauerit, si fontem omniũ malorum dicat immoderantiam, & quòd transgredi uolumus suũ quisq; usum. Nam si uellemus in alimentis & uestibus & domicilijs & alijs corporalibus cunctis usibus nihil immodicè concupiscere, sed necessaria tantum quærere, multis damnis liberaretur humanũ genus. Verũ nescio quî fiat quòd omnes & singulí modis omnibus auaritiæ dediti sumus, nunquã enitentes ut intra nostros maneamus limites, sed planè contra apostolicũ mandatum, quod dicit: Habentes uictum & amictum, omnia facientes, nescientes quòd de omnibus quæ ultra usum nostrum sunt, rationem reddituri simus, quòd abusi simus diuinis muneribus. Nonenim hæc concessit, ut nos tantum eis utamur: sed ut & proximorum indigentiam subleuemus. Quali igitur uenia dignandi sunt, qui in uestimentis tantam uanitatem ostentant, & ut uermium texturas gestent solliciti sunt: &, quod grauissimum, in his superbiunt? quos oportebat tremere & se abscondere præ confusione, quòd ipsi quidẽ ob nullam utilitatem, neq; necessarij usus gratia, sed tantum ob uanitatem & inanem gloriam, & ut uulgo forensi admirationi sint, talibus induuntur: obambulat aũt eiusdẽ naturæ consors, nudus, qui neq; crassissima uestę amicire se potest: & neq; natura ad cõpassionem ducuntur, neq; conscientia ad opitulandum proximo incitat: neq; memoria horrendi illius diei, neq; gehennæ timor, neq; promissionum magnitudo: neq; istucipsum, quòd communis dominus noster ut sibi facta usurpat quę proximis fiunt: sed quasi lapideum cor haberent, & non eiusdem naturæ forent, ita se putãt ob uestiũ cultus etiam alijs hominibus superiores esse, non perpendentes secũ quãtis malis seipsos obnoxios faciant, qui concredita sibi à domino malè dispensant, & nolunt conseruis partem cõcedere: sed potius à uermibus consumi permittẽtes, grauiorem gehennæ ignẽ sibi præparãt. Nam si omnia quæ intus reposita habent, indigentibus diuites distribuerent, neq; sic supplicium effugerent eorũ peccatorũ quæ in delitijs uestiũ & conuiuiorũ admittunt. Quo em̃ supplicio nõ sunt digni, qui modis omnibus dant operã ut sericis & auro intertextis induantur, & post se pompã trahũt in foro: Christum aũt despiciũt nudum, & neq; cibum necessarium impetrantẽ? Maximè autẽ sermo iste in mulieres competit. Maiorem enim apud eas inuenimus ornatus cupiditatem & intemperantiã, cum auratis uestibus, & auro in capite, in ceruice, & in alijs corporis partibus ornantur, & in his quoq; superbiunt. Quot pauperũ uentres poterant inde pasci, & quot corpora in nuditate agentium poterant cõtegi ex his quę à solo collo & humeris pendent, nullius alterius usus gratia, cꝫ in damnũ & nocumentum animæ? Propter hoc & doctor orbis, cum dixisset: Habentes uictũ & amictum: uertit statim ad mulieres sermonem, & dicit: Non in sertis, uel in auro: uel margarita, ul' uestę sumptuosa ornent se. Vides quomodo nõ uult eas talibus ornari, neq; auro circũdari, neq; margaritis, neq; uestę sumptuosa: sed uerum ornatum in animam inducere, & per bonorum operum actiónem, pulchritudinem animæ illustrare: & ne ab illa quæ in talia inhiat, contemnatur sordida, squalida, pannosa, famelica, geluq; rigescens? Hoc enim studium in ornando corpore internam indicat deformitatem, & huius delitiæ illius manifestam faciũt famem: & huius uestium sumptus illius indicat nuditatem. Impossibile est enim aliquã agere curam animæ, & tanti facere corporis pulchritudinem & ornatum: sicut & impossibile, in externo illo cultu tantopere occupatũ illius agere curam. Quomodo enim posset anima talis aliquid utile contemplari, uel in cogitationem spiritualium uenire, quæ semel terrenis ita dedita cœpit esse, & humi (ut ita dicam) trahitur, & nunquam caput attollere potest, et obstipa innumeris peccatorum sarcinis seipsam grauat? Nam quot inde nascantur mala, non possum nunc sermone complecti: sed satis est ut relinquam conscientiæ eorum qui in ijs occupantur, quantas inde quotidianas molestias experiuntur. Vel enim aliquid intercidit ex aureo illo cultu, & magna tẽpestas, magnusq; tumultus oboritur in tota domo: uel famulus surripuit, & omnes flagellantur & uerberantur,

& in

1. Tim. 5. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in carcerem conjciuntur: uel inuidi quidam A insidiati sunt, & subitò spoliarunt, & intolerabilis mœror omnes occupat: uel rerum difficultas ingruens in extremam inopiam redegit, & grauiorem morte uitam eis attulit: uel aliud quiddam incidens multam tristitiã peperit. Et in summa, nunquam inuenies animam istiusmodi occupatam, à turbationibus alienã: sed sicut maris fluctus neq; numerari neq; terminari queũt, semper nouis succrescentibus: ita & turbationes inde orientes nemo dinumerarit. Idcirco obsecro, fugiamus in omnibus habendi cupiditatem, & modi transgressionem. Veræ enim diuitiæ sunt, & inexhaustæ facultates, cupere tantum quantum usui satis, & ea quę ad usum pertinẽt recte dispensare. Neq; enim ille qui hoc facit, inopiam timere pote B rit, neq; execrationes sustinet, neq; turbationem sentit: sed & extra calumniam erit, & liberabitur ab insidiantibus, & ut summatim dicam, in perpetua tranquillitate erit, & quiete acotio fruetur: & quod maius est omnibus, caputq; bonorũ, & deũ habebit propitium, & superna fruetur gratia, utpote factus dispensator pecuniarum domini. Beatus enim, inquit, seruus ille, quem cum uenerit dominus, inuenerit facientem sic, & dispensantem conseruis, & non arcis & uectibus includentem, & uermibus escã fieri permittentem: sed inopum miseriam subleuantẽ, bonumq; & fidelem dispensatorem factum eorum, quæ à domino suppeditantẽ: ut & pulchrę huius dispensationis magnam mercedem assequi, & promissa bona obtinere me C reaẽ, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperiũ, honor nũc & semper, et in secula seculorũ, Amen.

Sara autem uxor Abram non gignebat ei liberos: sed habebat ancillam Aegyptiam, nomine Agar. Hom. XXXVIII

RVRSVM hodierna lectio linguam nostram ad mentionem Patriarchæ reuocat, neq; uos admiratio teneat, q̃ nunc tot diebus historiã eiusdem toties in medium afferimus: nam nec hodie illã absoluere poterimus. Magna enim abundantia est uirtutũ iusti, & eximia sunt illius bona opera adeò ut omnem humanam linguam uincãt. Quẽ enim deus superno præconio illustrẽ coronauit, quis homi- D num dignè laudare poterit? Nos tamen si nõ prodignitate uiri, certe, q̃ nostris uiribus, quæ de illo scripta sunt in medium afferẽtes, ad æmulandum & imitandum uirtutem illius, uos inducere cupimus. Sufficit eñ huius uiri philosophia ad omne hominum genus erudiendum, & ad trahendum diligenter auscultantes in uirtutum uiam. Cæterum, obsecro, ut intendatis his quæ dicũtur, quò liceat etiam ex nuper lectis iusti uitam, quam fuerit bonis moribus prędita, addiscere. Potest enim hic locus docere & uiros & mulieres, ut magna inter se concordia uiuant, & coniugij uinculum indissolutũ seruent: & neq; uir insurgat aduersus mulierem, sed ut uasi infirmiori maiorem illi ueniam tribuat: neq; mulier uiro se opponat, aut ab eò A discedat, sed ut uicissim alter alterius onera ferre certent, domesticãq; pacem omnibus bonis præferãt. At operæpretiũ fuerit audire uerba ipsa, ut fiat nobis doctrina manifestior. Sara autem, inquit, uxor Abræ, non peperit ei: cæterũ habebat ancillam Aegyptiã, cui nomen Agar.] Cõsidera dilecte hoc loco indicibilem dei lõganimitatem, & eximiam fidem & gratitudinem iusti, quam in factis sibi promissionibus declarauit. Cum enim toties promisisset deus se daturum semini eius terram, & in tanto multiplicaturum numero, ut multitudini stellarũ adæquaretur: uidens quòd nulla promissionũ opere impleretur, sed ex promissionibus nihil præterq; uerba acciperet, non turbabatur ratione, non cõmouebatur mente: sed manet immotus & inflexus, credens potẽtiæ promittentis. Et idcirco etiã hic signanter scriptura diuina dicit: Sara autem uxor Abræ nõ peperit, quasi hoc dicat: Post pacta cum eo inita, post pollicitationem innumeræ multitudinis ex eo procreandæ, nihil fluctuabat secum, uidẽs nihil dictorum opere impleri, sed omnia contrario modo sese habere. Et propterea dicit post illa omia: Sara uxor eius non peperit: ut discas quòd nihil illi accesserit post tantas promissiones, quamuis Sarã sterilem & utero emortuo esse, in mente iusti multam hæsitationem ingenerare poterat. Verũ Patriarcha non considerat impedimenta naturæ, sed sciens omnipotentiam domini, qui naturæ cõditor est, uiãq; in inuijs potest inuenire, sicut gratus seruus non quærit curiose modũ eorũ quæ fiunt, sed relinquit incõprehensibili domini prouidentiæ, & credit dictis: idcirco inquit: Sara autẽ post tantas promissiones nõ peperit ei. Habebat aũt ancillam Aegyptiã, cui nomen Agar.] Nõ absq; causa etiam hoc loco scriptura diuina ancillæ meminit, sed ut sciamus unde habuerit illã. Et idcirco adiecit, quòd Aegyptia fuerit, ut ad superiorem historiam recurramus, & quòd fuerit ex his quæ Pharao donauerat. quando enim tanta ultione ab omnium deo potita est, redeundo etiam hanc accepit. Studiose enim nobis & nomen & gentẽ significauit diuina scriptura. Verũ ulterius hic cõsidera, quo modo & Saræ mens bonis prædita fuerit moribus, & mirũ in modum cõtinens, & supra q̃ dici potest Patriarchæ obediẽs. Dixit aũt Sara, inquit, Abræ in terra Chanaan: Ecce cõclusit me dominus, ne parerem: ingredere igitur ad ancillam meam, ut ex ea prolem procrees.] Vide bene uolentiã mulieris: nihil tale dixit, quale post hæc Rachel inquit ad Iacob: Da mihi filios, quòd si minus, morior ego. Sed quid dicit? Ecce conclusit me dominus, ut ne pariam. Et quia, inquit, sterilem me fecit naturæ conditor, & priuauit me filiorum procreatione, ut ne propter meam sterilitatem, cum in profundam ueneris senectam, postea maneas absq; liberis, ingredere ad ancillam meã, ut ex ea filios procrees. Multiplex & indicibilis mulieris, pbitas. Quę eñ unq̃ mulier hoc sustineret facere, uel uiro talia cõsulere, uel ancillæ cõiugali thoro cedere? Vidisti quõ ab omni uicio

fuerint

fuerint alieni? Vnus erat eis scopus, ne absq; libe A ptiam ancillam suã: quasi monstrans nobis quòd
ris hinc decederent: & huc spectabãt ut sic quoq; uxorem cõsolaturus, & obedire ei uolens, hanc
sibi consolationem pararent, & indissolubile pa- rem fecerit. Nã ut euidenter scias Patriarchę con
cis uinculum seruarent. Obserua igit hic Patriar tinentiã & eximiã temperantiã, dicit: Postquã de
chæ insignem continentiã, admirabilemq; animi cẽ annis cohabitasset uiro suo in terra Chanaan.
equitatẽ. Neq; enim difficilior fuit uxori propter Nõ absq; causa tẽpus assignauit, sed ut scire possi
ancillã, ut imprudentes nonnulli: neq; amor eius mus quot annis iustus fortiter infœcunditatẽ tu
erga mulierem imminutior factus est. Scitis enim lerit, & affectionibus superior, magnã declaraue
multos hanc potissimũ ob causam mulieres despi rit continentiã: neq; hoc solũ, sed ut & aliud quid
cere, sicut ob contrariã adamare, utrunq; stolidè dam inde discamus. Propter hoc eñ adiecit, Post
& imprudenter, qui uxoribus ascribant sterilita quam decem annis cohabitasset uiro suo in terra
tem uel fœcunditatẽ, quasi nescientes quòd à na Chanaan: ut significaret quòd non omne tẽpus
turæ cõditore fiant uniuersa: & quod neq; coitus cohabitatiõis nobis declararit, sed solum quod in
neq; aliud quicq̃ ad procreandos liberos suffice- Chananæa consumptũ. Quare, & ob quã causam
re possit, nisi cooperetur manus superna, quæ na hoc? Quia statim ut uenit in Chananæam, miseri
turam ad procreandum excitet. Quæ sanè iustus B cors dominus dicens: Semini tuo dabo terrã hãc:
ille sciens, uxori nõ imputabat quod carebant fi & post hæc quoq; semel atq; iterũ promissiones
lijs: sed congruum honorem semper ei tribuebat. ei fecit: ut scias dilecte, q̃ quamuis per tot annos
Atq; hanc ob causam ipsa quoq; officijs cum illo dominus differret, & promissa nõ impleret, Pa
certans, uolensq; declarare suam in maritũ chari triarcha tamẽ nõ fuerit animo turbatus, sed præ
tatem, non suũ negociũ agens, sed illius sterilita tulerit suæ sentẽtiæ diuina dicta. Propterea dicit,
tis consolationem procurans, quasi suis manibus postq̃ decem annos cohabitasset uiro suo in ter
acceptam ancillam Aegyptiã in lectum induxit. ra Chanaan. Vidisti masculũ animũ: uidisti philo
quin & uerbis ipsis ostendit, qua de causa faciat, sophiæ huius exercitationẽ, quomodo dominus
& quis eius sit scopus. Quia ego, inquit, inutilis ut eam magis declaret, cessat, ac differt: Nã quia
sum, & ad generandũ non idonea. Concluſit plurimũ ei curæ sunt famuli sui, nõ ita simpliciter
enim me dominus, ut ne pariam.] Vide prudenin eos conferre beneficia, sed simul etiã claros fa
tem animã, quomodo nihil asperũ loquitur, neq; cere, fidemq; ipsorũ omibus manifestare uult. Si
sterilitatem deplorat: sed solũ hoc nobis declara enim statim ut promisit se daturũ semini eius ter
re uult, quòd naturæ domino & opifici hoc ascri- ram hanc, aperuisset Sarę uuluam, & successores
bens, fortiter & leniter ferat, malẽs quod deo pla C dedisset liberos, neq; tam magnũ monstrasset mi
cebat, q̃ quod ipsa concupiscebat: & hoc unũ spe raculum, neq; tam clara apud omnes fuisset uir
ctans, ut uirum soletur. Quoniã, inquit, dominus tus iusti. Virtus enim dei & tunc quidem manife
me conclusit, ut ne parerem. Quanta huius uerbi sta fuisset. Nam emortuam naturæ officinam, &
emphasis est, q̃ ineffabilẽ ostendit dei potentiam inutilem ad procreandos filios factam, suo præ
& prouidentiã: quasi diceret, Sicut nos aperimus cepto iterum uiuificasset: at non ita suarum lau
& claudimus domos: ita & dominus in natura o dum corona redimitus fuisset Propheta, statim
peratur, & suo præcepto claudit, & iterum quan promissa accipiẽs, ut nunc cum tanto tẽpore sua
do uult aperit, & iubet naturã quod suum est ope probata est uirtus, & quotidie facta est clarior. Et
rari. Quoniam igitur cõclusit me dominus, ut ne ut scias quòd deus nõ solum benefacere uult, &
parerem, ingredere ad ancillam meã, ut ex ea pro dona sua dare: sed solitus sit sua beneficia acceptu
lem procrees. Scio quod ego sum causa quare nõ ros facere clariores: uide quomodo hoc et in Cha
habeas prolem, propterea nolo te priuare eo so nanæa illa faciat: & idcirco cessat & differt, ut nõ
latio. Fortassis aũt & suspicabatur Sara sterilita solum petitionẽ illius exaudiat, sed & ut illam ip
tem illam nõ à se sola esse, sed etiã ex Patriarcha: sam in toto orbe nobilem faciat. Quandoquidem
quod uolens certo experimento cõperire, ancille D cũ supplicaret ac diceret: Miserere mei domine, *Matth. 9.c*
cedit, & illam in lectũ illius ducit, ut discat sibi u quia filia mea malè à dęmonio torquetur: neq; re
ni rem totam esse imputandã. Obediuit autem sponso dignatur eam misericors & clementissi
Abram uoci Saræ.] Magna iusti uirtus: quod eñ mus dominus, alioqui preces nostras semper prę
antea dixi, hoc & nunc dico: quia neq; prior hoc ueniens. Et discipuli quidem nesciẽtes quid futu
consuluit, quamuis in extrema senectute esset, & rum, & quòd curam ageret mulieris, nolletq; the
nunc à Sara admonitus, prõptè obediuit: docens saurũ latere, ac ideo non respõderet: quasi cõpa
quòd nõ concupiscentiam uel affectiones sectan tientes accesserunt, inquit, & obsecrabãt eum: di
do, cõgredi illi uoluerit, sed ut seminis relinque centes: Dimitte eam, quia clamat post nos: subin
ret successorem. Et ut accepit Sara uxor Abræ dicantes se iam non ferre illius molestiã. Dimitte
Agarem Aegyptiam, ancillam suã, postq̃ decem eam, inquiũt, nõ quia tam erumnosa est, nõ quia
annos cohabitasset uiro suo in Chananæa, dedit preces eius rationabiles, sed qa clamat post nos.
eam Abræ uiro suo in uxorem.] Attẽde obsecro Quid igitur dominus? Volens & paulatim illius
scripturę diligentiam: ut eñ discamus, quòd non thesaurum detegere, & docere quantũ apostoli à
mox post hęc uerba Sarę in opus prosilierit: ideo sua misericordia abessent, respõsum dat, quod &
dicit: Et accepit Sara uxor Abræ Agarẽ Aegy- mulieris occæcare mentẽ, nili tam seruens deside

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium tamq; constans alacritas adfuisset, & apostolos ab interpellatione deterrere, potuisset: Non sum missus, inquit, nisi ad oues domus Israel, quę perierunt. Et hoc quidē dictum illos absterruit ne pro muliere intercederēt: sed illam segniorē non reddidit, imò fecit ut magis urgeret. Ita em̄ se habet anima dolens, & cum feruenti affectione accedens: nihil attendit quod dicit, sed unū solū spectat, quomodo uoti cōpos fiat: id quod & ista fecit. Auditis enim his, iterū, inquit, adorauit eum, dicens: Miserere mei. Sciebat domini misericordiam, & proinde magna sedulitate utebatur. Sed uide sapientē illum & solertē, quomodo neq; sic annuat, sed asperius & uehementius illam concutiens, respōsum det. Sciebat em̄ fortitudinē mulieris, & uolebat eam non occulte accipere beneficiū, sed ita ut discipuli discerent ex facto dilationis causam, & alios oīes docerēt, quanta sit longanimitatis potentia, & mulieris uirtus. Nam dicit: Non est bonū sumere panem filiorū, & obijcere canibus. Hic obsecro animaduerte, quæ fuerit mulieris cōstantia, quāta alacritate succēsa quanta in deū fide alata fuerit, cū interim uiscera ipsa, ut ita dicā, præ dolore dissecarētur, & multū filiæ cōpateretur: nō auersatur, nec retrò cedit ob uerbi contumeliā: sed audito canis nomine, boni cōsulit, & fatetur se catellū, ut à canū liberetur brutitate, & in filiorū allegat̄ ordinem. Audi nūc quid ad hæc mulier dixerit, ut discas quantū differente deo lucrū concedatur. Non solum enim non abegit mulierem dictorū asperitas, sed in maiorē alacritatē excitauit, nempe postq; audiuit hæc uerba, inquit: Etiam domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt à mēsa dominorū suorum. Vidisti quare huc usq; distulerit: ut per uerba mulieris, fidem illius eximiam discamus. Vide em̄ quomodo statim eā laudauit, & prædicauit dominus, dicēs: O mulier, magna est fides tua. Quam principiò neq; respōso dignabatur, cum admiratione & laudibus dimittit. Magna, inquit, est fides tua. Erat em̄ reuera supra naturā magna, quòd cum uideret semel atq; iterum & sæpius auersantē preces, nō segnior fuerit facta, neq; retrocesserit: sed perseuerātia sedula prouocauerit dominū, ita ut uoti cōpos fieret. Fiat enim tibi, inquit, sicut uis. Vidisti quomodo qui prius illam neq; respōso dignatus fuerat, nunc largitionibus certat: Non enim simpliciter annuit precibus illius, sed prædicauit & celebrauit illam. Nam dicēdo: O mulier, monstrauit quomodo fidem eius obstupescat: dicendo aūt: Magna est fides tua: diuitias quoq; mulieris ostendit. Deinde inquit, Fiat tibi sicut uis. Quantū uis, quantum animo concipis, tantū præbeo. Tanta em̄ tua perseuerātia dignā te declarauit tua petitione. Vidistis mulieris constantiā? uidistis diuinæ dilatiōis causam, uidelicet ut mulierem clariorē redderet? Redeamus autē, si placet, ad propositā historiā, & discamus quòd propter nihil aliud promissiones Patriarchę factas, tot annis implere distulit, q; ut multa cum gloria eas illi concederet, omnibusq; mōstraret iusti fidem: & idcirco dicit: Postq; decem annos cohabitasset uiro suo in terra Chananæa.] Vt discas quātum præterierat tēporis ex quo promissiones accepisset. Statim enim ut uenit in Chanaan, audiuit: Semini tuo dabo terrā hanc: & tanto interuallo temporis absq; liberis mānerat, minusq; apta generationi Sara fiebat. Et dedit, inquit, Agar Abræ uiro suo in uxorē.] Vide quantū etiā olim uirtutis studium apud ueteres exercebat, quomodo & uiri tēperati erant, & magnā continētiæ habebāt rationē, & mulieres zelotypię carebant uitio. Dedita em̄ opera dicit scriptura: Et ut tulit Sara Agarem ancillam. Et iterum: Dedit eam in uxorē: ut discas q; sedatis affectib. negotiū egerit, & quantum apud eos uirtutis studiū. Et ingressus est, inquit, ad Agar, & cōcepit.] Vide quomodo discit Sara quòd non iustus in causa fuerit quare caruerint filijs, sed sua potius sterilitas: statim enim congressum cum ancilla subsequuta est cōceptio. Cæterum uide & ancillæ ingratitudinē, & muliebris sexus infirmitatē: ut discas etiā hoc loco Patriarchæ mirā lenitatē. Et uidit, inquit, quòd uterum gereret, & cōtempta est domina corā ea.] Ille enim fermè seruorū mos est, ut cum parū prosperitatis eis aspirauerit, nequeant intra suos limites manere: sed statim sui ordinis obliuiscātur & in ingratitudinē propensi sint: id quod & huic ancillæ accidit. Nam ut uidit uteri sarcinā, neq; dominæ admirabilem honestatē, neq; suæ conditionis utilitatē cogitauit: sed inflata & superbiēs contempsit dominā, quæ illam tam cōmendatam habebat, ut & in uiri thalamū admitteret. Quid igitur Sara? Dixit, inquit, ad Abram: Iniuria à te afficior. Ecce dedi ancillam meā in sinū tuū, quæ quia uidit quòd uterū gerit, cōtemptui coram ea habita sum. Iudicet deus inter me & te.] Hic quę so animaduerte incredibilē longanimitatē & reuerentiā iusti, quā erga Sarā declarauit, ueniam ab ea petens tam immerito obiecti criminis. Quę em̄ manibus ancillam uiro tradiderat, & dixerat: Ingredere ad ancillam meā: quæ suopte instinctu & sua sponte ad congressum hortata fuerat, ipsa nunc mutato animo, inquit, Iniuria à te afficior. Mulier, nunqd ipse ancillę cōgressum approperauit? Nunquid intēperantia impellente, ad rem habendam cum ancilla festinauit? A te persuasus & tuo mandato obtēperans, hoc tandē fecit. Qua te iniuria maritus affecit? Ecce dedi ancillam meam in sinū tuū. Quid igit̄ iniuriā improperas? Etiā, inquit: nam quamuis ego dederim, tamē uidens eius temeritatē, debebas cohibere mentē tam petulantē. Nam ut uidit se uterū gerere, cōtempsit me. Iudicet deus inter te & me. Verè hæc mulieris uerba sunt, & infirmi illius sexus: quasi enim hæc inquit ad eū: Ego quidē uolebam tuū mœrorem solari, quē habes ex prolis inopia. Tam officiose hac in re me gessi, ut et ancillā meā meis manibus traderē, & ad cōgressum inhortarer: tu autem qui uidens hanc inde fieri temerariā propter uteri sarcinā & magno fastu inflari, debebas reprimere & ulcisci eius in me iniurias: quasi omnium priorum

priorū oblitus, me despicis etiā tu, me quę tibi tot annis cohabitaui, & ab Aegyptia ancilla mea cōtemnor. Iudicet deus inter te & me. Dolentis animæ uerba. Et nisi tantis uirtutibus præditus fuisset Patriarcha, & in tanta reuerētia Sarā habuisset, ægrè tulisset hæc uerba, & ex dictorū asperitate dolorē concepisset. Verū eximius ille ad sexus fragilitatē spectans, omnē dedit ei potestatē. Iudicet deus inter me & te. Cogita quantam rem egerim, ut te cōsolarer, uolens te uel in senectute patrem fieri, etiā ancillam meā in locū meum adduxi: tu aūt uidens illam tam ingratā, non ultus es, nō repēdisti mihi uices beneuolentiæ quā in te declarauī. Iudicet deus inter me & te. Ille, inqt, qui abscōdita omniū cordiū nouit, ipse erit iudex inter nos: quòd ego quidē uictis omnibus affectionibus, tuā consolationē meæ prætuli, & in lectū meū ancillam meam induxi: Ipse aūt nihil horum quæ à me facta sunt cogitans, permittis illi ut cōtra meam insurgat lenitatē, nec audaciā reprimis, neq; ingratā castigas. Quid igit̄ adamas ille, fortis ille athleta, qui undequaq; coronas sibi plectebat? monstrans etiā in hoc suā uirtutē, uide quid dicat ei. Dixit aūt Abram ad Sarā: Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere ea ut tibi libitū fuerit.] Ingens iusto uirtutis studiū, mira æquanimitatis excellentia. Non solum em̄ non ægrè tulit ea quę Sara dixerat, sed & admodū mansuetè respōdit & inquit: Suspicaris me autorē esse contumeliarum quibus affecta es, & putas mihi placere quæ ancilla aduersum te ausa fuit, quoniā semel cōmunicauit mihi in lecto: disce q; nisi hoc suscepissem ut tibi gratificarer, ne à principio quidē admisissem ancillam in lectū meū: ueruntamen ut re ipsa certior fias, ecce in manib. tuis est, utere ea ut tibi placuerit. Num quis potestatē tuā minuit? Num dominiū tuū à te ablatū est? Nam licet cum ea cōgressus fuerim, salua tamē adhuc est potestas tua, nec ipsam manumisisti: puni, castiga, increpa: utuis & tibi placet, sic age cum ea, tantū ne succenseas, tantū ne mihi imputes quæ illa temerè egit. Neq; em̄ meis affectionibus incitatus rem cū ea habui, ut erga illam ita afficiar quò contra equitatem ei patrociner. Scio quem tibi debeā honorē. Non ignoro familiariū ingratitudinē. Nulla mihi eius rei cura uel ratio. Vnum tantū est cui studeo, ut tu mœrore careas & turbatione, ac in omni sis honore. Hoc est uerū contuberniū, hoc mariti officiū, quando nō magna diligētia ad mulieris spectat uerba, sed imbecillitati sexus ueniæ nōnihil cōcedit, hoc unū satagens, ut è medio tollat̄ tristitia, & pax atq; cōcordia cōstringātur arctius. Audiant uiri & imitentē iusti lenitatē, & tantū honorem ac reuerentiā mulieribus tribuāt, ut & imbecilli uasculo parcāt, & concordię uinculū crescat. Illæ em̄ ueræ sunt diuitiæ, illę maximę sunt facultates, si uir cum muliere nō discordet, sed cōiuncti sint ut corpus unū. Erunt enim, inquit, duo in carnem unā. Tales & si in paupertate sint, etsi in utilitate, omniū sunt beatissimi, uerā percipiūt uoluptatē, & in continua consistunt tranquillitate.

Chryſ.

Sicut contrà, qui hæc nō fruuntur, sed zelotypia laborant, & bonū pacis amittūt, etiamsi magnis affluant diuitijs, etiamsi sumptuosas habeant mensas, etiamsi clari fuerint ac nobiles, miserrimi omnium sunt: turbelas & fluctuationes sibi quotidie excogitant, & uicissim suspicant, nullamq; uoluptatē habere possunt, interno bello omnia cōsumente, multamq; eis amaritudinē inuehente. Verum hic nihil tale, sed Patriarcha indignationem matris familiās sua placauit lenitate, & data ei in ancillam potestate, domū pace repleuit. Et affixit eam, inqt, Sara, & aufugit à facie eius.] Postq; puniuit eam ob temeritatē domina, fugā inijt ancilla. Qui scilicet seruorū mos est, quādo nō permittitur eis more suo agere, & impediunt̄ eorum conatus, statim dominorū ruptis frenis, fugā capessunt. Cæterū uide & hoc, quomodo ancillę superna prouidentia nō deest, quò iustus in maiori sit honore. Nam quia iusti semen intra se gerebat, ideo & angeli uisitationē meruit. Inuenit eā, inquit, angelus domini prope fontē aquæ in solitudine in uia Sur. Considera misericordiā domini, quomodo nullū despicit, sed etiamsi seruus sit uel ancilla, suam erga eum declarat prouidentiā, non ad dignitatū respiciens eminentiā, sed ad animæ affectionē. Hic autē non propter ancillæ meritū angelus assistit, sed ob honorē iusti. Nam, sicut dixi, digna erat quæ non negligeretur, ob dignitatem seminis iusti, quod in ea conceptū. Et ut in uenit eam angelus, dixit ei: Agar ancilla Sarę, unde uenis, & quò uadis?] Vide quomodo & angeli dicta eam in memoriā suæ cōditionis inducūt. Nam ut attentiorē reddat, statim appellationem nominis eius in mediū affert, & dicit: Agar. Solemus em̄ diligentius auscultare, quādo nostris nominib. uocamur. Deinde dicit, ancilla Sarę: quo recordari eā facit dominæ suæ, ut sciat quòd licet particeps fuerit herilis lecti, attamē dominā agnoscere debeat Sarā. Et uide angelū interrogātem, ut eā ad respondendi necessitatē cogeret. Vnde, inquit, nunc in solitudinē hanc aduenisti, & quò contendis? Atq; ob hoc in hac solitudine comparet angelus, ut ne putet aliquē ex uulgaribus uiatoribus præterire. Solitudo em̄ erat, & nullus alius aderat: & idcirco ut sciat, non esse quēuis è uulgo qui sibi colloquit̄, postq; in eremo apparuit, rogauit ea. Et inquit illa: A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.] Vides quomodo non negat dominā, sed confitet̄ uerè oīa? Non est, inquit, homo, ut possim decipere. Primū dixit nomen meū, & dominę meę meminit, congruū est ut et ego uera dicā. A facie, inquit, Saræ dominæ meæ ego fugio. Vide quomodo citra odiū meminit dominæ. Non dixit, malè me afflixit: nō dixit, grauia mihi fecit, non possum ferre molestiam eius, & ideo fugam inij: nihil asperū loquuta est, sed solū seipsam ut fugitiuā accusauit. Vidisti eius probitatē? Vide quid iterū angelus ei dixit. Dixit autē ei angelus domini, inquit: Reuertere ad dominā tuā, & humiliare sub manibus eius.] Ad hoc quidem dictum: A facie dominæ meæ fugio, inquit: Reuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tere & ne sis ingrata erga dominā tuam, quæ de te tam bene merita est. Deinde quia ex fastu & superbia mentis dominā suam in iram excitauerat, inquit: Et humiliare sub manib. eius, subiecta esto ei: hoc enim tibi proderit. Agnosce seruitutē, ne ignores dominiū, nihil sublime sapito, ne plus de te cē oportet senti. Humiliare sub manu eius, magnam præ te fer obedientiā. Satis eius animā demulserant angeli dicta, satis eius spiritū cōpresserant, satis frenauerāt eius furorem, multamq; in cogitationibus serenitatē fecerant. Cæterū ne putaret temerè & absq; causa id curæ in eam impensum, sed discat q; propter semen iusti tantā benevolentiā assequutua sit: uide quomodo eam cōsolatur & mentem eius erigit, & consolationē dat, quæ abunde sufficiat, cum ita subiungit: Et dixit ei angelus domini: Multiplicās multiplicabo semen tuū, & præ multitudine non numerabit.] Et tibi, inquit, prædico tantum fore semē tuum, quod neq; numero subiaceat. Ne igit mœsta sis, neq; succūbas, neq; turberis animo, sed præ te fer omnem obedientiā. Ecce enim uterū geris, & paries filiū, & uocabis nomē eius Ismael.] Ideo, inquit, & partū tibi prædico, & nomē iam impono puero qui nascetur, ut re certius cōperta uiam remetiaris, & emendes quod deliquisti: quia audiuit dominus humilitatem tuam. Hinc discamus, quantū sit in afflictionibus lucrū, quanta calamitatis utilitas. Postq; enim secesit, & dolor auctus est, multisq; circūdata est afflictionū molestijs in solitudine, in uastitate & angustijs uersans, post tantam prosperitatē, & in parē cum domina sua dignitatē euecta: ideo acceleratum nacta est subsidium. Hæc enim tibi erunt, inquit, quę promisi, & paries filium, & semen tuum innumerabile erit, quia probauit dominus humilitatē tuam. Ne igitur grauatim feramus, si molestijs prementib. humiliemur. Nihil enim ita nostræ naturæ cōducit, ut contrahere & humiliare superbū spiritum, & inflationem mentis deprimere. Tunc eñ nos magis audit dominus, quādo cum dolore animæ & corde contrito ipsum inuocamus, maiorem in precibus sedulitatē adhibentes. Quia audiuit dominus humilitatem tuam. Postea prædicit pueri qui nasciturus erat studium. Hic erit, inquit, agrestis homo, manus eius cōtra omnes, et manus omniū contra eum: cōtra faciem omniū fratrum suorum tabernacula figet.] Prædicit ei quòd uirilis & fortis erit, quòd bellator, quòd agriculturæ uacabit. Vidisti propter Patriarchę honorē quanta sint & ancillæ facta? Quicquid enim illi impensum est, ad honorē Patriarchæ pertinet. Hæc ubi consuluit & felicia annūtiauit, recessit. Cæterum uide iterum ancillæ probitatem. Et uocauit, inquit, nomen domini, qui loquebatur sibi: Tu es deus qui uidisti me: quia dixit: Coram uidi eum qui uidit me. Propter hoc uocauit puteum, puteū ubi corā uidi, inter Cades & inter Barad.] Vides quomodo & hæc uult perpetuam memoriam infigere loco per uocabuli impositionē? Vocauit enim locum, puteum ubi coram uidi. Vidisti & ancillam crescētibus afflictionibus aliquanto castigatioribus moribus fieri, & magnam gratitudinem declarare erga eam propter quam tanta ei collata beneficia? Et peperit, inquit, Agar Abræ filium, & uocauit Abrā nomen eius, quem peperit sibi Agar, Ismael.] Hic discimus quantum bonū sit mansuetudo, quātum lucri habeat, & quāti fructus ex afflictiōibus proueniāt. Nam mansuetudine Patriarcha placauit Sarā indignabundam, & famulæ potestatem ei dedit, domūq; pace repleuit: afflictionis autem fructus in ancilla uidere licet. Quia postq; ab hera afflicta fugit, & multum erumnosa fuit, dolenteq; anima dominum inuocauit, statim supernā uisitationem assequuta est. Vtem discat quòd per humiliationē & afflictionem tantā benevolentiam inuenerit, dicit angelus ei: Vterū geris, & paries filium, & uocabis nomen eius Ismael, quoniam audiuit dominus afflictionem tuam. Itaq; dilecti cum sciamus quòd si sobrij & prudentes fuerimus, tribulationes nos magis domino appropiare facient, & tūc poterimus eius gratiam nobis conciliare, quando dolente anima & feruidis lachrymis ipsum accedimus: ne doleamus in afflictionib. sed lucrum ex eis facientes, omnia quæ nobis eueniunt placido feramus animo: discamusq; humani esse & mansueti erga omnes, maximè autem mulierum nostrarum curam agamus, ut siue iustè siue iniustè nos arguant, ne ita ad uiuū & accuratè excutiamus causas: sed unius rei nobis cura sit, ut tristitiæ causa è medio tollatur, crescatq; ac roboretur pax domestica: ut & illa ad uirū suum habeat conuersionem, & uir ab externis ac forensibus negotijs & turbationibus ad eam quasi ad portū confugiat, & omnigenam inueniat cōsolationem. In adiutorium enim data est, ut contentus eius consolatione, quæ occurrunt aggredi queat alacrius. Nam si sit ornata uirtutibus & mansueta, non solum uiro suo præbet cōsolationem, sed & in alijs omnibus multum fit utilis: omnia illi leuia & facilia reddit, & percipere nō sinit illas externas molestias, neque difficultates quę quotidie domi nascūtur: sed quasi gubernator optimus omnē eius tempestatem in serenitatem sua sapiētia conuertit, intelligentiaq; sua magnam confert consolationem. Enimuero qui sic cōiuncti fuerint, à nulla rerum difficultate malè habebunt. Quando enim concordia & pax & uinculū dilectionis cum muliere & uiro fuerit, omnia simul affluūt bona, & nullis insidijs expositi sunt, magno & inexpugnabili quodā muro circūdati, sua iuxta dei præceptum concordia. Hoc ferro fortiores eos reddet, hoc omnib. diuitijs & abūdantia magis conferet, hoc supernam gloriā eis parabit, hoc & dei beneuolentiam eis ubertim conciliabit. Proinde oro, ne quid illi præferendum existimemus: sed omnia faciamus & agamus ut trāquillitas & pax sit cohabitantibus. Tunc enim & filij qui nascuntur, uirtutem sequentur, quos imitabuntur & serui, & undequaque domus uirtute florebit, eritq; multiplex rerum prosperitas. Quando enim diuina præ

na præferimus, facilè alia omnia prosperè nobis succedēt, & nihil difficile putabimus, suppeditante nobis omnia largiter diuina gratia. Vt igitur etiam ipsi absq; tristitia temporis istius uitam transigamus, & maiorem domini beneuolentiam nobis conciliemus, cōcordiam & pacem in domum nostram introducere conemur: cōplexisq; hanc uirtutem, curæ nobis sit ut honestè enutriantur liberi, curæ nobis sint & mores famulorum: ut pro omnibus larga accepta remuneratiōe, mereamur promissa bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Quando autem factus est Abram xcix annorū, apparuit ei deus. Homil. xxxix

Atis uidistis dilecti, nihil otiose in diuina scriptura positū? Scitis quantū utilitatis heri percepimus, cū de Agar ancilla fugitiua disseremus? Didicimus enim magnā Patriarchæ lenitatem, eximiā continentiā, reuerētiam qua Saram complexus est, & quomodo cōcordiam bonis omnibus præferendam duxerit. Vidistis dei ineffabilem misericordiam, quomodo in honorē iusti non solum reduxit Agar, quæ in solitudine errabat, & ob timorem dominæ aufugerat, sed & ei Ismaelem prolem dedit, inde iusto magnū solatium procurans, tantæq; patientiæ mercedes ei tribuens. Et postquam natus est Ismael, uult nos docere scriptura tempus & numerum annorū Patriarchæ. Vnde assignauit, dicens: Quādo natus est Ismael, annorum octoginta sex erat Abrā.] Videamus autem & hoc loco, id quod & ex sequentibus discemus, eminentiā iusti & ineffabilem atq; eximiam misericordiā domini. Sciemus autem utraq; euidenter, si item tēpora uitæ iusti addiscere poterimus: & quomodo bonus deus quæ ad se attinent omni tempore dispensat, probans suū famulum, & piam eius mentem detegens. Ipse enim clarè præsciebat famuli sui bonā mētem, & animæ eius pulchritudinem nouerat, margaritamq; hanc euidenter agnoscebat. Sed quia uoluit omnibus tunc præsentibus eum manifestare, ut & posterioribus seculis ad imitationem ac zelum, eos qui æmulari uolunt, prouocaret: idcirco paulatim mentē iusti tam opulentam nobis detegit, ut discamus & nos diuinis promissionibus non diffidere, neq; dilationem grauatim ferre: sed maiorem spem in inuisibilibus quàm uisibilibus ponere, quæ dominus omnium promiserit: & sciamus, quòd non sit possibile ut unquam intercidant promissa dei: quin & si longo pòst tempore eueniāt aliqua à diuinis promissis diuersa, ne propterea mens turbetur, sed cogitemus eius qui promisit inuictā uirtutem et sapientiā: & quòd quandocūq; uoluerit, opere quæ probanē complere poterit, omniaq; ei cedent & obtēperabunt. Nam quia dominus est naturæ & opifex, potēs etiā est dare ea quæ supra naturam sunt. Ne igit ad propriam imbecillitatē respiciētes, curiosius quę à deo fiunt inquiramus, neq; ad naturæ ordinē intendentes, mēte claudicemus: sed sicut grati famuli immensam domini nostri potentiā nō ignorātes, credamus eius promissionibus: et humanis uiribus superiores facti, promissa assequamur omnino: & cū eius fruimur beneuolentia, pro nostra uirili deū quoq; ueneremur. Maximus em̄ hic est noster honos, quē offerre possumus, ut uirtute sua fidamus, etiamsi præ oculis uideamus diuersa. Et quid admiraris apud deum honorē maximum esse, cum apud nos maximū honorem sibi impensum putent homines, quando aliquid uile & modicū promittunt, nosq; de promissis non fluctuamus, sed promittētibus bene fidimus? Quòd si hoc in hominib. qui tam crebrò fallere solent, uel ob infirmitatē præstare nihil ualent: quanto magis dei promissis credere debemus, etiāsi interim multum temporis interfluat? Quæ nunc non absq; causa dicta sunt, ut scire possimus, cum uenerimus ad principiū eorum quæ hodie nobis sunt proposita, quomodo misericors deus uolens apud omnes nobilem reddere Patriarcham, tot annis suam longanimitatem seruat: & iustus nō ægrefert, nec segnior fit, nec desperat, sed bona spe uegetatus, religiosum animū in omnibus præ se fert. Sciemus aūt liquidò omnem Patriarchæ uirtutē, si didicerimus quantum tempus interfuerit. Omnia enim beatus Moses spiritusancto afflatus docebit. Quid igitur ille dicit? Quando obediuit mandato dei, & migrans à Charris, in Chananæam contendit, annorū erat septuagintaquinq;. Et statim ut uenit in Chananæam, dominus promisit ei & semini eius daturum se omnem terrā: & tanto numero multiplicaturū, ut innumerabile fiat sicut stellæ & harena. Et post promissionē hanc multa interim acciderunt iusto, nempe descensus in Aegyptū propter famem, rapina Saræ, & statim diuina consolatio. Iterum post reditum ab Aegypto, alię molestiæ à rege Gerarorū, & statim subsidium. Atq; hæc omnia uidens iustus, post promissionē quæ ei euenerat, nō turbabat animo, neq; curiosius disquirebat, quare accepta promissione tali, in tantas talesq; tentatiōes quotidie incidat, & tanto tempore maneat absq; prole. Noluit enim, utpote pius, humani iudicij rationibus ea quæ à deo fiebant submittere, & boni cōsulebat, grateq; suscipiebat quæcūq; deo fuerāt uisa. Et post decimū annum suscepit Ismaelem ex ancilla, et in illo putat quod reliquum erat promissionis adimplendum. Erat enim Patriarcha quādo natus est ei Ismael annorum octogintasex: & iterum tredecim annis exercetur à misericorde deo in patientia donec eius promissio impleatur. Nam quemadmodum uidisti aurum in cōflatoria fornacula purgari, ita temporis accessiōe iusti uirtus clarior fit & illustrior.

Quando enim factus est Abram annorum nonagintanouem, apparuit ei deus iterū.] Et quare nam tanto tempore distulit? ut non solum iusti patientiam & uirtutem discamus, sed & immensam suam potentiam uideamus. Cum enim spei nihil esset in natura, quæ ad procreādam prolem

Universidad de Deusto
Biblioteca

inutilis erat, & mẽbra præ senectute languida & frigida essent, tunc tandem iusti uirtutẽ detexit, & suã potẽtiam indicauit, promissionem implendo. Sed operepretium est iterum audire, quę eum illo deus loquutus est uerba. Cum factus esset, inquit, nonagintanouem annorũ, apparuit ei deus & dixit ei.] Cum autem audieris, apparuit, nihil humile suspiceris, neq; putes oculis carnalibus uideri diuinã illam & incorruptibilem substãtiam, sed piè omnia intellige. Apparuit, inquit, ei deus: hoc est, uisitatione sua illum dignatus est, & dignum duxit eum cuius curã ageret, usus magna sermonis attemperatione. Dicit enim, inquit, ad eum: Ego sum deus tuus, esto probatus coram me, & esto irreprehensibilis, & ponam testamentum meum inter me & inter te, & multiplicabo te ualde. Et procidit Abram super faciẽ suam.] Magna iusti gratitudo, excellens item clementissimi dei in illum misericordia. Ego sum, inquit, deus tuus: quasi diceret, Ego sum qui usque in præsens res tuas uarijs modis dispenso. Ego sum, qui te è domo tua euocaui, & huc duxi, qui omi tempore propugnator tuus sum, & qui te inimicis præualere feci. Ego sum: & nõ dixit simpliciter ego sum deus: sed, ego sum deus tuus. Vide mirã bonitatem, quomodo hoc etiam additamento amorem suũ erga iustum declarauit. Nam qui totius mundi est dominus, & uniuersi opifex, creator cœli & terræ, dicit: Ego sum deus tuus. Ingens profecto honor qui iusto huic habetur. Sic & prophetis loqui mos est. Nam sicut ipse nunc, cũ sit dominus communis omniũ, à seruo ut peculiaris uocari uoluit, & inuenimus eũ post hæc dicẽtem, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob: ita & prophetæ dicere cõsueuerunt: Deus deus meus: non circunscribentes eius dominium, sed amorem immensum declarãtes. Non igitur mirum si homines hoc faciãt, cum & ipse idem faciat. Cæterũ ne miremur dilecti, sed audiamus Prophetam dicentem: Melior est unus faciẽs uoluntatem domini, quàm decies mille peccatores. Et iterũ audiamus Paulum dicentem: Obambulauerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus nõ erat dignus hic mundus. Sic Prophetа quidem pronuntiat unum bonũ impijs decem millibus meliorẽ. Beatus uero Paulus doctor orbis, memorãs bonos omnes in afflictionibus hic agentes, inquit: quibus non erat dignus hic mundus, l a cum dixisset totum mundum, mundo opposuit eos qui hic uexantur & affliguntur, ut discas quãta sit uirtutis magnitudo. Atq; ob hoc dominus deus inquit ad Patriarchã: Ego sum deus tuus, sis probatus coram me, & esto irreprehensibilis. Neq; enim cõtemnam tuæ uirtutis sudores, sed ponam testamentum meum inter me & inter te, & multiplicabo te ualde. Non tantum, inquit, faciã te in multitudinẽ magnam crescere, sed magnam ualde: manifestans augmẽtationem plurimam. Quod supra dicebat, cum diceret arenã & stellas: id hic per aduerbiũ ualde significauit. At gratus & religiosus famulus, uidens tantã dei erga se misericordiã & obsequiũ atq; curã, obstupefactus, animoq; uersans & naturã suã, & bonitatem immensamq; misericordiã dei, Cecidit, inquit, in faciẽ suam. Qua figura suam indicauit gratitudinem. Non solum eñ tunc non fuit factus arrogantior, neq; superbiebat propter fauorem dei, quem experiebatur, sed & multo magis humiliabatur. Et cecidit, inquit, in faciem. Ita eñ gratæ animæ, quanto maiori fruunt fiducia, tãto maiorem deo reuerentiã exhibẽt. Cecidit, inquit, in faciem suam. Et quia post tãtam fiduciã iustus seipsum & naturæ suæ imbecillitatẽ considerãs neq; oculos attollere ausus fuit, sed in faciẽ pronus suã declarauit reuerẽtiam, uide iterũ boni dei ineffabilem liberalitatem. Loquutus est, inquit, deus dicẽs: Ecce ego & testamentum meum mecũ, & eris pater multitudinis gentiũ, & nõ uocabitur ultra nomen tuum Abram, sed erit nomẽ tuũ Abraham: quia patrem multarum gentiũ cõstitui te, faciãq; te crescere ualde: & ponam te in gentem, & reges ex te egredientur.] Considera dilecte, quomodo prædicit & nunc manifestè omnia, & ut maioribus eum argumentis certũ reddat, etiã literã addit nomini eius, & inquit. Eris pater multitudinis gentium. Non uocabitur enim nomen tuum Abram, sed Abraham: quia patrẽ multarum gentium constitui te. Nã prius nomen eius transitum indicabat, iuxta Hebræorũ linguam: & hoc sciũt qui linguæ illius sunt periti: quia parẽtes eius nomen hoc indiderant, eo quòd à patria sua in Chanaeã transiturus erat. Iam fortasse dixerit quispiam: cũ parentes eius infideles fuerint, unde illa scientia, ut rem multo tẽpore postea futurã nomine cõplecterentur? Sed est etiã hoc omnipotẽtis sapientiæ dei argumentũ, quæ sæpenumero per infideles eiusmodi res dispensat: & multa similia inuenimus etiã in alijs facta. Statim enim occurrit nobis & Noe uocabulum: neq; enim absq; causa & inuanũ etiã huic nomen indiderunt parẽtes, sed præsignarunt subsequuturũ diluuium. Enimuero & huius patrem non ideo nomen puero indidisse quòd ipse iustus esset, audi scripturam dicentem: Noe solus inuentus est iustus, perfectus in generatiõe sua. Non aũt obticuisset scriptura, neq; dixisset, Noe solus iustus erat, si & Lamech pater eius uirtutem iusti fuisset imitatus. Impositurus itaq; puero nomen, inquit: Et uocabitur nomen eius Noe: hic faciet nos quiescere ab operibus nostris, & à molestijs manuũ nostrarum, & à terra quã maledixit dominus deus. Vnde illi præscientia eorum, quæ post tot secula erant euenturа? dicit enim: Vocabitur Noe, hic nos quiescere faciet. Nomen aũt Noe, lingua Hebræorũ, quies dicitur. Itaq; quia ingruẽte diluuio hic solus mundum seruaturus, & posterioris seculi futurus autor erat: idcirco, inquit, hic faciet nos requiescere: requiem diluuium uocans. Diluuium eñ magno undarum impetu superueniẽs, sceleratorũq; nequitiæ finem imponens, & terram quasi delassatam malitia hominũ, multaq; labe pollutã purificauiti, inhabitantiũ uitijs dudum impuratam, & ipsos

Exod. 3. b

Psal. 62. a

Eccle. 16. a

Heb. 11. g

ipsos homines per supplicium ad quietem adduxit. Mors enim, ut inquit ille, requies uiro. Vidisti quomodo & per incredulos multa sæpe præsignari facit? eodẽ modo & Patriarchę nomen parẽtes indiderant, statim ab initio declarantes quòd peregrinus erat futurus & transiturus flumen in terram alienã. Inquit igitur: Quoniã nomen à parentibus tibi inditũ illud præsignauit: accipe & unius elementi additionẽ, ut scias quòd hoc tibi declarat te multarum gentiũ fore patrem. Et uide euidentiam uerborũ. Non dixit omnium gentiũ, sed multarum gentiũ: quia erãt & aliæ gentes expellendæ, ut semẽ iusti hæreditatẽ acciperet: ideo dicit, Patrem multarũ gentiũ cõstitui te. Sciens, inquit, tuæ uirtutis magnitudinẽ, multarũ gentium doctorem te faciam, & crescere te faciã ac multiplicari ualde ualde, & ponam te in gẽtes, & reges ex te egredientur. Dilecti, ne perfunctorie transeamus quæ dicuntur. Nam si cogitauerimus Patriarchæ ætatẽ, quòd hæc in extrema senecta audijt, stupescemus iusti uirtutẽ, & misericordis dei eximiã potentiam: quia ex homine propemodũ mortuo, & mẽbris inualido, quiq; quotidie mortẽ præ oculis imaginabat, in tantũ auctũ iri signi ficauit semen, ut & in multas gentes fiat, & ex eo reges egrediant. Vidisti quomodo crescant promissiones? Faciam te crescere, inquit, ualde ualde. Duplicationẽ huius aduerbij non frustra adiecit, sed ut significet iusto miram multitudinẽ dandam. Proinde in nomine, quasi in columna quadam indelebili, promissionẽ ei inscripsit. Et statuam, inquit, testamẽtum meum inter te, & inter semen tuum post te in generationes eorum, in testamentũ sempiternũ, ut sim deus tuus.] Non solum erga te hanc meam declarabo prouidentiam & curã, sed & erga semen tuum, et post tuam mortem. Vide quomodo refocillat animam iusti, promittens ei quòd & seminis eius multam curã sit habiturus. Et quæ uirtus testamenti? ut sim deus tuus, inquit, & seminis tui post te. Hoc enim erit tibi summa & caput bonorũ. Et dabo tibi & semini tuo post te terram in qua peregrinus es, omnem terrã Chanaan in possionẽ sempiternam, & ero eorũ deus.] Propter tuã, inquit, uirtutẽ & posteri tui erunt mihi cõmendatiores, & dabo eis in possessionem ęternam terrã Chanaan, & ero eorum deus. Quid est, Et ero eorum deus? hoc est multam me eorũ curã habere ostẽdam, & meum subsidium illis præstabo: tantum tu testamentum meum obserua, & semen tuum post te in generationibus eorum. Nihil aliud à uobis requiro, q̃ obedientiam & gratitudinem, & ego omnia quæcunq; pollicitus sum, opere cõplebo. Insuper uolebat eos qui ex ipso propagãdi erant, facere suum peculiarem populum: & ut postea cum multitudo propagaretur, non se gentibus illis, quarum hæreditatẽ occupatura erat, cõmisceret. Et aliãs quia iuxta prædictionem suam in Aegypto seruiturі erant, ne gentib. se cõmiscerent in Aegypto, circumcisionem signi gratia iusto præcepit, & inquit: Hoc est testamentum quod seruabis inter me & uos, & inter semen tuũ post te in generationibus illorum. Circuncidetur in uobis omne masculinũ. Circũcidetis carnẽ præputij uestri.] Deinde ut doceat & illos & omes nos quare hoc iunxit, & quòd nõ alterius cuiuspiã gratia, q̃ ut esset assignatus & sibi segregatus populus, inqt: Et erit in signũ testamẽti inter me & uos. Et postea etiã de tẽpore imperat, quo cõueniat hoc fieri. Puellus, inquit, octo dierũ circuncidetur, & uernaculus, & emptitius: & omnes in summa, ut ità dicã, qui apud uos sunt, hoc signum suscipient. Et quisquis non circuncidetur in die constituto, perdetur: quia testamentũ meũ dissipauit, quia transgressus est (dicit) præceptum. Vide sapientiã domini, quomodo cum sciret eos nõ admodum bonæ mentis futuros, signũ circuncisionis quasi frenum quoddã imposuit, ad indomitos eorũ impetus cohibẽdos, ut ne gentib. cõmiscerentur. Nam quia sciebat eorũ lasciuiã, & quòd licet infinities moniti ut se ab illicito contineant, non parerent: ideo dato eis perpetuo memoriali, iniecit eis circũcisionis signũ, quasi uinculũ quoddam: deditq; eis terminos & regulas, ultra quas transire eis nõ liceat: ut in nullo cum gẽtibus se cõmiscerent, sed sua gente cõtenti essent: ut Patriarchæ semen impermixtum maneret, atq; ita promissa in eis compleri possent. Et quẽadmodũ uir aliquis prudens & lenis, ancillam habens petulantẽ mandata illi dat ne unq̃ extra uestibula prodeat, neq; cũ prætereuntibus conueniat: ita & misericors dominus circuncisionis signũ carni eorũ indidit, quasi pedibus uinculum quoddã: ut domesticũ habentes signum, non ultra doctrina aliorũ opus habeant. Atqui improbi insensatiq; Iudæi etiam hoc tẽpore circuncisionẽ seruare uolunt, puerilemq; declarant mentẽ. Cuius enim gratia, dic mihi, circuncidi uolunt? Nam tunc quidem, ut ne impijs gentibus se cõmiscerent, hoc in mandatis acceperunt: nunc autẽ per dei gratiã omnibus ad lucem ueritatis adductis quæ circuncisionis utilitas? Nunquid ad animę libertatẽ confert carnis depositio? Non audierũt manifestè deum dicentẽ: Et erit in signum testamẽti: quasi demõstrantem quòd ob multam insipientiam tali signo indiguerint. Ita enim & in humanis rebus nonnunquã fieri solet. Quando nõ habemus aliquibus fidem, curamus ut ab ipsis signũ pignoris loco recipiamus. Simíliter & omnium dominus, sciẽs mentiũ inconstantiam, hoc ab eis signum petere uoluit: non ut maneat signũ hoc, sed ut postq̃ signata finem acceperint, & signi usus auferatur. Nam sicut qui signum repetunt, & pignus accipere uolunt, cum negotium perfectum fuerit, tũc et signũ tollunt: ita etiã hic cum signaretur populus Patriarchæ, signũ hoc apud uos introduci oportebat, quoad gẽtes illæ, propter quas signũ accepistis, esse cessarent: at nunc cũ illæ ad ueritatis lucem properent, uestrũ est nõ iam propriæ ingratitudinis indiciũ circunferre: sed liberos esse, & ad pristinam generositatẽ redire. Considera eñ quòd eximius ille Patriarcha, priusquã acciperet circuncisionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mãdatum(nonaginta enim & nouem annorum A erat,quando hoc ei præceptũ est) & acceptus fuerit deo, & multis modis à domino prædicatus sit. Et quia propediẽ per natiuitatẽ Isaac promissiones erant implendæ,& augendum genus, & Patriarchæ emigrandum ex hac uita: nunc demum accipit mandatum circuncisionis, & tam grãdis natu circunciditur,ut posteris omnibus lex quædam & regula fierent ea quæ Patriarcha prior secerat. Et ut euidenter discatis dilecti quòd hoc nihil ad animæ uirtutẽ conducat, ex his quæ fiunt hoc intelligere potestis. Cur enim infans octo dierum circũciditur? Tempus hoc definitũ à misericorde deo duabus de causis opinor. Vna, ut in ætate immatura facilius circũcisionis in carne molestiã ferre queat: alia, ut rebus ipsis disceremus, B quòd id animæ nihil conducat, sed hoc fiat signi gratia. Pueri em̃ immaturi, cũ ea quæ fiunt ignorant, neq; sensum eorũ habẽt: quam inde in anima sua utilitatem accipere possunt? Illa em̃ sunt uere bona opera animę, quę ex electiõe fiunt. Animæ enim bonũ opus est uirtutẽ eligere, & malitiam fugere. Animæ bonum opus est, ut ne plura q̃ oportet concupiscat, & facultates tribuat indigentibus. Animæ bonũ opus est, nõ addictũ esse rebus præsentibus,sed eas quidem despicere, futuras aũt continuò in animo habere. In carne uero signum accipere,quale bonũ opus fuerit? Verum dementes illi & insensati Iudæi, quãuis iam illuxerit ueritas, adhuc in umbra sedent: & quanuis sol iustitiæ affulserit, qui lucis suæ radios undiq; emisit, adhuc candelabri luci sunt addicti: & quanuis sit tempus ut solido pascantur cibo, ipsi adhuc lacte nutriantur. Neq; beatũ Paulum audi
Rom.4.b re uolunt clamantẽ & dicẽtem de Patriarcha: Et signũ accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei in præputio. Vide quomodo utraq; nos docuit, & quòd acceperit signi loco circũcisionem, & quòd cum præputiatus erat, iustitiã ex fide declarauerit. Quippe ne impudenter Iudæus dicat,
Actõ.22.a Nónne circũcisio ei iustitiam concíliauit? idcirco beatus ille ad pedes Gamalielis eruditus, & in lege apprime institutus, ingt: Ne putetis impudentes Iudæi, quòd circũcisio uobis aliquid ad iustitiam cõferat: nam cum tẽpore præputij fidem præ se ferret, dictum est de eo: Credidit aũt Abraham D deo, & reputatũ est ei ad iustitiã. Cum igitur esset iam iustus ob suã in deum fidem, in signũ circunciſionẽ accepit. Et prius quidem nomini eius litera additur, deinde autẽ circuncisio imperatur: quo ostendit deus, quòd ob multã uirtutẽ iustum iam peculiariter possederit, & propter illum etiã eos qui illi nasciturí erant. Et quẽadmodũ cũ quis seruum comparat, nomẽ eius & figurã sæpe immutat, omniaq; facit ut sciatur suus esse, & dominium suum innotescat: ita nimirũ & omniũ dominus, quasi posthac separare eos uolens ab alijs hominibus, adiecta quidẽ litera, declarauit quòd multorum populorũ esset pater: circũcisione autem, quòd electus eius populus futurus esset, & ab alijs gentibus sequestratũ semẽ ex eo nasciturum.

Quòd si illi ob cæcitatem suam adhuc seruare uolunt circuncisionẽ, non audientes iterũ Paulum
Galat.5.a dicentem: Si circũcidimini, Christus nihil uobis proderit: nam propter hæc affuit dominus, ut omnia illa tolleret, atq; propter hoc legẽ impleuit, ut legis obseruatio finem haberet: & idcirco dicebat beatus Paulus: Quicũq; in lege iustificamini, lege excidistis: nos certè credamus beato huic, & non manufactã circuncisionẽ suscipiamus. Dicit em̃, In quo circũcidamini circũcisione nõ manufacta, in despoliatione peccatorũ carnis, in circuncisione Christi. Deinde docẽs nos diligẽtius quid sit circuncisio, subdit: Consepulti ei in baptismo. Sicut em̃ illos circũcisionis signũ ab alijs gẽtibus segregauit, & demõstrabat quòd peculiariter ad deũ pertinerẽt: Simili modo etiã apud nos, circuncisio per baptismũ, euidentiorẽ facit separationẽ & discretionẽ fideliũ & infideliũ. Dicit em̃:
Rom.6.a In quo circuncidimini circuncisione nõ manu facta, in despoliationẽ peccatorum carnis. Nam id quod illic operatẽ circuncisio in depositionẽ carnis, hoc hic agit baptismus in depositionẽ peccatorũ. Igit̃ qui semel carnis peccara exuimus, & puram induti sumus uestẽ, maneamus dilecti in puritate, magistremus affectiões carnis, uirtutẽ amplexemur. Et qui sub gratia sumus, eum qui in lege, imò ante legẽ fuit, æmulemur: ut cum uestigia eius sequẽdo, uitã nostrã rexerimus, mereamur in illius sinus occurrere, & sempiternis frui bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, C cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria, honor, imperiũ nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Et dixit deus Abrahæ: Sara uxor tua nõ uocabitur Sara, sed Sarra erit nomen eius.

Homilia XL.

AGE reliquias hesternæ mensæ nobis apponamus, & finem hodie imponamus sermoni, immo benedictioni & promissioni, quem uniuersorum dominus cũ Patriarcha habuit. Verum audiens reliquias mensæ, ne quid sensibile suspiceris. Neq; em̃ quales sunt eduliorũ sensibilium, tales sunt spiritualium reliquiæ. Illæ enim licet uariæ sint, non tamen parem uoluptatem conuiuatoribus præstant: nam si in diẽ posterũ fuerint re- D seruatæ, inutiles fiunt omẽs. hæ uerò nõ solum si in unum & alterũ diem, sed & quãtouis tempore relictæ fuerint, eandem seruãt uoluptatẽ. diuinæ enim sunt & spirituales, neq; ullũ eis à tẽpore periculum imminet: sed quotidie nouũ uigorẽ acquirũt, & eos qui illis frui uolunt, multa implent lætitia. Proinde quia talis harũ reliquiarũ uis est, age alacriter & uos magnã inde uoluptatẽ referte, & nos fidentes earũ efficaciæ, apponamus eas uestræ charitati. Verũ ut nobis sermo ille manifestior uideatur, operæpretium fuerit meminisse finis heri dictorum, ut sic facto contextu doctrinam attingamus. Heri præceptum circuncisionis adduximus in mediũ, & quòd dixit deus Patriarchæ: Circumcidatur omne masculinum uestrum, & erit in signũ testamenti inter uos & me.

Et puer

Et puer octo dierũ circuncidatur. Et qui non cir- A cuncisus fuerit, peribit anima illa: quia testamentum meum dissipauit. Ibi sermonem finiuimus in circuncisionis materia: & ne multitudine doctorũ uestrã adobrueremus mentẽ, noluimus ultrà progredi. Neq; enim hoc solum curamus ut multa discamus anteq; abeatis, sed nostri sermonis doctrinam uestris uiribus cupimus esse adæquatam, & ut fructu quopiam inde percepto ex his quæ discuntur, domum redeatis omnes. Age igitur ad ea quæ dicta sunt, adiungamus & reliqua: & uideamus post circũcisionis præceptũ, quid misericors deus Patriarchæ loquatur, & proponat. Et dixit, inquit, deus Abrahæ: Sara uxor tua nõ ultra uocabit̃ nomine suo Sara, sed Sarra erit nomen eius.] Quemadmodũ, inquit, nomine tibi impo- B sito significaui quòd pater sis futurus multarum gentiũ: ita & uxori tuæ similiter appono literam, quia nunc tẽpus adest ut olim à me promissa impleantur. Erit enim, inquit, nomen eius Sarra. Benedicã autem eam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicã illum, & erit in gẽtes, & reges gentium ex eo exibunt.] Et idcirco prius literã adieci, ut scias quòd omnino fient quæ à me dicta sunt. Ne igit̃ ad infirmitatẽ naturæ spectaueris, sed potius ad uirtutis meę magnitudinẽ respiciens fidem habe ijs quę à me dicta sunt. Benedicã enim eam, & dabo tibi ex ea filiũ, & benedicã illum, & erit in gentes, & reges exibunt ex eo. Excedunt humanam naturã promissa. Et simile fuit, quasi aliquis pollíceretur ex lapidibus homines se facturũ. Ni C hil enim à lapidibus differebãt, quantũ ad generationẽ attinet. Et Patriarcha præ senectute propè impotens erat, & ad procreationẽ filiorum omnino inutilis: & Sara ad hoc quòd natura sterilis erat, laborabat & ætatis & senectutis uitio. Cæterum iustus hæc audiẽs, & putãs olim dei promissionem impletã in Ismaele, quando dixit, Tibi & semini tuo dabo terrã hanc: nec existimans, quòd hoc tribueretur ei qui è Sara nasciturus erat: cogitabat secum quòd promissiones impletæ essent. Nunc autem audiens dominũ deum dicentẽ: Benedicam Sarã, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes: & iterum: Ex illo reges gentium egredientur: cum nesciret quid diceret, neq; enim discredere potuit tam religiosus ad D suam respiciens ætatẽ, & Saræ sterilitatẽ usq; ad illam ætatem: concilij anceps & obstupescẽs promissionẽ dei: Cecidit, inquit in faciẽ suam, & risit. Videns excellentẽ promissionẽ, & magnitudinẽ eius qui promiserat cogitans, cecidit in faciem suam & risit: quũ uoluptate perfunderetur, & in animo cogitaret quomodo iuxta humanum morem hoc fiat, & num centenario nascaẽ filius, & num sterilis & nonagenaria repẽtè possit idonea fieri ad partũ. & hęc cum animo cogitasset, nõ audebat tale quiddã lingua effari: sed monstrata sua gratitudine, orauit pro Ismaele, quasi diceret: Domine satis me cõsolatus es, & dolorẽ quẽ ex prolis inopia gerebã, dato Ismaele in lætitiã uertisti. Nato enim illo, neq; in mentem postea accepi uel cogitaui aliquãdo quòd ẽ Sara sit mihi futurus filius, sed neq; ipsa hoc expectauit, eo quòd Agar mihi tradidit omnẽ sibi spem denegans. Satis cõsolationum accepimus nato filio Ismaele. Hic igitur qui à te datus est, uiuat, oro te, & abunde satis recreati erimus, & senectutẽ nostrã illius uita solabitur. Quid igitur ad hæc misereors dominus? Quia satis piam iusti mentẽ tanto tẽpore probauerat, & Saræ fidẽ: quia uiderat utrunq; nihil sibi de suis promittentẽ uiribus, Abrahã quidem propter senectutẽ, Saram autẽ propter sterilitatẽ & annos, dicit: Quia omnino uobis hoc esse uidetur impossibile, nam & ego tãdiu distuli, ut ostendam quòd longè ultra naturã sit donũ quod concedo, quò & uos alijq; omẽs per hæc discãt quòd naturæ sim dominus, & ad quodcunq; libuerit ea utar, & ipsa obedit & cedit meis præceptis. Qui enim eam ex nihilo produxi, multo magis quum iam sit & claudicet, erigere possum. Vt igitur melius confidere possis, audi & expergiscere, & repulsis cogitationibus mentis tuæ accipito ex his quæ tibi afferuntur certũ argumentũ. Ecce em̃ Sara uxor tua, quam putas tum propter sterilitatem tum propter ætatẽ párere non posse, ipsa pariet tibi filiũ: & ut nihil hæsites, ecce tibi & nomẽ eius qui nascetur præmõstrabo. Eum enim qui nascetur uocabis Isaac. Et ponã testamẽtum meum ad eum in testamentum sempiternũ, & semini eius post eum. Hic enim est quem primũ et ab initio tibi promisi, & in hoc promissiões meæ implebun
C tur. Proinde & omnia tibi prædico, nõ solũ quòd nascetur, sed & quomodo eum uocabis, & quòd ei constituam testamentũ meum. Et ad hæc quòd & semini eius post eum. Insuper dominus omnino accumulare uolens beneficia, & uota iusti superare: quoniã mentẽ eius erexerat, & per ea quę promisit ferè iuuenem ex sene fecerat, & eum qui mortuus erat, ut ita dicã, uerbis fœcundarat, beneficijs eũ largissimis prosequens, inquit: Et hæc quidem, quæ scilicet promisi, opere complebo: & insuper quod de Ismaele rogasti, concedam tibi. Audiui em̃ orationẽ tuã. Et ecce benedixi eum, & augebo eum: & multiplicabo eũ ualde ualde. Duodecim gẽtes generabit, & dabo eum in gentem magnã. Quandoquidem enim, inquit, semen tuum est, sic augebo eum & multiplicabo ualde, ut duodecim gentes ex eo procedant. Cæterũ testamentum meum statuã cum Isaac quem tibi Sara pariet tempore hoc, anno sequente. Vide, obsecro, hic dilecte, quomodo iustus in uno temporis momento mercedes omnis tẽporis accepit, & impletum est illud, quod Christus discipulis suis dixit: Quisquis reliquerit uel patrem, uel matrẽ, uel Matt.19.& domum, uel fratres, propter nomẽ meum, & hic Mar.10.d centuplum accipiet, & illic uitã æternam in hæreditatẽ accipiet. Considera enim quoniã iustus ille prõpte præcepto domini obaudiuit, & relicta domo paterna, prætulit alienã natali: quomodo patulatim multam præ se ferens patientiam, in fastigiũ uirtutis progressus, ita illustris & spectabilis factus est, ut ex eo nati astris cœli adæquent. For

tasse

Universidad de Deusto
Biblioteca

tasse si quis bene uelit intueri, non solum centuplum accepit hic iustus, sed decies millies millecupla. Quòd si hic tanta cõsequutus est, quis sermo narrare posset, quibus post hæc fruiturus sit ille? imò etiã hoc, quantũ nobis possibile, sermo ostẽdere poterit. Quãdo em audis quòd omnes iusti ab illo tẽpore usq; nunc, & usq; ad consummationem temporũ, opus orationis faciunt, ut in sinus Patriarchæ occurrant: quẽ alium hoc maiorẽ honorem cõmendare quis poterit? Vidisti quanta res sit patientia, quanta uirtus, quantũ sit esse religiosum, & magnã præ se ferre gratitudinẽ in beneficijs dei? Quía enim quãdo oportebat sua attulit, magna gratitudine omnia ferẽs, tam iucũda, q̃ iniucũda: propterea misericors deus caput bonorum, & id quod iustus maximè cõcupiscebat, largitus est. Considera enim, quomodo uiginti quatuor annis probauit iusti uirtutẽ. Quando enim exiuit à Charris, & obediuit præcepto domini, septuagintaquinq; annorũ erat: nunc autem postq̃ hęc audiuit, nonaginta & nouẽ annos excesserat. Hæc audientes dilecti, discamus promptam exhibere obedientiã, & nunq̃ in laboribus uirtutum uel dormitare, uel torpescere: sed scire, quòd dominus noster benignus est et munificus, & pro paruis laborib. magna reddit præmia: non solum in futurũ immortalia bona reponẽs, sed & in præsenti uita nostræ naturæ infirmitatẽ multis largitionibus consolans. Quandoquidem & Patriarcha iste nõ paucas medio tempore sustinuit molestias, tametsi aduersa prosperis nõ mediocri tẽperabãtur. Vniuersorũ enim deus nostri curam agens, neq; semper in aduersis nos manere relinquit, ut non deprehendat nostra infirmitas, sed celeriter & ipse opitulat, firmãs nostrã alacritatẽ, & mentem excitans: neq; semper in prosperitate nos esse relinquit, ut ne fiamus negligentiores, & in uitiorũ partes transfugiamus. Humana em̃ natura quãdo multũ prosperè ei succedit, suæ obliuiscitur generositatis, neq; intra suos limites subsistit: Idcirco quasi clementissimus pater aliquando nobis indulget, aliquando castigat, ut uarijs uijs nostræ animæ salutẽ curet. Quoniã & medicus, quando infirmũ curat, neq; semper in fame detinet, neq; semper larga mẽsa frui sinit, ut non uoracitas febrim pariẽs augeat morbum, fames uero infirmiorẽ eum efficiat: sed cõiectans apud se quantæ sint ęgrotantis uires, & diligẽter utens arte, omnia sua in mediũ affert. Similiter & misericors deus, sciens quid cuiuis expediat, aliquando concedit nobis prosperitate frui, aliquãdo autem exercitationis gratia tẽtationibus nos circundat. Nã siue aliqui uirtute prædíti fuerint per tentationẽ clariores euadunt, abundantiorem sibi supernam gratiã conciliantes: siue, ut nos, peccatores fuerint, si magna gratitudine tẽtationes ferãt, grauẽ deponũt peccatorũ sarcinã, multaq; uenia & ipsi potiunt. Ideo obsecro, cum sciamus potentiam et sapiẽtiã medici animarũ nostrarũ, nunq̃ curiose eius dispensationes inquiramus. Enimuero cũ eas neq; mens nostra cõprehendere ualeat, magis obstupescamus & glorificemus deum pro omnibus: quòd talẽ habemus dominũ, qui mentis nostræ captũ excedit. Nã etiãsi sciremus, quomodo res dispensaret: attamen neq; sic sciremus quid nobis utile foret, ut ipse scit. Neq; sic nostra nos curamus, ut ipse salutẽ nostrã: & omnia facit & tractat, ut ad uirtutẽ nos inducat, & à diaboli manibus eripiat. Et cum uidet nihil prodesse nobis prosperitatẽ, tunc sicut bonus medicus qui animaduertit habitiores fieri eos quorũ curã gerit, propter crapulam, ad sanitatẽ per continentiã reducit: Ita & eximius animarũ nostrarũ medicus dimittit paulisper nos tentari, ut sentiamus quantum damni ex prosperitate acceperimus: & quando scit profutura remedia, tunc celeri nobis subsidio cõcedit ut à tentationibus liberemur, & suæ prouidẽtiæ curã ubertim declarat. Itaq; etsi aliqui prædíti uirtute in tentatiões incidant, ne turbentur, sed hinc meliorẽ spem cõcipiant: qa afflictiones & tentamenta præmiorum eis sunt materia. Quòd si in peccatis fuerint, & aduersa eis eueniant, ne propterea grauatim ferãt, sciẽtes quia sæpe per peccatores purificant aduersis, modo grato animo suscipiamus ea quæ eueniunt. Grati enim famuli est, non solum gratũ esse domino, quando ubertim ex sentẽtia omnia succedunt: sed & ut in aduersis eandem gratitudinẽ declaret. Sic em̃ Patriarcha ille gratus fuit deo, et tantã apud deũ obtinuit fiduciã, & dona accepit quæ supra humanam sunt naturã. Sed operæpretiũ est ut ad institutũ sermonẽ redeamus, & uideamus iusti obedientiã: & quomodo fecit quod à deo imperatũ est, nõ quærens causam, sicut multi insipiẽtes faciũt, & de his quæ à deo fiunt curiose querũt, & dicũt: Quare hoc, & quare illud? & quę hinc, & q̃ illinc utilitas enascit? sed sic ut famulus diligẽs dominũ, quæcũq; præceperit implere studẽs, nihil ulterius percõtans: &, ut discas, audi quæ sequunt. Postq̃ enim dominus promissionẽ ei fecit, & cõpleuit sermonẽ suũ, statim iustus quæ imperata fuerunt perfecit, & signũ hoc quod à deo erat datũ, indidit Ismaeli, circũcisionẽ dico, & omnib. uernaculis & emptitijs, sicut loquutus est ei deus. Circuncisus est aũt & ipse. Nonaginta em̃ & nouẽ annorum erat quando circũcidit carnem præputij sui: Ismael aũt erat annorũ tredecim. Ne putes absq; causa scripturã proponere nobis numerũ annorũ. Nam ut ex hoc discas iusti magnã obedientiã, quòd cũ iam in decrepita esset ætate, leniter tulerit dolorẽ propter præceptũ dei, propterea facit illam enumerationẽ: & nõ ipse solũ, sed et Ismael, & omnes uernaculi circũciduntur. Neq; hoc fortuitum fuerit. Non enim idẽ est carnẽ sanã & malè habentẽ secare. Nã licet medici quoq; mẽbra infirma aliquãdo incidunt, at nõ est símilis dolor. Emortuũ enim membrũ, ut ita dicã, & uitali operatione destitutũ tunc incidunt. Hic aũt senex & decrepitus (cẽtum enim annorũ erat) cruciatum libenter tulit, simul & præceptum dei implere uolens, & filium & uernaculos omnes pr̃optiores reddens, ut ne cederent, sed magna alacritate dei præce-

præceptum implerent. Vidisti quanta res sit uir præstans uirtute, quomodo ministros omnes docet ut sua uestigia sequãtur? Nam id quod heri dicebam, hoc item & nunc dico, quòd propter hoc ferè ex illo die præceptum fuit à deo, ut immatura ætate hoc ferrẽt pueri, quò absq; sensu incisionem carnis ferrent. Verum considera dei misericordiam, & ineffabilem eius erga nos beneficentiam. Illa enim circuncisio dolorem habet & laborem: & nulla alia ex circuncisione fuit utilitas, q̃ hæc sola, quòd ex hoc signo essent cognobiles, & ab alijs gentibus sequestrarentur. Nostra autem circuncisio, baptismatis, inquam, gratia, medicinam habet citra dolorẽ, & innumera bona nobis affert, & spiritus sancti gratia nos implet, & nullum definitũ habet tempus sicut illic: sed licet & in prima & in media & in ultima ætate hanc non manufactam circũcisionem recipere, in qua non sustinetur labor, sed peccatorũ deponuntur onera, & remissio inuenitur omnium peccatorũ, quę per totam uitam gesta sunt. Quippe cum deus uidit grauem nostram infirmitatẽ, & quòd ægrotaremus incurabiliter, summaq; indigeremus medicina, & indicibili misericordia: dispensans nostrã salutem, largitus est nobis per lauacrũ regenerationis innouationẽ: ut deposito homine uetere, hoc est operibus malis, & induti nouũ, in uiã uirtutis eamus. Verum iterum oro, ne deteriores simus illis insensatis, deteriores ludęis dico. Illi em̃ suscepto circũcisionis signaculo in tuto erant cauentes ne ultrà cum gentibus se miscerent, quantum ad communionis rationẽ pertinet: quantum enim ad impietatem, sæpe illos etiam uincebant. At nos cum semel suscepimus baptismi circuncisionem, ita securè nostra corrigamus. Non dixerim quòd nõ liceat nobis uersari inter gentes: sed licet cum illis uersemur, nostram tamen custodiamus uirtutem: sic eos ad nostram trahentes religionẽ, ut per bonorũ operum administrationem magistrorũ eis uice simus. Ea enim de causa communis omniũ dominus permisit simul uersari bonos & malos, pios & impios, ut boni lucrifaciant malos, & qui in malitia adhuc sunt detenti, manu ducantur ad pietatẽ. Nihil enim adeò gratum est deo ut salus animarum. Proinde, obsecro, ne simus negligẽtes, neq; nobis, neq; alijs. Quantũ ad nos attinet, ita instituamus uitam, ut uisum est & probatur deo: quãtum autem ad proximũ, sic luceamus uirtutibus, ut etiam silentibus nobis, omnes quotquot nos uident, satis doceantur. Nam sicut si uirtute prædíti sumus, multũ & ipsi lucramur, & infidelibus usui sumus: ita si negligentes fuerimus, & ipsi magnam dabimus pœnam: & alijs occasio scandali erimus. Et sicut uirtutem amplexati, duplicem mercedem à deo accipiũt, tum quòd ipsi uirtutẽ exercuerint, tum quòd alios ad uirtutis cõmunionẽ traxerint: ita & in peccatis, nõ solum punímur quòd ipsi peccauimus, sed & quòd alijs scandalo fuimus. Verũ absit ut aliquis eorũ qui hic sunt talis fiat, sed omnes nos ad ædificandum eos qui nos uident, uitã instituamus, ut possimus magna fiducia stare apud tribunal Christi, & ineffabilia illa bona consequi: quæ nobis omnibus cõcedantur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui sit gloria, honor & imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Apparuit autem ei deus apud quercũ Mambræ, sedẽte ipso ad ianuã tabernaculi sui meridie. Homilia XLI

Vnctabundus hodie nec admodũ alacris ad docendum enarrãdumq; accedo. Nam cum mente repeto, quòd nobis quotidie insonantibus, admonentibusq;, & spirituale hoc uobis conuiuiũ apponẽtibus, multi ex his ipsis qui assunt, & spiritualis huius doctrinæ, & horrẽdæ atq; terribilis mẽsæ participes, totos dies in spectandis ludis equestribus perdũt, & perinde atq; nõ doceremus, tam nihil proficiũt: sed quasi consuetudini cupiã seruiẽtes, si tantũ annuat eis diabolus, sua sponte accelerãt ad impia illa spectacula, & seipsos ultro maligni dæmonis illaqueant retibus: & neq; nostra admonitio, neq; periculum ipsum, neq; inutilis ipsa cõuersatio, docere eos possunt: qua tandẽ promptitudine docebo uiros, quibus nõ est animus ut ex ijs quæ dicunt proficiãt? Et ne mireris. Siquidem & agricola, cũ post multos labores & erũnas steri lem uidet agrũ, neq; digna laboribus mercede respondentẽ, non pari alacritate illũ seminat & colit. Et medicus quoq; uidens infirmũ suis mandatis non obtẽperare, sed uacantẽ quotidie his quæ morbum incrudescere faciũt, sæpenumero in sua illum ægritudine relinquit, ut experiẽtia ipsa utatur magistra. Similiter & qui disciplinas pueros docent, uidentes illos priora respuere, & abijcere eorũ quæ antea tradita sunt memoriã, sæpe auersantur: sic negligentiã corũ correcturi, & ad maius studium reducturi. Veruntamen agricola tardior quidem fit, quia uidet damnum suum maius fieri, utpote qui laborem & sumptus ferat, & fructibus destituatur. Medicus autem nõ immeritò ægrum sæpe relinquit: corpus enim est quod curatur, & propter hoc dimittit, ut doloris accessio morbũ sentiri faciat, & sic tandem medicinã non respuat. Magister autem ludi pueros, eo quòd tenera sint ętate, utiliter nonnunq̃ plagis castigat. Verũ nos præcellentes illos omnes, hoc agemus ut paternũ erga nostros amorẽ declaremus: & do ceamus, si in illa negligentia manserint, eos inde maiorẽ condemnationis causam habituros. Nam agricola quidẽ non pari alacritate seminat, cogitans sumptus hactenus fuisse inutiles: nos aũt ab hac cura liberi sumus. Licet em̃ iacto spirituali semine, ob auditorũ ignauiam fructum non capiamus, perfecta nobis tamen futura merces: pecuniam enim concreditã expendimus, & mãdatum domini impleuimus: superest ut auditores rationem reddant ei qui repeturus est concredita. Verum hoc nobis nõ satis est, quòd extra damnum sumus, & quod nostrum est implemus: sed uolumus ut & uos ex dinumeratis pecunijs multum

negẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

negotiemini, ut ne obnoxij fiatis supplicio quod luit ille qui talentum recõdidit, & dominicã pecuniam non solum non multiplicauit, sed & ipsam in terra defodit. Tales enim sunt qui sermones audiunt, talentũ enim hos uocat & pecuniã, neq; operam dant ut fructum afferãt. Sed fortè dixerit quispiam, parabolam istam talentorũ de doctoribus esse dictam: nec ego hoc nego. Verum si diligenter eam intueamini, scietis quòd doctores quidem debent dinumerare pecuniam: sed uos non solum eam seruare, sed & similiter negotiari debetis. Quod ut discas, operæpretiũ fuerit eam
Matt.25.b in medium afferri. Paterfamiliâs quidam, inquit, peregrè proficiscens uocauit seruos suos, et dedit uni quidẽ talenta quinq, alij autẽ duo, alij uero unum. Post multũ autem tempus, cum aduenisset B ipse, uenerunt serui: & ille quidem qui acceperat quinq talenta, accessit dicens: Domine, quinq talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq superlucratus sum. Magna serui frugalitas, larga etiã domini benignitas. Et quid dicit? Euge serue frugi & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te cõstituã: ingredere in gaudiũ domini tui. Quoniam, inquit, in ijs quæ tibi credita sunt, bonæ frugi apparuisti, dignus es cui & maiora tradanẽ. Accessit autẽ & qui duo talenta acceperat, dicens: Nónne duo talenta mihi tradidisti? ecce alia duo lucratus sum in eis. Habuit & ille in pecunijs domini sui debitã curã, & beneuolẽtiam, unde & eadem quæ superior meritus est. Et quare ille q duo attulit talenta, eundem consequitur honorẽ, quẽ ille C qui talenta quinq attulerat? meritò: augmẽtationem eñ & imminutionem, nõ uel huius diligentia, uel illius negligentia fecit, sed concreditorum quantitas. Nam quod ad diligentiã attinet ambo pares fuerunt, proinde & eandem dignitatem assecuti sunt. Verum alius ille nihil tale fecerat: sed quid? Accessit, dicens: Cognoui te, quòd austerus homo sis, metens ubi nõ seminas, & congregans ubi non spargis: & ueritus abij & occultaui talentũ in terra. Ecce habes quod tuum est. O nequitiã serui, ó insignẽ ignauiã. Nam nõ solũ iussa contẽpsit, & nihil negotiatus est talẽto sibi cõcredito, sed & pro lucro accusationẽ attulit. Ita eñ solet malitia, obtenebrat rationẽ, & eum qui semel à uia aberrauit, per abrupta præcipitem dat. D Hæc autem omnia de magistris dicta sunt, ut talenta sibi concredita non abscondant, sed omni diligentia discere cupientibus apponant. Verũ ultrà audi dilecte ex indignatione erga illũ, quomodo & discipuli rei sunt: & nõ solũ illa repetũtur quæ cõcredita, sed & cũ lucro operatio quærit. Quid igitur dicit illi dominus? Serue nequã. Terribilis indignatio, & minæ ualentes per se percellere animũ. Sciebas, inquit, quòd metã ubi nõ semino, & congregem ubi non disperſi: oportebat igitur te pecuniã tuã dinumerare mensarijs, et ego cum uenissem, cũ lucro repetissem illam. Pecuniam dicens eloquia pretiosa: nũmularios autẽ uos qui suscipitis. Tuum quidem fuerat, ait, tantũ dinumerare, meum autẽ repetere ab illis non solum dinumerata, sed & usurã. Videtis dilecti, quãtus in dictis terror. Quid ergo dicent, qui cõcredita seruare negligunt, quãdo & lucrũ ab eis requiritur? Et uide misericordiã domini. In his sensibilibus pecunijs prohibuit ne quis usurã acciperet. Quare, & ob quam causam? quia uterq; magno dãno afficitur. Nam debitor quidẽ inopia atteritur, creditor autẽ augens diuitias, & peccatorũ accumulat sibi multitudinem. Proinde ab initio olim Iudæis crasſioribus tale dedit præceptũ, dicẽs: Non Deut.23.d fœneraberis fratri tuo & proximo tuo. Qua igitur excusatione digni erunt, qui Iudæis sunt inhumaniores, & post gratiam, & tantã à domino misericordiã inueniunt his qui sub lege fuerunt inferiores, imò peiores? In spiritualibus autẽ repeti turũ se promittit usuras. Quare? quia omnino diuerso modo se habent spiritualis usura, & sensibilis. Illic enim à quo requiritur seueriter, subitò in extremã inopiã defertur: hic autẽ à quo exigitur, quãdo bonæ mentis fuerit, quanto maiorem usuram afferet, tãto largiori fruetur remuneratione. Quocirca dilecti, cum uobis concredita dinumerauerimus, uobis necessariũ erit duplicẽ afferre laborem & uigilantiã, tum quòd dinumerata custodienda sunt ut fixa maneant: tum quòd operandum ut & alijs cõmunicentur, & multos in uiam uirtutis inducãt: ut bisariã uobis lucrũ accrescat, tum pro salute uestra, tum pro aliorum utilitate. Quòd si hoc feceritis, et uos reddetis beatos: Beatus enim, inquit, qui dicit in aures audientiũ: & facietis ut largior uobis apponatur mẽsa. Igitur fratres uestros nolite negligere, neq; solum spectate quæ ad uos attinent: sed unicuiq; cura sit quomodo proximũ suum è diaboli faucib. eripiat, & ab impijs illis spectaculis in ecclesiam adducat, monstrando ei multa lenitate & mãsuetudine tum damni grauitatẽ, quod illinc fert, tum bonorũ quæ hic conceduntur magnitudinẽ. Et non solum semel atq; iterũ hoc facite, sed semper. Nam etsi hodie uerbis tuis non obtẽperat, postea obtemperabit: etsi neq; secũdò uel tertiò admonenti obtemperabit, iterum tamẽ te uidens urgentẽ, fortè erubescet: & reuertitus tuam curã, ab his quæ te offendunt desistet. Et nunq; dic, quia semel & iterũ & tertiò & sæpius dixi, & nihil perfeci. Ne cesses dicere: nam quanto magis tu perseueraueris, tanto magis & merces tibi crescet. Non uidetis quanta omnium deus nos longanimitate tolerat, & quomodo quotidie negligimus obtẽperare eius mandato, & neq; sic cessat à cura nostra, sed omnia sua suppeditat: solem oriri facit, pluuias concedit, aliaq; omnia? Simili modo & nos erga fratres nostros bene affecti, magnam adhibeamus diligentiam, & obluctemur maligno illi dæmoni, ut irritos eius faciamus conatus. Nã si singuli q; assint, unum lucrifacere possent, cogita quantam nobis lætitiã ecclesia multitudine filiorũ suorum afferret: & quomodo diabolus cõfunderetur, uidens inuanum & frustra extẽdi sua retia. Quòd si hoc feceritis, audietis & uos in die illo: Serue bone & fidelis, in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam

stituam. Cæterum bona spe sum, uos hoc facturos: Video enim uultus uestros, & coniecturam sumo quòd admonitionem nostram magna uoluptate acceperitis, atq; hinc spero uos, quod uestrũ fuerit, facturos. Proinde hanc admonitionem hic finiamus. Proponemus autẽ uobis tenuem nostrã ac pauperem mensam, ut cum solitã acceperimus doctrinã, domum concedamus. Operæpretium igitur & hodie in medium afferre patriarchã Abraham, ut discatis quantam hospitalitatis mercedem à domino acceperit. Apparuit autẽ ei deus, inquit, apud quercum Mambre, sedente ipso ad ianuam tabernaculi sui meridie.] Singula uerba diligenter examinemus, & excusso thesauro, omnes in eo latentes diuitias perdiscamus. Apparuit autem ei deus, inquit. Quare sic exorsus est? B Specta domini misericordiã, & considera famuli gratitudinem. Postq; enim superius apparuit ei, & post cætera etiam circuncisionis mandatum dedit: eximius autem ille semper dei præcepta diligenter perficere solitus, reiecta omni mora et ipse circuncisus est implẽs mandatũ domini, & Ismaelem circuncidit, & uernaculos omnes, & in summa miram declarauit obedientiam: iterũ ei apparet. Talis enim est dñs noster, ut si quando uiderit nos in prioribus gratos accumulet beneficia, & nunquam à sua beneficentia desistat, remunerans obedientium gratitudinẽ. Propter hoc, quia obediuit, iterũ apparuit ei. Qua de causa sic dixit beatus Moses: Apparuit autẽ ei deus apud quercum Mambre, sedente eo ad ianuã tabernaculi sui, me C ridie. Cõsidera oro, hic uirtutem iusti. Sedente, inquit, ad fores tabernaculi sui.] Tantopere curabat hospitalitatem, ut nollet hospitum captationem cuiquam familiarium cõmittere: sed trecentos decem & octo habens uernaculos, homo senex & nunc decrepitæ ætatis (centenarius enim erat) apud ianuam sedebat. Et hic quidem huic rei operam dabat, & neq; senectus illi obstaculo erat, neq; suæ quietis cura: nec in lecto recumbebat, sed ad ostium sedebat: alijs autẽ sæpe non solum hoc studium non est, sed & planè diuersum, & horum congressus fugiunt & euitant, ut ne inuiti cogantur excipere. Verum non iustus ille ita agebat, sed sedebat ad ianuam meridie. Hoc ualde auget hospitalitatẽ & uirtutem iusti. In meri D die, inquit, hoc faciebat. Meritò, quoniã sciebat, quòd quibus est itineris necessitas, eo tẽpore maxime indigent cura: proinde tempus hoc ut idoneum elegit, & sedens eos qui præteribant, captabat, pro sua quiete ducens ministrare uiatoribus: & eos qui calore æstuabant sub tectum introducere studebat, non curiose explorans eos qui præteribant, neq; requirens an noti uel ignoti essent. Neq; enim hospitalitatis fuerit diligenter singula perscrutari, sed omnibus simpliciter suam communicare benignitatem. Et quia hospitalitatis fagenam expanderat, meruit & uniuersitatis domi
Heb.13.a num cũ angelis suis suscipere. Eapropter & Paulus dicebat: Hospitalitatis ne obliuiscamini. Per hanc enim quidam nescij angelos exceperunt ho

Chryſ.

spitio, Patriarcham insinuans. Atq; ob hoc Christus dicebat: Qui susceperit unum ex his minimis Matt.25.d in nomine meo, me suscipit. Audiamus dilecti, & hospitio excepturi nunquam quæramus quis, & unde. Nam si Patriarcha in rogando fuisset curiosus, fortè peccasset. Sed sciebat, inquis, aduenientium dignitatem. Vnde hoc tibi liquet? Quõ si ita est, admirationem promeritus fuisset? Neq; enim sic admirabile erat, si suscipiendo hospites curiosius explorasset qui essent, sicut nunc cũ ignorans quinam aduenerint, tanta alacritate & honore accedit, uerbis suis quasi seruus domino eis uincula injcit, & supplicat eis ut ne renuant, seq; maximo damno afficiant. Sciebat enim quid faceret, quòd ex hac re magnæ uoluptatis fructũ percipe ret. Sed audiamus scriptorem ipsum, ut uideas in extrema senecta iuuenilẽ alacritatẽ, & senẽ quasi iuuenẽ exultantẽ & putantẽ se inuenisse thesaurũ quendam hospitũ aduentũ. Eleuatis autẽ, inquit, oculis uidit, & ecce tres uiri steterunt supra eum: & ut uidit, occurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi sui.] Currit, & uolat senex. Vidit eñ prædam quam uenabatur, & nulla infirmitatis sue ratione habita, ad uenationem cucurrit, & non uocauit famulos, neq; imperauit puero, nihilq; rusticitatis neq; desidiæ præ se tulit: quasi diceret, Magnus thesaurus est, magna negotiatio: per memet ipsum hanc mercem inferre debeo, ne elabat tantum lucrũ. Et hæc faciebat senex, homines obscuros & uiatores suscipere se existimans. Discamus C & nos, ac imitemur iusti uirtutẽ. Nam si hoc fecerimus, uerisimile est & nos aliquando eiusmodi præda potiri, imò semper assequimur si attendimus. Ob illam enim causam misericors dominus, Matt.18.a ut ne ad talem benignitatẽ segnes simus, neq; curiosius eos qui aduenium scrutemur, inquit: Qui acceperit unum ex minimis in meo nomine, me accipit. Ne igitur ad uilitatem uenientis spectes, neq; uilẽ ex his quæ uides putes: sed cogita quòd per ipsum dominũ tuum suscipias. Quando enim ppter eius nomen corpus hospitis curaueris, mercedem accipies quasi illũ susceperis. Esto sit deses & negligentioris uitæ, qui tua fruitẽ benignitate, non sit tibi eius rei cura: plena eñ tibi & perfecta merces dabitẽ, in domini honorem hoc faciẽti, & imitanti Patriarchæ uirtutem. Et ut uidit, inquit, accurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi. Bene & hoc uerbũ, accurrit, quadrat: ut discas quòd quasi ignoti affuerunt, & qui nõ sua sponte ad tabernaculum uenerũt: propterea ne subterfugeret eum spirituale lucrum, qui senuerat, incanuerat, & centenarius erat, accurrit, & cursu promptitudinem declarat. Et conspicatus eos, inquit, adorabat super terrã, & dixit: Dñe, si inueni gratiam corã te, ne transeas seruũ tuũ. Sumat sanè aqua, & lauent pedes uestros, & refrigerabimini sub arbore, & accipiã panem, & comedetis, & posthac præteribitis, cuius gratia declinastis ad seruũ uestrum.] Verba iusti sublimia ualde sunt. Neq; tantum miraculũ, quòd eos susceperit, quantũ quòd cum tanta promptitudine & studio, & nõ attenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut sua aut aduenientiū ætate. Nam fortasis uide A
bant sibi iuuenes: neq; existimauit sufficere si uer
bis tantū inuitaret, adorabat, inquit, super terrā:
quasi supplicans, & uiolentas preces afferens, ut
ne putetur perfunctorie inuitare. Et idcirco diui
na scriptura monstrās nobis iusti uirtutē, inquit:
Adorabat super terrā, & gestib. & uerbis magnū
seruorem, egregiā animi humilitatem, summā ho
spitalitalitē declarabat. Et cum adorasset, inquit,
dicit: Domine, si inueni gratiā coram te, ne præte
reas seruū tuum. Quis pro dignitate laudauerit iu
stum hunc, etiamsi innumeris eum linguis prædi
cet: Dicere enim, Dñe, est captantiū beneuolen
tiā: dicere aūt, Si inueni gratiā in oculis tuis, hoc
est admirabile. Beneficiū, inquit, das, non accipis.
Verè enim eiusmodi res hospitalitas est, qua ma- B
gis accipit q̄ dat qui illā prompte & alacriter ex
ercet. At ne quis auditorū eleuās iusti uirtutē, exi
stimet quòd non ignarus quales fuerint hæc eis
locutus sit, neq; enim magnū aliquid fecisset, si co
gnitis talia dixisset: sed admirabile & rarum est, q̄
quasi homines alloquens, talia uerba loquit̄. Ne
admireris aūt, quòd cum tres exceperit, ad unum
se conuerterit iustus, dicens, Dñe. Fortasis enim
unus glorioſior cæteris apparebat, ad quē preces
suas conuertit. Deinde aūt procedentibus uerbis
in commune eos compellat, & inquit: Sumatur
aqua, & lauent pedes uestros: & iterū, refrigerabi
mini sub arbore, & comedetis panem, & postea
trāsibitis, cuius gratia declinastis ad seruū uestrū.
Vides quō ignorans qui sint, quasi hominibus lo C
quens transeuntibus, ita cōmuni exhortatione u
titur, semel atq; iterū seruū se uocans. Et uide quo
modo prædicit & mensæ suæ tenuitatē, imò lau
titias. Sumatur, inquit, aqua, & lauent pedes ue
stros, & refrigerabimini sub arbore. Quia enim fa
tigati estis, & multum tulistis æstum, ideo oro ne
prætereatis seruum uestrum. Num magnū quid
dam est quod ego exhibeo: aquā uobis solum pre
stare possum, qua loti pedes uestros sub arbore fa
tigationem deponatis. Insuper & mensæ dicit spe
ciem. Ne putetis, inquit, me lautitias uobis appo
siturum, uel condimentorū diuersitatem, uel assa
torum uarietatem. Panem comedetis, & sic transi
bitis, cuius gratia declinastis ad seruum uestrum.
Vidisti quomodo uarijs utīq; modis, precibus uin D
cere prætereūtes, & gestibus & uerbis & operib.
attrahere uolens. Primum enim, inquit, adorauit,
deinde dominos uocat. Postea dicit quæ illis ex
hibiturus sit, extenuans res, & nihili esse signifi
cans. Ait enim: Aquam hanc omnibus expositā
habeo ad lauandos pedes, & panem & tectum ab
arbore, Ne paruī feceritis mihi tabernaculum, ne
despexeritis senectutem, ne renuatis ad exhorta
tionem meā. Scio quantū fertis laborem, cōiecto
quantus sit caloris æstus, & propterea paululum
uos refrigerare uolo. Qualem pater amātissimus
filijs exhibet benignitatē, talem ille ignotis & pe
regrinis, & nunquā antea uisis. Verum quia ma
gna alacritate processit ac constantia, assequutus
est uenationem, & prædam intra retia conclude-
re potuit. Et dixerūt, inquit: Sic fac, ut dixisti.]
Senis excitatus est iuuenilis uigor. In manibus,
inquit, habeo thesaurū, diuitias hinc sumā, sene
ctutis obliuiscar. Et uide eum gestientem in ope
re, exultantemq; præ gaudio, & perinde atq; mul
ta bona in manibus afferret, ita se oblectantem.

Et festinauit, inquit, Abrahā in tabernaculū.]
Sicut quando ad uenationem contendebat, signi
ficauit eius alacritatem & laborē diuina scriptu
ra, dicens: Accurrit autē in occursum eorū: Ita &
nunc, quia adduxit uiros, & id quod optabat per
fecit, neq; sic ab alacritate desistit: sed magis fruen
tem declarat amorem, neq; quia securus fuit, ideo
fit negligentior. Id quod nobis frequenter euenit,
& principio ualde studiosi sumus: quando aūt in
negotiū uentum est, non par studiū afferimus. Ve
rum iustus non sic, sed quid: Iterū festinat & anhe
lat, & currit senio cōfectus in tabernaculū ad Sa
ram. Accelera, & misce tres mēsuras similæ. Con
sidera quō & Saram uenatiōis sociā facit, & quo
modo eam erudit, ut suā imitet uirtutem. Et enim
& illam incitat ne officio suo negligenter fungat̄,
sed acceleret. Magnā, inquit, negotiationem asse
quuti sumus, ne perdamus thesaurum. Accelera
& misce tres mensuras similæ. Quoniā sciebat bo
ni operis magnitudinē, uolebat uitæ suæ sociam
etiam retribuendarū mercedum esse participem.
Quare enim, dic mihi, nulli famulorū hoc præce
pit, sed mulieri tam prouectæ ætatis? Nonaginta
enim annorū erat. Non rebellat mandato Sara,
sed parem alacritatē etiā ipsa affert. Audiant uiri,
audiāt mulieres. Viri quidem ut sic suas cōiuges
erudiant, ut si quando spirituale lucrū incidat, ne
per famulos hoc perficiatur, sed per seipsos faciāt
omnia. Mulieres autē, ut accelerent iuuare uiros
in tam bonis operibus, & non erubescāt, aliquos
excipiendo hospites propter Christum, illis con
gruum præbere ministeriū, & per seipsas afferre:
sed imitentur Saram uetulam, in tanta senectute
laborem libenter suscipientē, & famularū opera
perficientem. Verū scio, quòd nullus feret ea quæ
à nobis dicunt̄. Nunc enim omnes planè contra
ria uia incedunt, & multa mulierum est mollities,
& omne studiū in cultu uestiū, in aureis ornamen
tis & monilibus & externo ornatu, animæ uero
nulla est cura. Neq; Paulus eas humiliat, dicens: 1. Tim. 2. 6
Non in crinibus tortis, uel auro, uel margaritis,
uel sumptuosa ueste. Vide animā hāc in cœlo ua
gantem, quō non putauit infra suā dignitatē, etiā
de capillorū ornamētis admonere. Merito: omne
enim ei studiū erat in excolenda anima. Quia igi
tur sciebat quòd hæc maxime animæ pernicie ge
nerent, propterea non refugit quæ conueniebāt
ad docendum hoc morbo laborantes, sed inquit:
Si uis ornari, uero te ornatu cole, qui decet mulie
res pias. Bonis te operibus orna, hic animæ cul
tus est, hic à nullis externis cōmendat̄, hunc nul
lus deprædari poterit, hic perpetuo manet indire
ptus. A cultu aūt externo innumera fiunt mala.
Taceo nūc animæ nocumēta, arrogantiā quæ in
de nascit̄, despectū proximi, fastū spiritus, animæ
corruptio-

corruptionē, uoluptatū illicitarū fomitem. Quid A
quòd facile diripitur ille cultus & famulorum ma
lignitate & latronū insidijs & sycophantarū calu
mnijs? Et infinita mala inuenire in eo licet, ac per
petuas amaritudines. Atqui Sara talis nō erat, sed
uerū possidebat ornatū: ideo & digna fuit Patriar
cha: & sicut ille festinauit, & in tabernaculū cucur
rit, ita & ipsa magno studio fecit quæ imperata e
rant, & miscuit tres mensuras similæ. Nā quia tres
erant qui aduenerāt, tres mensuras iussit misceri,
ut citius panes pararent̄. Et ut hoc præcepit, ad
boues ipse iterū cucurrit.] O senis iuuentutem, ó
animæ constantiā, currit ad boues, & non permit
tit aliquem famulorū eò transire: per omnia mon
strans his qui aduenerant, quanta uoluptate per
fusus sit, & quāti faciat eorum præsentiā, & quòd B
hunc pro thesauro haberet honorē. Et accepit,
inquit, uitulum tenellum & bonum.] Ipse per se
metipsum electionem fecit, & optimū qui aderat
accepit, famuloq; dedit: & illum quoq; urget, ut
sine mora quantū fieri potest approperet. Anim-
aduerte, quō omnia cū uelocitate, cū feruenti ala
critate, cum hilaritate, cū gaudio, cū magna iucun
ditate facit. Et festinauit puer ut hoc faceret.]
Ne nunc quidem senex quiescit, sed iterū in mini
strorum ordinem transit. Et ut accepit butyrū &
lac & uitulum quē mactauerat, apposuit illis. Sic
per semetipsum omnia facit & apponit. Et neque
dignum semetipsum censuit qui cōsideret eis, sed
illis comedētibus adstabat ipse sub arbore. O ma- C
gnitudinem hospitalitatis, ó humilitatis excellen
tiam, ó mentem oppidò piam. Adstabat centena-
rius comedentibus illis. Mihi uideō tunc præ gau
dio alacritateq; multa imbecillitate sua factus su
perior, & robur quoddā accepisse. Solet enim ala
critas animæ, si quando uehemētior fuerit, uince-
re corporis imbecillitatem. Adstitit igitur Patri-
archa quasi famulus, summum honorē suum exi-
stimans, quòd præsentibus ministraret, & solare-
tur itineris eorum laborē. Vidisti quanta iusti ho-
spitalitas? Neq; enim hoc solum considera, quòd
panes apposuit & uitellum: sed illud cogita, cum
quanto honore & quāta modestia exhibita sit ho-
spitalitas: non sicut multi, qui si quid tale fecerint
superbiunt & despiciunt susceptos, eo quòd mini
sterijs illis exhibeāt. Hoc aūt perinde est, ac si quis D
diuitias congreget & circunferat: & cū collegerit,
omnia simul è manib. labi sinat. Quisquis em̄ parū
alacris operā quippiā, quasi plus præberet q̄ acci
peret: nescit qd faciat, proinde & mercedē officij
disperdit. Verum iustus ille sciens quid operarē,
per omnia quæ faciebat ostendit alacritatē men-
tis. Et postq̄ largiter & magna hilaritate semina-
uit hospitalitatē, statim & manipulos uberrimos
messuit. Nam ubi ea quæ ex se erant impleuit, &
nihil intermisit, & finem acceperunt quæ ad ho-
spitalitatem pertinebant, declarataq; fuit uirtus
iusti: ut postea discas quantorū & qualium bono-
rum causa fuerit iusto hospitalitas, manifestat se
qui affuit, & paulatim iustum suæ magnitudinem
potentiæ docet. Quia ubi uidit eum stare apud
quercum, & stando magnum honorem & mini-
sterium sibi exhibere, dixit ei: Vbi est Sarra uxor
tua? Statim autem per interrogationem indicauit
ei quòd non esset ex uulgaribus aliquis, quando-
quidem & uxoris illius nomen sciuit. Ille autem
inquit: Ecce in tabernaculo. Et quia iam tanquā
deus polliciturus erat ei rem supra naturam, pro-
pter hoc & dicendo nomen Sarræ, significauit
quòd super hominem esset qui in tabernaculum
eius diuerterat. In reditu, inquit, ueniam ad te
hoc anni tempore, & habebit filium Sarra uxor
tua.] Ecce hospitalitatis fructus, ecce alacritatis
illius miræ merces, ecce laborū Sarræ retributio-
nes. Illa aūt, inquit, audiuit iuxta ostiū taberna-
culi, stans post illud. Et ut hoc audiuit, risit secū di
cens: Nondum quidem mihi fuit usq; nunc, domi
nus autem meus senex.] Et ut respondeat diuina
scriptura pro Sarra, prius assignauit, Abraham
autem & Sarra profecerāt in diebus suis. Et neq;
hoc contenta, adijcit: Et defecerāt Sarræ fieri mu
liebria. Arefactus erat, inquit, fons, excæcatus o-
culus, officina erat inutilis facta: ad quæ respiciēs
Sarra, cogitabat apud semetipsam & senectutem
Patriarchæ. Verum dum illa intra tabernaculum
ita cogitat, is qui scit arcana mentis, demonstrare
uolens & uirtutis illius excellentiā, & quòd nul-
lum occultum se lateat, dicit Abrahæ: Cur risit
Sarra apud seipsam, dicēs: Numquid uerè pariā,
ego autem senuī?] Hæc em̄ illa apud semetipsam
cogitabat. Num impossibile, inquit, apud deum
uerbum?] Ecce manifestè seipsum detegit. Non
scitis, inquit, quòd naturæ dñs existens, omnia pos-
sum quando uoluero, & emortuā quoq; uuluam
fœcundam & partui idoneā facere? Num im-
possibile, inquit, apud deū uerbum?] Nónne o-
mnia facio & transformo? nónne uitæ & mortis
potestatē habeo? nū impossibile est aliquid apud
deū? Nónne hoc iam antea pollicitus sum? Num
possibile est à me dicta effectu careret? Audi igi-
tur quòd in hoc anni tēpore reuertar ad te, & erit
Sarræ filius.] Postquam reuertero, inquit, tempo
re isto, tūc sciet re ipsa Sarra, quòd neq; senectus
ei obstaculo fuerit neq; sterilitas, sed uerbum me-
um non poterit irritari: & partus eam docebit eo
rum quæ à me dicta sunt potentiam. Cæterum ut
illa audiuit, quòd neq; illa quæ cogitarat essent à
præsente occulta, negauit dicens: Non risi.] Ti
mor enim cōcusserat eius mentem. Et propterea
scriptura tribuens hoc infirmitati eius totum, in-
quit: Timore enim perterrita fuit.] Verum Pa-
triarcha dicit ei, non, sed risisti. Ne putes, inquit, li
cet in animo hæc tractaueris, & in occulto riseris,
quòd possit abscondi à præsentis uirtute & scien
tia. Itaq; negare factum noli, ne addas ad pecca-
tum: magna enim ab hac hospitalitate nobis pro-
ueniēt bona. Hunc imitemur omnes, & magnam
geramus hospitalitatis curam: non ut momenta-
neam & corruptibilem retributionem solum acci
piamus, sed ut reponamus nobis etiam immorta
lium bonorum fruitionem. Nam si hoc faciamus,
suscipiemus & nos hic Christū, & suscipiet etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsenos in mansionibus illis quæ ab æterno præ- A
paratæ sunt diligentib. se. Et audiemus ab eo: Ve-
Matt. 25. c nite benedicti patris mei, in hæreditatem accipite
præparatũ uobis regnũ ab origine mundi. Cuius
gratia, & quo merito? Esuriui em̃, & dedistis mihi
manducare: sitiui, & potastis me: peregrinus fui,
& collegistis me: in carcere fui, & inuisistis me.
Quid minus onerosum q̃ hæc? non enim præcepit nobis curiose scrutari & inquirere quibusnam
deberemus curã exhibere. Tu quod tuum est, in-
quit, declara, licet abiectus sit & uilis in speciem
is quẽ foues. Quæ enim in illos facta sunt, ego ut
mihijpsi facta agnosco. Propterea addidit: Quate
nus fecistis uni fratrũ meorũ minimorũ, mihi feci
stis. Igit̃ cum tanta ex hospitalitate sint lucra, non
contemnamus, sed quotidie huius bonæ negotia B
tionis merces importare studeamus, sciẽtes quòd
dominus noster alacritatem magnã, nõ ciborum
copiam requirat, non mensam sumptuosam, sed
mentem hilarem, non uerbotenus benignitatem,
sed charitatẽ à puro syncerocq̃ corde. Idcirco & sa
piens quidam dicebat: Melior sermo, q̃ munus.
Sæpe em̃ sermonis cõmoditas magis recreat indi
gentem, q̃ donũ aliquod. Proinde sciẽtes hæc, ne
simus difficiles erga eos qui nos accedunt. Quòd
si poterimus eorum inopiã subleuare, hoc facia-
mus cum gaudio lætitiaq̃ magna: nõ ut præben-
tes aliquid, sed ut ab eis accipientes. Sin minus,
ne simus asperi in eos, sed uel uerbis eos solemur,
& in mansuetudine respondeamus eis. Quare em̃
durè compellas eum? num cogit? num uim facit? C
Orat, supplicat, obsecrat. qui aũt hæc facit, contu-
melia dignus nõ est. Quid dico orat & supplicat?
innumera bene apprecat̃, & hæc omnia facit pro
uno obolo, & nec̃ illum erogamus. Et quam asse
quemur ueniam? quam habebimus defensionẽ?
ipsi quidem quotidie lautã mensam apponentes,
& sæpe plus q̃ usus requirit insumẽtes, illis uerò
nec̃ paruũ quid cõmunicãtes, id̃q̃ cum innume-
ra bona per hos nos habituros expectemus. O
magnã desidiã. Quantũ hic damni facimus? quan
tum lucri è manib. nostris excidere patimur? dũ
materiam nostræ salutis à deo nobis datã aman-
damus, nec̃ cogitamus aut æstimamus uel paru
tatem eorũ quæ damus, uel immensitatem eorum
quæ accipimus: sed omnia scrinijs includimus, & D
aurũ quidem à rubigine absumi sinimus, imò fu-
rum manibus proponimus, uestes uero uarias à
tineis arrodi sinimus, nolumus aũt ut ea quę absq̃
usu iacent, bene dispensent̃, ut iterũ nobis seruen
tur, ac per ea etiã ineffabilia bona mereamur asse-
qui: quæ nobis omnibus concedat gratia & mise-
ricordia sua dominus noster Iesus Christus, cui cũ
patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper,
& in secula seculorum, Amen.

Cum surrexissent aũt uiri, respexerũt in faciẽ
Sodomorũ & Gomorreorũ. Hom. XLII

Dicimus ex hesterna lectione charissi-
mi, eximiam iusti hospitalitatem: age &
ea quæ sequũtur tractantes, hodie discа
mus charitatem & compassionem Pa-

triarchæ. Possedit enim iustus ille uirtutes omnes. A
Nec̃ enim tantũ pius erat in proximos, nec̃ hos-
pitalis tantũ & misericors, sed & alias uirtutes o-
mnes ubertim declarauit. Nam siue patientiã di-
scere opus, inuenies eum in summum illius uerti-
cem progressum: siue humilitatem requiris, uide-
bis & in hac nulli cedentem, sed oẽs transcenden
tem, siue fides declaranda sit, & in ea præ omnib.
alijs probatus est. Est em̃ anima eius imago quæ-
dam animata, uarios uirtutum colores in se osten
tans. Quæ igitur nobis posthac relicta est excusa-
tio, cum unus homo cunctas in se uirtutes possi-
deat, nos uero ita immunes earũ simus, ut ne unã
quidẽ perficere iuuet? Quòd enim non quia non
possumus, sed quia nolumus, à bonis omnib. si-
mus alieni, manifestè indicat quòd multi uicino- B
rum nostrorũ inueniunt̃ uirtutibus conspicui. Et
istucipsum quòd Patriarcha, qui ante gratiæ tem
pus & ante legẽ fuit, à seipso & à scientia naturæ
insita in tantũ peruenit uirtutis fastigium, sufficit
ut oẽs nostras excusationes refutet. At fortè dicẽt
aliqui, quòd uir ille multã à deo gratiã consecu-
tus sit, & omniũ dominus eius singularẽ habue-
rit curã. Fateor ita esse & ego. Verum nisi primũ
& ipse quod suũ erat fecisset, non tanta à dño ob-
tinuisset. Eapropter non hoc solum uide, sed in
unoquoq̃ diligenter attende, quõ primũ in omni
bus uirtutis suæ indiciũ exhibuerit, atq̃ sic diuinũ
meruerit præsidiũ. Atq̃ hæc sæpe uobis declara-
uimus: quòd quando à patria sua migrabat, nullo
à progenitoribus semine fidei accepto, ex seipso C
ualde religiosam atq̃ piam mentem habuerit: &
postq̃ nuper à Chaldæa translatus esset, iterũ su-
bitò iussus ut aliò pergat, & alienã terrã suæ præ-
ferat, non fluctuauit animo, non distulit, sed sta-
tim imperata fecit, id̃q̃ nesciens ubi nam errandi
futurus esset finis, festinabatq̃ & anhelabat, ut in
ijs quæ planè incerta erant, mandatũ dei omnib.
præferendum duceret. Vidisti quõ ab initio quę à
semetipso erãt attulerit, & propterea diuina quo-
tidie ubertim susceperit: Eodẽ modo dilecti, etiã
nos, si uoluerimus superna frui gratia, imitemur
Patriarcham, & ne cunctemur ad obeundam uir
tutem: sed quotidie ita eam exerceamus, ut oculũ
illum qui sopiri nescit, cõciliemus nobis ad mer-
cedem tribuendam. Etenim qui scit arcana men- D
tis nostræ, cũ uiderit sanã mentem nostrã, & nos
conari & eniti ad uirtutis agones, statim etiã nutu
suo nos adiuuat, simul & labores nostros alleuiã
ans, & infirmitatem nostræ naturæ confirmans,
uberesq̃ retributiones suppeditans. Sanè in O-
lympicis certaminibus neutiquam quis tale quid
inueniet: sed stat adornator & magister, fit̃q̃ spe-
ctator tantum ut cæteri, nec̃ in ulla re potest ad-
iutare, sed expectat ut fiat uictoria. Dñs autẽ no-
ster non sic, sed simul nobiscũ certat, & manũ por
rigit, & cooperat̃, & quasi undequaq̃ aduersariũ
nostrũ nobis tradit, & nihil nõ facit satagens ut in
certamine duremus & uincamus, quò nobis im-
marcescibilẽ iponat coronã. Coronã em̃, inquit,
gratiarũ accipies in capite tuo. Iam in mediis illis

Olym

Olympicis certaminib. corona post uictoriã nihil A
aliud est, quàm folia lauri, & applausus acclama-
tioq̃ uulgi, quæ tamen omnia uespera ingruente
marcescunt & pereunt: at corona quę pro uirtute
& eius sudoribus dat̃, nihil habet sensibile, nec̃
in hoc seculo nobiscũ dissoluit̃, sed perpetua est,
immortalis, extendens se in omnia secula. Et la-
bor quidem est parui temporis: merces autẽ labo
rum, finem non habet, nec̃ cedit tẽpori, nec̃ mar
cescit. Quod ut discatis, ecce quot anni præterie-
runt, quot generationes, ex quo Abrahã hic in ui
uis fuit: & tamẽ haud aliter q̃ si heri aut hodie de-
functus esset, recẽtes nobis in memoria sunt eius
pro uirtute coronæ, & usq̃ ad consummationem
seculi omnibus qui recte sapiũt argumentũ est ser
monis & doctrinæ. Proinde quia talis est uirtus B
iusti, ad æmulandũ expergiscamur, & uel tandẽ
nostrã agnoscentes generositatẽ, Patriarchã imi-
temur, & de salute nostra cogitemus, multa adhi-
bita diligentia: ita ut non solũ corpus sanũ sit, sed
& ut diuersi animæ morbi curent̃. Nam si uolue-
rimus sobrij esse & uigiles, facilius morbos animę
quàm corporis emendabimus. Nam quoties nos
affectio quæpiã perturbat, si uolumus pia religio
sa q̃ mente cogitare iudiciũ diei illius terribilis, &
non ad præsentia spectare, sed ad cruciatus, quos
propter illas feremus, statim ab anima nostra resi-
liet ac reuolabit. Eapropter ne simus negligentes,
sed scientes quòd certamẽ instat & palestra, & in
acie stare oportet, quotidie recentes reddamur: ui C
gorẽq̃ iuuenilẽ recipiat animꝰ noster, ut superno
freti præsidio, malæ huius bestiæ, insidiatoris di-
co salutis nostrę, caput statim cõterere ualeamus.
Luc. 10. c Ipse enim dñs nobis promisit, dicens: Ecce do uo
bis potestatem ambulãdi super serpentes & scor-
pios, & super omnem uirtutem aduersarij. Sobrij
igit̃ simus, obsecro, ac prudentes, ut cum uestigia
huius Patriarchæ sequimur, omnigenã uirtutem
amplexati, easdẽ coronas mereri possimus, & in
eius occurrere sinus, & effugere gehennæ pœnã,
& assequi bona illa ineffabilia. Verum ut amplior
fiat nostra æmulatio, & magis ad imitandum hũc
iustũ prouocemur: age iterũ ex historia illius cum
uestra charitate colloquentes, sequẽtia aggredia-
mur. Igit̃ post largã illam hospitalitatẽ, quam fece D
rat, non qualitate ferculorũ, nec̃ quantitate, sed
promptitudine & liberalitate mentis æstimatam,
statim hospitalitatis mercedẽ obtinuit: & didicit
quisnam præsens ille esset, & quanta eius uirtus.
Abituri illinc erant ad subuertenda Sodoma, co-
mitatur eos Patriarcha & deducit, ut legimus. Vi
de dñi misericordiã, quanta familiaritate usus est.
Simul & iusto honorem impendit, & uirtutem in
anima eius latentem detegere uoluit. Cum sur-
rexissent aũt, inquit, uiri, respexerũt in faciem So
domorũ & Gomorræ.] De angelis dicit. Nã hic
quidem in tabernaculo Abrahæ, & angeli, & eo-
rum dñs per idem tẽpus uisi sunt, postea uero illi
quidem ut ministri missi sunt ad subuersionẽ illa-
rum ciuitatum, ipse aũt dominus mansit, & quasi
amicus amico iusto cõmunicabat quænam factu

Chryſ.

rus esset. Vnde cum illi profecti sunt, dixit, inquit,
dominus: Num celabo ab Abrahã puero meo,
quæ ego faciam?] Mirum in modum deus obse-
quitur iusto, & plurimo eum honore dignatur.
Nam quasi homo homini loquens, monstrat no-
bis, quanto honore dignos ducit uirtute prædi-
tos. Et ut ne putes, honorem tantũ iusto conces-
sum solius diuinæ esse bonitatis, uide quomodo di
uina scriptura docet nos, quòd ipse sibijpsi hono-
ris fuerit autor, obediendo mandatis diuinis ma-
gna sedulitate. Quia postquam dixit: Num cela-
bo ab Abrahã puero meo, quæ ego facio: non sta
tim dicit quid facturus sit. consequens enim erat
addere & dicere se incensurum Sodoma. Verũ di
gnũ est, ut nec̃ illud prætereamus: nec̃ enim syl-
labam, nec̃ apicem in diuina scriptura præterire
oportet. Quantę enim dignitatis esse putas, quòd
dicit Abraham puerũ suum? quantæ affectionis?
quanti amoris? Hoc enim potissimũ monstrat exi
miam dignitatẽ & honorẽ iusti. Deinde id quod
dicebam, cum dixit, Non celabo: nõ statim affert
& dicit quod erat futurũ. Sed quid? Vt discamus
quòd nõ absq̃ causa, nec̃ temere deus tantũ erga
illum declarat studiũ, inquit: Abraham aũt futu
rus est in gentem magnã & populosam. Et in ipso
benedicentur oẽs gentes terræ. Noui enim quòd
constituet filijs suis, & domui suæ post se, & custo
dient uias dñi dei, ut faciant iustitiã & iudicium,
ut adducat dominus super Abrahã omnia quæ-
cunq̃ locutus est ad eum.] Papæ, quanta miseri-
cordiæ domini magnitudo? Quoniã postea indu
cturus erat excidium Sodomorũ, nunc prius Pa-
triarcham animat & confidentem facit, simul pol
licens ei benedictionem maximã, & quòd in ma-
gnam multitudinẽ futurus sit: docens eum quòd
mercedem hanc piæ suæ mentis accipiat. Cogita
enim quanta est Patriarchæ uirtus quando deus
dicit: Scio enim quòd constituet filijs suis post se,
& custodient uias domini. Magna hæc est uirtu-
tis augmentatio. Non enim tantũ mercedem ac-
cipit, quia ipse bene egit: sed & quia præcipit natis
suis, largas retributiones accipit. Is enim qui prin
cipium præbet ac initia, etiam eorum quæ postea
fiunt autor est. Et uide dñi bonitatem, non solum
pro præterita uirtute, sed & pro futura remune-
rat. Scio enim, inquit, quòd constituet filijs suis.
Quoniã, dicere uult, prænoui iusti mentem, id cir
co remunerationibus præuenio. Scit enim abdita
cordis nostri, & quando uidet uolentes quæ opor
tet, ac sanã præ se ferentes mentem, manũ porri-
git, & ante labores remunerat, alacriores hac ra-
tione efficiens: id quod in iustis omnibus fieri in-
uenies. Nam cum sciat imbecillitatẽ humanæ na-
turæ, ut non in arduis & difficilibus nihil se posse
putet, inter laborandum ita suum auxilium & re-
munerationes præbet, ut & labor alleuietur, &
feruor crescat. Noui enim, inquit, quòd cõstituet
filijs suis, & custodient uias domini dei. Non solũ
de ipso prædicit, q̃ constituet, sed & de filijs eius,
quòd custodient uias dñi dei, Isaac & Iacob insi-
nuans. Vias dñi, hoc est, mandata & præcepta. Vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciant, inquit, iudicium & iustitiã: nihil præferen A
do iustitiæ, & uiuẽdo citra omnem iniustitiã. Hæc
enim maxima uirtus est, ac propterea eueniũt o-
mnia quæ locutus est ei dñs. Opinor autem quòd
& aliud quiddam significet, cum dicit: Abraham
autem futurus est in gentem magnam & popu-
losam: pro eo, Tu quidem qui uirtutẽ amplexaris,
& meis obtemperas præceptis, obedientiãq; præ
te fers, in gentem magnã & populosam eris. Impij
autem illi Sodomorũ regionem inhabitantes, di-
speribunt omnes. Nam sicut uirtus salutis causa
est eam operãtibus, ita & malitia interitus. Porrò
postq; benedictionibus & laudibus fiduciã ac ani
mos addidit iusto, his uerbis exordiẽ argumentũ.

Clamor Sodomorũ & Gomorræ apud me mul
tiplicatus est, & peccata eorũ magna ualde. Cum B
igit descẽdero, uidebo utrũ iuxta clamorẽ suũ qui
ad me uenit, perficiunt, an nõ, ut sciã.] Terribilia
uerba. Clamor, inquit, Sodomorũ & Gomorræ.
Quãuis & aliæ ciuitates simul perierint, sed quia
hæ fuerũt clariores, eas solũ cõmemorauit. Multi
plicatus est apud me, & peccata eorũ magna ual-
de. Vide quomodo mala coaceruent. Non solum
magna est multitudo clamoris & iniustitiæ. Nam
quòd clamor Sodomorũ & Gomorræ multiplí-
catus est, opinor significare, quòd præter infan-
dum illud flagitiũ, nullaq; uenia dignũ, alia quoq;
scelera multa patrabant, insurgentes potentiores
cõtra inualidiores, diuitesq; cõtra pauperes. Pro
inde non solum, inquit, magnus erat planctus cla
moris, sed & peccata ipsorũ non uulgaria fuere, C
sed magna atq; ualde magna. Insolitũ enim iniqui
tatis modum excogitauerunt, & alienas & illici-
tas coeundi leges inuenerunt. Atq; tanta erat ma
litiæ procliuitas, ut omnes omni malo replerentur, & nullam postea correctionem admitterent, totiq; aboleri digni essent: neq; enim incurabiles illorum morbi medicinam ferebant. Postea do-
cens omne hominũ genus, licet magna ualde & confessa sint peccata, nõ tamen pronuntiandam sententiam priusquam manifeste conuincantur, inquit: Cum descenderim autem, uidebo utrum iuxta clamorem suum, qui ad me uenit perficiãt, uel non, ut sciam. Quid sibi uult, quòd sermonem suum ita attemperat: cum descenderim, inquit, uidebo? Nunquid de loco in locum transit uniuer- D
sorum dominus? absit. Non hoc dicit: sed, ut dixi, per uerbum crassius docere nos uult, quòd opus sit magna diligentia: & non auditu solo peccatores cõdemnandi sint, neq; sententiæ ferendæ, nisi probatio præcedat. Audiamus hæc omnes: non enim solum ij qui pro tribunali sedent obseruare hanc legem debent, sed & nullus unquam ob nu
dam accusationem proximum condemnet. Idcir
Exod. 23.a co enim & post hæc beatus Moses spiritu sancto
Rom. 9. & 14.a afflatus admonet dicens: Auditum uanum ne ac-
cipias. Et beatus Paulus scribẽs clamabat: Tu au-
tem cur iudicas fratrem tuum? Et Christus quoq;
præcipiens discipulis suis: Nolite, inquit, iudica-
Matt. 7.a re, ut ne iudicemini. Cur enim, inquit, ante tem-
pus inuadis iudicis ius? Cur præuenis diem illum terribilem? Vis iudex esse, cognosce temetipsum, & tua delicta. Nullus est qui uetet: sic enim & pec
cata tua emendabis, & nihil ex facto incommodi capies. Quòd si relictis rebus tuis sedes ad iudi-
candum alios, maiores te tibijpsi colligere pecca
torũ sarcinas non sentis. Idcirco, obsecro, fugia
mus omnino ne cõdemnemus alios. Nam etsi iu-
diciariæ potestatis non sis particeps, attamen iu-
dicasti mente, & peccato fecisti te obnoxium: præ
sertim quando nulla demonstratione audita, sed
sola suspicione, & tenui accusatione condemnas.
Quapropter beatus Dauid clamabat, dicẽs: De-
trahentem clam proximo suo, hunc persequebar.
Vidisti uirtutis eminentiam? Non solum non re-
cipit quæ dicuntur, sed & abigit uolentem fratri
suo maledicere. Igitur si & nos peccata nostra im
minuere uolumus, hoc maximè omnium serue-
mus, ne condemnemus fratres nostros, neq; de-
trahere cupiẽtes admittamus: imò iuxta Prophe-
tam abigamus, & omnino auersemur. Hoc enim
opinor & prophetã Mosen insinuare cum dicit:
Auditum uanũ ne acceperis. Et hac de causa etiã
nunc dominus tam crasso uerbo usus est, in utili-
tatem animarum nostrarum. Dicit enim: Cum
descendero autem, uidebo. Cur ita? Num nesciebat? Ignorabat ne peccatorum magnitudinem? Nesciebat lapsos correctionem non suscepturos? Minime: sed quasi satisfactionem quandam af-
fert factum suũ impudenter calumniaturis, quan
doquidem omnis uirtutis contemptores tanta tu
lit longanimitate. Fortassis autẽ alia quoq; causa subest, uidelicet ut iusto detur occasio declarandi mentem suam condolentem, & bene in alios affe
ctam. Angeli enim, ut dixi, abierant in Sodoma, patriarcha uero stabat corã dño. Et ut appropin
quauit, inquit, Abrahã, dixit: Nunquid perdes si-
mul iustũ cum impio, & erit iustus sicut impius?]
O quanta iusti fiducia, imò ô quãta animi cõpas-
sio. Quodãmodo compassionis ebrietate grauatus, nescit quid dicat. Et monstrãs diuina scriptu-
ra, quòd cum magno timore & tremore preces fa
ciat: Vt appropinquauit, inquit, Abraham, dixit:
Nunquid perdes simul iustum cum impio? Quid facis ô beate Patriarcha? Quid opus habet tua deprecatione dominus, ut ne hoc faciat? Verum ne hoc cogitemus: non enim quasi domino hoc facturo dicit, sed quia manifeste pro fratris filio non audebat, communes pro omnibus facit pre-
ces, uolens cum alijs & hunc seruare, & cum hoc etiam alios eripere: incipitq; patrocinari, ac dicit:

Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, per-
des eos? Non parces toti loco propter quinqua-
ginta iustos, si fuerint in ea? Nequaquam facies uerbum hoc, ut occidas iustum cum impio, & sit iustus sicut impius. Nequaquam. Qui iudicas o-
mnem terram, non facies iudicium?] Vide quo-
modo & in hac oratione suam religiosam & piam mentem declarat, & iudicem omnis terræ confi-
tetur, precaturq; ne pereat iustus cũ iniusto. Post hæc mitis & misericors dominus annuit petitiõi, & dicit: Facio id quod dixisti, & accipio tuam pe-
titionem

titionem. Si inuenientur quinquaginta iusti in A
ciuitate, propter illos parcam omni ciuitati, & to-
ti loco.] Dabo hoc, inquit, quinquaginta iustis,
si inuenti fuerint, & alios saluabo, & petitionem
tuam implebo. Verum uideamus iustum illum,
quomodo arrepta fiducia, & agnita misericordia
dei, iterum aliam petitionem affert, & inquit:

Nunc cœpi loqui ad dominum meum, ego au-
tem sum terra & cinis.] Ne putes, inquit, domi-
ne me ignorare meipsum, & transgredi mensu-
ram, & tanta uti fiducia. Scio enim, quòd terra
sum & cinis: sed sicut hoc scio, & manifestè scio:
ita neq; illud ignoro, quòd copiosa est tuæ mise-
ricordiæ magnitudo, & quòd diues es in bonita-
te, & quòd uis omẽs homines saluos facere. Nam
quos ex nihilo produxisti, quomodo factos per- B
deres, nisi tanta esset peccatorum nostrorum gra-
uitas? Idcirco iterum oro & precor, si pauco-
res quinquaginta inuenti fuerint, & quadragin-
taquinq; fuerint in ciuitate iusti, num saluabis ci-
uitatem? Et dixit: Si inuenti fuerint quadragin-
taquinq;, non perdam.] Quis pro dignitate uel
domini omnium tantam longanimitatem & fa-
cilitatem laudauerit, uel iusto illi tantam fiduciam
gratulari possit? Et adiecit, inquit, ultrà loqui,
& dixit: Quid si inuenti fuerint ibi quadraginta?
Et dixit, non perdam propter quadraginta.] Ex-
in quasi reueritus indicibilem dei longanimita-
tem iustus, & timens ne fortè uideatur transcen-
dere modum precando, dicit: Nunquid domi-
ne si loquar, Si inuenti fuerint ibi triginta?] Quia C
paratum inuenit ad misericordiam, non quinque
iustos detrahit, sed decẽ, & sic affert patrociniũ:
Quid si inuẽti fuerint illic triginta? Et dixit: Nõ
perdam, si inuenti fuerint illic triginta.] Animad
uerte quanta iusti constantia, quasi ipse foret ob-
noxius sententiæ, ita eripere studet à pœna Sodo
mitarum gentem. Et dixit, quoniam possum lo-
qui ad dominum: Quid si inuenti fuerint ibi ui-
ginti? Et dixit: Non perdam propter uiginti.] O-
mnem sermonem transcendit, & omnem cogita-
tionem, domini bonitas. Quis enim nostrum, qui
in medio infinitorum malorum uersamur, uellet
ferendo sententiã contra proximos tanta uti cle-
mentia & facilitate? Veruntamen iustus ille ui-
dens diuitias misericordiæ dei, non subsistit, sed D
iterum dicit: Nunquid domine, si loquar adhuc
semel?] Nam quia ineffabilis erat longanimitas,
propter hoc reueritus ne & indignationẽ aduer-
sus se moueret eius qui rogabatur, dicit: Nunquid
domine? Num temerarium quiddam facio? dicit.
Num impudens uideor? num opus condemna-
tione dignũ facio, si loquar adhuc semel? pro ma-
gna & inenarrabili misericordia tua adhuc unam
orationem accipito à me. Quid si inuenti fue-
rint illic decẽ? Et dixit: Nõ perdã propter decem.
Et quia prius dixit: Adhuc semel loquar. Abijt,
inquit, dominus postquam cessauerat loqui Abra-
hæ, & Abraham reuertitur in locum suum.]
Vidistis dominum ad nostram infirmitatem se hu
miliantem? Vidistis & iusti erga alios affectionẽ?
Didicistis, quanta uis sit eorum qui uirtutem ex-
ercent? Si enim inuenti fuerint, inquit, decem iu-
sti, propter illos omnibus remissionem conce-
do peccatorum. Non bene dicebam, quòd hæc o-
mnia facta sunt, ut nulla relinquatur impuden-
ter loquentibus contradicendi occasio? Sunt eñ
multi insanientium, qui infreni lingua & repre-
hendere & dicere audent: Quare incensa sunt So
domæ? si tulisset eos dominus longanimiter, fortè
pœnituissent. Propter hoc ostendit tibi malitiæ ni
mietatem, & quòd in tanta multitudine tanta ra-
ritas fuit uirtutis, ut alio quodam diluuio indige-
ret, & quale prius in mundo fuit. Sed promissio
dei est ut non ultrà tale inferat supplicium: pro-
pterea alium pœnæ modum excogitat, simul & il
los in pœnam ducens, & posteris omnibus per-
petuam præbens doctrinam. Quoniam enim na-
turæ leges irritas fecerant, & alienos & illicitos
excogitarant coitus, idcirco insolitũ supplicij mo
dum induxit propter illorũ iniquitatẽ: & uentre
terræ inutili facto, & relicto posteris monimen-
to perpetuo, ut ne eadem attentantes in easdẽ in-
cidant pœnas: & licet uolenti ad loca illa perge-
re, uidere ipsam terram (ut ita dicam) clamantem
& ostendentem supplicij uestigia impressa, quasi
heri uel hodie facta: tam manifesta ostendit indi-
gnatio. Ideo obsecro, ut per illa per quę alij pœnã
dederũt, nos castigemur. Sed fortè dixerit aliqs:
Quid ergo quòd illi sic puniti sunt? nónne sunt &
nunc multi qui eadem committunt quæ illi, atta-
men non puniuntur? Etiam: sed hoc potissimum C
maiorem pœnam cõciliat his qui talia perpetrãt.
Quando enim nõ castigamur ex his quæ illis ac-
ciderunt, & nõ est nobis lucro longanimitas dei,
cogita quomodo illum inextinguibilem ignem
nobismetipsis succendimus, & acerbum uermem
paramus. Aliter quoq;: Quia propter gratiam dei
sunt & nũc multi uirtute prædíti, qui placare pos-
sunt dominum, sicut tunc Patriarcha. Tametsi
nos, cum nosipsos attendimus, & nostram uide-
mus desidiam, putamus mirã uirtutis raritatem:
attamen propter illorum uirtutem, longanimita-
tem deus in alios seruat. Et ut scias, quòd taliũ fi-
ducia nobis longanimitatem dei concíliet, audi
ex hac ipsa historia: dicit enim Patriarchæ: si decẽ
iustos inuenero, non perdam ciuitatem. Et quid
dico decem iustos? nullus inuentus est illic ab ini
quitate alienus, nisi solus Loth iustus, & eius duæ
filiæ. Vxor enim propter illos fortè pœnam ciui-
tatis effugit, postea tamen pœnam dedit propter
suam malitiam. Nunc autem propter ineffabilem
dei misericordiam, quia pietas incrementum sum
psit, multi etiã in medijs ciuitatibus ignorati pos-
sunt placare deum, & alij in montibus & spelun-
cis: aliorumq; uirtus multorum tegere ualet mali
tiam. Multa enim domini bonitas est, & sæpe so-
let etiam propter paucos multis dare salutem. Et
quid dico, propter paucos iustos? Sæpe quando
non inuentus est in præsenti uita iustus, propter
defunctorum uirtutem, uiuentiũ misereturdeus &
curam habet: unde clamat dicẽs: Protegã ciuitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc propter me, & propter Dauid puerum meum: quasi diceret: Licet ipsi indigni sint, & nullã salutis habeant occasionẽ: tamen quia solitus sum misericorditer agere, & ad miserandũ promptus sum, propter meipsum faciã, & propter puerum meum Dauid: & qui ante tot annos è uita migrauit, hic autor erit salutis his qui sua sese perdiderunt desidia. Vidisti misericordiam domini, quomodo eos qui uirtute pollent, toti multitudini opponit, & rependit? Quapropter & Paulus dicebat: Obambulauerunt in ouillis caprinisq; pellibus, destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mundus. Omnis, inquit, mũdus & totus orbis nõ est conferendus his qui in afflictionibus & pressuris & nuditate agunt & obambulant, & in spelun cis uersantur propter deum. Igitur dilecte, quando uideris uirum uili externo habitu uestitũ, uirtute uero intrinsecus amictũ, ne uilipenderis qđ apparet: sed animæ diuitias disce, & internã gloriam, & uidebis undequaq; fulgentem uirtutem. Talis erat beatus Elias, qui meloten tantũ habuit & purpura uestitus Achab illius melote indigebat. Vidisti Achabi inopiã, Eliæ aũt diuitias? uide & quantũ potestate distent. Melote huius cœlum claudit, pluuiarũ descensum sistit. Et lingua Prophetæ frenũ fuit cœlo, & annis tribus & sex mensibus pluuia nõ fuit: purpura aũt amictus & diademate, circumibat quærens Prophetam, & nihil lucri ex sua potestate habebat. Cæterũ uide domini misericordiã, quia uidit Prophetã multo zelo & feruore moueri, & magnam hãc pœnam inferri contra totam terrã, ne & ipse simul in supplicium incideret cum illis, dicit ei. Surge, & uade in Sarepta Sidoniorum. Illic enim præcipiã mulieri uiduæ, ut te pascat. Et ut exurrexit, abijt. Vide spiritus gratiã dilecte. Etenim & heri nobis totus sermo de hospitalitate fuit, & hodie hospitalis ista uidua sermonem nostrũ complebit. Et uenit, inquit, ad uiduam, & inuenit eam colligentem ligna, & dicit ei: Da mihi parũ aquæ, & bibam. Illa audiuit. Et dicit ad eam iterum: Fac mihi subcinericios panes, & comedã. Tum illa detegit immodicam suã egestatem, imò inenarrabiles diuitias. Magna enim paupertas indicat diuitiarum illius magnitudinem. Et dicit: Non est ancillæ tuæ nisi pugillus farinæ, & parũ olei in lecytho, & comedemus ego & pueri, et moriemur. Miserabilia uerba, quæ & lapideam animam inflectere possent. Nulla posthac nobis spes salutis. Mors in foribus est. Hoc solum nobis relictum est ad uitam, quod uix sufficiet mihi & pueris: id quod erat mihi possibile feci, aquã cõmunicaui. Verum ut discamus & mulieris hospitalitatem, & iusti magnam fiduciam, uide quid fit. Vbi Propheta didicit diligenter hæc omnia, ut detegeret nobis uirtutem mulieris: nã deus qui dixerat, Præcepi mulieri ut te pascat, ipse erat qui tunc per Prophetam operabat: dicit ei: Fac mihi primũ & comedo, & tunc filijs tuis. Audite mulieres, quæ diuitijs affluitis, & in multa inutilia uestras facultates insumitis, & post illa omnia duos uel tres obolos indigentibus, uel A uiro cuipiam uirtute prædito, propter deum famelico, impendere nõ uultis. Ista autem nihil horum possidens, sed tantũ pugillum farinæ, & paulo post iuxta suam opinionem puerorum mortem spectatura, ut audiuit à Propheta, Fac mihi primum, & tunc tibi & pueris tuis: nõ ægre tulit, non neglexit, sed fecit imperata: erudiens omnes nos, præferendos nostrę resocillationi seruos dei: & non temere talia lucra prætereunda, sed attendendum quòd multa hinc nobis erit merces. Vide igitur hanc uiduam, pro pugillo farinæ, & paulo illo oleo, quomodo perpetuum horreũ sibi comparauerit. Nam postq; pauit Prophetam, neq; pugillus farinæ defecit, neq; lecythus olei, cum interim fame terra omnis uastaretur. Est autẽ & hoc B admirabile & rarum, quòd neq; laboribus postea opus habebat, sed parata perpetuo erant farina & oleum: & neq; agricultura indigebat, neq; boum adiutorio, neq; ulla alia cura, sed super naturam eueniebãt omnia. Et cum rex diademate redimitus, anxius esset, & fame laboraret: pauper uidua omnibus destituta, quia Prophetam susceperat, in perpetuam uenit abundantiam. Propterea & Christus dicebat: Qui susceperit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet. Vidisti heri quid Patriarcha meruerit da psili sua hospitalitate, & feruida alacritate: uide & nunc hanc Sidoniam repentè diuitias possidentem. Lingua enim Prophetæ quæ cœli habenas moderabatur, farinæ pugillum, & olei lecythum C iugiter scaturire fecit. Hanc omnes imitentur & uiri & mulieres. Equidem mallem nos Prophetam imitari, & eius possidere uirtutes. Sed hoc onerosum nobis uidetur esse, quamuis & ille homo erat, carnemq; sicut & nos circumferebat, & eandem quam nos habebat naturam: uerum quia quæ sua erant largiter attulit, atq; uirtutem amplexatus est, supernam quoque gratiam assequutus est. At nos uel mulierẽ hanc imitemur, & sic paulatim eò ueniemus, ut etiam prophetæ imitatores simus. Aemulemur itaque eius hospitalitatem, & nullus posthac inopiã prætexat. Nam quantumuis inops sit aliquis, non erit hac egentior, cui ad unum tantum diem erat alimentum, & neq; sic fuit segnis ad petitionem prophetæ, sed magna promptitudine celeriter ei paruit. Talia enim sunt, quę à deo fiũt. Mos ei dare magna pro paruis. Quid enim, dic oro, tantum attulit, quantum accepit? Verum dominus noster, non quantum detur consueuit attendere, sed uoluntatis largitatem: & ob hoc parua etiã magna facit, & magna sæpe attenuat, quando non hilari promptitudine insumuntur. Et eapropter uidua illa euangelica, multis multa in gazophylaciũ mittentibus, proiectis duobus minutis omnes uicit: non quòd immiserit plura alijs, sed quòd liberaliorem uoluntatem ostẽderit. Alij enim, inquit, ex eo quod sibi abundabat, eleemosynam faciebant: ista autem omnia quæcunq; possidebat, immisit. Omnem enim uictum, inquit, iniecit. Ex go saltem mulieres imitemur uiri, & non inferiores eis uideamur

Heb. 11.g

3. Reg. 17.b

Matt. 10.d

D

deamur: sed studeamus non ad nostrum tantum A modo usum omnem substantiam nostram impendere, sed & egenorum magnam habere curam, idq; cum alacritate & hilaritate. Etenim & agricola, terræ cõcredens semina, nõ hoc tristi facit ultu, sed gaudens & lætabundus, & quasi iam spe manipulos uidens, in terram seminat. Tu quoq; dilecte, ne solũ respexeris ad eũ qui recipit: sed cogita, quòd ipse quidẽ est uisibilis qui à te accipit: alius autem quæ in illum cõfers sibi usurpat: neq; ille uulgaris quispiam est, sed omnium dominus, cœli terræq; conditor. Et sumptus ille redituũ locum obtinet, & non solum non minuit tuam substantiam, sed auget magis, si cum fide & promptitudine hilari hoc feceris. Addam id quod præcipuum est: non lucrum modo hoc sumptu paraẽ, B sed & peccata condonantur. Quid huic bono par fuerit? Si igitur uolumus uerè locupletari, & cum diuitijs etiã peccatorũ inuenire remissionẽ, effundamus res nostras in egenorũ manus, præmittamus eas in cœlũ, ubi neq; fur, neq; latro, neq; parietum perfossor, neq; samuli malitia, neq; aliud quicquã nocere poterit diuitijs nostris. Regio eñ illa omnibus istiusmodi damnis superior est. Tantum ne uanã gloriam sectemur, sed ut iuxta leges à Christo traditas, non ab hominibus laudes percipiamus, sed à cõmuni omniũ dño: ut ne & sumptus faciamus, & lucro destituamur. Nam licet diripi non possint diuitiæ per manus pauperũ aliò translatæ, uana tamen gloria absumunt. Et ut tinea & uermes uestes corrũpunt, ita & inanis gloC ria diuitias quę misericordia colliguntur. Idcirco, obsecro, ne solum faciamus eleemosynas, sed & cautè faciamus, ut magna percipiamus ꝓ paruis, & pro fragilibus incorruptibilia, & pro temporalibus æterna, & cũ his omnibus etiã peccatorũ remissionẽ assequi possim⁹, bonaq; illa ineffabilia: quibus nos oẽs potiri contingat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto & uiuificatore sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Venerunt autem duo angeli Sodoma uespere. Homilia XLIII

QVemadmodum floridum quoddã pratum uarios & omnigenos flores ostentat, ita & diuina scriptura iustorũ uirtutes nobis demonstrat: non ut sicut illorum florũ fragrantia paruo tẽpore fruamur, sed ut perpetuã inde utilitatẽ recipiamus. Illic manu tantum carpimus flores, & protinus marcescentes suam gratiã amittunt: hic aũt non sic: sed quando auribus iustorũ uirtutes percipimus, & eas in sinus mentis reponimus, per omne tempus (si uolumus) eorum suaueolentia frui poterimus. Itaq; quia tanta sanctorũ in diuina scriptura fragrantia est, hodie Loth bonũ odorem inquiramus, ut scia mus liquido quòd iustũ hunc in tantũ uirtutis apicem euexit Patriarchæ cõsuetudo, quæ efficit ut uestigia illius sequereẽ, & peculiariter hospitalitatem exerceret. Verũ ut manifestior sit sermo noster, operæpretium fuerit scripturæ uerba audire. D

Cap. XIX

Venerunt autẽ, inquit, duo angeli Sodoma uespere.] Quare sic incepit, & dixit: Venerunt autẽ duo angeli Sodoma uespere? Quoniã postq; diuerterunt apud Patriarcham, illis profectis amator hominũ dominus & curator pro sua bonitate in humana figura mansit apud patriarchã, loquẽs cum eo, sicut heri audiuistis, uolensq; oẽs nos docere & excellentem suã longanimitatẽ & Patriarchæ charitatem: angeli aũt cõtendebant tunc uersus Sodoma: seruans scriptura suũ ordinem, dicit iterum: Venerunt aũt duo angeli Sodoma uespere, facientes quod imperatũ erat. Et uide diligentiam & obseruationem diuinæ scripturæ, quõ & tempus nobis declararit, quando uenerint eò: dicit enim, uespere. Et quare tẽpus significauit? & quare ad uesperam eò uenerunt? ut ostenderetur nobis magna Loth hospitalitas. Sicut enim Patriarcha sedens tempore meridiei, obseruabat aduentantes, & uenationem suam exercebat, & occurrebat, & magno gaudio uiatores suscipiebat: ita simili modo & iustus ille, quoniam sciebat peruersitatem eorũ qui in Sodomis habitabant, neq; uespere discedebat, sed manebat, si forte thesaurum aliquẽ adipisci, atq; in hospitalitatis fructum decerpere posset. Verè admirari licet uehemẽter iusti huius uirtutem, quòd conuersans in medio tam impiorũ, non solum non fuit inde negligentior factus: sed & maiorẽ uirtutem præ se tulit: & cum omnes (ut ita dicã) in præceps ruerent, ipse solus in tanta multitudine rectã ambulauit uiam. Vbi igitur sunt qui dicunt, quòd non sit possibile in media ciuitate uersantem seruare uirtutem: sed opus esse secessu, & montana quadam conuersatione, & non posse domui suæ præfectum, & habentem uxorem, & liberos curantem ac familiã, uirtute præditum esse? Videat iustum illum cum uxore, & liberis, & famulitio in ciuitate degentẽ, & inter tam malos ac impios cõuersantẽ, & quasi scintillam quandam in medio lucentẽ, & non solum non extingui, sed & quotidie lucem clariorem emittere. Et hæc dico, non prohibens secessum ab urbibus, neq; interdico montiũ & solitudinum conuersationẽ: sed monstro, uolenti sobriè agere & uigilare, nihil inde obstaculi esse. Sicut igitur negligenti ac supino nihil prodest solitudo: neq; eñ locus nos uirtute facit præditos, sed mẽs & mores: ita & prudens atq; uigil non offenditur, etiam in media ciuitate uiuens. Quocirca uellem, sicut beatũ illũ, uirtute præstantes in medijs ciuitatibus esse, ut quasi fermentum facti alijs, multos ad sui imitationẽ trahant. Verũ quia hoc difficile uidetur esse, saltem illud alterũ fiat. Transit enim figura mundi huius, & breuis est uita præsens. Et nisi nunc, cũ adhuc in harena sumus, labores uirtutum aggrediamur, & laqueos malitiæ effugiamus, postea inuanum nosmetipsos reprehendemus. Nulla enim pœnitudinis seræ utilitas. Nam quandiu in præsenti uita fuerimus, possibile est ut pœnitẽtes inde fructũ accipiãt, & ablutis prioribus misericordiã domini assequanẽ. Quòd si præterierit tempus præsens, repentęq; abrepti fuerimus,

pœnitentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnitentia quidē ducemur tunc, nullam autem utilitatē inde capiemus. Quod ut discas, audi Pro-
Psal. 6.b phetam dicentem: In inferno aũt quis cõfitebitur
Psal. 84.b tibi? & iterum: Frater nõ redimit, redimet homo? Nullus, inquit, erit illic postea, qui eripiat eũ qui sua desidia perijt, neq; si frater fuerit, neq; si pater. Et quid dico pater & mater? neq; iusti, quibus tanta apud deum fiducia est, poterunt nobis tunc aliquid prodesse, si nũc desides fuerimus. Dicit em̃:
Ezech. 14.c Si steterit Noe & Iob & Daniel, filios suos & filias non eripient. Et uide minarum grauitatem, & quales iustos in medium adduxerit: quoniam & illi suis temporibus etiam alijs salutis causa fuerunt. Noe enim, cum terribilis illa diluuij tempestas terrã occupasset, & uxorem & filios seruauit. Et Iob similiter alijs salutis autor fuit. Et Daniel multos eripuit à morte, quando barbarus ille inquirebat quæ supra humanã sunt naturã, & interimere uolebat Chaldæos, & Magos, & Gazarenos. Vt ne putemus in futuro seculo fore talia, & quòd qui uirtute prædíti fiduciã habent in deum, eos qui hic negligenter uixerũt, liberare illic à supplicio possint suos necessarios: propterea adduxit nobis iustos illos, terrorem nobis inferens, & docens in proprijs bonis operibus cum superna gratia spem salutis nostræ habendam, & non in progenitorũ uirtutibus superbiendum, uel confidendum, si nos in peccatis esse nõ desinimus: sed hoc unum curandũ, ut si parẽtes habuerimus uirtute claros, imitemur eorũ uirtutem. Et si ediuerso accidat ut ex improbis simus parentibus, nõ putandum nobis aliquid accidere nocumenti, sed exerceri oportere ad uirtutũ labores: nullũ enim hinc nobis damnũ erit. Nã unusquisq; per ea uel coronatur, uel cõdemnat̃, quæ ipse gesserit, quemadmo-
2. Cor. 5.d dum & beatus Paulus inquit: Vt reportet unusquisq; quę fiũt per corpus iuxta id quod fecit: siue
Rom. 2.d bonũ, siue malum. Et iterũ: Qui reddet unicuiq; iuxta opera sua. Quæ omnia cũ sciamus, excussa omni negligentia, uirtutis maximã habeamus rationem. Et cum adhuc in harena sumus, & certandi tempus est, priusquã dissoluatur spectaculum, procuremus nostrã salutẽ, ut in breui illo tẽpore uirtutes exercendo, in seculo perpetuo illarũ mercedes recipiamus, sicut & iustus ille. In medio em̃ tot malorũ habitans, & nullum habens qui suam imitaretur uirtutem, sed uidens oẽs irridentes & subsannantes, non solum non factus est segnior, uerum & tanta uirtute emicuit, ut & angelos suscipere meruerit: & cum illi simul omnes perirẽt, solus ipse cum filiabus effugit pœnã, quæ illis illata est. Cæterũ ad seriẽ sermonis redeamus. Venerunt aũt duo angeli in Sodoma uespere.] Iusti huius uirtutem tempus hoc potissimum indicat, quia & ingruente uespera permansit, & non destitit. Nam quia sciebat lucrum quod inde nascebatur, eius causa, utpote talium diuitiarum cupidus, ualde sedulus erat, & neq; die impleto discedebat. Ita enim se habet anima feruida & uigilãs, ut nullis impedimentis præpediatur, quo minus suam declaret uirtutem. Quin & ipsa quæ prohibent maxime, magis eam efferuescere faciunt, maioremq; cupiditatis flammam accendunt.

Vt autem uidit, inquit, Loth, surrexit in occursum illis.] Audiant hi qui aduenas orãtes & supplicantes, & sedulò se coram eis humiliantes, multa inhumanitate auersantur & repellũt. Vide em̃ quomodo iustus ille non expectauit donec ad se uenirent, sed sicut Patriarcha, ignorãs qui essent hospites, & suspicãs uiatores quosdam esse, quasi præ gaudio gestiebat, quia assequutus erat quæsitam prædam, & nõ aberrarat ab eo quod cupiebat. Vt aut̃ uidit, inquit, exurrexit in occursum illis, & adorabat facie super terram. Gratias egit deo, quòd dignaretur eum prætereuntium susceptiõe. Animaduerte illius animæ uirtutẽ: magnũ dei beneficiũ arbitrabatur, incidisse in hos uiros, ut susceptis illis suum perficeret desiderium. Iam ne dixeris, quòd angeli fuerint: sed hoc potius tecum expẽde, quòd iustus ille nondũ hoc sciebat, sed quasi hoẽs ignotos & prætereũtes suscipiens ita afficiebat̃. Et dixit: Ecce dñi, diuertite in domum pueri uestri, & quiescite, & lauate pedes uestros, & diluculo facto proficiscemini in uiam uestram.] Sufficiunt hæc uerba ad detegendam uirtutem quæ in pectore iusti latebat. Et quid mirũ si quis obstupescat eximiã humilitatem, & promptitudinem quam in hospitalitate declarabat? Ecce, inquit, domini, diuertite in domũ pueri uestri. Et illos dominos uocat, & seipsum seruũ uocat. Audiamus hæc uerba, & discamus. Gloriosus, nobilis, tam abundãs, tantus pater familiãs: uiatores, hospites, ignotos, ut apparebant uiles, & nihil ad se attinentes, dominos nominat, & inquit: Diuertite in domum pueri uestri, & quiescite. Vespera enim, inquit, ingruit. Morem mihi gerite, & lassitudinem diei solemini. Nunquid magnum uobis promitto? lauate pedes uestros itinere longo fatigatos, & facto diluculo pergetis in uiam uestrã. Hanc gratiam donate mihi, & petitionem meam ne frustremini. Et dixerunt: Minimè, sed in platea quiescemus.] Etiã post tantas preces, cum uidit eos renuere, non fuit negligens, neq; ab instituto suo destitit, neq; fecit uti nos interdum facimus: qui si quando aliquem hortari dignamur, & postea uidemus parumper detrectantẽ & renuentem, statim desistimus: id quod contingit, quia citra desiderium & feruorem hoc agimus, & maximè quòd putamus sufficere excusationem, si dicere possimus fecisse nos officium nostrum. Amisisti in uenatione prædam, aberrasti à thesauro, & tam parui facis? Tunc magni fecisses, si non abiecisses è manibus thesaurum, si non præterisses in uenatione prædam, si non summis labris & uerbotenus tantũ hospitalitatem indicasses. At non sic iustus ille. Sed quid? Videbat obluctantes suis precibus, & in platea manere uolentes. Hoc autem faciebant angeli, uirtutem iusti manifestare uolentes, & nos docere quanta eius fuerit hospitalitas. Ideo non iam uerbis contentus est exhortari, sed & uim facit. Propterea & Christus
Matt. 11.b dicebat: Violenti rapiunt regnum cœlorum.

Vbi

Vbi enim spirituale affulserit lucrum, tempestiua fuerit uiolẽtia, & laudabilis coactio. Et compulit eos. Mihi aũt uidetur & inuitos eos trahere. Deinde ubi uiderũt iustũ ita feruentem & nolentem desistere, nisi uoti cõpos fiat. Diuertũt, inquit, ad eum, & intrauerũt in domum eius. Et fecit eis conuiuiũ, & coxit infermentatos, & comederunt antequã irent cubitũ.] Vidisti & hic non in sumptuosa mensa hospitalitatem, sed potius in libera litate mentis. Nam statim ut eos induxit in domũ suam, nullum hospitalitatis officium prætermisit. Et ipse quidem in ministerio occupatus erat, & cibos apposuit, & omnem honorem impendit hospitibus, homines eos & uiatores quosdã esse putans. Viri aũt ciuitatis Sodomitæ circundederunt domum à iuuene usq; ad senem, omnis populus simul: & euocauerunt Loth, & dixerũt ei: Vbi sunt uiri, qui sunt ingressi ad te nocte? educ eos ad nos, ut coeamus cum eis.] Dilecti ne perfunctorie transeamus quæ dicta sunt, & non solũ uideamus insaniã nulla uenia dignandã: sed & cogitemus quomodo iustus in medio tam truculentarum bestiarũ habitans, ita excellenti uirtute fulserit, quomodo ferre potuerit iniquitatẽ eorum, quomodo non fugit eorũ ciuitatem, quõ eis loqui potuit. Quomodo? Ego dicam. Vniuersi dñs prouidens miram illorum malitiam, dispensauit ut iustus eo loci domicilium haberet, ut sicut optimus medicus morbos eorum emendaret. Verum is uidens se cura sua nihil proficere, & illos nõ emendari, non propterea à cura destitit. Habet em̃ hũc morem medicus, quanuis uideat morbos esse graues uiatores quàm ut arte curari possint, non omittit tamen officium suum: sed omnem artem suam profert, si fortè possit ægrũ uel longo tempore reparare: quòd si nihil amplius proficit, habet excusationem maiorẽ, eo quòd nihil prætermittit quod ad se pertinet. Id sanè & hic factum est. Iustus em̃, qui uersabatur in medio talium, etiam sic mansit iustus, uitamq; optimam egit. Illi autẽ propterea omni uenia sunt destituti, quòd non solum à malitia non cessarunt, sed & magis auxerunt peccata. Vide enim: Circundederunt domum à iuuene usq; ad senem, omnis populus simul. Summa malitiæ conspiratio, uehemens malè agendi studiũ, inenarrabilis peruersitatis magnitudo, conatus nulla uenia dignus. A iuuene, inquit, usq; ad senẽ. Non solum, inquit, iuuẽtus hæc mala requirebat, sed & prouectæ ætatis uiri aderant, & omnis populus simul. Neq; erubescebant tam turpe tamq; impudens flagitium, neq; infallibilem oculum cogitabant, neq; iustum reuerebanṫ, neq; hospitib. parcebant: sed absq; rubore aperto (ut aiũt) capite libidinis suæ uerba dicentes accesserunt. Et uocato iusto, dixerunt ei: Vbi sunt uiri, qui ingressi sunt ad te nocte? educ eos ut abutamur eis. Propter hunc eorum illicitum conatum, & impiam peruersitatem, opinor iustum usq; ad uesperã sedisse: ita ut ne sineret uiatores ignaros incidere in illorum laqueos. Et iustus quidem cum hospitalitate & continentia hoc studium habuit, ut oẽs

prætereũtes susciperet, nullusq; eum lateret, etiã si hos nunc non angelos, sed homines esse putãs. Impij autem illi præter hoc quòd nihil tale agebant quale iustus ille, tantam etiam perpetrarunt malitiã, ut ad obtegenda alia ipsorum scelera sufficere possit. Propter hoc autem in platea uolebãt manere, ut darẽt iusto occasionem declarandi hospitalitatem erga se: & monstrarẽt ei re ipsa quàm digne supplicijs in illos animaduertatur, qui tam stupendam impietatem agebant. Sed uideamus amplius magnitudinem uirtutis iusti. Egressus igitur, inquit, ad eos ad uestibulum, ianua post se clausa ait.] Vide quomõ timuit iustus, & tremuit pro hospitum salute. Neq; enim tantum ianuam clausit post se, sed sciens eorum insaniam & audaciam, & suspicans eorum temeritatem, ait ad eos:

Nequaquam uiri fratres.] O iusti longanimitatem, ó excellentem modestiam. Hæc uera uirtus est, ita mansuetè alloqui illos. Nullus enim ægrum uolens curare, & insaniẽtẽ castigare, cum furore & austeritate hoc facit. Et animaduerte quòd eos qui tam absurda patrare uolebant, fratres uocat, eorum conscientias tangere, & à nefario flagitio uolens abducere. Miníme, inquit, fratres, nolite inique agere, nihil tale cogitetis, ne ponatis tam graue scelus in mentem uestram, ne naturam ipsam traducatis, ne illicitos excogitetis coitus: sed si uoluerit is insaniæ uestræ furorem demulceri, ego quiddam præbebo quo flagitium uestrũ leuius fiat. Sunt mihi duæ filię, quæ uiros non cognouerunt.] Adhuc, inquit, inexpertæ sunt nuptialis congressus, intactæ sunt, luculentæ sunt, & adhuc in flore ætatis: eas omnib. expositas do utendas sicut uobis placet: ut accipiatis eas, inquit, & expleatis uestram in eis libidinem, & impleantur uestræ malæ concupiscentiæ: tantum in uiros illos ne fecerítis iniustitiam, quia intrauerunt sub tecta tignorum meorum. Quoniam, inquit, coegi eos, & induxi sub tectum meum, ut ne mihi adscribatur iniquitas quæ eis contigerit, & ego eis autor sim contumeliæ: idcirco pro eis duas meas filias do, ut illi à manibus uestris liberentur. Quanta iusti uirtus? omnem uirtutem hospitalitatis superauit. Quid em̃ quis iusti huius benignitate sat dignum attulerit, qui neq; filiabus parcere uoluit, ut seruaret hospitibus honorem, & liberaret eos à peruersitate Sodomitarum? Et ille quidem filias suas prostituit, ut hospites uiatores (iterũ eadem dico) omnino ignotos eriperet ab impiorum cõtumelia: nos autem uidentes sæpe fratres nostros in ipsum impietatis profundũ, & penè dixerim, in fauces diaboli cadere, neq; sermone eos dignamur, neq; consulere, neq; uerbis admonere & eripere à malitia, & ad uirtutem manu ducere. Qualem igitur habebimus defensionem, cum iustus neq; filiabus parcit, ut hospitum seruet curam: nos autem ita immisericorditer erga fratres nostros afficimur, & sæpe tam frigida & absurditatis plena uerba proferimus? Quid enim, inquit, mihi cum eo commu ne? mihi non est curæ, nihil mihi negotij cum eo.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid dicis homo? Nihil tibi cõmune cũ eo? Frater tuus est, eiusdem tecũ naturæ, sub eodem estis domino, sæpe etiã eiusdem participes mensæ spiritualis illius, inquã, & terribilis, & dicis, Nihil commune habeo cum eo: & immisericorditer prę teris, & non porrigis iacenti manum. Et Iudæis quidem lex imperabat, ne inimicorum lapsa iumenta negligerent: tu autem fratrem tuum à diabolo sæpe saucium & iacentem, non super terrã, sed super peccati barathrum uidens, tua exhortatione non reuellis, non admonitionem tuam adhibes, non alios in auxilium uocas, ut à fauce bestiæ membrum tuum eruere ualeas, & ad suam reducere nobilitatem: ut & ipse, si quando ceciderís (quod absit) in laqueos mali dæmonis illius, possis habere aliquos qui te iuuent, & liberent à manibus diaboli. Sic & Paulus excitare uolens Galatas, ut suis prouideant membris, inquit: Considerans temetipsum, ne & tu tenteris: quasi diceret, Si absq; compassione & misericordia fratrem præteris: fortè & te, si ceciderís, alius similiter prę teribit. Si igitur uis non despici, ficubi labaris, ne ipse despexeris aliũ: sed magnã præ te fer benignitatem, & thesaurũ crede maximũ, si serues fratrẽ. Nihil enim huic unquã par fieri poterit, quod ad uirtutem attinet. Nam si solũ mente cogitaueris, quòd ille quẽ despicis & præteris, à dño tanto in honore habitus est, ut propter ipsum non refugerit & sanguinẽ effundere: sicut & Paulus dicit: Et perit infirmus frater in tua scientia, propter quẽ Christus mortuus est: quõ nõ præ pudore sub terra te abscondis? Si igitur ꝓpter illũ Christus sanguinem effudit, quid magnum facis, si tuã in eum declaras beneuolentiã, & exhortatione uerborũ iacentem erigis, & animam mersam fortè & summersam refers ex profundo malitiæ, & facis ut uideat ueritatis lucem, ac non recurrat ad uitiorum caligines? Imitemur igitur, obsecro, iustum illum, & si periclitandum etiã fuerit pro salute proximi, non hoc subterfugiamus. Nam tale periculũ nobis salutis erit occasio, multamq; conciliabit fiduciam. Considera enim, obsecro, quomodo iustus ille toti populo, qui ita in malitiã cõspirauerat, se opposuerit: & magnam clementiã, indicibilemq; fortitudinem præ se tulerit: quamuis nec̃ sic corrigere potuerit indomitam illorum insaniã. Quippe post uerba illa, & tam eximiã mansuetudinẽ, cum uerbis suis quasi manibus prostituisset filias, quid dicũt ad eum? Absiste hinc. O grauem ebrietatem, ó immodicam desipientiam. In hunc modum se habet efferata & mala bestia concupiscentia, quando rationem uicerit, nihil quod oportet uidere sinit, sed quasi in tenebris & pugna nocturna omnia facit. Recede illinc, dicunt: uenisti ut esses aduena, num & iudicandi autoritatem usurpas? Ergo nunc te affligemus magis ꝓ illos.] Vide quomodo iustus mansuete cum eis loquitur, illi autẽ quanta ferocitate respondent. Enimuero quasi à diabolo exagitati, et eius ducatũ sequẽtes, ita contra iustum insurgunt & dicunt: Venisti ut aduena esses, num & iudicandi autoritatem usurpas? Aduenam te, inquit, suscepimus, num & iudicem nostri te facis? O excellens ingratitudo: oportebat erubescere, oportebat reuereri cõsilium iusti. Verum sicut insani etiam medicum impetere conantur, ita & illi. Te aiunt, magis affligemus quàm illos. Si non uis, aiũt, quiescere, disces quòd patrocinio tuo nihil aliud efficies, præterquam ꝙ illi quidem periculum effugient, tu autẽ in ipsum incides. Faciebant autem uim ualde.] Vide iustum illum quantam fortitudinẽ declarat, & tantæ multitudini opponere se attentat. Iamq; prope erat ut effringerent fores.] Quia enim egrediens & horum insaniam præuidẽs clausit post se ianuam, nõ ferentes impij & sceleśti illi admonitionem iusti, ipsum ui premebant, & ianuam effringere moliebant. Sed quia operibus satis demonstrata fuit iusti uirtus, & cura eorum qui hospites putabantur, & conspiratio totius populi in malum: tunc & ij qui aderant, manifestarunt se. Et quia uiderãt iustum omne officium suũ implesse, suam declarantes potentiã, suppetias ferebant iusto cui uis fiebat ab illorũ insania. Itaq;, inquit, uiri manibus extentis attraxerũt Loth ad se in domum, & ianuam domus clauserunt. Viros autem qui erant apud ianuam, percusserunt cæcitate à paruo usq; ad magnum, & dissoluti sunt, quærentes ianuam.] Etiam iustus ille statim hospitalitatis accepit mercedes, & impij illi digna plectunt̃ pœna. Dicit enim: Attraxerunt Loth in domum, & ianuam clauserunt: uiros autem percusserunt cæcitate, à paruo usq; ad magnum, & dissoluti sunt quærentes ianuã. Quoniam mentis eorũ oculus excæcatus erat, ꝓpter hoc & uisu priuati sunt: ut discant quòd nihil sibi prosint corporales oculi, si oculi mentis fuerint excecati. Et quia conspirauerant in malitia, & à malo conatu nec̃ senes nec̃ iuuenes abstinebant, ideo omnes excæcati sunt: & non solum excæcati sunt, sed & uiribus corporis destituti sunt, quandoquidem potiorem hominis partem animam corruperant: & qui prius ianuam effringere nitebantur, & multũ minabantur iusto, statim steterũt luxatis membris, & ante oculos sitam ianuam nõ uidentes. Tunc quasi respirauit iustus, uidens quales hospites essent, & ꝙ magnæ uirtutis. Etenim dixerunt ad eum uiri: Est quis tibi hic gener, uel filij uel filiæ, uel alius quis in ciuitate?] Vide quomodo iusti hospitalitatem remunerant, & quomõ ei largiri uolunt suorum omnium salutem. Si quis est tibi, inquit, in ciuitate, si quem saluare cupis, si quem scis ab hoc crimine alienũ, educ ex hoc loco, & de terra. Omnes qui tibi iuncti sunt educ: perdimus em̃ nos locum huc.] Deinde & causam afferunt, iustum omnia diligenter docentes. Quia exaltatus est, inquit, clamor eorum corã domino, & misit nos dominus ut perdamus eos.] Hoc fuit quod dictũ est patriarchæ Abrahæ: Clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est ante me. Exaltatus est, inquit, clamor eorum coram domino. Grandis peruersitatis eorũ magnitudo, & idcirco quia incurabilis morbus, & uulnus hoc nullã curã recipit

cipit, misit nos dominus, ut perdamus eos. Et hoc est quod dicebat Dauid: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammã ignis. Quia, inquit, aduenimus ut regio undique deleatur: propter malitiam enim inhabitãtium, etiam terra pœnam accipit, Egredere tu hinc. Hæc ut audiuit iustus, & didicit causam propter quam affuerũt uiri quidem, ut apparebãt, angeli autem reuera & ministri dei omniũ, Egressus inde locutus est generis suis, qui acceperãt filias suas.] Atqui suprà dicebat impijs, Ecce duas filias habeo, quæ nondum cognouerũt uiros: quomodo igitur hic dicit, generis suis, qui acceperant filias suas? Ne putes diuersa esse hæc illis, quæ superius à iusto sunt dicta. Mos em̃ ille ueteribus erat, ante multum tẽpus sponsalia facere: sæpe item & cohabitare despõsatis, & simul cum parentibus cõuersari: id quod & nunc sæpe fieri solet. Quia igit̃ iam desponsatio facta erat, ideo uocat eos generos, & dicit, qui acceperant filias suas, proposito uidelicet ac cõpromissione. Et dixit, Surgite, & exite de hoc loco: quia delebit dominus ciuitatẽ. Visus est autẽ generis suis per iocũ loq.] Vide quomodo è malo hoc fermẽto erant & illi. Et propterea uolens deus statim liberare iustum ab illorum affinitate, non permisit eis cõmisceri filiabus iusti: sed cum impijs etiã illos perdidit, ut egressus iustus cum filiabus effugeret eorũ cognationem. Itaq; cum audirẽt à iusto terribiles illas minas deridebant & tantũ nõ deliramẽta esse putabãt quę dicebant̃: ueruntamẽ iustus qđ suũ erat faciebat. Et quia semel illis filias despõsarat, uoluit eripere eos à plaga: at illi noluerunt, sed in moribus suis manserũt, & re ipsa didicerunt quòd magno suo damno consilium iusti reiecerunt. Vbi aũt, inquit, mane factũ est, studiose adhortati sunt angeli Loth, dicẽtes: Surge, accipe uxorẽ tuã, & filias duas quas habes, & exi, ne & tu cũ iniquitatibus ciuitatis pereas. Et turbati sunt.] Ne differ, inqt. Iam enim illis pernicies infligenda est: teipsum igitur & uxorẽ & filias serua. Illi enim qui noluerũt admonitioni tuę parẽre, nõ longe post participes erunt cõmunis interitus. Ne igitur differ, ut ne & ipse interneciõis istorũ impiorũ particeps fias. Et turbati sunt. Hæc ut audiuerũt Loth & uxor & filiæ, turbati sunt, inquit: hoc est, attoniti fuerũt, & in nimium pauorem inciderũt, & propter minas anxij fuere. Et ideo angeli curã agentes iusti, apprehenderunt, inquit, manum eius. Iam nõ ut de uiris loquitur de eis scriptura diuina, sed quia plagam inflicturi erant, angelos eos nominat, & dicit: Apprehenderunt manũ eius, & manũ uxoris eius, & manũ filiarum eius, eo quòd parceret ei dominus.] Animabant eos manuum cõtactu, & roborauerunt eorum alacritatem, ut ne timor eorum dissolueret robur: propterea adiecit, eo ꝙ parceret ei dominus. Quia enim dominus iudicauit eum salute dignum, idcirco & angeli uolẽtes eorum alacritatẽ roborare, manum eorum apprehendunt, & educentes eos foras, dixerũt: Salua animã tuam: ne respicias post tergum: ne stes in omni loco per circuitum: in monte saluũ te fac, ne forte simul abripiaris.] Quoniã liberamus te ab impijs illis, ne ultrà circũspicias post tergũ, ne uelis uidere quæ illis eueniant: sed festina, & longè fias, ut effugere queas pœnam eis infligẽdam. Exin iustus timens, ne fortè non posset designatum locũ assequi, & in mõtem peruenire, inquit: Oro domine, quia inuenit puer tuus misericordiam corã te, & magnificasti iustitiam tuã, quam facis mecum ut uiuat anima mea: ego autem non possum saluari in monte, ne apprehẽdant me mala, & moriar: ecce ciuitas ista propè, ad quam confugiã ego, parua est, ibi seruabor, & uiuet anima mea propter te.] Quia semel, inquit, iudicastis salutem mihi dandam, ascẽdere autem montis uerticem uires meas transcendit, ampliorem misericordiam mihi exhibete, & laborẽ meum alleuiate. Ne quando igitur apprehẽdar à pœna quæ infligitur illis, & particeps fiam interitus istorũ, ciuitatem hanc uicinam & paruam ſegregate mihi. Nam licet uilis sit & parua, attamẽ illic seruatus, securè postea agere potero. Et dixit ei: Ecce admiratus sum tuã faciẽ & in uerbo hoc, ut ne subuertã ciuitatẽ de qua loquutus es.] Accepi tuas preces, inquit, & faciam hoc: & petitionem tuam tibi exhibebo, propterq; te etiã ciuitati parcam. Festina igitur, & occupa locũ, & saluare. Neq; enim faciã aliquid, donec illuc uenias.] Non potero, inquit, facere quicq̃, usquequo tu illuc ingrediaris, quia curã ago tuæ salutis. Expecto donec illuc peruenias, & tunc eis infligam pœnam. Sol igit̃ egressus est super terrã, & Loth intrauit in Segor.] Circa solis ortũ, inquit, uenit in ciuitatem, & statim cum ipse esset intra ciuitatẽ, illi pœnã accipiebant. Pluit em̃, inquit, dominus super Sodoma & Gomorrha sulphur & ignem à domino de cœlo; & subuertit ciuitates illas, & quicquid circa eas habitabat̃, & omnes qui habitabant in ciuitatibus, & omne quod exoriebatur de terra.] Dilecte ne tenearis admiratione: proprietas enim est scripturæ, & indifferẽter sic sæpe ponit uerba: id quod nunc uidere licet. Pluit em̃, inquit, dominus sulphur & ignẽ à domino de cœlo: ut dicat, quòd dominus pœnã inducat: & non solum ciuitates subuertit, & omnẽ circa regionẽ, & omnes inhabitantes: sed & quæ exorientur de terra, aboleuit. Quia enim homines, qui tantã ciuitatẽ inhabitabãt, multos impietatis fructus protulerũt: idcirco, inquit, & inutiles fructus terræ facio, ut & illis abolitis perpetuũ sit monimentũ sequentibus generationibus: omnes docens, quanta fuerit inhabitantiũ malitia. Vidisti quãta res sit uirtus, & quanta res malitia: & quomodo iustus saluatus sit, alij autẽ dignã sua malitia pœnã rece perint. sicut enim iustus per suam uirtutẽ & filias saluauit, & ciuitatis illius subuersionẽ prohibuit: ita & illi propter immodicã suam malitiam, nõ solum ipsi perierũt & corrupti sunt, sed & terrã inutilem in futurũ effecerunt. Et respexit, inquit, uxor eius post tergũ, & facta est columna salis.] Nam quoniã audiuit angelos præcipientes iusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut ne se conuerterent retrorsum, sed cum magna festinantia secederent: neglexitq; uerba, & præcepta nõ custodiuit, propterea suæ negligentiæ dedit pœnam. Cæterũ nos audientes illa, nostræ salutis curã diligentiorẽ habeamus, & uitia illa imitari caueamus. Imitemur autem iusti illius hospitalitatem & alias uirtutes, ut possimus & supernam iram depellere. Neq; em̃ possibile est, ut qui uirtutẽ hanc magno studio exerceat, non grandẽ inde reportet thesaurũ. Etenim iusti illi sic supernam gratiam consequuti sunt, tam Patriarcha q̃m Loth, & qui homines suscipere se putauerũt, meruerunt suscipere angelos, & angelorũ dominũ. Nobis quoq; & nunc, si uoluerimus, suscipere li-
Luc. 9.f cet. Ipse em̃ est qui dixit, qui suscipit uos, me suscipit. Sic suscipiamus hospites, & non ad exter-
B nam utilitatẽ respiciamus. Enimuero si tali mente hospitalitatẽ etiam nos exercuerimus, digni erimus & nos qui tales excipiamus, qui uidẽt uiri, angelorum autem uirtutes operantur. Tantũ ne curiosi exploratores & inquisitores simus, ut ne thesaurum perdamus. Quãdoquidem & beatus Paulus tales iustos insinuat, & docet nos, quomo-
Heb. 13.a do tales ut susciperent, eis euenerit. Hospitalitatis, inquit, ne obliuiscamini: propter hanc em̃ nescientes quidã hospitio exceperunt angelos. Hoc enim eos potissimũ fecit admirabiles, quòd curam eorum quos nescierunt egẽre. Et nos quoq; cum fide ac pietate rem obeamus, ut sic thesaurum assequi possimus. Quod nobis omnibus cõce-
datur, gratia & misericordia domini nostri Iesu C Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Diluculo autẽ uenit Abrahã ad locum, ubi steterat coram domino. Homil. XLIIII

HEri uos argumentum de muliere Samaritana satis docuit ineffabilem domini longanimitatẽ, & excellentẽ erga illam prouidentiã, atq; illius gratitudinẽ. Vidistis quomodo ut aquam sensibilem hauriret aduenit, & ex spirituali fonte diuina flumina hausit, ac domum redijt, implens
Ioan. 4.b quod dictũ est à domino: Aquam quã ego dabo, erit in eo fons aquæ salientis in uitam æternã. Impleta em̃ ipsa diuino illo & spirituali fonte, nõ detinuit intra se flumina: sed superscaturiẽs, ut ita di D cam, effudit & in habitatores ciuitatis cõcessi dono gratiã, & præconis officio functa est mulier Samaritana & alienigena. Vidistis quantũ bonũ sit animæ gratitudo? Vidistis domini misericordiã, quomodo nullum contẽnit: sed etiam in muliere, etiã in paupertate, & ubicũq; inuenit animã exercitatam & uigilem ac feruidam, statim gratiã suam illi largitur? Imitemur igitur, obsecro, & nos mulierem hanc, cumq; magna attẽtione accipiamus doctrinas à spiritu. Neq; enim nostra sunt quæ dicũtur, neq; ex propria lingua loquimur quæcũq; dixerimus, sed domini misericordia afflati propter uestrã salutẽ & ædificationẽ ecclesiæ dei. Dilecte, ne ad me dicentẽ respicias, neq; ad tenuitatem meam: sed quoniam hæc à domino affero, ad eum qui me misit habens attentã mentẽ, collecto animo quæ dicuntur accipe. Quandoquidẽ & in humanis negotijs, quando rex dia demate redimitus literas mittit, tunc is qui eas affert, per se nullius momenti est, sed humilis quidam, sæpe neq; progenitores numerare sciens, obscurus & ex obscuris: sed non ad illum spectant qui literas susceпturi sunt, imò quia regiæ sunt, perlatorem quoque earum honorifice excipiunt. Si igitur is qui hominis literas affert, & chartam tantũ apportat, sic omnibus acceptus est: multo magis uos, si fueritis iusti, eloquia quæ à spiritu uobis per nos mittuntur, magna attentione suscipietis, ut magnam gratitudinis recipiatis mercedẽ. Nã si uiderit dominus omniũ, animarũ nostrarum promptitudi-
B nẽ: & nobis largiores sumptus suppeditabit propter uestram ædificationẽ, & uobis maiorẽ præbebit intellectum, ita ut quæ dicuntur intelligere ualeatis. Liberalis em̃ est spiritus gratia, & se in omnes effundens, nullam partitionẽ sustinet: sed cum distribuitur magis crescit, & quanto plures sunt eius participes, tanto & beneficiũ magis extendit. Age igitur, si uidẽt, & hodie ad seriẽ eorũ quæ prius dicta sunt ueniamus, & uideamus ubi sermo manserit, & unde eum repetere hodie congruat. Vbi igitur nuper sermonẽ in littus appuli mus, et à doctrina cessauim⁹? De Loth uobis narrabamus, & de Sodomorũ incendio: illic sermonem suspẽdimus, ubi iustus in Segor seruatus est. Sol enim egressus est super terrã, et Loth intrauit in Segor, & tunc ira à deo immissa Sodomitas apprehendit, & terrã illam aboleuit. Quando & mulier iusti, obliuiscens dictorũ ab angelis, ut spectauit retrorsum, facta est columna salis, perpetuum monimentũ posterioribus seculis suæ negligẽtiæ præbens. Necessariũ nunc, ut dicamus uestrę charitati pauca ex his quæ sequũtur, ut iterum uidea tis charitatẽ & compassionem Patriarchæ, & dei erga illũ beneuolentiã. Nam ubi orto sole iustus Loth in Segor seruatus, qui autẽ Sodomis erãt, pœnam luerunt: Patriarcha simul & illorum interitum miserans, quem propter suum peccatũ sustinuerunt, & de iusto ualde solicitus, manè ueniẽs spectabat quæ ibi fierent. Diluculò autẽ uenit, inquit, Abraham ad locũ, ubi steterat corã domino, & respexit in faciem Sodomorũ & Gomorræ, & in faciem circũiacentis regionis. Et uidit, & ecce ascendit flamma de terra, quasi fumus camini.] In eo, inquit, loco, in quo colloquutus est cum domino, & pro Sodomitis rogauit: uidit terribilis illius pœnæ uestigia, & de iusto discere aliquid uolebat. Is enim sanctorũ mos est, ut plurimum afflictis afficiãtur & cõpatiantur. Et ut doceat nos diuina scriptura, quòd statim ipsi huius rei scientiã concesserit spiritus gratia, & iustũ curam quã pro Loth gerebat liberarit, inquit, Cum subuerteret oẽs ciuitates circa regionẽ Iordanis, recordatus est deus Abrahæ, & emisit Loth è media subuersione.] Quid est, recordatus est deus Abrahæ? hoc est, petitionis quam fecit, dicens, Ne simul perdas iustum cũ impio. Cur igit, dixerit ali-

quis, propter orationẽ Patriarchę iustus ser A uatus est, & non propter suã iustitiã? Ita certè propter orationẽ Patriarchę. Quãdo em̃ quod ex nobis est simul afferimus, & accedit intercessio sanctorum, plurimũ nobis cõfert. Quòd si ipsi negligentes simus, & spem in illis solis collocemus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest: nõ quòd infirmi sint iusti, sed quia propter nostrã desidiam nosipsos perdimus. Et ut discas, quòd quando negligẽtes sumus, etiamsi iusti sint qui pro nobis orant, etiamsi prophetæ, nulla nobis inde fiat utilitas: illi enim suam uirtutẽ & per hoc demõstrant, nobis autem nulla erit utilitas propter mores nostros: audi deũ omniũ, ad eũ qui de utero matris
Hier. 7.d. sanctificatus est, Hieremiã prophetã, dicentẽ, Ne
11, 14.b ores pro populo hoc, quia non exaudiã te. Vide B domini misericordiam: prædicit Prophetæ, ut nequum post orationẽ non exaudiatur, tribuat hoc suis malis meritis: & ideo iam prædicit ei populi malitiam, & prohibet ne precetur: ut & ipse scire queat immodicam Iudæorũ peruersitatem: & illi sciant, quòd nihil eis prodest Propheta, nisi ipsi quę sua sunt proferre uelint. Id scientes dilecti, cõfugiamus ad sanctorum preces, & oremus ut pro nobis intercedant: sed non illorũ precibus tantũ confidamus, sed & ipsi nostra, ut oportet, dispẽsemus rectè, & ad meliora semper conuertamur. Hoc & aliũ Prophetã dicit dominus omnium: Non uides quid ipsi faciunt? incendunt adipẽ, & placẽtas faciũt exercitui cœli: quasi dicens ad eũ, Pro illis me rogas, qui à peccato nõ desistunt, qui C carent sensu infirmitatis suæ qua laborant, sed sic absq; dolore sunt affecti? Non uides plurimũ eorum contemptũ? non uides eorũ magnã insaniã, quomodo nondum satientẽ impietate, sed se uoluтent in suis iniquitatibus, quasi in luto? Nunquid si uellent conuerti, preces eorũ morarer? Nónne ego sum per prophetas clamans, & dicens, Et di-
Hier. 3.c xi postq̃ ipsa omnia hæc admisit scortãdo, ad me cõuertere, & nõ est conuersa? Num aliud quæro, q̃ ut quiescat à peccato tantũ, et fiat mala? Num pro præterito rationẽ exigo, si uideã resipiscen-
Ezech. 18.c g tes? Nónne quotidie clamo, dicens, Nolo mortẽ peccatoris, sed ut magis cõuertat & uiuat? Nónne propterea omnia facio, ut ab interitu eripiam D eos qui ab errore prœoccupati sunt? Num si uideã conuertentes, differo? Nónne ego sum qui dico, Adhuc te loquẽte dicã, ecce adsum? Num sic ipsi suæ salutis auidi sunt ut ego, cui maxime peculiare est uelle oẽs homines saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis peruenire? Num ideo uos ex nihilo produxi ut perdam? Num sine causa regnũ futurũ, & innumera bona præparaui? An nõ propter hoc et gehennã minatus sum, ut in regnũ cœlorũ huius metu intrare homines facias? Ne igitur ó Propheta illos relinquens, mihi afferas orationẽ: sed hoc tuo studio facias, ut illorũ morbus uincatur, & in sensum infirmitatis suæ, & ad sanitatem ipsi reducanẽ, & mea omnino sequanẽ. Neq; enim moror, uel differo, quando uideo animã gratam: unũ enim tantũ requiro, nẽpe, ut cõfiteantur peccata, & ab eis abstineãt, & nõ ultrà infero pœnam peccatis. Num graue & molestũ est quòd à me proponitur? Nisi scirẽ deteriores fieri quãdo priora peccata nõ confitenẽ, neq; idipsum requirerem. Verũ quia scio hominum genus magis ad peccatũ uergere: propterea uolo ut confiteantur priora peccata, & cõfessione prohibeantur ne in eadem recidant peccata. Hanc igitur dilecti, domini misericordiam in animo uersantes, ne simus desides: sed magnã nostri ipsorũ geramus curam, & peccatorũ maculas purgemus, atq; sic sanctorum precibus nos cõmendemus. Nã si sobrij esse uoluerimus, & expergefacta atq; strenua mente, etiã per nosipsos orantes plurimũ nobis proderimus. Quia em̃ misericors est dominus noster, nõ sic annuit quũ oraẽ ab alijs pro nobis, ut quũ à nobisipsis. Vide bonitatẽ eximiã: nam si uiderit nos qui offendimus, & ignominiosi facti sumus, nullam habentes fiduciã, parumq; strenuos, ad miseri cordiæ tamẽ suæ diuitias confugere uolentes: statim precibus annuit, & manũ porrigit iacẽtibus, Psal. 40.b & lapsos excitat, clamatq; dicẽs: Nunquid qui cadit, nõ resurget? Verũ ut discatis etiã re ipsa, quomodo multi per semetipsos id quod cupiebãt assequi ualuerunt, ut & nos imitemur, & ad æmulationem prouocemur: audiamus igitur, quomodo Chananea illa mulier, quũ esset alienigena, & anima ualde cruciaretur: ubi uidit medicũ animarũ, & solem iustitiæ qui exortus est his qui sedent in tenebris, accessit ad eum feruida & alacri prom-
ptitudine: neq; ideo segnior facta, quòd uel mulier, uel alienigena esset: sed oẽibus impedimentis repulsis, ut accessit, inquit, Domine miserere Matt. 15.c mei, quia filia mea male à dæmonibus torquetur. Verũ qui scit abscõdita cordiũ, tacet & nõ respõdet, neq; sermone eam dignat: neq; miseretur mulieri, quam uidebat tanto cũ eiulatu accedere: sed differt, uolẽs occultũ mulieris thesaurũ omnibus manifestũ facere. Sciebat reconditã margaritam, quam latere nos nolebat: & idcirco differebat, & nec respõso dignabatur, ut posteris omnibus mulieris sedulitas magna foret doctrina. Et uide ineffabilem dei bonitatẽ. Ipse enim, inquit, non respondebat ei. Discipuli autẽ, qui misericordiores & maioris compassionis esse uidebantur, non audent manifestè dicere, Da ei quod petit: miserere ei: esto ei clemens. Sed quid? Dimitte eam, quia clamat post nos: quasi dicentes, libera nos à mole stia, libera nos à clamore quem excitat. Quid igitur dominus? Putatis me, inquit, absq; causa tacuisse, & responso eam non fuisse dignatũ? Audite, Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel. Nescitis, inquit, quòd alienigena mulier est? & nescitis quòd uos iam docui ne iretis in Matt. 10.d uiam gentiũ? Quare tam temere compassionem erga eam declaratis? Considera multifariã dei sapientiam, quomodo & quum responderet, mulierẽ magis perstringebat quàm silendo: & quasi letalem plagam dabat, prouocare paulatim eam uolens, ut discerent ignorantes discipuli quanta in ea lateret fides. Sed neque sic tardior negligen-

Chryſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiorúe facta eſt, uiſis diſcipulis à cœpto ſuo deſiſtentibus, neq; dixit intra ſemetipſam: Si non potuerunt illi dominum pro me exorare, quare ego frustra ſequerer, & continuò inſtarem? Sed quaſi ab igne calefacta & ſuccenſa, uiſceribus & ratione conturbatis, accedit adorans, & dicēs: Domine, adiuua me. Ille aūt neq; ſic adiuuat mulierem, ſed reſponſum dat ſuperiore grauius. Non eſt, inquit, bonum ut tollatur panis filiorū, & detur canibus. Conſidera dilecte, & animaduerte hic animæ eius deſideriū, & fidem eximiam. Vt audiuit ſe canem dici non grauatim tulit, nō retroceſsit: ſed magna ingenuitate inquit, Etiā domine: nam & catuli edunt de micis menſæ dominorum ſuorum. Confiteor, inquit, catulum me eſſe: igitur ſicut catulum dignare me micis mēſæ. Vidiſti mulieris fidem & prudētiam? Accepit quod dictum eſt, & ſtatim id pro quo ſolicitabat tanto ſtudio, obtinuit, obtinuitq; magnis cum laudibus. Quid em̄ dicit Chriſtus? O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis. O mulier, admirationis eſt uerbum, & dictum laude plenū. Magnam, inquit, declaraſti fidem, propterea tanta tibi erunt quanta uis. Vide liberalitatis gloriam, & admirare domini ſapientiam: an nō ab initio putabamus, quum ſic repelleret eam, cōpaſsione carere illū? Et primum quidē non dignabatur reſpōſo, poſtea autem per primū & ſecundum reſponſum quaſi abigebat, & eam quæ cum tanto aduenerat deſiderio & feruore à comitatu ſegregabat. Verum à ſine diſcas dei bonitatē, quòd uolens eā clariorem fieri, tanta dilatiōe fuerit uſus. Equidem ſi ſtatim annuiſſet, neſciuiſſemus nos mulieris uirtutem: quia aūt parūper diſtulit, & domini cognouimus miſericordiā, & illius fidē eximiā. Totā aūt hanc hiſtoriā in mediū afferre coacti ſumus, ut diſcamus quòd non tantum efficimus per alios orantes, ut per noſipſos, ſi quidem cum alacri & uigili mente accedimus. Enimuero illa & diſcipulos habens pro ſe orātes, nihil profecit, donec per ſe aſsiſteret, miſericordiam domini ſibi concilians. Quin & parabola illa amici intempeſta nocte uenientis, & tres panes petētis, idem hoc ſignificat. Nam licet non exaudiat eo quòd amicus ſit, attamē uel propter importunitatē, quum ſurrexerit, ei dabit. Itaq; quoniā uidemus ineffabilem miſeri cordiā domini noſtri, accedamus ad eum, & quaſi ante oculos noſtros propoſitis ſingulis peccatis noſtris, etiā pro preteritis peccatorum ueniam petamus, ut in futurū maiori diligentia uiuentes, uberiorē eius gratiam aſſequamur. Verum redeamus, ſi placet, ad lectionis ſeriem. Aſcendit autem, inqt, Loth in Segor, & ſedit in mōte, & duæ filiæ eius cum eo. Timuerūt enim habitare in Segor, & habitauit in ſpelunca ipſe, & duæ filię eius cum eo.] Iuſtus inualeſcēte adhuc timore, quem conceperat à plaga Sodomis introducta, procul abit, & in mōte, inquit, habitat cū filiabus ſuis: & in ſolitudine et uaſtitate extrema poſtea fuit cum filiabus, in monte habitans. Dixit autē, inquit, maior natu ad iuniorem: Pater noſter ſenex eſt, & nullus eſt ſuper terram qui ingrediatur ad nos, ut cōgruit uniuerſæ terræ: ueni & potabimus patrem noſtrum uino, & dormiemus cum eo, & excitabimus ſemen ex patre noſtro.] Cum reuerentia & timore multo audiamus ea quæ in diuinis ſcripturis continentur: non enim temerè & abſq; cauſa ſcripta ſunt, ſed omnia utiliter & nobis profica, etiam ſi nos quæ dā ignoremus. Non enim omnia poſſumus euidenter ſcire: ſed ſi & cauſas attentauerimus reddere pro noſtro captu, habēt tamen adhuc latētem quendam theſaurū, à multis abſcōditum, nec inueſtigabilem. Cōſidera igitur quomodo ſcriptura omnia manifeſtè narrarit, & nobis ſcopū ac finem oſtenderit filiarum iuſti, nunc quidem pro illis, nunc uero pro iuſto dignam ſatisfactionē afferens: ut nullus ad factum reſpiciens, uel iuſtum condemnet, uel iuſti filias, quaſi congreſſus ille propter incōtinentiam fuerit. Quomodo igitur pro filiabus reſpondet? Dixit, inquit, maior natu ad iuniorem: Pater noſter eſt ſenex, & nullus eſt ſuper terrā, qui ingrediatur ad nos iuxta morē uniuerſæ terræ. Vide ſcopum diligēter, & omni eas liberabis crimine. Putauerunt generalem totius orbis factum interitū, nullumq; amplius ſuperſtitem: deinde & patris uiderunt ſenectutem. Vt igitur, inquit, nō abolеatur genus, & pereat nomen.] Hæc enim erat priſcorū maxima cura, quomodo genus ſuum filiorum ſucceſsione dilatarent: proinde dicit, Ne & noſtri generis tota fiat abolitio, præſertim iam ſenio patre confecto: & nullus inueniatur uir qui nobis iungaſ, ut poſsimus extendere & relinquere ſeminis noſtri propagationē. Veni, inquit, ut ne hoc fiat, potemus patrem noſtrum uino.] Quaſi dicere uult, nunquā ferret uel auribus hoc pater, uino decipiamus eum. Potauerūt autem patrē ſuum uino nocte iſta, & ingreſſa eſt ſenior, & dormiuit cum patre ſuo: & neſciuit quando illa accubuerit, uel ſurrexerit.] Vidiſti, quomodo diuina ſcriptura & pro iuſto rationē reddiderit ſemel atq; iterum? & prius quidem, quòd filiæ uino ei impoſuerint, declarauit: & quòd non aliter potuerint perſuadere patri q̄ ſic faciendo: Nunc autem opinor & ſuperna diſpēſatione eſſe factum, ita fuiſſe eum aggrauatum uino, ut omnino ignoraret, ne ſcilicet fieret criminū reus. Ea enim peccata nos condemnāt, quæ ſcientes & uoluntariè facimus. Vide quomodo teſtimoniū prębet iuſto, quòd omnino factum neſcierit. Verum iterū quæſtio naſcitur de ebrietate. Oportet em̄ omnia inueſtigare, ut nulla rudibus & impudentibus calumniandi relinquaſ occaſio. Quid igitur & de hac dicemus? Non ex ebrietate uel incōtinentia hæc facta ſunt, ſed triſtitia. Nullus igiſ audeat aut iuſtum, aut iuſti filias cōdemnare. Quomodo enim non eſſet extremæ demētiæ & deſipientiæ, ut eos quos diuina ſcriptura ab omni liberat crimine, immo pro quibus tantam apologiā componit, nos innumeris peccatis pleni condemnemus, & non audiamus Paulum dicentem: Deus qui iuſtificat, quis eſt qui condēnat? Et ut diſcas, quod hoc non

Rom.8.f

ſine cauſa factū ſit: ſed triſtitiæ nimietas accedente uino nullum ei reliquerit ſenſum, audi quid dicat: Et factum eſt die ſequēti, dixitq; maior natu ad iuniorem, Ecce dormiui heri cum patre noſtro: potabimus eum uino & nocte iſta, & ingreſſa dormi cum eo, & excitemus ex patre noſtro ſemen.] Vides quomodo recta ſententia hoc faciebāt? Nam, quia potui, inquit, ego quòd quærebā implere, neceſſariū & te idem facere: forte em̄ uotorum noſtrorum cōpotes erimus, & non in æternum genus noſtrū peribit. Potauerunt autē & nocte iſta patrē ſuum uino, & ingreſſa eſt iunior, & dormiuit cum patre ſuo. Et ignorauit ille quando ipſa uel accubuerit, uel ſurrexerit.] Conſidera dilecte quòd totum factum fuerit diuina diſpenſatione, ſicut & Protoplaſto euenit. Nam ſicut illic ex dormiētis latere portio ſumpta eſt, eo non ſentiēte: ſed qui finxerat latus illud, inde uxorem Adæ produxit: ita ſimili modo & nūc. Nam cum coſtæ ablatio, exceſſu mētis à deo immiſſo, abſq; illius ſenſu fuit: multo magis & quod nunc eſt factum. Nam id quod dixit illic diuina ſcriptura, q̄

Gen.2 immiſit ecſtaſim in Adam, et dormiuit: hoc & hic ſignificauit, dicēdo, Neſciuit quādo uel accubuerit, uel ſurrexerit. Et cōceperunt, inquit, de patre ſuo. Et peperit maior natu filiū, & uocauit nomen eius Moab: dicens, Ex patre meo. Hic pater eſt Moabitarū. Peperit aūt & iunior filiū, & uocauit nomē eius Amman, dicēs, Filius generis mei. Hic pater eſt Ammanitarū.] Vides quòd nō fuerit incontinentiæ opus? Nomina em̄ ſtatim natis indiderunt quibus factū ſignificabant, & in filiorum nominib. quaſi in colūna quadā memoriam facti inſcribebāt: iam tum prælignātes quòd gentes ex eis futuræ eſſent, & in multitudinē ſe propagaturū natorū genus. Nam ille quidē, inquit, pater erit Moabitarū, iſte autem Ammanitarum. Verum tunc quidem, quoniā origo & initia erāt, & per generis ſucceſsionē memoriam ſuam uolebant conſeruare, tanta eius rei cura fuit iuſti filiabus. Nunc autem quia per gratiā dei religio maiora ſumpſit incrementa, & iuxta beatū Paulum,

1.Cor.7.f præterit figura mūdi huius: bona opera agendo, memoriā noſtri relinquamus: ut quū hinc migrauerimus, uitæ noſtræ diligens & accurata cōuerſatio ſit monimentū & doctrina omnibus qui in nos ſpectant. Nam qui uirtute præditi ſunt, & caſtam uitam ducūt: nō ſolum quū in hac uita ſunt, ſed & poſt uitæ exitum, plurimum prodeſſe poterunt his qui in ſe reſpexerint. Quod ut diſcas, uide obſecro quantus annorū numerus tranſiit, & uſq; in hodiernum diem, quoties uoluerimus aliquos in æmulationem cōtinentiæ prouocare, Ioſeph in medium afferimus: pulchrū, formoſum: adoleſcentem, in ipſo ætatis flore tantam caſtitatis conſtantiā prę ſe ferentē: & ſic ad imitationē iuſti huius auditores prouocare ſtudemus. Quis enim non admiraretur beatū illum, qui in ſeruitute exiſtens, & in ipſo flore ætatis, quando maximè fornax concupiſcentiarū accenditur, quū uideret dominam ſuam ſe inuadentem, & inſaniētem in ſe, tantam oſtendit fortitudinē, & ita ad caſtitatis agones ſe exercuit, ut ab intemperata illa muliere nudus quidem ueſtibus profugeret, caſtitatis autem indumentum ſeruaret. Licebatq; uidere rem nouam & admirabilem, agnum in lupi, imò leænæ ungues incidiſſe, & ſaluari potuiſſe. Et ſicut columba aquilæ iniuriā effugit, ita & iuſtus ab illius manibus euaſit. Non tam admirabile mihi uidetur eſſe, tres pueros illos in medio Babylonicę Dan.3 fornacis ignem uiciſſe, illæſis eorū corporibus: ut mirabile & rarū eſt, quòd iuſtus iſte, qui in forna cem hanc Babylonica multo grauiorē, in inconti nentiā, inquā, Aegyptiæ incidit, & intactus permanſit, puroq; caſtitatis indumēto ſeruato, exiſt. Et ne mireris dilecte: quia enim quod ſuum erat attulit, habuit ſupernā gratiam comitem, quę incendiū illud reſtingueret, & in media fornace rorem ſpiritus daret. Vidiſti quomodo uirtute præditi, & quum hic adhuc ſunt ac preſentes, & poſt migrationē ex hac uita, magnæ utilitatis autores nobis ſunt? Atq; ob eam cauſam & iuſtū illum in mediū adduximus: hunc omnes imitemur, & cōcupiſcētias noſtras uincamus: ſciētesq; quòd nō eſt nobis pugna aduerſus ſanguinē & carnē, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mūdi rectores tenebrarū huius ſeculi, ſic noſipſos armemus: cogitātesq; quòd corpore circūdati, aduerſus incorporeas uirtutes certare cogimur, muniamur armis ſpiritus. Propter hoc enim miſericors dominus, qa carne ueſtiti ſumus, et eſt nobis

C aduerſus inuiſibiles uirtutes certamē, inuiſibilia nobis præparauit arma, ut auxilio armorū naturę aduerſarios expugnemus. Bene igiſ fidētes armis, q̄ à nobis eſt afferamus, et poterimus hac ſpirituali armatura muniti, ipſam diaboli faciē ferire. Neq; em̄ ferre poterit fulgorē q inde egrediſ, ſed etſi conet̄ ſtare ex aduerſo, excæcabiſ. Vbi enim cōtinentia & honeſtas, aliaſq; uirtutum cœtus: illuc & larga ſpiritus gratia aduolat: quapro-

Heb.12.d pter & Paulus dicebat, Pacē ſectemini cum omnibus, & ſanctificationē. Purificemus igitur, obſecro, conſcientias noſtras, & extergamus mētem: ut omni mala cogitatione liberati, ſpiritus gratiam nobis conciliemus, ſuperemusq; diaboli machinationes, unde mereamur ineffabilibus illis bonis frui, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu

D Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et mouit illinc Abrahā in terrā uerſus Africū, & habitauit inter Cades & inter Sur. & peregrinus fuit in Geraris. Homil. XLV

QVoniā frequentes uos in auditorio magna cum uoluptate doctrinā noſtram ſuſcipere uideo, gaudeo, & indies maiori alacritate pauperē hanc noſtrā & tenuem menſam proponere ſtudeo. Veſtra enim ciborum immodica appetentia, menſæ noſtræ frugalitatem diſſimulat, paruaq; facit ut magna appareant: id quod & in ſenſibilibus edulijs uidere licet. Nam ſicut cum magna ſumptuoſaq; fercula apponuntur, præcedens cōuiuiarum ſatietas ſa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit ut aliquid decedat splendori appositorũ, & ma A gna nonnunq̃ nullius uideant̃ momẽti, eo quòd conuiuæ absq̃ edendi auiditate aduenerũt. Contrà, qui susceperunt famelicos & esurientes, licet illis tenuem proponant mensam, splendida tamẽ apparebit conuiuis, prompte apposita auidè comedentibus. Sic eodem modo et nos bene fisi spirituali uestro appetitu, non grauamur pauperem & uilem hanc mensam uestræ charitati continuè apponere. Hoc & sapiẽs quidam dicebat, Melius est conuiuium holerum cum charitate, q̃ bos de præsepio cum odio. Quo docet, charitatem aliter uidere apposita, illiusq̃ oculis uilia apparere sumptuosa, & parua magna. Quid igitur beatius nobis qui apud tot auditores, tamq̃ feruẽti & uigenti charitate præditos disserimus? Nihil enim tantopere dicenti necessariũ est, ut auditoris beneuolentia. Quãdoquidem cum uidet auditores ferue re desiderio, firmatur & ipse: & sæpe robur, ut ita dicã, accipit, sciẽs quòd quãto sumptuosiorẽ mẽsam proponit, tãto & abundantiæ suæ magis accedit. Secus enim se habent spiritualia. Illic enim mensæ largitas sumptum facit, & conuiuiũ exhibentis imminuit substantiã: hic autẽ omnino aliter: quãto plures enim sunt participes, tanto plus substantiæ illius accrescit. Neq̃ enim nostra dicimus, sed ea quæ in uestrã utilitatẽ dei gratia per suã misericordiã suppeditat. Agè igitur, quia tanta adestis alacritate & frequentia, iterũ iam lecta indagabimus, faciemusq̃ ut et quod hic est lucrũ, percipiamus. Nam quia iuxta magnã exhortatio C
Ioan.5.f nem Christi, dicentis, Scrutamini scripturas, thesaurus magnus in scripturis est reconditus, & in profunditate latens: idcirco scrutatione opus, ut cum didicerimus uirtutẽ quæ in profundo latet, multam inde utilitatem accipere queamus. Etenim propterea iustorũ omnium uirtutes, spiritus sancti gratia & dispensatione scripturis sunt traditæ, ut nos continuã habentes doctrinam, ad æmulationẽ & imitationẽ iustorum uitam nostram instituamus. Audiamus igitur diuinã scripturam quid & hodie nobis de Patriarcha narrare uult.

CAP.XX Et mouit, inquit, illinc Abrahã in terrã uersus Africũ, & habitauit inter Cades & inter Sur, & peregrinus fuit in Geraris.] Et mouit, inquit, illinc. Vnde mouit? à loco ubi tabernaculũ fixerat, D ubi & uniuersi conditorẽ cum angelis susc̃ipere ei concessum erat. Illinc, ingt, ut mouit & profectus est, peregrinus fuit in Geraris. Vide iustorum uiuẽdi rationem, q̃ modica illis fuerit & minimè superuacua supellex: quomodo facilè transmigrabant, uitamq̃ suam instituebãt sicut peregrini & aduenæ: & nunc hic, nunc istic tabernacula erigebant, quasi in aliena terra agentes: nõ sicut nos scimus, habitãtes in aliena terra quasi in patria, & domus extruimus splendidas, & porticus, & deambulacra, & uillas possidemus, & balnea facimus, aliaq̃ plurima. Sed uide quomodo iustus substantiã suam in uernaculis tantũ & pecoribus possidens, & nunq̃ in eodem loco stans, aliquando quidẽ in Bethel figit tabernacula, interim autem apud quercum Mambre: interdum in Aegyptum descendit, nunc aũt in Geraris tabernaculum figit: & omnia facilè sustinet, et gratitudinem erga suum dominũ per omnia manifestè declarat: & post tantas promissiones quæ ei à deo factæ erant, uidens se in tantis uersari difficultatibus, & in diuersas ac multijugas tẽtatiões incidere, quasi adamas immotus persistit: piamq̃ suam mẽtem ostendens, nullis obstaculis fit negligẽtior. Vide enim & nunc dilecte, qualis tentatio eum in Geraris inuadit: & admirare fortitudinẽ & uirtutem iusti, quomodo quod omnib. intolerabile, & quod neq̃ auribus susc̃ipere quis uellet, hoc ipse sustinuit: nõ ægrè ferens, neq̃ exigẽs à domino ut ulciscꝛetur ea quę fiebant, sicut plerique homines faB ciunt, hiq̃ innumeris peccatorum sarcinis pressi. Nam cum difficultates aliquas inciderint, statim obmurmurãt, & curiosius inquirunt, & dicunt, Quare hoc & hoc euenit? & quare hoc permissum est? At iustus ille non sic: unde & amplior ei superna gratia concessa est. Hoc enim uerè grati seruí fuerit, ut nunq̃ obmurmuret et curiosior sit in his quæ à domino fiunt, sed in silentio & gratitudine susc̃ipiat omnia. Et animaduerte, quomodo etiam per illa ipsas quæ sequunt̃ tentationes, iusti uirtus magis emicuit, deo clarum illum semper reddente. Nam sicut quando in Aegyptũ descẽdit, ut ignotus & peregrinus, & nulli agnitus, subitò magno cum honore inde rediit: Ita & nũc, cum peregrinus esset in Geraris, in ipsis quidem initijs quod suum erat fecit: postea uero tanto dei subsidio munitus est, ut & rex & omnes qui in ea regione habitabant, omni studio ministrare iusto studerent. Dixit autẽ, inquit, Abrahã de Sara uxore sua, Soror mea est: ne fortè occideret̃ eum uiri ciuitatis propter illã.] Vide quomodo à uiolentissimis affectiõibus anima iusti impugnetur, & timor eum incessat. Et quanuis prior timor, ne uxorẽ amittat, grauis fuerit: timor tamen mortis illum expulit. Vt em̃ hũc effugeret, sustinuit suis oculis ut socia uitę suæ in regis manus incideret, q̃ sit autem hoc toleratu difficile, sciunt qui uxores habent. Vnde & sapiẽs quidã dicebat, Plenus zelo furor uiri eius, non parcet in die iudicij, nullo pretio mutabit inimicitias. Verũ graue hoc & omnib. intolerabile, uide quomodo propter mortis metũ iustus ille tulit. Hoc sanè & in corporalibus affectionibus contingere solet: si quãdo duo morbi simul infestant corpus nostrũ, unius incrementum obscurat alterũ, et totos nos ille grauior dolor sibi uindicat, ita ut minorẽ non sentiamus. Eodem modo iustus quoq̃ ille nunc uidens urgere dolorẽ mortis, omnia acerba toleranda censebat. Cæterũ hæc audiens dilecte, ne cõdemnes iustum ob pusillanimitatẽ, quòd mortem timuerit: sed potius admirare conditorẽ uniuersi, qui tantę erga nos est misericordiæ, quòd iustis illis & sanctis tunc terribilem, eandem nunc ita contemptibilem fecit Christus, ut quam formidabãt illi uirtute clari, & tanta erga deũ fiducia freti, nunc derideãt & iuuenes, & teneræ uirgines. Nihil enim mors

mors est ultrà quàm somnus, & peregrinatio, & A transmigratio à deteriorib⁹ ad meliora. Mors enim domini immortalitatẽ nobis donauit, & ut descẽdit in infernũ, dissoluit eius neruos, et robur destruxit: & quod antea terribile erat & implacabile, hoc nunc contemptibile fecit, adeò ut & multi exiliant & festinent cum hinc migrandum.
Philip.1.c Proinde & Paulus clamat, dicẽs, Dissolui cupio, & cum Christo esse multo melius. Verũ hæc quidem nunc post Christi aduẽtum, postquam confractæ sunt portæ inferni æreæ, postquam sol iustitiæ ubiq̃ terrarum affulsit. Tunc autem terribilem adhuc habebat faciẽ, concutiebatq̃ iustorum illorum uirorum mẽtem: ideo & omnia alia ferebant leuiter, etiam quę intolerabilia esse uidebantur. Hinc est quòd & iustus ille, timens eorũ qui B in Geraris habitabãt insidias, domicilium ibi habuit, non ut uxorem, sed ut sororem secũ habens. Et sicut cum in Aegyptum eum descendere permisit deus, uolens & rudes illos & insensatos discere iusti uirtutem: ita & hic differt dominus, ut iusti patientia in omnibus eluceat, deiq̃ in ipsum benignitas omnibus manifesta fiat. Milit autẽ Abimelech rex Gerarorũ, ut afferrẽt Saram.] Cogita hic, quęso, tempestatem cogitationum quam tulit iustus, uidens uxorem suam abduci, & se nihil posse iuuare eam. Silenter enim ferebat omnia, sciens quòd se non esset despecturus dominus, sed acceleratũ adhibiturus subsidium. Admirabilis quoq̃ & Saræ charitas est, quæ periculo mortis iustum eripere uoluit. Poterat em̃ ipsa detegendo factum, cõtumeliam effugere: sed pertulit omnia fortiter, ut uiro salutẽ pararet. Et imple
Gen.2 tum est illud dictum, Erũt duo in carnem unam. Ita mutuæ salutis curam uicissim agebant, & tantam declarabant concordiam, quasi unum essent corpus, & una anima. Audiant hæc uiri, audiant & mulieres: & istæ quidem ut eandem erga suos uiros charitatem declarent, & nihil aliud illorum præferant saluti: uiri autem erga uxores habeant beneuolẽtiam, & quasi unam animam & unum corpus possiderent, omnia faciant. Hoc enim uerum est coniugium, quãdo tanta inter eos est concordia, quando uinculo charitatis ita sunt concatenati. Sicut enim corpus nunq̃ à semetipso dissidet, neq̃ anima aduersus seipsam: ita uirũ & mu- D lierem non conuenit dissidere. Tunc enim bona infinita sibi coaceruare poterunt. Vbi enim concordia, ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi spiritualis lætitia: nullum bellum, nulla rixa, nusquam inimicitiæ & cõtentio: sed hæc omnia è medio tolluntur per concordiam, bonorum omnium radicem, quæ omnia illa simul abolet.

Misit autem Abimelech rex Gerarorũ, & accepit Saram. Et intrauit deus ad Abimelech in somno noctu, & dixit: Ecce tu morieris propter uxorem quam abstulisti: ista autẽ cohabitatrix fuit uiro.] Vide dei misericordiam: quomodo, quia uidit iustum propter metum mortis, Saræ ablationem fortiter ferre, & regem eam ut sororem iusti abducere: suã postea declarat prouidentiam, iustum quoq̃ illustriorẽ reddit, & Saram ab iniuria, regem uero à peccato liberat. Et intrauit, inquit, deus ad Abimelech in somno noctu. Per ipsum, inquit, somni tempus, eripere eum uolens ab iniquitate, dedit menti eius scientiam, & occulta manifestauit, multumq̃ metum auxit interminando mortem. Dicit enim morieris propter mulierem quam abstulisti: ista autẽ cohabitatrix fuit uiro. Abimelech autem non tetigerat illam.] Hæc autem omnia facta sunt, ut dei promissio facta Patriarchæ impleretur. Enimuero quia pauloantea promiserat, Isaac esse nascẽdum, & propè aderat tẽpus: ut ne officeret promissioni dei, tantum timorem in Abimelech immisit, ut perculsus animo Saram attingere non auderet. Propter hoc em̃ adiecit diuina scriptura, Abimelech nõ tetigerat illam, sed & de facinore se defendit, ac dicit: Domine, gentem iustam & ignorantem perdes?] Nunquid sciens, inquit, uxorem eius esse, hoc feci? nunquid iniuria peregrinũ afficere uolens? nunquid ut uxorem eius auferens? Vt sororem eam accepturus eram, ratus hoc nomine & hunc & illam honorari. Gentẽ igitur iustam & ignorãtem perdes? Deinde manifestans quod dicebat, inquit: Et ipse mihi dixit, Soror mea est: & ipsa mihi dixit, Frater meus est.] Vide quomodo habuerint concordiam & cõspirationem. Et ipse, inquit, hoc mihi dixit, & ipsa astipulata est dictis eius. In corde puro, & in iustitia manuũ feci hoc.] Non ut iniquũ facturus, in- C quit, sed ut legitimum & licitum, irreprehensibile q̃ hoc feci. Quid igitur misericors deus? Dixit autẽ ei deus in somno.] Vide quomodo se attemperat omniũ dominus, suam bonitatem per omnia declarans. Et ego scio quòd corde puro hoc feceris.] Scio, inquit, quòd ipsi hanc fabulam commenti sint, & quòd deceptus eorũ dictis hoc feceris: Ob hoc, ut ne propter deceptionem hãc pecces, cohibui ne tu peccares in me.] Magna uerbi attẽperatio, maxima domini est misericordia. In me, inquit, rediturum est peccatum. Nam sicut in hominibus, quando quis aliquẽ carum domino suo iniuria quadam afficit, sibi iniuriam factam putat dominus: & dicit, Mihi iniuriã fecisti per ea quibus à te seruus iniuria est affectus: ea enim quæ in illum committuntur, in me transeunt. Eodem modo & bonus dominus: Cohibui te, inquit, ut ne peccares in me. Mei, inquit, famuli sunt, & adeò mihi cõmendati, ut mihi fieri existimem quæcunq̃ illis fiunt, siue bona sint, siue nõ bona: Propterea nõ permisi te ut tanto ego maximã curam gero, & qui peculiariter mei sunt. Redde igitur uxorẽ uiro, quia propheta est, & orabit pro te, & uiues.] Vide quomodo uirtutem iusti detegit: prophetam ipsum uocat, quasi instruens regem ut precatorem eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciat pro se. Orabit enim pro te, & uiues. Ille ete A nim, inquit, ueritus ne occideretur à te, hanc cómœdiam concinnauit, & quasi cooperatus est in contumeliã Saræ: scias aũt, quòd illius preces uitam tibi præbebũt. Deinde, ut ne cõcupiscẽtia flagrãs, & pulchritudine Saræ uictus, minus faciat mandatũ: immittit ei timorẽ, & maiorẽ pœnã minatur se inducturũ. Quòd si non dederis, inqt, scias quòd morieris tu, & omnia tua.] Non solũ tu inobediẽtiæ pœnã lues, sed & omnia tua propter te mors perdet, Ob hoc aũt per tẽpus noctis hæc omnia deus ei loquitur, ut in quiete accepta admonitione, magno timore imperata faciat. Statim eñ, inqt, orto diluculo Abimelech uocauit pueros suos, & loquutus est omnia uerba hæc in aures eorũ.] Vide quomodo rex sit præco uirtutis B iusti, & eum omnibus manifestum facit. Narrauit omnia sibi à deo manifestata, ut omnes sciant & dei erga illum benignitatẽ, & quantę sit deo curę propter suos mores & uirtutem: Timuerũt autem omnes homines ualde.] Vidisti quomodo nõ frustra & absque causa toties transmigrat iustus: Nam si in tabernaculo suo primo mansisset, unde potuissent Gerariticæ scire quantã iustus apud deum haberet fidutiã: Timuerunt aũt omnes homines ualde. Magnus in eos timor immissus, de rerũ summa faciebat anxios. Postea sequit: Vocauit Abimelech Abrahamũ.] Cõsidera in quanta gloria iustus postea apud regẽ agit, qui paulo antea ab omnibus habebatur contẽptibilis, quasi erro & peregrinus. Igitur cũ omnes cõuenissent, C uocauit statim Patriarchã, qui nihil horũ sciebat, & discebat postea à rege ipso quæ propter se à deo illi facta erant. Dixit eñ ei, Quare hoc fecisti nobis: quid peccauimus in te, quòd induxisti super me & super regnũ meum peccatũ magnũ: Rem quam nullus faceret, fecisti nobis.] Quare in tãtum, inquit, uoluisti me incidere peccatum: Quid cogitasti quòd hoc fecisti? Vide quomodo per uerba sua indicat minas, quę à deo sibi sunt factæ. Quoniam enim dixerat ei, Quòd si non reddideris, morieris tu & omnia tua: hoc ipsum interpretatur Abimelech, & dicit, Quid peccaui in te, quòd induxisti super me & super regnũ meũ peccatũ magnũ: Non satis erat, si ego punirer: omne regnum meum simul perdendum est ex deceptio D ne quam fecisti. Quid uidisti in nobis ut hoc faceres: Considera hic dilecte iusti prudentiã, quomodo satisfactionis loco, in agnitionem dei illos introducit, dicens: Cogitaui mecũ, Num forte non est timor dei in loco isto, meq; occident propter uxorem.] Quasi diceret, Valde mecũ anxius fui, ne forte, eo quòd adhuc erroribus teneminí, nulla uobis iustitiæ cura sit: propter hoc simulaui, uobis parcens: ut ne, si intelligeretis eam uxorẽ meam fuisse, capti eius amore, occidere me tentaretis. Vide quomodo per pauca illa uerba docet, q; oportet eum qui deum in mente habet, nihil iniquum agere, sed timere iudicem illum qui falli nequit: & ob pœnã quæ alibi infligetur, omnis iustitiæ facere rationẽ. Postea uolens pro se defensionem afferre: Ne putetis, inquit, me etiã sic mentitum esse. Etenim soror mea est ex patre, sed non ex matre. Data autẽ mihi est in uxorem:] Quia eundem patrem uocat, quẽ & ego, ideo & sororem ipsam uocaui. Ne igit' cõdemnetis me. Nam etsi metus mortis in hanc me necessitatem coegerit, & quòd timui ne fortè propter eã me occideretis, ipsam aũt in uita conseruaretis: attamẽ neq; sic est mendacium quod à me dictum. Vide q; diligenter agit iustus, ut monstret quòd neq; in hoc sit mentitus. Et ut omnia, inquit, diligenter à me sciatis, audite cõsilium quòd inter nos iniuimus.

Quando eñ eduxit me dominus de domo patris mei.] Considera, obsecro, hic magnã iusti sapientiã, quomodo in serie narrationis docet eos, B q; à principiò fuerint peculiariter addicti deo: & quòd deus se à domo sua euocarit, & in eũ locum duxerit: ut sciat rex, quòd ex eorum numero sit Abrahã qui magnã in deo habẽt fidutiã. Quando eñ, inquit, euocauit me deus ex domo patris mei, dicebã ei: Hanc iustitiam facies in me, in omni loco in quẽ uenerimus, dic, Frater meus est.] Quia enim superius dixerat: Cogitaui mecũ, fortassis non est timor dei in loco isto: & uidebatur eos nimiũ carpere, uolẽs mitigare asperitatẽ uerbi, hic dicit, Ne putetis me hoc solum uestri gratia fecisse. Statim enim quando eduxit me dominus de domo patris mei, dicebam ad eam, Hanc iustitiam facies mihi in omni loco in quem uenturi sumus. De omnibus, inquit, qui terrã hanc inhabitant, mandatũ ei dedi: docens eam quòd etiã sic C extra mendaciũ sit simulatio. Mortis enim timor ad hoc nos cõpulit. Hæc ut dixit iustus, & irã eorum demulsit, suamq; detexit uirtutẽ, & sufficientem religiõis uerę cultũ eis tradidit: reuertitus rex magnã iusti mansuetudinẽ, magna liberalitate remunerat Patriarchã. Dicit enim, Accepit Abimelech mille didrachmas, & oues, & uitulos, & seruos, & ancillas, & reddidit illi Saram uxorem suam.] Vidisti dilecte omnipotentẽ & uariã dei sapientiã: Qui in mortis periculo cõstitutus erat, & omnia faciebat ut mortem posset effugere: nõ solum mortem effugit, sed & magnã obtinuit fiduciam, & repentè gloriosus factus est. In hunc eñ modum agere solet deus: non solum à tristibus liD berat eos, qui fortiter se gerũt in periculis in quæ incidunt: sed & tantã in aduersis prębet lętitiã, ut in eorũ obliuionẽ omnino ueniãt, & in multa sint bonorum affluentia. Et uide insuper regis erga iustum illum officium. Non solum enim tantis muneribus illum honorat, sed etiam potestatẽ ei dat ut in terra sua habitet. Ecce enim, inquit, terra mea corã te est, ubicunq; tibi placuerit habita.] Nam quia didicit quòd propter illum & propter illius preces uita sibi data sit, ideo ita in uagũ, eronem, & antea nulli cognitũ, quasi in benefactorem & tutorem aliquem officiosus fuit. Saræ autem, inquit, dixit: Ecce dedi mille didrachmas fratri tuo. Vide quomodo accepta à iusto doctrina, ut credidit eius dictis, etiã ipse fratrẽ huius illum uocat. Ea quæ dedi, inquit, fratri tuo, tua erunt in ho

in honorem uultus tui, & omnia uerè dic.] Quid A est in honorẽ uultus tui, & omnia uerè dic? Pro his quæ per ignorantiã attentaui, te quæ es uxor iusti, in domũ meã introducendo: pro hoc solum quia autor fui tuę cõtumeliæ, mille dedi didrachmas, resarcturus ea quæ à me in te sunt admissa. Verũ omnia alia uerè dic. Omnes, inquit, à te discant, quòd nihil factum est à me iniquum: quia intacta exiuisti de domo mea. Doce, inquit, uirum tuum, quòd innocens sum à peccato: discat à te, quòd nihil à me factum sit. Quare hæc dicit? Vt cum iustus ab ea didicerit, multisq; fuerit rationib. edoctus, pro eo preces domino offerat. Nam postq; ille dixit, Omnia uerè dic: hoc est, doce uirum tuum ea quæ facta sunt: statim subdidit scriptura: Et orauit Abraham deum. Et sanauit B deus Abimelech, & uxorẽ eius, & ancillas eius, & pepererũt. Quia cõcludens cõclusit extrinsecus omnẽ uuluam in domo Abimelech, propter Saram uxorem Abrahã.] Vide quomodo dominus uolens iustũ per omnia reddere illustriorem precibus Patriarchæ salutẽ regis & omniũ quę in domo illius, donat. Orauit eñ, inquit, Abraham ad deum, & curauit deus Abimelech, & uxorem eius, & ancillas eius, & pepererunt: quia concludens conclusserat dominus omnẽ uuluã in domo Abimelech. Propterea quãuis alienus esset à peccato rex, plagã hãc induxit dominus, ut precib. iusti annuens eam soluat, & iustũ clariorẽ & illustriorẽ efficiat. Nam semper omnia ita facit & tra C ctat, & singula dispensat, ut qui sibi seruiunt quasi luminaria reluceant, & eorũ uirtutẽ ubiq; manifestam faciat. Et uide, obsecro, postq; eum ita liberauit à molestijs, quomodo iterũ summa bonorũ iusto tradit: nẽpe quòd nunc eueniunt quæ olim CAP. XXI à deo promissa sunt. Et dominus, inquit, uisitauit Sarã, sicut dixit, & fecit Saræ sicut locutus est: & ut concepit, peperit Sara Abrahæ filium in senectute, in tẽpore sicut locutus est ei dominus.] Quid est, sicut loquutus est? Quẽadmodum, inquit, promisit quãdo hospitio exceptus est cũ angelis apud quercum Mambre. Nam quod dixit, Quia tempore hoc ueniã, & erit Saræ filius: hoc nũc opere impletũ est. Et quæ natura denegabat, ea uidebant euenisse: non iuxta humanũ & solitũ morem, sed per diuinã gratiam. Et uocauit no- D men filij sui, quem peperit sibi Sara, Isaac.] Non absq; causa assignauit, quẽ peperit sibi Sara. Nõ enim dixit simpliciter, uocauit nomen filij sui: sed adiecit, quẽ peperit sibi Sara, infœcũda illa, & uetula. Et circuncidit eum, inquit, die octauo, sicut præceperat dominus.] Sic enim præceptum acceperat, ut die octauo circunciderẽtur qui post hac nascerẽtur. Porrò ut ulterius discamus ineffabilem potentiã dei, quòd quæ apud homines impossibilia sunt, apud eũ sint possibilia: idcirco nobis tempus assignauit iterum diuina scriptura, & post partũ docet nos: Abraham erat annorũ centum quando natus est ei Isaac filius suus. Dixit autẽ Sara: Risum fecit mihi dominus: nam qui audiet, gaudebit mecũ.] Quid est, Risum fecit mihi dominus? lætitiæ occasio mihi partus est. Et quid mirũ, si mihi gaudium? omnes etiam qui audient habebo congratulantes: nõ quia peperi, sed quia sic peperi. Tam admirabilis rarusq; partus omnes in admirationẽ adducet, & maiorẽ omnibus uoluptatem afferet, cum sciuerint quòd ego, quæ nihil à mortuis differebam quantum ad generationẽ, subito mater facta sum, et ẽ uulua exiccata puellum peperi, & lactare possum, & fontes lactis emittere, quæ nullam spem pariendi habebã. Et dixit, Quis annuntiabit, quòd lactat puerum Sara?] Nã propter hoc & lactis fontes cõcessi sunt, ut partũ magis credibilem faciant: & ne quis supposititium esse putet puerum. Fontes enim lactis omnibus prædicabant præter humanã expecta- B tionem hoc euenisse. Quis annuntiabit, quòd lactat puerũ Sara? quòd peperi filium in senectute mea: quòd ego, quæ senui, parere potui, & in hac ætate filiũ alere possum? Et creuit, inquit, puer & ablactatus est. Et fecit Abrahã cõuiuium magnum die quo ablactatus est filius suus.] Vidisti dei ineffabilem sapientiã, quomodo patiẽtiam iusti modis omnibus probauit? quando ipse & omnes qui ipsum uidebant, humanæ naturæ uires spectantes, nihil pollíceri audebãt, tunc ipsa promissio completa est. Igitur dilecti, & nos eandem quam iustus ille patientiã habeamus, & nũquam desides simus: sed spe bona recreemur, scientes quòd neq; rerum difficultas, neq; aliud quid humanũ obstaculo nobis esse poterit, si quando gra C tia dei suam declarare uoluerit liberalitatẽ. Quoties enim ille annuit, omnia sibi cedunt & obtemperãt, & difficilia facilia sunt, & impossibília possibilia: tantũ firmam in ipso fidem conseruemus, & ad magnitudinem potentiæ suæ spectãtes, humanis omnibus superiores fiamus. Nam qui futura bona & ineffabilia illa promittit his qui cum uirtute uitam hic peregerint, quanto magis & ea quibus hic opus præbebit: & maximè si nos illa desiderantes, præsentia despiciamus? Tunc enim eis maximè & ubertim fruemur, quando ea contemserimus. Proinde hæc scientes, illa desideremus bona quæ manent & immobília sunt, & quę finem nesciunt: ut & præsentem uitam citra tristitiam transmittamus, & illa assequí ualeamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui D cum patre & spiritu sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit: Quis annũtiabit Abrahæ, quòd lactat puerum Sara, quòd peperi filium in senectute mea? Homilia XLVI

AGe & hodie dilecti, heri dictorum seriem repetentes, conuiuium hoc spirituale instruamus: ut iterũ, sicut heri, discamus & boni dei ineffabilẽ benignitatẽ, qua nostra curat, nobis se attemperans, & magnã Patriarchæ obedientiã atq; gratitudinẽ. Vidistis quomodo natiuitas Isaac Saram exhilarauit? Dixit enim, inquit, Risum fecit mihi deus. Nam q audierit gaudebit mecũ.] Omnes, dicit, audituros participes gaudij mei faciam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciam. Magnũ enim donum mihi à deo cõcessum est, & quod humanã transcẽdit infirmitatẽ. Quis enim, inquit, nõ obstupescat, uidẽs me lacte meo enutricantẽ puerũ in extrema senectute, quę huc usq; nõ peperi? Et quasi admirans & attonita de facto, subdidit, Quis annũtiabit Abrahę, quòd lactat puerũ Sara, quòd peperi filium in senectute mea?] Quoniã, inquit, supra naturã est hoc factum, propterea quis annuntiabit, quis mẽte cõcipiet? quæ mens cõprehendere poterit? quæ ratio sufficit ut inueniat facti huius euidentiã? Non sic admirabile fuit, quòd ex petra in deserto scaturierint fontes aquarũ, quando illam Moses uirga percussit: sicut de uulua iam emortua puerũ nasci, & lactis fontes scaturire. Nam ut omĩbus patus manifestus esset, & omẽs tam eos qui tũc aderant, cq; qui postea audierunt, ad fidẽ miraculi introduceret, idcirco ipsa puerũ alit, & lacte suo patitur enutricari, & inquit, Quis annũciabit Abrahæ, quòd lactet puerũ Sara? Quid hoc nouũ & admirabile, & præter expectationẽ mihi concessum, quòd peperi filium in senectute mea, quãdo præter sterilitatẽ sufficiebat senectæ tẽpus, ne mihi prolem pollicerer. Veruntamen impedimenta hæc omnia è medio tulit dominus, & pueri partum, & lactifluos fontes mihi cõcesit. Verum uideamus & sequentia. Postq; impletum est lactandi tempus, uidit, inquit, Sara filium Agar Aegyptiæ, qui fuit Abrahæ, ludẽtem cum Isaac puero suo. Et dixit Abrahæ, Eijce ancillam hanc, & puerum eius. Nequaq; enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durũ aũt apparuit uerbum hoc corã Abrahã super filio suo.] Vide obsecro hic dilecte Sarã iterum nõ ferentẽ Ismaelis licentiam, neq; patienter sustinere uolentem ancillæ filium cum suo Isaac cõuersantẽ. Sicut igitur prius superbũ spiritum Agar humiliare uolens, uehementi indignatione fugam inire eam fecit: ita & nunc uolens ab initio reprimere Ismaelis temeritatem, & non ferens ut uideat puerũ suum, à deo sibi donatũ, cum ancillæ Aegyptiacæ filio simul uersari, dicit Abrahæ, Eijce ancillam, & filiũ eius. Non enim erit hæres filius ancillæ huius cum filio meo. Quoniã & se in extrema ætate esse uidebat, & Patriarcham quoq; decrepitũ, (erãt enim ambo, inquit, pleni dierum) suspicans si forte repentè morerentur, illum, eo quòd ex Patriarchæ concubitu natus esset, attentaturũ ut se in hæreditatem intrudat, particepsq; fiat & æqualis Isaac: idcirco dicit, Eijce ancillã hinc & filium eius. Discat, inquit, iam, quòd nihil commune habebit filius ancillæ, cum filio meo Isaac. Neq; enim congruũ ut filius Aegyptiæ & ancillæ, cum filio meo & dominæ simul uersetur. Cæterũ Sara non immeritò rem hanc egit, sed oppidò decenter, atq; ita decenter ut & deus collaudarit eius dicta. Patriarcha uero bene affectus erga Ismaelem, molestè accipiebat quæ à Sara dicebanť. Durũ enim, inquit, apparuit uerbũ hoc coram Abraham de filio suo. Neq; eñ de Agar multũ curabat, sed erga puerum ita afficiebatur, utpote adhuc adolescentem. Sed considera, obsecro, hic misericordis dei mirã ad nostram paruitatem humiliationẽ. Nam quia uidit & Saram pati aliquid humanũ, & ægre ferre parem filiorũ honorem, idq; meritò: Abraham autẽ non ferre æquo animo electionẽ Ismaelis & ancillæ (nam licet non obluctaretur Saræ ob singularẽ manſuetudinem, attamen durum ei uidebatur: hoc est, graue, molestũ, & onerosum) tunc suam solitam seruans misericordiam, & concordiæ illorum copulam cõstringens, dicit ad Abraham: Ne durum sit coram te uerbũ hoc, de puero & ancilla. Omnia quæcũq; dixerit tibi Sara audi uocẽ eius.] Ne feras, inqt, grauiter quod ab ea dictum est: sed omnia quæcunq; dixerit tibi Sara, audi uocem eius. Hæc omnia, inquit, quæ nunc tibi dixit de Ismaele & de Agar, accipe, & audi uocẽ eius. Ne uelis, inquit, contristari eam, quæ tanto tẽpore tantum amorem erga te declarauit: quæ non solũ semel, sed & secundo, ut te à morte eriperet, seipsam pro tua salute exposuit, & autor tuæ istius glorię fuit. Primũ quidem te secit cum tantis diuitijs ab Aegypto redire, postea uero iterũ in causa fuit ut ita te uenerarẽť ac obseruaret Abimelech. Ne igitur diuersa ab his quę locuta est cõsulas: enimuero non aliter eueniet. In Isaac enim eius filio tuũ semen uocabitur, & ipse erit tuus hæres. Filium autẽ illum ancillæ crescere faciã, et in gentẽ magnã faciam eum, quoniam semen tuũ est. Facigitur quæ illa tibi dixerit. Obedi uocí eius. Cogita hic, obsecro, quãta subitò cõcordia & pax in contuberniũ eorum concesserit, bonitate diuina uinculũ eorũ constringẽte. Surrexit eñ, inquit, mane, & accepit panes & utrem aquę, & dedit Agar, & imposuit super humerum eius, & puerũ misit cũ ea.] Vide, obsecro, hic iterum religiosam iusti mentẽ: nam quando audiuit Saram dicentẽ, Eijce ancillam & filium eius: durum ei uidebaťť, eo quòd bene afficiebatur erga Ismaelem: uerũ ubi dominus præcepit, statim fecit quod imperatũ est, etiam genuini amoris oblitus, quasi diceret: Vbi quid præcipit dominus, facessant omnes affectiones: quia naturæ dominus est qui præcipit. Vt accepit igiť, inquit, ancilla panes, & utrẽ aquæ, egressa est cum puero.] Verum (obsecro) uide iterũ, propter gratiã quam habebat iustus apud deum, quomodo hæc quoq; suã perna cura digna habetur. Vt ergo abijt, uagabatur per solitudinẽ, & cum aqua consumpta nullam usquã inueniret consolationẽ, Abiecit puerum, inquit, subter unã abietẽ.] Disrumpebãtur eius uiscera, & dolebat multũ ob immodicam erga puerum affectionẽ. Sedit, inquit, aduersus eum, quasi ad iactũ arcus. Dicebat enim: Non uideo mortẽ pueri mei. Et sedit è regione pueri. Clamãs aũt puer, flebat.] Cæterũ miserator & misericors deus, patris & matris erga nos curã sua transcendens pietate, Exaudiuit, inquit, uocẽ pueri de loco ubi erat.] Misertus est & pueri, & calamitatũ Agar. Permisit tantũ eam sentire qd sit solitudo, & statim suũ concesserit præsidium. Et uocauit, inqt, angelus dei Agar de cœlo, & dixit ei:

Exod. 17. b
Num. 20. b

Quid

Quid est Agar? Ne timeas: exaudiuit enim deus uocẽ pueri de loco ubi est. Surge, accipe puerũ, & apprehende manũ eius: in gentẽ enim magnã faciã eum.] O misericordiã domini, non quia ancilla erat despexit eam: sed qa Patriarchæ promiserat, & illius hoc semen erat, tantã quoq; curam erga eam declarare dignať. Et dicit: Quid est Agar? Ne timeas, exaudiuit enim dominus uocem pueri. Surge & accipe illum, & apprehende manum eius. In gentem enim magnã faciam illum. Ne mœreas, inquit, eo quòd è domo eiecta sis. Tantam enim curã ego pueri agam, ut & in gentẽ magnã fiat. Et aperuit, inquit, oculos eius.] Non quia antea nõ uiderit, sed quia nihil proderant ei aperti oculi ante supernã uisitationẽ. Propterea cum uellet suam prouidentiam declarare, Aperuit, inquit, oculos eius: id est, indicauit ignoranti, & mentẽ eius excitauit, uiamq; ei ostendit, ut uideret locum in quo fontes aquæ scaturiebãt.

Et uidit, inquit, fontem aquæ uiuentis, & iuit et impleuit utrẽ, et potauit puerũ.] In inuijs uiam præbuit, & perplexæ menti, nullãq; salutis spem habẽti, suam misericordiam exhibuit, simul eam consolans, & pueri curã agens. Sic quandocunq; uoluerit deus, licet in solitudine simus, et in extremis afflictionibus, nullamq; spem salutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuina gratia nobis omnia suppeditante. Nam si eius gratiã nacti fuerimus, nullus nobis præualebit, sed nos potentiores omnibus erimus. Et erat deus cũ puero, inqt, & creuit, & habitauit in solitudine.] Sic quando amicum & beneuolum habemus deum, etiãsi in deserto fuerimus, multo securiores uiuemus, cq; ij qui in ciuitatibus uersantur. Maxima enim securitas, et inexpugnabilis murus est gratia dei. Et ut discas, quomodo qui in solitudinib. agit, securior sit & potentior his qui in medijs ciuitatibus uersantur, ingenti hominũ præsidio freti:

1. Reg. 18.

uideamus quomodo Dauid de loco in locũ transiens, & quasi erraticus uagãs, manu superna munitus erat. Saul aũt cũ esset in medijs ciuitatibus, & tantum secum duceret exercitum, & satellites habens & armigeros, quotidie timebat & tremebat inimicorũ insidias. Et ille quidem solitarius, nullumq; aliũ secum habẽs, non indigebat humano præsidio: hic uero coronatus & purpura indutus, illius auxilio indigebat, & regi opus erat pastoris opera, & diademate redimito priuati adiumentum necessariũ erat. Sed si libet, altius seriem huius sermonis repetamus, ut omni hac historia in medium producta discamus nihil fortius esse munito superna gratia, & nihil infirmius eo qui hac priuatus est, etiãsi innumeris circundetur exercitibus. Igitur Dauid ille cũ adhuc adolescẽs ob immaturã ætatem in paterna domo uersaretur, quoniã tempus aliquando exposcebat ut clarior eius fieret uirtus, admonitus à patre ut fratres suos inuiseret missus est ad eos. Porrò cum ad illos uenisset inuisendi gratia, ubi uidit instructã aciẽ contra alienigenã Goliath, & omnem populum iuxta Saulũ formidine perculsum, regẽq; ipsum in summo constitutũ periculo, spectator uolebat fieri, & abijt ut uideret nouum & rarum spectaculum, quòd unus homo aduersus tot milia se opponeret. Verũ fratres eius non ferentes fortitudinem spiritus, prouocati sunt in inuidiam, & dicũt ad eum: Non alia de causa uenisti, cq; ut bellum uideres? Non uenisti nostri causa, ut nos inuiseres? At tu uide huius prudentiã & manſuetudinẽ: nihil temerarium, neq; asperũ eis loquitur: sed reprimens eorum flammam, & demulcens inuidiam, inquit: Nunquid nõ uerbum est? nũquid, inquit, uidistis me arma tractare? nunquid uidistis me in acie stare? Tantũ uidere uolui, & interrogare unde huic tantum insanię. Quis enim est alienigena iste, qui exprobrat exercitũ dei uiuentis? Postea cum audiret illius blasphemias & arrogãtiam, & uideret trepidationẽ eorum qui cum Saul erant, inquit: Quid erit uiro, qui illius caput præsecuerit? Et magnũ animi robur his uerbis ostẽdebat, omnes in admirationem adducẽs. Hæc ut cognouit Saul, mittit ad iuuenẽ, qui præter pastoritiam artem sciebat nihil: & ut uidit eius ætatẽ, uilipendit eum. Deinde cum didicisset ex eo, quomodo cum ursis egisset qui greges suos inuaserãt. Coactus eñ fuit admirabilis ille uir hæc narrare, nolens hinc uanã gloriã aucupari, sed in necessitate cõstitutus, & ut illi animos adderet, & ne spectaret ad utilitatẽ eius quod apparebat, sed ad fidem quę intrinsecus latebat, supernumq; auxiliũ, quo adolescens inermis uiris armatis, & pastor militi bus fortior erat. Ergo ubi rex uidit mentis eius fidem, suis illũ armis induere uolebat: indutus autem ea ferre nõ potuit. Hoc autem factum est, ut uirtus dei aperte monstraretur, & non armis miraculum futurũ ascriberetur. Nam quoniã indutus illis grauabaťť, & minus expeditus erat: deposuit arma, & accepta pera pastorali & lapidibus, cõtra carneã illam turrim egressus est. Et uide iterum alienigenã ad utilitatẽ ætatis spectantem, & ob hoc utilipendentẽ iustum illum, & quasi cõtra puerum humilem exurgẽtem. Nam postq; uidit eum cũ pastorali pera contra se cõtendentẽ, & lapides solũ afferentẽ, in hũc fermè modũ ad eũ dicebat: Putasti te adhuc apud oues esse, & canes quosdã persequi, & ita aduersum me, quasi cõtra canẽ instrumẽtis illis instructº in pugnã ueniſtiť statim experiẽtia discres nõ tibi cum homine uulgari bellũ esse. Et rursus magno uerborũ fastu, tumultuabaťť, armaturãq; suã omnẽ mouebat, ac arma exercebat. Et ipse quidẽ armorum uirtute fidens, pugnã iniuit: Dauid aũt fide supernoq; præsidio munitus. Et prius uerbis superbi elationẽ & superciliũ decutiens, ut dixit ad eũ: Tu uenis ad me fretus armis & lancea, & tua uirtute uictorẽ te putãs: ego autẽ fretus nomine domini dei. Vt hęc, inquã, dixit sumpto ex pastorali pera lapide, quasi reuera canẽ aliquem gregẽ inuadentẽ abacturus, funda iaculatus est: statimq; in frõte percussum alienigenã prostrauit, et festinãter educto ipsius gladio, caput eius amputauit, & regi attulit, finẽq; bello imposuit: atque illius opera & rex

salu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

salutem inuenit, & omnis illius exercitus respira A uit. Vidisses tũc inopinatas admirabilesq; res, armatũ ab inermi deiectũ, reiq; militaris peritũ ab eo qui præter pastoralẽ artẽ nihil sciebat cæsum. Quare, & ob quam causam? Quia hic quidẽ habuit supernã gratiã se adiuuantẽ: ille autem ea carens, in huius manus uenit. Iam uide huc, q; absurda operatus sit inuidiæ morbus. Postq; enim rex uidit iustum hunc tãta gloria celebrari, & tripudiantes clamare, uicit Saul in millibus, Dauid autem in decẽ millibus: non ferens æquo animo quæ de hoc dicebantur, quanuis iuxta rationem iustam ei plus tribuerant q; Dauidi, uictus inuidia benefactori malum rependit: & quem oportebat ut seruatorem et benefactorẽ agnoscere, eum interficere quærebat. O excellentẽ insaniã, ó stuB poris magnitudinẽ: eum qui uitam sibi seruarat, & omnem suũ exercitum ab alienigenæ furore liberauerat, ut hostem despexit: immemorq; beneficij, ab affectione uincebatur: & mentem suam obtenebratus ab inuidia, perinde ac ab ebrietate quadam, benefactorẽ ut hostem spectabat. Ita enim se habere solet huius affectionis malitia, neminem prius lædit q; eum ex quo nascitur. Sicut enim uermis qui à ligno producitur, lignũ ipsum primo cõsumit: ita & inuidia illã primo animam corrumpit ex qua nata est, & ei cui inuidetur plane diuersa q; uult affert. Ne igitur uide ad principium eorũ quibus inuidetur, sed ad finẽ respice: & attende quia malitia inuidentiũ, eos quibus inuidet clariores efficit. Nam is cui inuidet, subsi C diariũ habet dei auxiliũ, & gratia fruitur: qui autem inuidet, gratia spoliatur, & facilè uincitur ab omnibus: & antè à suis affectionibus, q; externis hostibus infestatus consumitur, & quasi occultis maxillis deuoratus & absumptus (ut ita dicam) in profundum mergit. Quæ cum nobis cõperta sint, obsecro fugiamus affectionis huius damnũ, & omnibus uiribus ab animab. nostris eliminemus. Pernicio sissima em̃ est omniũ affectionum, nostramq; salutẽ corrumpit, utpote diaboli inuentum: propterea & sapiens quidam dicebat, Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundũ. Quid est, inuidia diaboli mors intrauit in mundũ? Nam postq; mala hæc bestia primũ hominem uidit immortalẽ, per suã malignitatẽ ad transgressionem D mandati induxit, per quã fecit ut morti fieret obnoxius. Inuidia igit deceptionẽ operata est, deceptio trãsgressionẽ, trãsgressio inobedientiã, inobedientia mortẽ. Propterea dicit: Inuidia aũt diaSap.2.d boli mors intrauit in mundũ. Vidisti quantũ affectiõis huius damnũ: immortalitate insignẽ, mortalem fecit. Verũ inimicus quidem nostræ salutis sua inuidia immortalem Protoplastũ in mortem condemnari fecit: misericors autẽ solicitusq; pro nobis dominus, per mortẽ suam iterum immortalitatẽ nobis largitus est. Vnde & maiora q; amisimus inuenimus: paradiso eiecit, & in cœlum induxit: morte cõdemnari fecit, & immortalitatem nobis donauit: paradisi delitijs priuauit, & regnũ cœlorum nobis præparauit. Vidisti solertem domini tui sapientiam? & quomodo ea quæ per inuidiam diaboli contra salutem nostram facta sunt, in caput illius conuertit? non enim solum nos maioribus dignatus est, sed & illũ ipsum nobis subiecit, dicẽs: Dedi uobis potestatẽ calcandi super ser Luc.10.e pentes & scorpios. Proinde hæc omnia cogitantes, & inuidiam ex animabus nostris effugemus, & studeamus ut diuinã cõsequamur gratiã. Hæc enim nostra armatura solida & inexpugnabilis, hæc nostræ maximæ diuitiæ: per hanc & Ismael, quãuis adolescens, & in solitudine rerumq; omnium inopia, statim creuit, & in gẽtem magnam factus est. Quia deus erat, inquit, cũ puero. Hinc totus sermo noster egressus est. Despiciamus igitur, oro, præsentia, desideremus futura: gratiam dei omnibus præseramus, & per uitam optimam multam fiduciam nobis antea reponamus: ut & præsentem uitam citra mœrorem trãsigamus, & futura bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et factum est post uerba hæc, deus tentabat Abraham. Homilia XLVII

Ngens lucrum, grandisq; thesaurus in uerbis quæ hodie lecta, tametsi pauca sint, latent. Eo enim modo se habẽt diuina eloquia, ut multas diuitias non in multitudine uerborum, sed breuitate sermonum contineãt. Age igitur aperiamus quæ dicta sunt, & discamus diligenter eorũ quæ hodie lecta, uim & mentẽ. Nam sic iterum sciemus & Patriarchæ copiosam uirtutem, & dei excellentem misericordiam. Et factum est, inquit, post uerba hæc, deus tentabat Abraham.] Quid sibi uolunt uerba hæc, Et factũ est post uerba hæc, tentabat deus Abraham? Considera, obsecro, diuinam scripturam, quomodo iam uult detegere nobis iusti uirtutem: & quia narratura est, quomodo Abraham à deo tẽtatus sit: prius uult ut discamus tempus quo hæc Patriarchæ præcepta sunt, & quando iussus est offerre Isaacum: ut scias magnam Patriarchæ obedientiam, & quomodo nihil præferendum sit his quæ deo placuerint. Quid igit est, Factum est aũt post uerba hæc? Quoniam postq; natus est Isaac, quãdo uidit Sara Ismaelem simul uersari cum Isaac, sicut heri uobis diximus: ægreferens hoc, dicebat Abrahæ: Eiice ancillam & filium eius, Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo. Cumq; hoc uideretur durũ Patriarchæ, uolens eum deus consolari, ait: Audi Sarã uxorem tuam, & fac quod ab ea dictũ: neq; uideatur tibi durum, quod dictum est de puero hoc & ancilla. In Isaac enim uocabitur tibi semen, & illum quoq; faciã crescere in gentem magnam, quia semen tuũ est. Et omnis promissio quam à deo habebat, eò tendebat ut nati ex Isaac in magnũ populum propagarentur. Itaq; aliquandiu bona spe alebatur iustus, & uicissim affligebatur ac tẽtabatur, & afflictionũ præmia recipiebat: nunc autem præ oculis uidebat successurũ hæredẽ, magnãq; inde

inde uoluptatem percipiens, impauide & securè A agebat. Verum qui abscondita cordiũ nouit, uolens nobis iusti huius detegere uirtutem, & magnum amorem quẽ erga se gerebat, post tot promissiones & hanc quoq; quæ recẽs facta, & cuius memoria adhuc in auribus illius sonabat, cũ iam adolesceret Isaac, & in ipso ætatis flore esset, crescereq; patris erga illum dilectio, post uerba promissionis, & postq; dixit: In illo uocabitur tibi se-
Cap.XXII men, & ille erit successor tuus. Post uerba hæc, inquit, tentabat deus Abraham.] Quid est, tentabat? non quòd ipse ignoraret, tentatione illũ probauit, sed ut & hi qui tunc erant, & qui ab eo tempore usq; ad præsens, istucipsum Patriarchæ desideriũ & obedientiã in præceptis dominicis præ-
se ferre discãt. Et dixit, inquit, ad eum: Abrahã. B Abraham. At ille dixit: Ecce ego.] Quid sibi uult uerbi duplicatio? Magnæ beneuolentiæ erga Patriarchã argumentũ est, & monstrabat ei uocationem ipsa, quòd magnũ aliquid ostensurus esset. Vt igit attentiorẽ redderet, uocationẽ geminabat, & dixit: Abraham, Abraham. Ille aũt dixit: Ecce ego. Et dixit: Accipe filium tuum dilectũ, quem dilexisti, Isaac, & uade in terram excelsam, & offer eum in holocaustũ super unum montiũ quem tibi dixero.] Magnũ præcepti pondus, & res humanam transcendens naturam. Accipe filium tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac. Vide quomodo per uerba ista maius incendium succendit: & fornacẽ amoris, quo iustus in Isaac affectus erat, uiolentius excitat. Accipe filium tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac. Vnumquodq; uerbũ per se sufficeret ad saucíandam animã iusti. Non enim simpliciter dixit, Isaac: sed addidit filium tuum, quem præter omnem expectationem genuisti, & in ipsa senectute habere potuisti: dilectum, desiderabilem tuũ, quem tam immodicè diligis Isaacũ, quem successurum tibi expectas, ex quo & semen tuum multiplicandum promisi: & in tantum multiplicandum, ut stellarum multitudini & harenæ quæ est iuxta littus maris adæquetur. Illumipsum accipe, & uade in terram excelsam, & offer eum ibi in holocaustum super unum montium, quem tibi dicam. Admiror ego, quomodo hæc iustus auribus ferre potuerit. Illum em̃ ipsum, inquit, tam desiderabilem tibi, offer mihi in holocaustũ super D unum montium. Quid igitur iustus? nõ turbatus est animo, non confusus est mente, non consilio destitutus est: in tam graui præcepto non cogitabat, non ratiocinabatur secũ. Cur hoc? Qui mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui per misericordiã suam emortuam Saræ uuluam generationi idoneã fecit: nunc postq; ablactatus est & creuit, & in flore ætatis est, occidere, & in holocaustum offerri præcepit, quiq; paulo antea dixit, In ipso uocabit tibi semen, nunc diuersa præcipit: & quomodo implebuntur quæ ab eo promissa? Quo pacto enim fieri potest, ut radice execta rami pullulent, uel succisa arbore fructus proueniant, uel fonte arefacto fluuij reddantur? Iuxta hominis rationẽ talia fieri non est possibile: deo autem uolente fieri possunt omnia. Cæterum horum nihil cogitauit secum iustus ille, sed sicut gratus famulus, omissa omni ratione humana unam tantum rem curabat, ut imperata opere impleret: & quasi factus ab humana natura alienus, & postponendam ducens diuinis præceptis omnem affectionem & dilectionem, & implenda iussa festinauit. Et cum surrexisset, inquit, Abraham mane, strauit asinã suam, accepit autem secum duos seruos, & cælis lignis in holocaustũ, cum surrexisset profectus est. Et uenit in locum, quem dixit ei deus, die tertio.] Vide misericordem dominum, quomodo & interuallo loci, iusti probauit uirtutẽ. Cogita aũt, quid probabile fuerit triduo illo sustinuisse iustũ. Reputabat enim se cum, sibi præceptũ esse quòd suis manibus tam di C lectum filiũ occidere debeat, & nec rem illi cõmunicare & detegere audebat. Et obstupesce piũ religiosumq; & prudentẽ animũ. Quia enim sciebat magnitudinẽ præcepti, nemini prorsus hoc significauit, neq; seruis, neq; ipsi Isaac: sed solus secum agonem illum decertabat, & quasi adamas manebat inuictus, robur cogitationũ tantũ declarans, & nõ multa causatus obtemperabat magno cum desiderio nutui diuino. Sed postq; ad locũ illum peruenit, ut suspexit, inquit, Abrahã oculis suis, uidit locũ à longè, & dixit seruis suis: Sedete hic cum asina.] Vide & hic iusti magnã prudentiã, & seruis uult esse occultũ: per omnia declarãs quòd cum feruẽti alacritate, & intento desiderio impleret uellet quod deo probabat. Nam quia sciebat q; nouũ & inauditũ esset, neq; ab ullo unq; tale quiddam factũ erat antea, facit ut lateat seruos. Et re-
lictis eis cum asino dicit: Hic expectate. Ego em̃ & puer ambulabimus usq; illuc, & cum adoraverimus, reuertemur ad uos.] Ignorãs futurũ quod dicebat, sed prophetauit quidem, ignorãs tamen fortasis. Dicebat aũt hæc seruis, fortè ut imponeret eis, & faceret ut ibi manentes non sequerent.

Accepit aũt Abrahã ligna holocausti, & imposuit Isaac filio suo. Tulit quoq; in manibus ignẽ & gladiũ, & perrexerunt duo illi simul.] O animæ fortitudinẽ, ó spiritus soliditatẽ. Et imposuit, inquit, Isaac ligna holocausti: ipse autẽ gladium & ignẽ accepit, & iuerũt ambo simul. Qualibus ocu-
lis spectabat puerũ ligna afferentẽ, super quæ nõ multo post illũ impositurus erat? Quõ manus ferre potuit ignem & gladiũ? Et manus quidẽ ferebat ignem qui sensibilis erat, intus aũt accẽdebat ipsius mentem, & rationẽ absumebat, & persuadebat ut uinceret amor in deũ: faciebatq; cogitare, quòd is qui iam dederat supra humanã naturã factum esse patrem, iterum posset & nunc quæ humanam transgrediuntur rationem operari. Cæterum considera, obsecro, magis q; sensibilẽ ignem illam internam flammam, quæ paulatim exardescebat, & iusti mentem cõcremabat. Dixit aũt, inquit, Isaac ad Abraham patrem suum: Pater.] Sufficiebat hoc uerbũ ad lancinanda iusti huius uiscera. Ille autem dixit: Quid est fili?] Patrem uocas, paulo pòst futurum orbum: & ego filium

Universidad de Deusto
Biblioteca

appello, qui non multo post altare ascensurus est, A meis occidendus manibus. Deinde puer inquit:
Ecce ignē affers, & ego ligna, ubi est hostia immolanda? ubi est ouis ad incensum?] Considera obsecro hic, quō probatur iustus? quomodo tulit auribus? quomō potuit respondere puero? quomodo non est confusus mente? quomodo futura occultauit à puero? sed inquit generoso spiritu, & forti anima. Deus uidebit sibimetipsi de oue ad holocaustum, fili.] Vide etiā hic, ignarus insinuat iterum quod futurū. Videbatur enim per respon sum decepturus Isaac, sed illum quidē uerbis interim solatur: ipse autem maiorem grauioremq; dolorem pertulit, uerba in anima uersans, & cogitās pueri elegantiam externam, internamq; pulchritudinem, obedientiā, gratiā, ætatis florem. Cumq; B irent ambo, uenerunt ad locū de quo dixit ei dominus. Venerunt, inquit, ad montem excelsum, quem scilicet ei dominus indicarat. Et ædificauit tibi Abraham altare.] Iterum obstupesco iusti fortitudinem, quomodo potuerit extruere altare, quomodo ualuerit, quomodo non defecerit præ angustia: sed & altare ædificauerit, & imposuerit ligna. Et ligatum filium suum Isaac imposuit super altare. Et extendit Abraham manū suam, ut acciperet gladium, & occideret filium suum.] Ne simpliciter prætercurramus, dilecti, quæ dicta sunt: sed consideremus quomodo non auolarit à corpore anima, quomodo potuerit suis manibus colligare, & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem unigenitum. Et extendit, inquit, Abra C ham manum suam, ut arriperet gladium ad occidendum filium suum. O religiosam animā, ó fortem mentem, ó ingens desideriū, ó rationem uincentem humanam naturam. Accepit, inquit, gladium, ut occideret filium suū. Vtrum admirer & obstupescam iustius, fortēmne spiritū patriarchę, an pueri obedientiam: quòd neq; reluctatus est, neq; factum ægrè tulit, sed cessit & obtemperauit his quæ à patre facta sunt, & sicut agnus cum silentio super altare accubuit, expectans patris dextram. Verum ubi illa pia mens sua omnia consummauit, & nihil intermisit: monstrās bonus dominus, quòd non occidere puerū, sed potius iusti detegere uirtutem uolens, hæc imperauerit: coronato iusto ob uoluntatem suā, & accepta consum D mata hostia ex mente patriarchæ, nunc & suā declarat misericordiā. Et uocauit, inquit, angelus domini de cœlo, dixitq;: Abraham, Abraham.] Nam quia uidebat iustum iam accinctum & paratum ad immolationem, & uolentem implere mandatum domini, idcirco uocat eum de cœlo, & dicit: Abrahā, Abraham. Bene & hic geminatione usus est, ut superet impetus iusti, & quasi per uocem detineat iusti dextera, iam tendens ad pueri cædem. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne inijcias manus tuas in puerum, neq; facias illi quicquam. Nunc enim cognoui, quia times deum tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me.] Ne inijci as, inquit, manum tuam in puerū. Non hoc præcepi ut opus perficiatur, neq; uolo ut occidatur puer tuus: sed ut obedientia tua manifesta fiat omnibus. Igitur ne feceris ei quicquam. Contētus sum uoluntate tua, & ex hac te corono & prædico. Nunc enim cognoui, quia times deum tu. Vides quō humiliter se nostræ infirmitati hoc uerbo attemperat? Quid igitur? ignorabat ne antehac iusti uirtutem, & nunc cognouit omnium dominus? Non hoc inquit, dicens nunc coronis. Hæc autem omnia figura fuerunt crucis, propterea & Chri- Ioan. 8.g stus Iudæis dicebat: Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meū: & uidit, & gauisus est. Quomodo uidit, qui temporibus præcesserit? per figuram, per umbram. Sicut enim hic ouis oblata est pro Isaac: ita & rationalis agnus oblatus est p mundo. Oportebat em̄ in umbra describi & præsignari ueritatē. Vide obsecro, quō omnia per umbram præfigurata sunt: unigenitus illic, & unigenitus hic: dilectus illic & germanus, dilectus & hic ac germanus. Hic em̄ est filius meus dilectus, Matt. 3.d in quo mihi bene complacui. A patre ille in holo Luc. 9.c caustū offert, & hūc pater tradidit. Et clamat Pau Rom. 2.b lus, dicens: Qui sanè p prio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū: quō non & cū illo oīa nobis daturus est? Hucusq; umbra, postea rerum ueritas magna excellētia monstratur. Agnus em̄ hic rationalis pro toto mūdo oblatus est, totū orbem terrarū purificauit, homines ab errore liberauit, & ad ueritatē adduxit: terrā cœlū fecit, non elementorū immutata natura, sed conuersatione

uersatione cœlesti hominibus super terrā degen- A tibus allata. Propter hūc omnis dæmonū cultus solutus est: propter hunc non adorant lapides & ligna ab hominibus, & ante insensata insigniti ratione non, pcidunt, sed omnis abijt error, & ueritatis lux orbem illustrauit. Vidisti ueritatis excellentiā: uidisti quid umbra, quid ueritas? Et uocauit, inquit, Abrahā nomē loci illius, Dñs uidit: ut dicant homines, in monte dñs uisus est.] Vide iusti religiosam mentē, quō undequaq; ex his quę acciderant appellationes locis imponit. Visitationem em̄ à deo factā uolēs quasi in columna ærea insculpere loco per appellationē, uocauit nomen loci, Dñs uidit. Sufficiebat quidem iusto pro præmio, quòd uiuus rediret Isaac, & q; meritus erat il B lam eximiā laudē, nempe quòd dicit: nunc cognoui, quòd times deum tu. Veruntamen is qui donis certare cupit, & beneficijs semper u' ncit mentem nostrā, coaceruat etiā nunc iusti uoluntatis remunerationes, & inquit iterū ad illum. Vocauit em̄ angelus dñi Abrahā secundo de cœlo, dicēs: Per memetipsum iurauī (dicit dñs) eo quòd fecisti uerbum hoc, & nō pepercisti filio tuo dilecto, ppter me: profecto benedicens benedicā te, & multiplicans multiplicabo semen tuū sicut stellas cœli, & sicut arenā quæ est in littore maris. Et hæreditate possidebit semen tuū ciuitates hostiū. Et in semine tuo benedicent oēs gentes terræ, eo quòd audisti uocem meā.] Quia, inquit, impleuisti præceptum meū, & tuam obedientiā per omnia declara C sti, propterea audi: Per memetipsum iurauī, dicit dominus. Vide quō in sermone se dimisit dñs: per memetipsum, inquit, iurauī, ut confidas omnino euentura tibi quæ à me dicta sunt. Quandoquidē enim hoies promissis iuramenta adhibent, ut stabiliorem accipiant promissionē ij quibus promittuntur: eapropter & dñs, humana usus cōsuetudine, inquit: Per memetipsum iurauī, eo quòd fecisti uerbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Considera, obsecro, misericordiā domini. Nō pepercisti filio tuo dilecto propter me, & sanè uiuū reducit: Non euentū considera dilecte, sed uoluntatem & mentē disce, qua faciebat mandata citra raciocinationē curiosam. Quantū em̄ ad uoluntatē attinet, cruentauerat dextrā Pa- D triarcha, & per ceruicē pueri adegerat gladiū, per fectumq; obtulerat sacrificiū: idcirco & dñs, quasi sacrificio reipsa cōsummato, laudat iustū, & dicit: Non pepercisti filio tuo dilecto, ppter me. Tu quidem nō pepercisti propter meū mandatū, ego aūt peperci propter tuam obedientiā. Propter hanc tuam obedientiā remunerās te, Benedicens benedicam te, & multiplicās multiplicabo te. Vide cumulatā benedictionē. Hic qui per uoluntatē tuā occisus est, in tantā multitudinem propagabit semen tuū, ut stellis & arenę adæquet. Et oēs gentes in semine tuo multiplicabunt, eo quòd audisti uocem meā. Hæc oīa, inquit, tibi propter obedientiam erunt. Nónne plurima nobis bona cōciliat, quòd obedimus deo, & præceptis eius obtēperamus? Ideo sicut Patriarcha ille, ne curiosius inqui ramus, quare talia ab eo imperata sint: sed ut gratiseruī impleamus mandata, rationemq; eorū relin quamus dño. Si sic docuerimus nosmetipsos, poterimus & eandem obedientiā declarare, quā iustus ille, easdemq; consequi coronas. Quō autem obediemus? si mandata eius opere adimpleuerimus. Non em̄ auditores, inquit, legis iustificant, Rom. 2.b sed factores. Quæ enim utilitas, si quotidie audiamus, & opera negligamus? Ideo oro, ut ad agēda opera festinemus: neq; em̄ aliter saluari nos possibile est: ut & peccata nostra abluamus, & misericordiā dei cōsequamur, gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Responderūt aūt filij Chet ad Abrahā, & dixerūt: Rex à deo es tu in nobis, in electis sepulchris nostris sepeli mortuū tuum. Hom. XLVIII

Vidistis heri patriarchæ fortitudinem? ui distis animā, adamāte solidiorem, quō quantū in se erat ob magnā in deū charitatem mactator filij factus est, & proposito quidē cruentauit dextrā sacrificiumq; obtulit, per ineffabilem aūt misericordiā dei saluo & sano filio suo recepto redijt: & propter uoluntatē prædicatus est, coronaq; fulgida redimitus, & extremū certamen certauit, & per omnia pietatē mentis suæ declarauit. Videamus aūt & hodie iustum illum, quantā filij habuerit curā. Nam postq; à sacrificio illo nouo & admirabili redijt, excepit eum Saræ luctus: cum autē petijsset à filijs Chet possessionē sepulchri, empto loco imposuit mortuum. Hoc primū principiū possessionis fecit Patriarcha propter Saræ mortē: monstrans aūt nobis scriptura diuina uirtutē Patriarchæ per oīa, & quòd sicut peregrinus & aduena toto tempore egit: etiā hoc assignauit, ut discamus quòd tanto superno præsidio fruēs, & sic illustris factus, & in tantā multitudinem diffusus, propriū sepulchrū non possedit, sicut nūc multi faciunt, agros & uillas, infinitamq; aliā substantiam possidere studentes. Habebat enim sufficientes diuitias mentis, & de alijs non erat anxius. Audiant qui repentè, & in uno temporis momento omnia corradunt, & ubiq; (ut ita dicam) suæ auaritiæ concupiscentiam extendunt: imitenturq; Patriarcham, qui nullibi habuit locum, quo Saræ collocaret reliquias: sed tunc primum, quando ab ipsa necessitate compulsus est, emit agrum & speluncam à filijs Chet. Nam quòd spectabilis erat apud Chananæos, audi filios Chet ad eum dicētes: Rex à Ca. XXIII deo es tu in nobis, in electis sepulchris nostris sepeli mortuū tuum: nullus enim nostrū prohibebit te à sepulchro suo.] Cæterū uide iustum, quō operibus suis docet optimè se institutū, & non prius uult accipere monumentū, quàm iustum dinumeret pretiū. Nā licet uos, inquit, ita beneuoli erga me sitis: at ego nō patiar, nisi prius debitū pretiū dependerim: & sic accipiā sepulchrū. Et data, inquit, pecunia, accepit sepulchrum. Fuit aūt, inquit, uita Saræ centum uigintiseptem annorū, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortua est, & sepeliuit Saram uxorem suã in spe- A lunca agri duplici, quæ est è regione Mambre.] Et qui tã clarus & spectabilis, & tantã apud deũ habens fiduciã, & apud oẽs qui ibi agebãt in tanto honore erat, ut & à filijs Chet rex nominaret, neq; ubi pedẽ poneret possidebat. Propterea & beatus Paulus prædicans uirtutem iusti, scribens
Hebr. 11.b dicebat: Per fidem peregrinus fuit Abrahã in terra promissiõis ueluti aliena, cum in tabernaculis habitasset cum Isaac & Iacob cohæredibus eiusdẽ promissionis. Deinde docens nos, quõ fide peregrinus fuerit, subdidit: Expectabat enim habentem fundamenta ciuitatẽ, cuius opifex & conditor est deus. Spe, inquit, futurorũ despiciebat præsentia, & expectatione maiorũ bonorũ, minus curabat ea quæ in præsenti uita sunt: atq; hæc ante B legem, & ante gratiã. Qualem igitur habebimus nos excusationẽ, dic oro, qui post tot annuntiationes, & promissiones ineffabiliũ bonorũ, inhiam⁹ præsentibus, & emimus agros, & ubicq; uoluptates carpere studemus, colligimusq; hæc oĩa per auaritiã & rapinam? Et id quod beatus Propheta
Esa. 5.b cum lamento dicebat: Væ his qui coniungunt domum domui, ut quid à proximo auferãt: hoc nos operibus implemus. An non ista quotidie fieri uidemus, spoliari orphanos, prædæ patere uiduas, infirmos à fortioribus opprimi? Verũ iustus ille nequaquã sic, sed & sepulchrũ emere cum uoluit, quoniã uidit eos à quibus petijt dare uolẽtes, non prius accepit, q̃ iustum dependisset pretiũ. Hæc itaq; mẽte uersantes dilecti, nos qui sub gratia, eũ C qui ante legẽ imitemur: & ne multa possidẽdi cupiditate accensi, maiorẽ & grauiorẽ augmẽtemus ignẽ inextinguibilẽ, & flãmã intolerabilẽ. Audiemus eñ si in huiusmodi rapinis & auaritijs manserimus, ea quę dicta sunt diuiti illi: Stulte, hac nocte animã tuam auferẽt: quæ aũt præparasti cuius erunt? Quare (dic mihi) tantopere studes, ut colligas ea quæ non multo post hinc abripiendus, hic relinques, ex eis non solum nihil utilitatis percipere ualens, sed & onus peccatorum in humeris propriis ferens, & inutiliter pœnitens: nã ea quæ à te collecta sunt, in inimicorũ deuenient manus, tu aũt pro his rationem & pœnã dabis. Quantæ igitur est dementiæ alijs laborare, & te propterea pœnã dare? Esto aũt, hactenus ita negligẽter nos D gesserimus, nunc saltem quod decet, cõsultemus: & non tantũ operã demus, ut nobis opes affluãt, sed ut & iustitiæ magnã rationem & curã habeamus. Neq; enim res nostræ intra hanc uitam totæ conclusæ sunt, neq; semper in aliena hac regione erimus: sed non multo post in propriam remeabimus patriã. Omnia igitur faciamus, ne alibi egeni simus futuri. Nam quæ utilitas, in aliena regione multas diuitias relinquere, in propria autẽ, & in patria necessarijs carere? Itaq; oro, festinemus dũ adhuc tempus est, ut illuc transferamus etiã quæ in hac aliena habemus. Enimuero licet multũ inter se distẽt, facilis tamen est transuectio: & secure illuc transferimus, & in thesauro indeprædabili reponimus quæcũq; per pauperũ manus præmittimus. Eorũ eñ manus in cœlestia promptuaria sibi data reponunt. Quoniã igitur tanta & facilitas & securitas: quare moramur, & non omni studio hoc facimus, ut ibi ea inueniamus ubi eis maximè opus erit? Propterea Patriarcha ille quasi alienã inhabitat Chananæã: quia illã expectabat ciuitatem, cuius opifex & cõditor est deus. Si igit uoluerimus iustũ hunc imitari, & nos in illam occurremus, & in sinus Patriarchæ ueniemus. Operum enim cõmunio, & fruitionis cõmunionem præstat. Verũ si placet redeamus ad sermonis seriem, & uideamus post Saræ mortem quantã iustus curam agit pueri, Isaac dico. Audiamus igit diuinã scripturã nobis narrantem. Et Abrahã Ca. XXIIII erat senex, qui profecerat diebus. Et dñs benedixit Abraham per omnia.] Quare hæc nobis assignauit scriptura? quia patriarcha diligẽter curatus erat ut sponsa Isaaco adduceretur, ideo nobis eius ætatem assignauit. Quando enim, inquit, ad extremã senectutẽ peruenit, uolens Isaacũ à Chananæorũ cognatione liberũ esse, ita ne inde uxorem duceret, uocato famulo prudentiore cõmen dat ei negotiũ hoc, & dicit: Pone manũ tuã subter femur meum.] Lingua Græca habet subter femur: Hebraica uero, subter lumbũ. Et quare sic dicit? Mos ille ueterũ erat. Aliter aũt dic, quòd hinc principiũ natiuitatis Isaac fuit. Et ut discas, quòd hoc facere consueuerint, uide: quia ipse imperat ut manum ille eò ponat. Statim autem ut posuit.

Et adiuro, inquit, te per dominum deum cœli, & deũ terræ.] Vide quomodo & famulũ docet, ut sciat uniuersorũ conditorem. Nam qui dixit, deum cœli & deum terræ, omnem creaturã comprehendit. Et quod iurauerit? Vt nõ accipias uxorem filio meo Isaac de filiabus Chananæorũ, inter quos ego habito: sed in terrã meam in qua natus sum uade, & ad cognationẽ meam, & inde accipies uxorem filio meo Isaac.] Vidisti mandatum Patriarchę, quod famulo dedit? At ne persunctorie prætereas dicta, sed cogita mentem & propositũ iusti & quò spectarit: & attende quõ ueteres non quærebant substantiã multam, non diuitias, non seruos, & iugera agri tot & tot, nõ externæ uenustatis formã: sed animę pulchritudinem, & morum nobilitatem. Nam quoniã uidebat malitiam eorum qui in Chananæa habitant, sciens quantum bonũ sit sortiri coniugem ijsdem moribus uiuentem, præcepit seruo, & iuramentũ adhibet, ut ex sua cognatione uxorẽ adducat Isaac: & neq; interuallum locorũ, neq; aliæ difficultates segnem eum in his reddant, sed sciens rei necessitatem, omni cura mittit seruũ. Cæterum Patriarcha habens respectum uirtutum animę, & abhorrens à uicinorum malitia, ita se gerit: at nunc omnes tale quiddam ne cogitarẽt quidem. Nam & si malis innumeris plena sit, hoc solum inquirunt, quantum abundet pecunijs, cætera omnia posteriore loco habent, nescientes quòd cũ mens peruersa sit, licet indicibiles affluant diuitiæ, facile in extremam uenient inopiam: & nihil proderunt opes, cum non sit ibi mens quæ bene illas dispensare

sare queat. Verum Patriarcha seruo satis magnũ A mandatũ dedit, & iuramento eum adstrinxit. Videamus autẽ nunc & serui probitatem, quõ imitatus sit pietatem domini. Nam postq̃ uidit tam serio iustũ sibi præcipere, dicit ei: Si non uoluerit uxor uenire mecum, uis filium tuum in terram unde existi inducam?] Vt ne, inquit, si difficultas aliqua incidat, transgrediar mandata tua: rogo, quid oportebit me obseruare: & num placet tibi ut illuc abeat Isaac, & accepta sponsa redeat, si nõ uoluerit (ut mandasti) uenire mecum? Quid igit iustus? denegat hoc, & dicit: Ne reducas filium meum illuc.] Non erit hoc tibi opus. Qui enim mihi hoc annuntiauit, & promisit semen eius ita multiplicandum, etiã hoc prospere faciet succedere. Ne igitur abducas illuc filium meũ: dominus B deus est cœli & terræ. Vide quomodo superius iurans, seruum de omnium conditore docet: & nũc precaturus, iterum eadem uerba dicit: per omnia docens ut seruus profecturus in illo fidutiam habeat, & de bono rei exitu bene speret. Docet eñ eum quantam olim ab initio beneuolentiã dei inuenerit, et quòd ille qui à domo paterna euocauit, & usq; ad hoc tẽpus ita gubernauit, iamq; in tam prouecta senecta Isaac dedit, prospera etiam quæ adhuc restant, faciet. Dominus eñ, inquit, cœli & terræ, qui assumpsit me de domo patris mei, & de terra in qua natus sum, ille ipse qui loquutus est mihi: Tibi dabo terram, & semini tuo.] Ille qui tantã erga me declarauit benignitatem & curam, ipse mittet angelum suũ ante te, & inde accipiet C filio meo uxorem. Bene animatus, inquit, abi: certus enim sum quòd qui tãtis me beneficijs hactenus prosequutus est, prioribus etiã illud addet, & mittet angelũ suum ante te. Ipse, inquit, præcedet te, & uiã præparabit in omnibus, uxorẽq; tibi non tam faciet, ut accepta ea huc redeas. Quòd si contingat, quod absit, ut reluctet uxor uenire huc, alienus eris à maledictione iuramenti. Nã filiũ meum illuc non reduces. Nullum enim mihi dubiũ est, quin dñs secunda tibi faciat omnia. Declarat itaq; quõ uirtute diuina bene fidat, & prohibet seruum, ne filiũ illuc inducat. Postea cũ diligenter mandasset seruo, curaq; eum liberasset uerebatur eñ, ne mandato non impleto periurij reus fieret.

Posita, inquit, manu sua subter femur, iurauit ei D super uerbo hoc, quòd filiũ suum illuc non abduceret.] Vidisti quomodo ab initio seruus indicauit suam erga dominũ beneuolentiã? Vide nunc quomõ ex Patriarchæ doctrina melior euaserit, & imitatus fuerit domini pietatẽ atq; religionem.

Acceptis enim, inquit, decem camelis, & de omnibus quæ domini sui erant, surrexit & profectus est in Mesopotamiã, in ciuitatem Nachor, & stabulari eos fecit extra ciuitatẽ iuxta puteũ aquę ueseri, quãdo egrediunt aquaturæ. Et dixit: Dominus deus meus domini mei Abrahã.] Vide serui sapientiam, orbis dominũ à Patriarcha nominat. Domine enim, inquit, deus domini mei Abraham, qui tanta in illum beneficia collocasti. Et quid miraris, si seruus eum uocat deum Abrahã? ipse omniũ deus, monstrans quomodo iustorum uirtutem magni faciat, inquit: Ego sum deus A- Exod. 3.b braham, & deus Isaac, & deus Iacob. Et dixit: domine deus domini mei Abrahã feliciter occurre mihi hodie, & fac misericordiam cum seruo tuo Abraham: quasi diceret, Fac ut impleantur quæ ille uult, & iuxta eius sententiam prospera fac omnia. Fac misericordiã cum domino meo Abraham. Quid est, fac misericordiã? uoti compotem eum fac. Deinde inquit: Ecce ego steti propter fontem aquæ, filiæ aũt habitantiũ ciuitatem, egre diunẽ ut hauriãt aquã, & erit uirgo cui ego dico: Inclina hydriã tuã, & bibã: & dixerit mihi, bibe, & camelos tuos potabo, usquequo bibere cessent. B illam præparasti puero tuo Isaac: & in hoc cognoscã quòd feceris misericordiã dño meo Abrahã.] Vide serui prudentiã. Nam quia sciuit Patriarchę hospitalitatem, & quia uirginem inde ducendam congruebat ijsdem esse præditã moribus, quibus iustus: nullam aliam coniecturã inquirit, sed characterem uirginalis animi hospitalitate colligere uult, & inquit: Si quando ego aquam ab ea petiuero, dicens, Inclina mihi hydriam: & non solum faciet quod petiui, sed & candorem ac liberalitatem mentis suæ proferet, & dicet: Etiam camelos tuos aquabo: morum suorum bonitatem satis declarabit tam prompte aquam præbendo. Animaduerte, obsecro, quantum fuerit, quòd uirgo tenera aquatũ profecta non solũ annuerit eius petitioni, & deposuerit ab humeris hydriam, & ad satietatẽ præbuerit petenti, uiro peregrino, & prorsum ignoto: sed & camelos oẽs aquauerit, & per ea quæ fiebant monstrauerit animæ suæ ingenuitatem. An nescitis quòd multi etiam uiri denegãt sæpe petẽtibus talia? Et quid dico de aqua impartienda? Inter dũ cum faces tenent, & ab accedentibus orantur ut pauliſper expectent, quò lumen accendant: id facere renuũt, tametsi nihil inde minuatur ignis, & multi sint qui accendere possint. Hic aũt & fœmina & puella, & hydriã super humeros ferens, non solum nõ grauatim tulit quòd ab ea peteretur: sed & plusquam petitũ erat, concessit: & potum dedit ut petebat, & ultro etiam camelos potare festinat. Annuerat enim misericors deus Patriarchæ precib. angeloq; sibi misso omnia illa disposuit fieri, sicut seruus petierat. Dein postquã uidit reipsa preces Patriarchæ efficaces, & obtinuit imaginem quam optabat, illiusq; exemiam uidit hospitalitatem: uide quid fit, dicit eñ:

Festinauit & euacuauit aquã in canales, & cucurrit ad fontem ut hauriret aquam, & aquauit omnes camelos eius.] Vide locupletissimã promptitudinem. Et euacuauit hydriam, & cucurrit. Quo monstratur puellæ indicibilis alacritas: quia neq; ut aliena ausugit, neq; prætextu continentiæ petitioni renuit: sed cum multa comitate inquit, Bibe domine. Cogita, obsecro, quanta etiam tali ætate fuerit continentiæ diligentia, & modestiæ eminentia, hospitalitatisq; frequentia. Qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus non opibus hæc sunt pretiosiora? Quibus nõ thesauris hæc sunt præferenda? Hæc summa dos, hæc innumera bona, hæc thesaurus qui non consumitur. Videns igitur prudens seruus efficacem dei prouidentiam, Discebat eam, inquit, & silebat, ut sciret prosperum'ne fecisset dominus iter suum, an non.] Quid est, discebat eam? Verba puellæ diligenter considerabat, aspectum, incessum, habitum, aliaq; omnia: & expectabat, ut sciret an prosperũ fecisset dominus iter suũ, an non. Nam quæ iam facta erant, insignitã & plurimam uirginis indicabant uirtutem. Et ideo remunerans eius obedientiã, & aquæ suppeditationem, Apponit ei, inquit, inaures aureas, & duas armillas, & diligenter addiscebat ut se haberet. Et rogabat, cuius filia esset: & num esset apud patrẽ eius locus diuersorij.] Considera & hic puellæ responsum. Nam sicut cum aquam peteret, non solum eam dedit, sed & camelos illius potauit: ita & hic rogante seruo num esset locus, & cuius esset filia: inquit, Filia sum Bathuelis quẽ Melcha peperit Nachori.] Dicit & patrem & auum, ut illis cognitis fiat alacrior. Vide prudentiã puellæ: de patre rogatur, & non solum hoc indicat, sed & patrem patris. Et cum rogasset seruus solum an esset locus diuertendi, illa addit: Et fœnum & pabulum multum apud nos.] Hæc ut audiuit seruus, & admiratus est miram & largã puellæ hospitalitatem & didicit quòd non ad ignotos quosdam uenisset, sed in domũ Nachor, qui frater erat Patriarchæ: Quod cum probaret, inquit, homo, adorauit dominũ, exhilaratus in his quæ cognouerat, & quæ ei puella dixerat.] Adorauit dominum, & gratias illi egit, eo quòd in patriarchã & in se tantam declarasset prouidentiã, & quòd omnia tam prospere & facile successissent. Et dixit: Benedictus dominus deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & iustitiam à domino meo.] Postquam uidit puellæ beneuolentiam, & ab ea omnia manifestè didicit, tunc & ipse puellæ significat quis sit: & per gratiarũactionem in deum, manifestũ ei facit quòd non ex aliena domo ueniat, sed frater Nachor sit, qui huc eum miserat. Hæc ubi didicit puella, cum magna uoluptate cucurrit, inquit. Vide quomodo in singulis declaret nobis hospitalitatis alacritatẽ, cursu, uerbis, comitate. Cucurrit, inquit, & annuntiauit in domo matris suæ iuxta uerba hæc oĩa: ea quæ audiuerat à seruo, parentibus significauit. Et cucurrit, inquit, Laban ad hominem foras ad fontem. Vide quomodo & hic cursu desideriũ suum indicet. Et ut uidit hominem stantem apud fontem cum camelis, dixit ei: Veni ingredere, benedictus dominus: cur foris stetisti? Ego dispposui domum & locum camelis. Vide & hunc benedicentem deum in aduentu peregrini, & quomodo antequam hospitalitatem impleuit opere, multis eum exhortat? est. Veni, inquit, ingredere. Prius enim præparaui & locũ & domum camelis. Deinde ingresso eo, inquit: Destrauit camelos, & dedit paleas & fœnum, & aquã ut lauarentur pedes eius.] Vide quomodo hi qui adhuc in errore tenebantur, magnam hospitalitatis curã agebãt. Et dedit aquam, ut lauarẽtur pedes eius, & pedes uirorum qui cum eo erant. Et appposuit eis panem ad comedendum. Sed hic attende obsecro, magnam famuli prudentiam. Quare? dicit enim,

Non comedã, donec loquar uerba mea.] Vos quidem, inquit, officium uestrum in me declarastis: ego autem nequaquam antea quietis meæ rationem habebo, donec causam uos docuero propter quam in hanc uiã sim missus, & quare à Chananæa huc uenerim, & quomodo in domum uestram huc ductus sim, ut cum omnia didiceritis, tunc & uos uestram erga dominum meum beneuolentiam declarare possitis. Et incepit narrare, & dixit: Seruus Abrahæ sum ego: dominus aũt benedixit dominũ meum ualde, & dedit ei oues & uitulos, aurum & argentum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et genuit Sara uxor dñi mei filium unum domino meo cum ipse iam senuisset, & dedit illi omnia quæcunq; habuit.] Vide quomodo cum diligentia omnia eis narrat. Illius sum, inquit, Abrahæ seruus, quem scitis. Discite itaq; quantam ab omnium domino misericordiã consequutus sit, ita ut ualde sit ditatus. Deinde docet & diuitiarum abundantiam, inquiẽs: Oues & uitulos, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos acquisiuit. Audite diuites, qui tot & tot quotidie emitis prædia, & balnea, ac deambulacra, & splendidas domus ædificatis. Videtis, in quibus diuitiæ iusti fuerint cõstitutæ? Nusquã ager, nusquam domus, & superuacanea sumptuositas: sed oues & uituli, cameli & asinæ, serui & ancillæ. Et ut discas, seruorum multitudo unde ei contigerit, addidit alio loco: Vernaculi omnes erant. Hic igitur, inquit, dominus meus, qui in tanta substantia fuit, & multam supernè gratiam inuenit, quando iam senuit, Sara filium peperit ei: hunc habens unigenitum, eum hæredem omniũ suorum constituit quæcunq; habuit. Dein postq; narrauit domini gloriã, & Isaac partum, dicit insuper & mandata quæ acceperat, ut in Charras proficisceretur. Et adiurauit me, inquit, dominus meus, dicens: Non accipias uxorem filio meo Isaac de omnibus filiabus Chananæorum, inter quos ego habito: sed in domum patris mei uade, & ad cognationem meam, & inde accipe uxorem filio meo.] Et ipse quidem hæc mihi mandauit, ego autem difficultatem negotij mecum perpendens, rogabam dominum meum, Quid si noluerit uxor uenire mecũ? Et dixit mihi: Dominus cui complacui coram eo, ipse mittet angelum suũ tecum, & accipies uxorem filio meo ex cognatione mea, & domo patris mei: & tũc innocens eris à maledictione mea.] Igitur dominus quidẽ hæc mihi mandauit, & talibus precibus factis, uiatico me instructum huc misit. Ego autem fretus illius precibus, ubi ad fontem ueni, hæc uerba loquutus sum, & dixi: Domine deus domini mei Abraham

ham, si tu prosperum facis iter quod nunc abeo: Ecce ego sto apud fontem aquæ, filiæ autem hominum huius ciuitatis egredientur ad ferendas aquas. Et erit uirgo, cui ego dixero: porrige mihi parum aquæ ex hydria tua: si dixerit mihi, Et tu bibe, & camelos tuos aquabo: ipsa erit uxor quã præparasti seruo tuo Isaac. Et in hoc sciam quòd fecisti misericordiam domino Abraham.] Hæc ego quidem, inquit, apud memetipsum deum rogaui, nondum autem finem acceperant quæ à me dicta sunt, & confestim adimpleta sunt. Nam priusquam ego dicendi finem facerem, ecce Rebecca exijt aquam ferens in humero suo: dicebam autem ei, Da mihi potum. Et accelerans deposuit hydriam suam, & dixit mihi: bibe & tu, & camelos tuos aquabo. Et cum uiderem iam euidentem fieri dei prouidentiam, interrogabam cuius esset filia. Et ut didici è quibus esset nata, dixi quòd nõ ad alienos uenissem, sed in domum Nachor fratris domini mei. Vnde sumpta spe bona, appendi ei inaures & armillas: & cum hoc placeret, adoraui dominum, & benedixi deum domini mei Abraham, quia prosperum me fecit, ut assumerem filiam fratris domini mei. Verum hæc ita à domino dispensata sunt, & ad preces domini mei ita euenerunt. Cæterum uos si quam ipsi declarabitis, & facietis misericordiam & iustitiam cum domino meo, annuntiate mihi. Iam mihi, inquit, significate, ut scire possim, quid oporteat me facere, Quòd si minus placet, & idipsum dicite, ut alio iter faciam, & me conuertam uel ad dextram, uel ad sinistram. Postea quoniã deus erat, qui omnia propter preces Patriarchæ secundabat, dicunt ei pater uirginis & frater. A domino exijt uerbũ hoc: non possumus tibi contradicere uel bonum, uel malum.] Ex narratione tua satis intelligim?, totum hoc diuina dispensatione fieri. Ne igit̃ putes nos uelle aduersari his quæ deo probantur.

Ecce habes uirginem, tolle eam & proficiscere, & erit uxor filio domino tuo, sicut loquutus est dominus.] Vidisti quomodo solebãt olim filijs suis uxores ducere? Quomodo magis animæ generositatem, quàm opum abundantiam inquirebant? nusquam instrumenta, nusquam pacta, & alia ridicula quæ nũc apud nos fiunt, & uerba illa quæ in literis continentur: Si absq; liberis, inquit, moritur, si hoc & hoc contingat. Verum apud illos nihil tale, sed maximæ & securissimæ literæ erant uirginis mores. Nusquam cymbala & choreæ. Et hoc scies, quando ad sponsum uirginem uideris introduci. Vt ergo audiuit seruus hæc à patre & fratre, adorauit deum super terram.] Vide quomodo in omnibus quæ fiebant, uniuersorum domino gratias offert. Ipse enim erat qui antea præparabat omnia, & iuxta uerbum Patriarchæ præmittebat angelum ante illum, qui omnia feliciter ordinabat. Deniq; quia certior factus de negotio bene peracto: Prolata, inquit, uasa aurea, & argentea & uestes dedit Rebeccæ. Nũc cũ fiducia subministrat ei, quasi iã uerbis desponsatæ Isaac. Honorat aũt donis & fratrẽ, & matrẽ: & cũ uidit negotium & mandatũ impletum, tum demũ reficí se passus est. Comederũt, inquit, & biberũt ipse & uiri qui cũ eo erant, & dormiuerũt. Cumq; mane surrexisset, dixit: Emittite me, ut uadam ad dominum meum.] Quoniam omnia mihi tam feliciter successerũt, & nihil est quod restet, sed uobis bene placet: dimittite me, ut abeam ad dominũ meum.

Dixerunt autem, inquit, fratres & mater: Maneat nobiscum uirgo diebus quasi decem, & post hæc abibitis. Ille autem dixit ad eos: Ne me detineatis, etenim dominus prosperum fecit iter meum: dimittite me, ut abeam ad dominũ meum.] Quare, inquit, differtis, quum deus tantam facilitatem mihi in omnibus dederit? Dimittite me ut abeam ad dominum meum. Illi autem dixerũt: Vocabimus puellam, & interrogabimus eam. Et uocauerunt eam, dixerũtq; ei: Ibis cum homine? Illa autem dixit, Ibo. Et dimiserunt Rebeccam sororem suam, & substantias eius, & seruum Abraham, & eos qui cum eo erant. Et benedixerunt, inquit, Rebeccam, & dixerũt ei: Soror nostra es, fias in mille decem miliũ, & hæreditate possideat semen tuum portas inimicorum tuorum.] Vide quomõ & illi ignorantes uirgini quæ futura sunt, dixerunt: deo mentem eorũ ad hoc dirigẽte & incitante. Vtraq; em̃ ei prædicta sunt, tum quòd in mille myriades fieret, tum quòd semen eius hæreditate possessurum esset portas inimicorum. Vidisti per omnia euidentem dei prouidentiam relucere, quomodo ut per infideles futura prædicantur dispensat omnium dominus? Cum surrexissent autem Rebecca & ancillæ eius, ascenderunt super camelos.] Vidisti qualẽ sponsam ducat Patriarcha? aquantẽ, & hydriam super humeros ferentem, & nunc iterum ascendentem super camelos. Nusquã mulæ argento fulgentibus ceruicibus, neq; famulorum turba, neq; magna mollities, quæ nunc fieri solet: sed tantum erat priscarum mulierum robur, ut & in camelos suos ascenderent, & sic iter facerent. Et profectæ sunt, inquit, cum homine. Isaac aũt egressus erat, ut meditaretur in agro ad crepusculum: & ibi eleuatis oculis, uidit camelos uenientes. Rebecca aũt ut uidit Isaac, desilijt à camelo & dixit seruo: Quis est homo ille qui uadit in campo nobis obuiã.] Vide puellæ generositatẽ, postq; uidit Isaac, quærebat quis esset. Et ubi didicit q; ipse esset sponsus, uelauit se theristro: & ueniens seruus omnia clarè annuntiauit Isaac. Hic considera oro, quõ nusquam superflua illa & inutilia, nusquã diabolica põpa, nusquam cymbala, & tibiæ, & choreæ, & satanica illa conuiuia, & scommata omni obscœnitate plena: sed omnis honestas, omnis sapientia, oĩs bonitas. Intrauit autem Isaac, inquit, in domum matris suæ, & accepit Rebeccam: & fuit ei uxor, & dilexit eam, & consolationem accepit Isaac super Sara matre sua.] Hanc imitent̃ mulieres, hũc æmulentur uiri. Sic sponsas ducere curent. Quare enim, dic oro, statim ab initio sordibus impleri

Universidad de Deusto
Biblioteca

sinis puellæ aures, tam turpibus cantilenis, tam intempestiua illa pompa? nescis quomodo adolescentia per se in malũ propensa? Cur honesta nuptiarum mysteria inuulgas? cũ oporteat oĩa hæc depellere, & uerecundiã principio docere puellam, & sacerdotes uocare, & precibus & benedictionibus concordiam coniugij constringere: ut amor sponsæ augeatur, & puellæ continentia crescat, & omnia quæ fiunt eò spectent ut uirtutis opera ingrediantur in domum illam, tollanturq; è medio omnes diaboli insidiæ, & ipsi fauore dei uniti iucundè uitam exigant: quo nobis omnibus frui detur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

Hæ autem sunt generationes Isaac filij Abraham. Homilia XLIX

TERVM uos ad consuetã mensam ducere uolo, & ex uerbis Mosi conuiuium proponere, imò ex uerbis sancti spiritus. Neq; enim à seipso hæc nobis exposuit, sed spiritu sancto afflatus. Videamus igitur, quid & hodie nos docere uelit. Neq; enim simpliciter, neq; inuanũ uitas sanctorũ exponit: sed ut imitemur eorũ uirtutem, & imitatores simus bonorum operum quæ illi fecerunt. Nam postq; nobis diligenter narrauit ea quæ ad sanctũ patriarcham Abraham attinẽt, & docuit postremum illius certamen in immolatione filij, quod & si non opere, uoluntate tamen perfecit, finemq; imposuit narrationibus illis: nunc exponit nobis quæ ad Isaac occisum & non occisum pertinẽt: factum enim ænigmati simile est. Audi enim Paulum dicentem: Fide obtulit Isaac, cum tentaretur: & unigenitum obtulit, in quo promissiones acceperat. Deinde ut discamus quomõ fide hæc omnia acta sunt, & diuersa uidens promissioni quæ iubebatur facere, nõ perturbabatur, subijcit: unde illum & in parabola reduxit. Quid est, & in parabola reduxit? Nam postquam eum in sacrificium obtulit, & mentem perfectam declarauit, ipse corona redimitus est, & accepto puero redijt, & sacrificium per ouem impletum est. Et ostẽdit per omnia uniuersi cõditor suæ misericordiæ excellentiam: & quòd hoc imperando, non occidi Isaac, sed iusti exercere obedientiam uoluerit. Cæterum sicut uidimus Patriarchæ uirtutem in omnibus relucentem: age, & quæ de Isaac dicta sunt hodie in medium afferentes, uideamus quomodo & ipse piam & religiosam mentem in omnibus præ se tulerit. Dignum aũt est, ut ipsa scripturæ uerba audiamus. Hæ autem sunt, inquit, generationes Isaac filij Abrahæ: Abrahã genuit Isaac. Isaac aũt erat annorũ quadraginta, quando accepit Rebeccam filiã Bathuelis Syri ex Mesopotamia, sororẽ Laban Syri, sibi in uxorem.] Considera obsecro dilecte, diuinæ scripturæ diligentiam, quomodo nihil superuacuè ponat. Quare nobis tẽpus Isaac ponit, & dicit: Erat autem Isaac quadraginta annorum quando accepit Rebeccam? Non absque causa, neq; temere: sed quia nobis Rebeccæ sterilitatem narraturus erat, & quòd ex precatione iusti procreatio prolis concessa sit. Vult autẽ docere nos magnitudinem patientiæ Isaac, & clarè indicare quanto tempore liberis caruerit: ut & nos æmulantes iustum, assidui simus in diuinis precibus, si quando aliquid à deo petierimus. Si enim iustus ille ita uirtute præditus, & tantam apud deum gratiam habens, tantam præ se tulit constantiam & studium, continuò deum orando, ita ut solueretur Rebeccæ sterilitas: quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur, & neq; minimam uirtutis iusti partem ostendimus: sed & si aliqd bene egerimus statim torpescimus, & resilimus, nisi statim exaudiamur? Propterea oro, ut ex his quæ iusto illi euenerunt eruditi, nunquã cessemus orare deum, ut ignoscat nobis peccata, feruensq; & æstuans desideriũ ostendamus: & non ægre feramus, neq; segniores fiamus, si non statim audiamur. Fortassis enim dominus continuam nostrã sedulitatem blanda arte inducẽs, ita differt, ut mercedem patientiæ quoq; referamus: & quia ipse tempus scit quando nobis utile quod quærimus. Neq; enim nos ita scimus quid nobis utile, ut ipse euidẽter nouit, qui etiam abscondita mentis nostræ cognoscit. Proinde par est, ut nihil curiosius quæramus, uel incusemus in his quæ à deo fiunt: sed grati simus, & admiremur iustorũ uirtutes. Nam postq; dixit nobis diuina scriptura, quot annorum fuerit Isaac: dicit & de Rebecca uxore eius, q; sterilis fuerit. Vide obsecro, iusti religiosam mentem. Quoniã enim uidit naturã claudicantẽ, ad naturæ conditorẽ confugit, & uincula naturæ precibus soluere festinauit. Deprecatus enim est, inquit, Isaac super Rebecca uxore sua, quia sterilis erat.] Vnum hoc in primis operæpretium ut quæramus: Quare, cum & ipsa & uir eius uitæ fuerint eximiæ, & ambo cõtinentiæ studiosi, sterilis fuit? Non possum carpere eorum uitam, & dicere quòd sterilitatem illam peccata fuerint operata. Et ut discas rem miram, non solum ipsa sterilis fuit, sed & mater iusti Sara: neq; mater eius sola, sed & nurus, Rachel uxor Iacob. Quid sibi uult ille sterilium chorus? omnes iusti, omnes uirtute præditi, omnes à deo testimonium habentes. Nam de ipsis dicebat: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Beatus autem Paulus: Ideo non confunditur deus ut inuocetur eorũ deus. Multæ ipsorum laudes in nouo, multæ in ueteri, undiq; clari & nobiles, & omnes steriles habuerũt uxores, multoq; tempore caruerunt liberis. Quando igitur uideris uirũ & mulierem uirtuti deditos, carereq; pueris, quãdo uideris pios & religionis studiosos non habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multi enim diuinæ dispensationis sermones nobis sunt arcani. Et pro omnibus gratias agere oportet: & solos illos miseros dicere, qui in peccato uiuũt, non eos quibus filij desunt. Quippe sæpenumero multa deus dispẽsat, quorũ nos causam nescimus. Eapropter undequaq;

Heb. 11.d

Exod. 3.d

Heb. 11.d

undequaq; sapientiam eius admirari oportet, ac glorificari ineffabilem misericordiã. Sed hæc quidem ad utilitatem uestram dicta sunt, ut multam gratitudinẽ exhibeatis, neq; de dispensatione diuina curiose rogetis. Dicamus tamen & causam, propter quam mulieres illæ steriles fuere, ut cum uideris uirginem nostrum dominum parientem, ne sis incredulus. Exerce em hic tuos sensus, inquit, in uulua sterilium, & cum didiceris ligatam & emortuam uuluam diuina uirtute ad procreationem aperiri, inde copiosis argumẽtis acceptis non admireris audiẽs quòd uirgo peperierit: imò admirare & obstupesce, & ne sis incredulus miraculo. Quando igit tibi dicit Iudæus, quõ peperit uirgo? dic ei: Quomodo peperit sterilis & uetula? Duo impedimenta tunc erant, & ætas intempestiua, & natura uitiata: in uirgine aũt unum impedimentũ fuit, quòd esset expers concubitus. Steri-
Luc. 1.c litas igit iam uiam parat uirginitati. Et ut scias q; propter hoc steriles prius fuerunt, ut credat uirginitatis partus: audi uerba Gabrielis, quæ ad uirginem dixit. Postq; enim uenit, & dixit: Concipies in utero, & paries filiũ, & uocabis nomen eius Iesum: obstupefacta est & admirata, ac dixit: Quõ erit mihi istud, quia uirũ nõ cognosco? Quid igit angelus? Spiritus sanctus superueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ne quæras, inquit, naturæ modum & ordinẽ, quando supra naturam sunt quæ fiunt. Ne spectes cõiugij dolores, quãdo maior q; in nuptijs natiuitatis modus erit. Et quõ fiet istud, inquit, quoniã uirum nõ cognosco? Atqui propter hoc ipsum fiet, quoniã uirũ non cognoscis. Nam si cognosceres uirum, nõ fuisses habita digna ut huic ministerio seruires. Itaq; quã ob rem dubitas, eam ob rem crede: non quia malum nuptiæ, sed quia melior uirginitas. Hunc autem ingressum nostri omniũ domini dignioré esse oportet, q; nostrũ. Regius em fuit introitus. Oportebat aũt partim cum nostra natiuitate cõmunicare, partim alienũ esse: & utraq; hæc fuerũt. Et quomodo? audi. Nam de utero prodire, cõmune habet nobiscũ: absq; nuptiali aũt congressu nasci, supra nostrã est natiuitatem. Naturale est conceptũ fieri in utero: supra naturam humanam est, absq; cõmixtione esse prægnantẽ. Et propterea utraq;, ut & excellentiam, & communionem quam habet tecum, discas. Considera aũt quanta sapientia hæc facta sint, neq; eminẽtia obfuit assimilationi & affinitati suæ nobiscum: neq; nostra affinitas & similitudo, eius obscurauit excellentiam: sed operibus utraq; ostensa sunt, & alia perfecte habuit nobiscũ: alia non habuit, sed ab eis totus liber fuit. Verum, ut dixi, propter hoc steriles fuerunt istæ, ut credatur uirginitatis partus, ut ipsæ nos manuducãt ad fidem promissionis. Audi enim quid dicit angelus dei: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, Sic, inquit, poteris parere. Totum enim operatione spiritus fiet. Ne igitur spectes ad terram, è cœlis operatio uenit. Spiritus gratiæ est quod fit, ne quæras naturæ modum, ne iuxta nuptiarũ leges intelligas. Verũ, quoniam maiora sunt uerba hæc quàm ut illa caperet, uult & aliam ei præbere demonstrationem. Tu autẽ, obsecro, attende quomodo sterilis istam manuducat ad fidem partus. Quoniam prior demonstratio maior erat cogitatione uirginis, audi quomodo & humiliorem sermonẽ affert, per sensibilia ipsam manuducens. Et ecce, inquit, Elizabet cognata tua & ipsa concepit filiũ in senectute sua: & hic mensis sextus est ei quæ uocatur sterilis. Vides quòd sterilis propter uirginem? Quoniam cuius gratia alioqui retulisset partũ cognatæ: cuius item gratia dixisset, quæ uocatur sterilis, nisi ut per omnia manuduceret eã ad credendum annuntiationi? Propterea & ætatem dixit, & naturæ sterilitatem: propterea & tempus distulit conceptionis. Non enim statim à principio ei annuntiatum est, sed præterito tempore semestri, ut uteri onus conceptionẽ doceat. Et uide quanta Gabriel utitur solertia. Non enim in memoriã ei reducit uel Saram, uel Rebeccam, uel Rachelem. Quare, & quam ob causam? Et hæ fuerunt steriles, & uetulæ, & magnũ miraculum fuit: sed quia erant antiquæ narrationes, adducit eam ad hoc quod nuper contigerat, ut mentẽ eius ad credendũ prouocaret. Sed necessariũ est ut ad institutum sermonẽ redeamus, & significemus iusti uirtutem, quõ precibus sterilitatẽ Rebeccæ soluit, & uincula naturæ superauit. Deprecabat aũt, dicit, pro Rebecca uxore sua, quoniam sterilis erat, & audiuit eum deus.] Non quia mox ita subditur & scriptũ est, putes è uestigio & protinus assequutũ esse quod optabat & quærebat. Nã uiginti annis nõ cessauit orans & deprecãs deũ, & tunc tandẽ assequutus est quod desiderabat. Et unde sciemus hoc? Si diligẽter euoluamus ea, quæ in diuina scriptura cõtinentur. Non enim tempus à nobis absconditũ est, sed signauit quidem, latenter tamen, ita ut prouocet desideriũ nostrum & ad dignam inquisitionem incitet. Nam sicut docuit nos annorum numerum quot habuerit quando Rebeccam duxit, ita & hoc nobis manifestũ fecit. Erat enim, inquit, annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri.] Didicisti diligenter tempus? deinde postquam dixit: Deprecatus est Isaac pro uxore sua, quia sterilis fuit: ut discamus annorum numerum, assignauit nobis quot annorum fuerit Isaac, quando nati sunt ei filij de Rebecca. Erat aũt Isaac, inquit, annorũ sexaginta, quando peperit Rebecca.] Si igit quadraginta annorũ erat quãdo duxit, sexaginta aũt quando peperit uxor: manifestũ q; annis uiginti perseuerauit orans deum, & uterũ Rebeccæ sterilem generationi idoneum fecit. Vidisti orationis uim, quòd & naturam superet? Hunc oẽs imitemur, & ita in precibus simus assidui, & anima sobrij, & humiliata mente: audiamusq; Paulum admonentem & dicentem: Leuãtes sanctas manus abs- 1.Timot. 2.b
q; ira & disceptationibus, & studeamus semper liberari à perturbatiõe, ut mens sit in tranquillo, maximè autem precum tempore, quando multa nobis opus est à deo misericordia. Nam si nos uiderit

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiderit operari iuxta leges quas ipse dedit, statim nobis donorum suorũ largitatem liberaliter concedet. Quod nobis assequi liceat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri sit gloria simul & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Concepit autem Rebecca, & colludebant paruuli in ea. Homilia L

VLTIS etiã hodie apponamus charitati uestræ ea quæ ex lectiõe hesterna relicta sunt. Ad finem enim perducere totum argumentũ nequiuimus, sed ostendimus quòd per suas continentes preces Isaac ualuerit Rebeccæ uuluã filiorum generationi reddere idoneã, naturamq; ipsam inutilem factã (ut ita dicam) reparare. Hæc omnia heri satis uos docuimus, monstrãtes annorum numerũ, quib. ut hoc impetraret beatus ille, orans & deprecans permansit: & in sermonem de sterilibus egressi, dicta uobis causa propter quam iustorũ uxores steriles fuere, sermonẽ missum fecimus. Operæpretium autem ut & hodie discatis Rebeccę religiosam mentẽ, ut nõ solum lucrũ nobis à uirtute iusti accedat, sed ex historia quæ Rebecca narratur, ad æmulationẽ prouocare possimus auditores. Postq; eñ deus exaudiuit orationem iusti, & uterũ gessit Rebecca, colludebãt, inquit, pueri in ea, & magno eã dolore affecerũt. Dixit eñ, inqt, si sic mihi futurũ, cur mihi hoc?] Neq; eñ unus erat nasciturus, sed duos simul in utero pueros gestabat, & ex angustia multũ cruciatum sentiebat. Sed uide, obsecro, hic mulieris pietatem & religionem. Non enim fecit sicut mulieres multæ, quæ negligenter uiuunt, facere consueuerunt. Non ad humanum confugit subsidiũ, non ad eos qui talia suis coniecturis, suæq; rationis obseruationibus iudicare uolũt: neq; se exposuit deceptioni curiosorũ, & eorum qui polliceri audent quæ supra humanã sunt naturã: sed abijt, inquit, ut consuleret dominũ. Vide mulieris sagacitatem, quoniã uidit quòd is qui uuluã eius reserarat, is naturæ esset dñs, & infœcundũ uentrem repentè ita fœcundũ effecisset: & uidebat uteri onus magna quæ dã promittere. Perrexit, inquit, ut consuleret dominũ.] Quid est, perrexit ut consuleret dominum? Cucurrit ad ueram scientiam, & festinauit ad sacerdotẽ dei ministrũ, per quem latentium scientiã uolebat discere: & enarrans omnia quæ sibi contigerant, didicit diligenter oĩa, misericorde deo per sacerdotis linguã detegente ei omnia manifestè, & alacriorem eam reddente. Et uide quanta & tunc erat sacerdotum dignitas. Nusquam enim dicit, quòd sacerdos ei respondérit: sed postq; dixit, Abijt ut cõsuleret dominum: subiecit, Et dixit dñs ei, nempe per sacerdotem: Malach. 2.b Duæ gentes in utero tuo. Et enim & alio loco angelum uocat sacerdotem diuina scriptura, monstrans quòd illa loquatur quę inspirat ac suggerit spiritus gratia. Dixit igitur dñs ei: Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi in uentre tuo diuidentur, & populus populo præstabit, & maior seruiet minori.] Vide quia uaticiniũ prædicit ei omnia futura. Salientes eñ pueri in utero, & incompositis gestibus se mouentes, iam omnia liquidò prædicebãt. Et nũc didicit mulier quòd nõ duos solum pareret pueros, sed q; illi in gentes propagandi sint. Et quando postea appropiauit tempus pariendi: exijt, inquit, primus rufus quasi pelis hispidus. Agnominauit aũt nomen eius Esau. Et postea exijt frater eius, & manꝰ eius cõprehendit calcaneũ Esau. Et uocauit nomẽ eius Iacob.] Quasi iam & ab initio monstret deus quod prædicebat, Maior seruiet minori: dicit enim, Tenebat manu calcaneũ Esau: id qd erat signũ defatigantis eum qui fortis uidebat. Et considera diuinam scripturã, quõ propter futura iam prædicit & ab initio monstrat nobis utriusq; studiũ: & quòd ille quidem uenationi deditus, hic uero rusticus erat homo futurus. Simplex erat, inquit, domũ inhabitans, propterea Rebecca diligebat Iacob, Isaac autem Esau: quoniam uenatio eius, inquit, cibus erat illi.] Vide quomodo pueros distribuit. Et mater quidem erga Iacob maiorẽ declarabat beneuolentiã, eo quòd simplicẽ uidebat, & domi uersantem: pater aũt diligebat Esau, partim naturalem dilectionẽ sequẽs, quòd primogenitus esset, partim quòd uenatione eius uescebat. Hæc quidem parentes faciebãt: uaticiniũ autem paulatim implebat, dicens: Maior seruiet minori. Vide eñ statim. Coxit, inquit, Iacob pulmentũ: uenit aũt Esau ex cãpo deficiẽs. Et dixit ad Iacob: Da mihi gustare de edulio hoc ruso, quia deficio: propterea uocatũ est nomen eius Edom. Et dixit Iacob, Da mihi hodie primogenita tua. Ille autem dixit: Quid mihi hisce opus, cũ mors iam me inuadat, nisi accepero cibũ? Alius aũt iuramentũ exigebat, ut stabilis ei fieret illa cõcessio.] Ecce nũc hic inuersus est ordo, & primogenitur̃ę dignitas trãsiit ad eum qui uirtute animi præfulgebat. Et dedit, inquit, Esau primogenita.] hoc est, uendidit cibi gratia dignitatẽ natura sibi datã, ideo & subdidit: Et parui pendit Esau primogenita.] quasi diceret: Ingratus erat ac indignus ea, quã sibi natura dederat, dignitate. Hoc aũt totũ factũ est, ut illius demonstraret ingratitudo, & dei oraculum adimpleret. Hæc audientes, discamus nunc̃q; negligere dona à deo nobis data, neq; perdere magna propter parua & uilia. Quare enim, dic mihi, proposito regno cœlorum, bonisq; illis ineffabilibus, ita in diuitiarum cupiditatem insanimus, & momentanea, & quæ sæpe non usq; ad uesperam permanent, perpetuis semperq; duraturis præferimus? Et quid hac amentia deterius, quando & illis priuamur ob nimium in ea amorem, & nunquã his frui pure possumus? Quæ enim utilitas magnarum facultatum? An nescitis quòd accessio multarum pecuniarum nihil aliud nobis affert, quàm curarum incrementa, occupationes mentis, & uigiliã? Non uidetis quòd hi omniũ potissimũ serui sunt, quib. plura affluũt: & quotidie umbras ipsas timent? Inde enim nascuntur insidiæ, inuidentia, odium graue, & innumera alia mala. Et sæpe uides

uides eum qui habet decem milia talenta auri recondita, beatum uocare eum qui in officina operatur, & ex labore manuũ cibũ acquirit. Qualis igitur uoluptas, & quale lucrũ, quando neq; his fruimur, & propter hanc concupiscentiam etiam maioribus priuamur? Quid aũt dico maioribus, cum post mala quæ hic nos apprehendũt, & à bonis quę alibi sunt excidimus & ad gehennã ipsam mittimur? Et nondũ dico innumera peccata quæ hinc colliguñ, dolos, calumnias, rapinas & fraudes: uerum sermo meus de eo est qui ab omnibus illis liber, id quod perquam difficile & rarum, opibus abundat, & ipse solus eis utitur, & his qui opus habent non communicat: dicoq; quòd gehennæ ignis eum manet. Quod nos docet manifestè parabola in Euangelio posita, statuens alios à dextris, alios uero à sinistris: declarans illis præparatum esse regnũ cœlorum ob curã egenis impensam. Matth. 25.c Dicit enim: Venite benedicti patris mei, in hæreditatẽ accipite præparatũ uobis regnum ab origine mũdi. Quare & qua de causa? Esuriui enim, & dedistis mihi ut comederẽ. His uero ignẽ æternũ: dicit enim: Discedite à me in ignem æternum, qui prę̃paratus est diabolo & ministris eius. Magnum uerbi pondus, omniũ dñs conditor & suppeditator dicit: Esuriui, & nõ dedistis mihi ut comederẽ. Cuius animã non mordeant hæc uerba, etiamsi lapidea sit? Dominus tuus esuriẽs obambulat, & tu es in delitijs: neq; hoc solum, sed in delitijs ipsum despicis? tametsi nõ multũ sit quod à te petit: uidelicet panem solum, quo famem possit subleuare. Et ipse quidẽ frigore rigescit, tu aũt sericis indutus, ne respicis quidem, nullamq; compassionem præ te fers, sed immisericorditer præteris. Et qua uenia sunt hæc digna? Ne igit̃ sit hoc studium nostrũ, ut multas quibusuis artibus opes conquiramus: sed illud consideremus, quomodo & hæc bene disponamus, & egenis consulamus: & ne ab illis excidamus quæ semper manent, & quæ nullam admittũt uicissitudinem ac mutationem. Quocirca diem mortis nostræ incertum esse uoluit dominus, ut nos præpararet continua sobrietate & uigilantia: & ita magis ad uirtutum studium nos prouocaret. Mar. 13.d Dicit enim: Vigilate, quia nescitis neq; diem, neq; horam. Atqui nos planè diuersum operamur, & dormimus somnum grauiorem quàm sit naturalis ille. Nam qui naturali somno quiescit, nec bonum nec malum operatur: nos autem alium somnũ dormimus, dormiẽtes in uirtutibus, uigilantes in uitijs: strenui in malis, desides in bonis: idq; facimus uidẽtes quotidie multos hinc ad iudicem abduci: magnas aũt aliorum esse uicissitudines, & neque tanta rerum mutatio ad uirtutis amorẽ nos adducit, neq; disponit ut despiciamus præsentia, & desideremus futura, præferamusq; somnijs & umbræ ueritatem. Non eñ differũt præsentia ab umbris & somnijs. Proinde ne decipiam? nosmetipsos, ne sectemur umbras: sed uel tarde aliquando salutis nostræ curã habeamus, & opes in egenos profundamus, ut pro illis remunerationem à misericordi deo accipere mereamur æternam: qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Facta est autem fames super terram, præter famem priorem quæ fuerat tempore Abraham. Homilia LI

ITerum ex proxima lectiõe doctrinam uobis adferam, & ut liquidò sciatis ubi nuper sermonem missum fecerimus, & unde hodie resumendus sit: ea quæ supra dicta sunt, uestræ charitati in memoriam redigere operæpretiũ fuerit. Fortasis enim uos, quia multis curis distrahimini, eorũ obliti estis, & meũ est ut in memoriã uobis reducam ea, quò fiat manifestior sermo hodie dicendus. Scitis enim, quòd nuper Rebeccæ pietatẽ enarrantes, inde ad Esau & Iacob deuenimus: & desuimus ubi primogenita Esau, ut cibũ haberet, Iacob dedit, & propter cibi cupiditatẽ semetipsum suo honore priuauit. Hoc autem non temere factum, sed ut prophetia compleretur, quæ dicit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Malac. 1.d Nam cum deus futurorũ sit præscius, prædixit & illius uirtutẽ, & mentis illius malitiã. Quæ autẽ sint illæ primogenituræ, quia tũc tempus non permittebat charitati uestræ dicere, nũc necesse est ut doceam. Apud ueteres summus honor erat primogenitur̃ę: & q; ita sit, hoc argumento collige. Cum deus Israelitarũ gentem ex Aegypto liberare, & iuxta promissionẽ patriarchæ factam à tyrannide Pharaonis asserere uellet, obluctante & detinere uolente tũc Aegyptio: post uarias plagas etiã hãc postremã eis intulit, quasi efficiens ut Aegyptij suis manibus extruderẽt Israelitarũ genus. Exod. 12.d Nam simul oĩa Aegyptiorũ primogenita occidi iussit: uidissesq; in singulis domibus eiulatus & lachrymas. Neq; sic putabãt finiri plagam, sed expectabant, ne mors quà cœperat pergẽs ad oẽs peruenire. Itaq; quia in Aegypto una omniũ primogenitorũ mors fuit, Israelitæ aũt (diuina freti gratia) illæsi permanserũt, mõstrabatq; etiã per hoc omniũ deus suã erga illos beneuolentiam, imperauit in posterũ ut propter interfectionẽ primogenitorũ Aegypti, primogeniti Iudæorum pueri sibi offerrent. Exod. 13.d,b Hinc tribus Leui in sanctum ministeriũ segregata est, & ex illo nõ solum & 22.d primogenita hominũ oblata sunt deo, sed bruto- Leuit. 27.c rum, & in uniuersum omniũ: & præceptũ erat, ꝓ Num. 3.b homínibus & brutis & immũdis animalibus pre- & 8.c tium dependi. Quanuis aũt legislatio hæc de primogenitis posterior fuerit: attamen iam olim uidebantur aliquod habere priuilegium, qui uuluam matris primũ adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam à natura habebat Esau: propter intemperantiã suam transtulit in fratrem. Et ille quidem perdidit quod à natura habebat: hic autem & quod non habebat à natura, accepit. Et quia hæc antea oraculo promissa erant, ideo & Rebecca appellatione ei indita, Iacob eum uocauit: quod scilicet supplantationem interpretari

potes

potes. Sicut & Esau post patris benedictiones eiu lans dicebat: Rectè uocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me iam secũdò, & primogenita mea accepit, & nunc tulit benedictionem meam. Vide quantus erat priscorum intellectus, ut & mulieres natis nomina non temerè nec fortuito imponerent, sed appellarent filios iuxta futurorum prædictionem. Et rarò inuenies eodem quo patres nomine appellari filios, uel fortè nusquam: sed siue mater, siue pater nomen filio impositurus erat, rarũ quoddam & nouũ imponebat. Ita & Lamech filiũ uocauit Noe, dicens: Hic nos requiescere faciet. Ita si singula nomina scruteris, omnino in omnibus inuenies aliquid insinuari: non sicut nunc faciunt qui simpliciter, & ut fortè euenit, à parentibus agnominare solent: sed omnino illuc spectabant, ut perpetuam memoriã filijs inderent. Cæterum uideamus nunc post primogenitorũ permutationẽ, quid iterũ nobis narret beatus Moses de patre illorũ, & quõ sicut de Patriarcha dictũ est, ita & de hoc legimus, quòd fame ingruente multam dei curam senserit, propter promissionem Patriarchæ factã, & propter uirtutem propriam. Facta est autẽ fames super terram, præter famem priorem quæ fuerat tempore Abrahã.] Vt ne putes de illa fame eum dicere, propterea subdidit: præter famẽ quæ fuerat tempore Patriarchæ, alia similis nunc iterũ fames uenit super terrã tempore Isaac, qualis erat tempore patris illius. Et quia necessariorũ raritas omnes in summam angustiam concludebat: è suis migrare, & ad illa loca transire anhelabat, ubi rerũ necessariarum copiam inueniret. Vnde cum iustus ille famem uideret, Profectus est, inquit, ad Abimelech in Gerara: eò enim & Abrahã post reditum suum ex Aegypto uenerat.] Verisimile autem & hunc propterea illuc abijsse, quòd inde in Aegyptum contendere uellet: & quòd hoc ita sit, audi scripturam dicentem: Visus est enim ei, inquit, deus, & dixit: Ne descendas in Aegyptũ.] Nolo te, inquit, longam illam uiã proficisci, sed hic manere uolo. Neq; permitto ut angustiã experiaris, sed promissionem patri tuo factã implebo, & quę illi promissa sunt, in te euenient: & tu promissionum, quæ illi factæ sunt, impletionem accipies.

Ne descendas in Aegyptum: habita autem in terra quam tibi dixero, & peregrinus esto in terra hac.] Deinde, ut ne putet iustus, quòd hoc imperet quasi uolens eum famis angustiam experiri, & non permittere ei transitum in Aegyptũ, inquit:

Ne sis anxius, neq; cura habe: sed hic mane, ego enim ero tecũ.] Igitur cum suppeditatorem bonorum omniũ habeas, ne sis solicitus: ego eẽ dominus omnium ero tecum. Et præterea benedicam te, hoc est gloriosum te faciam, & benedictionem meã præbebo. Quid hoc iusto beatius, qui talem promissionem à deo accepit? Quia ero tecum, & benedicam te.] Hoc te declarabis omnibus feliciorem, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc est summa gloria, hæc est uera securitas, hæc est summa & caput bonorũ: quia ego tecum sum. Quomodo autem benedicam?

Tibi & semini tuo dabo omnem terrã hanc.] Tu haberis in hac regiõe quasi hospes & uagus: scias autẽ quòd tibi & semini tuo dabitur omnis terra. Et ut bene cõfidas, dicit quòd iuramentum illud, quod iurans iurauí Abrahæ, tecum statuã. Vide quomodo sermonem suum deus iterum attemperat nostræ infirmitati. Non dixit simpliciter, pacta quæ feci cum patre tuo: neq;, promissiones quas promisi: sed quid? Iuramentum quod iurauí. Iureiurãdo fidem meam obligaui, & teneor ut opere perficiam quod iuraui. Vides dei misericordiam? nõ ad propriam dignitatem respiciens loquitur, sed ad nostrã condescendens infirmitatem. Nam quia homines (ferè semper) illa opere perficere studeut, non quæ simpliciter promiserunt alicui, sed quæ cum iuramento promiserunt: simili modo & deus multas dat iusto certas coniecturas, quòd omnino fiẽt quę à se dicta sunt: quasi dicat, Scis ea quæ à me iuramento firmata sunt, opere implenda. Quid igit̃? Deus iurauit, inquit. Et per quem iurare potuit? Vides, quòd hoc erat suæ humiliationis: firmationem promissionis, uocauit iuramentum. Et statuam, inquit, iuramentum meũ, quod iurans iurauí Abrahę patri tuo.] Deinde docet eum quæ sunt illa quæ promisit, & de quibus ei iurauit. Et multiplicabo semen tuũ sicut stellas cœli.] Hoc & Patriarchę in principio dicebat: Tantum erit semen tuum, ut & stellis & harenæ adæquetur. Et dabo, inquit, semini tuo omnem terram istam, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Propterea promissiones quæ illi factę sunt, in te implebo, eo quòd audiuit Abraham pater tuus uocem meam, & custodiuit mandata mea, & iustificationes meas, & omnia legitima.] Vide dei sapientiã, quomodo erigit mentem iusti, & alacriorem reddit: & ut patris imitator fiat, efficit. Nam si ille, inquit, quia meæ obediuit uoci, tãta pollicitatione dignus habitus est, & eam propter illius uirtutem in te, qui ex eo natus es, sum impleturus: si & ipse illius imitator fueris & eadem qua ille uia incesseris, cogita quantam apud me beneuolentiam habiturus sis, & quanta mea cura te dignaturus sim. Nã si cui ob alterius uirtutem bene futurum est, si & ipse uirtute prædítus fuerit, multo maiore dignus habebitur cura. Quid autem est: Eo quòd obediuit uoci meæ, & custodiuit mandata mea, & præcepta mea, & iustificationes? Dicebam ei, inquit: Egredere de terra tua & de cognatione tua, & ueni in terram quam demonstrauero tibi: relinque quæ in manibus, & incerta sequere. Et non fluctuabatur secum, neq; negligens erat: sed cum omni alacritate mandatum implebat, & obediebat uoci meæ. Item quæ super naturam sunt ei promisi, & cum iam ætas eum à spe deiiceret, & ultrà neque ipse, neque mater tua procreandæ proli idonei essent, cum audiret à me semen eius in tantũ propagandum ut omnem terrã esset impleturum: neq; tunc turbatus fuit ratione, sed credidit. Ideo in iustitiã ei reputatum est: quia uirtuti meæ credendo, & in promis-

promissionibus meis spem habẽdo, humana infirmitate superior fuit. Et postquam tu natus es, cum mater tua succẽderet Ismaeli ex ancilla nato, & uellet eũ abigere à domo cũ Agar, ita ut nihil cõmune illi tecum esset, licet & erga illũ Patriarcha paterna & genuina dilectione bene afficeretur: audiens tamẽ à me, ut faceret quod uisum esset Saræ, oblitus naturalis dilectiõis, eiecit ancillam cũ puero, & semper obediuit uoci meæ, ac cu stodiuit præcepta mea. Deniq; cũ iussissem eum, ut mihi in sacrificiũ offerret filiũ in senectute sibi concessum, & tam dilectũ, nihil causatus est, neq; curiosius de præcepto inquisiuit, neque turbatus est mente, neq; rem cõmunicauit matri tuæ, neq; seruis, neq; tibijpsi à se sacrificando: sed forti mente & contenta alacritate festinauit, ut mandatum meũ impleret: proinde uoluntatẽ eius coronaui, opus autẽ ut perficeretur nõ admisi. Eapropter, quia in omnibus declarauit magnã obedientiã, & mandatorũ custodiã, propterea te ex illo natum, promissionũ quæ illi factæ sunt facio hæredem. Imitare igitur illius obedientiã, & his quę à me dicta sunt crede, ut multo pluribus remunerari dignus habeare, & pro patris tui uirtute, & pro tua obedientia: & ne descẽdas in Aegyptũ, sed hic mane. Vidisti misericordiam, quomodo per mentionem uirtutis patris, huius mentẽ roborauit? Habitauit autẽ Isaac in Geraris.] Vide quomodo fermè in eadem pericula incidit ille, in quæ & pater eius. Nam cũ domicilũ haberet in Geraris, rogauerunt, inquit, uiri loci illius de uxore eius: & dixit, Soror mea est.] Timuit enim ne fortè occiderent eum, uicti pulchritudine uxoris: dixit enim,

Ne fortè occidant eũ uiri loci propter Rebeccam, quia pulchra facie erat. Fuit autẽ illic longo tempore. Abimelech autẽ, cum prospiceret per fenestram, uidit Isaac ludentẽ cum Rebecca uxore sua, & uocauit eum, & dixit ei: Profecto uxor tua est. Cur dixisti: Soror mea est?] Postq; ex cõiecturis deprehensus est iustus, nõ ultrà negat: sed fatetur, & causam manifestam affert, quare sororẽ uocandam censuerit. Dixi enim, inquit, ne fortè moriar propter ipsam. Mortis timor me hoc agere coegit. Fortè autẽ edoctus erat, quòd & pater talem fabulã cõposuerat, & se saluarat, cuius uiam & ipse sequutus est. Sed rex adhuc habens recentem memoriã eorum, quæ tẽpore Patriarchæ rapta Sara tulerat, increpabat eum, reumq; arguẽs dicebat: Cur hoc fecisti? ferè cõcubuisset quispiã de genere meo cũ uxore tua, & induxisses super nos ignorantiã.] Hanc deceptionem, inquit, olim sustinuimus à patre, & nunc nisi in tempore prospexissemus, eadẽ laturi eramus, & induxisses super nos ignorantiã: etenim tunc per ignorantiã peccaturi eramus, & nunc quoq; propter ignorantiã fermè in causa fuisses, ut in peccatum incideremus. Præcepit autẽ Abimelech populo suo, dicens: Omnis qui tetigerit hominẽ hunc, & uxorẽ eius, mortis reus erit.] Vide dei prouidentiã, & ineffabilẽ curã. Nam qui dixerat ei: Ne descẽdas in Aegyptum, & habita in terra ista, & ero tecũ: ille erat qui hæc omnia disposẽbat, & iustum in tanta cõstituebat securitate. Considera enim regem procurantem ut impauidè ibi agat, liberéq; sit ab omni cura. Mortẽ enim, inquit, interminatus est omnibus quicũq; tetigerit aut eũ, aut uxorẽ eius. Quia enim hic erat timor qui cõcusserat eius mentẽ, propterea & illum auferri fecit misericors dominus, ut postea omnino securè ageret. Et uide quomodo uariæ uiæ sint sapiẽtiæ dei, & quomodo omnia iuxta suam uoluntatẽ faciat, & in inuijs uiã inueniat, per illaipsa quæ maximè aduersa uidẽtur, salutẽ seruorũ suorũ cõseruans. Hinc enim est, quòd rex ille tantã habet curã iusti, quasi prædicãs eum omnibus ciuitatis suæ inhabitatoribus, & declarãs eũ gloriosus sit & summo honore dignus, quẽ & maximi faciebat. Sic & Nabuchodonosor postq; pueros in fornacem iniecerat, & re ipsa cõprobauerat captiuorũ adolescentum uirtutem, tunc prædicare eos cœpit, & ubiq; lingua sua fecit illustres. Hæc enim potissimũ magna dei uirtus est, quando facit ut per inimicos celebrentur serui dei. Et qui cum furore accendi fecerat fornacem illam, quoniã uidit quòd per supernũ auxilium puerorũ uirtus ignis actionem uinceret, repentè mutatus clamauit dicens: Seruí dei excelsi. Vide, non solum illos excelsos prędicat, sed & dominũ uniuersorũ. Egredimini. Quid factũ est? nónne tu eos tormẽto tradidisti? nónne tu intantũ fornacem flagrare præcepisti? Profectò, inquit, sed nunc uideo res admirabiles & nouas. Elementũ eẽ hoc suæ operationis obli tum, quasi uinculis quibusdam ligatũ, tantã exhibuit obedientiã, ut neq; contingerentur illorũ capilli. Vnde uidere possumus quòd factum supra humanã naturã est, & ineffabilis quædam ac diuina uis, quæ hæc operatur, tantã puerorum habet curam. Vidisti dei misericordiã, quomodo nunq; derelinquat seruos suos? permittit in fornacẽ inijci, sed eos uolens clariores facere, & suam uirtutem demõstrare. Vnde & barbari demulsit mentem. Neq; eũ tam admirabile erat, si à principio prohibuisset eos in caminũ inijci: sicuti nũc admirabilius & rarius factũ est, cũ in medio ignis existentes, nihil insuaue ferre permittit. Nam quãdo uult, etiã eos q in medijs sunt periculis & pœnis, potentiores ipsis facit: & eos qui patiunt, his qui illos affligũt. Hoc & in apostolis factũ est. Nã qui illos iam adduxerãt in mediũ, & quasi dentes in eos acuebant, inter se dicũt: Quid faciemus uiris istis? in manibus illos habebant, & dubitabãt secum, quid cũ eis facerent. Tanta tamq; ualida res est uirtus, tamq; imbecillis malitia: ut illa quidem, licet patiatur, uincat: hæc uero & si quid faciat, nihil proficit, q̃ quòd suã prodit infirmitatẽ. Id scientes dilecti, magnã uirtutis habeamus rationẽ, & uitia fugiamus: ita enim & supernam gratiam nobis conciliabimus, & futura consequemur bona. Quæ nobis omnibus eueniant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui sit & gloria & imperium cũ patre & spiritu sancto, & nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seminauit autẽ Isaac in terra illa, & inuenit centuplicãs ordeũ in anno illo. Hom. LII.

Reliquias heri dictorũ operæpretium est hodie reddere uestræ charitati, & repetita sermonis serie iterum uidere quantum iustus Isaac superis gratus & curæ fuerit. Nam qui inhibuerat descensum in Aegyptum, & dixerat: Habita in terra hac, & ero tecũ: ille in omnibus tam clarum eum fecit, ut nõ multo pòst inuidiosus foret apud regẽ Gerarorũ. Videntes eñ eius substantiã quotidie augeri, ægre tulerunt uiri ibi habitantes eius cohabitationem, & transmigrare inde coegerunt. Dignum aũt est, ut ipsa scripturæ uerba audiamus, & per oñia uideamus dei beneuolentiam, quam erga famulos suos declarat. Seminauit autẽ, inquit, Isaac in terra illa, & inuenit centuplicans hordeũ in anno illo.] Considera obsecro, dei sapientiã, quomodo ostendat iusto quòd ipse naturæ conditor sit, & in rebus difficilibus facilia oñia facere queat, & qui ab initio terrã suo mãdato fecerit idoneam ad proferẽdos fructus, idem nunc efficiat ut centuplices reddat pro satis manipulos: & interim illum in tanta affluentia constituit, ut nullius indigeat: atq; alij per opera discãt, quãta superna gratia iustus fruatur. Omnipotẽs eñ & sapiens deus re ipsa comprobat q̃ benefaciat suis: & facit ut hi etiã qui adhuc in gentiliũ errore uersantur, suam uirtutem & potentiã addiscant. Hoc postea & in Aegypto fecit: illis enim pœnas irrogabat, Israelitas uero illæsos cõseruabat. Discebãt enim nõ solum per indignationẽ dei, qua ipsi puniebantur, omniũ opificis uirtutẽ: sed & per misericordiam, quã in illos exhibebat. Et illi iterũ non ex sola misericordia & prudentia, quã experiebant, discebant immodicã dei bonitatem: sed etiam per eos, quibus uidebant tot plagas irrogari. Eadem eñ opera & suis & aduersarijs indicabat suæ potentiæ magnitudinẽ. Et elementa ipsa suo ministerio & obediẽtia cõseruis monstrabãt, q̃ beneuole dominus erga illos afficiebat. Et hoc utiq; uiderit aliquis huic iusto contingere. Id enim quod alioqui natura terræ nõ habuit, propter mandatũ uniuersorum dei nunc profert tanta ubertate, ut repẽte ualde abũdans effectus sit Isaac. Benedixit, inquit, eũ deus, & exaltatus est homo, & proficiens maior factus est, donec magnus factus est ualde.] Nam quia tunc abũdantia iustorũ erat in sertilitate terræ, & in multitudine pecorũ: propterea dicit, Benedixit eum deus, & exaltatus est homo. Et nõ simpliciter abundauit, sed & maior, inquit, factus est, donec magnus factus est ualde. Considera quantum sit, pro his quæ seminabat, centuplum accipere. Quòd si hoc tibi magnũ uidetur, cõsidera immensam dei clementiã, quam processu temporis erga nos declarauit. His eñ, qui bona in eum fiducia uirtutẽ exercent, nõ solum centuplum promittit, sed & uitã æternam, & fruire gno cœlorũ. Vidisti misericordiã dominí: uidisti beneficentiæ augmentũ: uidisti quantũ nobis largitus est unigeniti filij dei aduentus: & quomodo ineffabilem rerum mutationẽ operatus est? Hæc igitur unusquisq; apud se expendens, & uidẽs diuersitatem, & quæ illis ante gratiæ tẽpus promitti solebant, & quæ nunc post gratiæ tẽpus: glorificet etiã in hoc immensam eius misericordiã, & nemo temporũ mutationi totũ asscribat. At iustũ est ut ad seriẽ sermonis redeamus, & uideamus quomodo Gerareni uidentes affluere iusto opes, in æmulationẽ prouocati, abigere eum inde conati sunt. Aemulati sunt eñ eum, inqt, Philistijm.] Deinde mõstrare uolens scriptura diuina, in quo æmulationẽ declararũt, subdidit: Et omẽs fontes quos effoderãt serui tẽpore patris eius, obturauerunt, & impleuerũt terra.] Considera quanta illorum malitia, qui & aquas iusto inuident: & nec̃ rex qui in tanta potestate erat, inuidiã continere potuit: sed dicit, Abi à nobis quia potentior nobis factus es tu. Magna maleuolentia. Cuius gratia abigis iustũ? num aliqua in re tibi nocuit? num iniuriã intulit? Sed ita se habet inuidia, nihil cum ratione operatur. Oportebat eum spectare & attendere, quem omniũ deus tanta gratia prosequebatur, & dei exẽplo magis fouere, ei seruiendo: ut honore in illum collocato, etiã ipsi diuinũ sibi fauorẽ conciliarent. Illi aũt nõ solum hoc non faciunt, sed expellere tentant, ac dicunt, Abi à nobis, quia multo potentior factus es, q̃ nos sumus.] Ita agere solet inuidentia, nõ potest benigniter uidere aliorũ felicitatẽ: sed felicitatẽ proximi suã putat infelicitatẽ, & tabescit bonis proximi: id quod & hic fuit. Rex enim, sub cuius potestate tota ciuitas erat, & habẽs omnes sub manu sua: peregrino, uago, huc & illuc migranti, dicit: Abi à nobis, qa potentior factus es q̃ nos sumus. Et uerè potentior erat, supernũ præsidium habẽs in omnibus, dexteraq; dei munitus. Quò igit̃ abi gis iustum? ignoras quòd quocũq; eum ire coegeris, semper erit in his quæ domini sui sunt? Non docuit te rerum experiẽtia, quòd dei manus est, quæ illustrẽ facit, & conseruat iustum? Quare igitur abigendo iustum, erga dominũ ingratitudinẽ declaras? & nec̃ magna uiri mansuetudo tuã domare potuit inuidiã, sed uictus, inuidiã opere cõples, & iterum migrare eum cogis, qui in nullo te læsit? Nescis quòd licet in ipsissimã solitudinem eum fugaris, habebit tamen potentẽ dominũ, qui se iuuare (sicut & illic factum) & multo clariorem facere nouit? Nihil enim fortius, q̃ frui superno præsidio: sicut nihil infirmius, q̃ eo auxilio destitui. Vidisti dilecte, & regis Gerarorũ & omnium qui ibi habitabãt mẽtis malitiã? Vide & iusti magnã mansuetudinẽ, quomodo nõ superbiuit: neque, uidens diuinã sibi gratiã assistere, contra regem, fretus cõmilitãtis uirtute, insurrexit: sed quasi uir omni patrocinio carẽs, & nullum auxilium alicunde expectans, faciebat quod sibi præcipiebatur, et statim illinc discessit: et ulterius progressus, repressit affectionũ flammã, simul & eximiã suã mansuetudinẽ declarans, & suã affectionem cõsolans. Et abijt inde, & habitauit in ualle Gerarorũ.] Et id quod discipulis suis omnibus Christus

Matt. 10.c stus aduenies præcepit, dicens: Quando persequẽtur uos, fugite in alium locũ: hoc ille iam opere

1.Reg.19. ribus declarabat. Et sicut Dauid Saulis magnam inuidiam reprimebat, secedens & subducens se, & illius refrigerabat calorẽ: eodem sanè modo &

Rom.12.d iustus ille Apostolicũ illud implebat: Date locum iræ. Et relicta ciuitate, exijt in uallem. Cæterũ uide, quantã iterum mãsuetudinẽ præ se tulit. Nec̃ enim hic finis est molestiarũ: nam cum etiam illic esset, & fontes effodere uellet, rixari tentauerunt.

Foderunt enim, inquit, puteos, quos ante puteum aquæ uiuentis, hoc est desubtus scaturientis, & litigauerunt pastores Gerarorum, dicẽtes suas esse aquas.] Et nihil hic cõtendit iustus, nec̃ obluctatur, sed etiam pastoribus cedit. Hęc enim uerè mansuetudo est, non quando quis offensus mansuetè fert: sed quando quis ab his etiã qui inferiores putantur offensus cedit, sic rectè cognoscitur mãsuetudo eius qui inuadit. Nam aliãs contradiceret quis, quòd mãsuetudinem simulasset: quia nõ posset potentiæ offendentis resistere. Et ut discas, quòd regi cesserit nõ propter potẽtiam eius, sed suo more: uide quomodo idem apud pastores facit. Et sicut ille dicebat, Recede à nobis: & statim accepto mandato abscesit: Ita & nunc pastoribus lædere cupientibus, & puteũ sibi uindicantibus, recedit. Et ut perpetuò posteri scirent hãc iniustitiã, nomẽ imponit fonti ex eo quod acciderat. Enimuero quia manifestã admiserãt iniustitiã, uocauit nomen fontis loci huius, iniustitia. Et erat postea, quasi in colũna ærea, posteris nomen loci doctrina & mãsuetudinis iusti, & maleuolentiæ illorũ. Nomen eñ loci faciebat, ut quisquis rogaret quarenã sic diceretur: addisceret & huius uirtutẽ, & multam illorũ malitiam. Et animaduerte quomodo & hic suã auget uirtutẽ, per omnia declarãs suam mansuetudinẽ: & illi excellentia malitiæ, etiã inuiti iustum illustriorẽ reddere attentant. Nec̃ enim cõtenti sunt his quæ fecerant, sed iterũ insidiant, cum alium fodisset fontem. Profectus enim, inquit, illinc fodit fontem alium: litigabant aũt & de illo, & nominauit eum inimicitias.] Hinc iterum animaduerte iusti prudentiã. Non omnino puteum (ut uidetur) abstulerunt, sed cõtendebant: et uisa manifesta iniustitia, discesserunt. Propterea inimicitias eum appellauit, quòd inimicitiarũ fuisset occasio. Cæterũ quotidie (ut sic dicã) talia ferens ab his qui regionem incolebant, nõ grauatim tulit, non abiecto fuit animo, nõ cogitauit secũ, nec̃ dixit: Ecce ne fontis quidem ut sim dominus, mihi datur: an nõ superna gratia destitutus sum? an nõ dominus abiecta cura, mei oblitus est? Nihil taliũ uel dixit, uel cogitauit: sed omnia magna cum mansuetudine tolerauit: & idcirco dignus fuit habitus, qui ampliori diuino auxilio adiuuaretur. Nam ea quæ euenerũt (ut ita dicã) exercitatio quædam fuere uirtutis iusti. Dicit eñ: Profectus illinc fodit fontem alium, & nõ contenderũt super illo: & agnominauit nomẽ eius latitudinũ, dicens: quia nunc dilatauit nobis dominus, & crescere nos fecit super terrã.] Vide gratitudinẽ iusti. Nam cum priores fontes diripere tentarent, non ægrè tulit, non obluctatus est: sed in sola fontiũ appellatione malitiæ illorũ indelebilẽ reliquit memoriã. Hic uero quia nulla fuerũt obstacula, sed absq; omni pauore laboribus suis frui licuit, totũ tribuit deo. Vocauit, inquit, fontẽ illum, latitudinũ: & deinde interpretatus uocabulũ, dicit: Propter hoc latitudinium uoco, quia dilatauit dominus & auxit nos super terrã.] Vidisti piam mentẽ, quomodo non facta mentione tam atrociũ difficultatũ quę obsterant, bonorũ tantũ meminit, et pro illis gratiam deo offert, & dicit: Quia dilatauit dominus nobis, & auxit nos super terrã. Nihil enim tam gratum deo, ut anima grata & gratias agẽs. Nã cum innumeris beneficijs quotidie omnes nos prosequatur, siue ea sciamus siue ignoremus, siue uelimus siue nolimus: nihil tamen aliud à nobis exigit, q̃ habere gratias pro his quę nobis facta sunt, ut pro illaipsa gratiarũ actione ad ampliora dãda prouocetur. Quod ut scias, uide quomodo iustus ille ob magnã suã gratitudinẽ iterũ supernè meruerit illustrari. Nam quoniã condignũ suæ uirtutis specimẽ exhibuerat, et apud Gerarenos, & cũ rex eum expelleret, & cũ pastores puteos auferrẽt: misericors dominus, uelut cõfirmaturus eius alacritatẽ, iam ob insignẽ illam mansuetudinem eum charũ habens, postq̃ uenit illinc ad fontẽ iuramenti, uisus est ei in nocte illa & dixit: Ego sum deus Abrahã patris tui, ne timeas: tecũ enim sum, & benedixi te, & multiplicabo semen tuum propter Abrahã patrẽ tuũ.] Visus est ei, inquit, in nocte illa. Considera dei solicitudinẽ: ut illum refocillet ac fidentiorẽ faciat, apparet ei, & dicit: Ego sum deus Abrahã patris tui, qui patrẽ tuum glorificaui: & peregrinũ ac aduenã, illustriorem omnibus incolis feci. Ego sum ille, qui hũc ita crescere feci, & in oñibus curã eius gessi. Ego sum: ne igitur timeas, ne te perturbet, & mirum uideatur quòd ab Abimelech sis expulsus, quòd à pastoribus sis iniuria affectus. Multa talia & pater tuus pertulit, et inde glorioſior effectus est. Ne igitur hoc te terreat: ego enim tecũ sum. Idcirco fieri hæc permitto, simul uolens & declarare tuam uirtutem, & manifestari mẽtis illorũ prauitatem, ut & propter hæc te coronem. Tecũ enim sum, ideo & inuictus eris, & infestantibus potentior, & inuadentibus fortior. Et tãtam tui curã habebo, ut inuidiosus illis sis futurus: Ego enim tecum sum, & benedicam te, & multiplicabo semen tuũ, propter Abraham patrem tuũ. Considera misericordiam dei. Nam cum dixisset, Ego sum deus Abrahæ patris tui: ostendit quomodo sibi uendicauerit & propriũ fecerit Patriarcham, ita ut dignatus sit se uocare deum Abrahæ. Et dominus orbis ac cõditor, unius hominis deum se dicens, non concludit & abbreuiat appellatiõe Patriarchæ suum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominium, sed magnã in illum suam beneuolentiam monstrat, Ita, inquit, eum mihi feci propriũ, ut apud me æstimetur tanti quanti alij omnes: Ideo & multiplicabo semẽ tuũ propter Abraham patrem tuũ. Multas, inquit, illi debeo retributiones ob suã in me obedientiã: igitur propter illum multiplicabo semen tuũ. Interim & iustũ ad æmulationẽ patris sui prouocauit, ut monstraret similem illi uirtutem. Postẽ autem tanta ei bona promisit, Aedificauit, inquit, ibi altare, & inuocauit nomen domini, & fixit illic tabernaculũ suũ.] Quid est, ædificauit illic altare? Gratiarum actiones, inquit, illic domino obtulit, quòd tantã pro se gesserat solicitudinẽ. Et foderunt illic pueri Isaac fontem.] Et fit securus iustus: nam qui dixerat, Ego tecũ sum, & benedicã te, & multiplicabo semen tuũ: ipse simul cum & illustrauit, & omnibus fecit spectabilem. Itaq; uide Abimelech illum qui abigere eũ conatus est, & dixit: Abi à nobis: nunc ad eum uenientẽ: dicit enim, Iuit Abimelech, & præfectus gynæcei, & dux exercitus, & dixit eis Isaac: Quare uenistis ad me, uos autem odio me habuistis & expulistis à uobis?] Vide, obsecro, quãta mãsuetudo iusti. Videns eos à quibus fugatus erat, & qui tanto eũ odio fuerant prosequuti, nunc supplices ad se uenire, non superbiuit contra eos, nõ elato fuit animo, recentẽ habẽs memoriã eorũ quæ sibi à domino fuerunt dicta: neq; uirtute domini fretus insurrexit cõtra regẽ, sed iterũ consuetam mansuetudinẽ præ se ferens, cum magna lenitate uerborũ dixit eis: Quare uenistis ad me, uos aũt odio me habuistis, & à uobis expulistis? Quare, inquit, censuistis uobis uenientem ad me abactũ, & odio habitũ? Et dixerunt:

Videntes uidimus quia dominus tecũ, & dixi mus: Fiat iuramẽtum inter nos & inter te, & disponemus fœdus tecũ, ut ne feceris nobiscũ malum: sicut nos nõ abominati sumus te, & quomodo te bene fumus usi, & dimisimus te cũ pace, & nunc benedictus tu à domino.] Vide quantum mansuetudinis robur, & quanta uirtutis potẽtia. Nam qui pridem abegerãt, nunc uenisse ad peregrinũ, ad uirũ ciuitate carentẽ, ad erronẽ: & nõ solum satisfaciunt, & excusant se de his quæ cõmiserant, sed & peccatorũ ueniã petunt, & prædicãt iustum, & indicãt unde suus metus, & cõfitentur suam infirmitatẽ, & iusti magnã testãtur uirtutẽ. Quid emi fortius eo qui secũ habet deum? Videntes, inqt, uidimus quòd dominus tecũ est. Vnde uobis illa sciẽtia? Profectò, dicũt, res ipsæ nos docuerũt. Vidimus quòd abactus abigentib. fortior factus es, & ex rerũ serie contẽplati sumus quòd superno auxilio niteris. Hoc aũt diuinæ dispensationis opus est, quòd mens eorũ obstupuerit iustum, & quòd hoc cognouerint. Quoniã igit, inquit, dominus tecũ: fiat iuramentũ inter nos. Vide quomodo impellente cõscientia semetipsos reprehendere festinãt, cum nullus alius cogat, uel facta obijciat. Nam nisi iniuriã fecissetis, quare à iusto petitis ut cõponatur fœdus uobiscũ? Sed ita se habet iniustitia, quotidie cõscientia mordet, & silẽte eo q offensus est, rationẽ exigi putãt qui iniustitiã sunt operati: & quotidie arguunt, & quasi sibimetipsis peccatorũ suorũ pœnas cogitatione repræsentãt: id quod & illis euenit. Sit, inquit, iuramentum inter nos & inter te. Deinde dicunt & quale iuramentũ fieri uolunt. Et ineamus fœdus tecũ, ut ne feceris nobis malũ, sicut nos nõ sumus te abominati. Vide quomodo pugnantia inter se prę mentis angore & turbatione loquunt: ne fiat nobis male. Quare sic timuistis iustum, uidentes quòd tantã præ se ferat mansuetudinem erga eos qui lacessebãt? Sed incorruptus iudex mentẽ eorũ excitauit, et animaduerterũt quòd erga iustum tam ingrati fuerint: propterea præ timore & formidine nõ attendunt, quòd diuersa & pugnãtia loquãtur. Ne feceris, inquit, malũ, sicut nos te nõ abominati sumus. Quare igit abegistis? Verum iustus non petit rationẽ neq; expostulat, neq; arguit ea quæ ab illis dicta. Et quomodo, inquit, bene te usi sumus, & dimisimus te cum pace: & nũc tu benedictus à domino. Vides quòd supernam pœnã timuerũt? Sciuerũt emi quòd licet ipse propter humanitatẽ suam non ulciscerei quæ fecerant, is tamẽ qui tantã eius curã agebat, repetiturus esset rationẽ eorũ quæ in iustũ facta sunt: ea propter placãt iustum & cõponi cum eo studẽt, simul & pro his quæ facta erant rationẽ reddentes, & in futurum securitatẽ sibi cõciliantes. Et fecit eis, inquit, conuiuiũ, & comederunt & biberunt: & cũ surrexissent mane, iurauit unusquisq; proximo suo, & dimisit eos Isaac, & discesserunt ab eo cum salute.] Vide iusti benignitatem, quomodo cũ eis absq; uindicãdi cupiditate loquitur, & nõ solum obliuiscitur eorũ quæ in se facta, sed magna hospitalitate illos excipit. Fecit enim eis cõuiuiũ & comederũt & biberũt. Conuiuio satis dat argumẽti, se non fore memorẽ eorũ quæ in se cõmiserant. Et dimisit eos, inquit, & abierũt cum salute. Significauit per hoc diuina scriptura, q magno cum timore aduenerãt, periculum expectantes: & de salute sua omi (ut ita dicã) anxij, ut excusarent se ad iustum cõtenderunt. Vidisti quo modo nihil fortius uirtute? nihil potentius supernis auxilijs freto? Postea dicit: In die illo abierunt pueri Isaac, & foderũt fontẽ, & dixerũt: Nõ inuenimus aquã. Et uocauit eum iuramentũ. Et idcirco uocatur locus ille, puteus iuramenti, usq; in hodiernũ diem.] Vide & hic, ex his quæ facta sunt loco nomen impositũ. Nam quia effosso fonte nihil inuenerũt in die illo, quo iuramẽta inter se fecerũt, puteũ iuramenti uocauerũt nomẽ loci, ut factorũ duraret memoria. Vidisti quomodo iustus ille, neq; à lege eruditus fuit, neq; ad aliquem uirtute præditũ respicere potuit, sed patris uestigia sequutus, & ductus à cõscientia humanæ naturæ insita, tam bonis moribus præditã egit uitã? Quæ enim ab eo facta sunt, non solũ mansuetudinem indicabant iusti, sed & præcepta Christi suis illum operibus implere ostẽdebãt. Nam id quod Christus discipulis suis præcipiẽs & admonẽs docebat, ne solos diligẽtes diligerẽt, sed & inimicis chari-

charitatẽ exhiberẽt: hoc ille nunc multo antea implet, & tanta hospitalitate tractat eos, qui antea oderant: omnẽq; uindictæ cupiditatẽ animo suo excluſit. Qua igitur nos uenia digni erimus, qui post tãtam doctrinã, & saluatoris præcepta, neq; ad huius iusti mensuram peruenire ualemus? Et quid dico peruenire? ne propè quidem accedere possumus. Tanta enim nunc malitiæ uis inundauit omnia, ut rarũ sit & diligentes diligere. Vnde igitur nobis salutis spes, si Publicanis deteriores
Matt. 5. g fuerimus? sicut dicit Christus: Si diligitis diligentes uos, quid amplius facitis? nónne & Publicani hoc faciũt? Et Christus quidẽ uolens nos ad summum uenire fastigiũ, illis superiores uult esse, nos autẽ inferiores sumus. Et quid dico, Publicanis? deteriores & latronibus, & sepulchrorũ direptoribus & homicidis. Etenim & hi omnes diligunt eos qui erga se bene affecti sunt, & sæpenumero etiã pro dilectis periclitantur. Quid igitur fuerit nobis miserabilius, qui tantam à domino misericordiam nacti sumus, & innumera mala facientibus deteriores inuenimur? Obsecro igitur, ut cogitemus & supplicij magnitudinẽ, & confusionis quæ alibi futura est grauitatem, & uel saltẽ nunc nostram agnoscamus generositatẽ, & obtemperemus doctrinæ Christi: & non solum diligentes diligamus germanè, omni odio & rancore ab animabus nostris eliminato: sed & eos qui hostiliter nos persequuntur diligere studeamus: neq; enim aliter saluari nos possibile erit. Et hac incedentes uia, etiam magis illos diligere studeamus, utpote eos qui nobis innumerorũ bonorum sunt autores. Sic enim & peccatorum nostrorum remissio nem inuenire, & humiliata mente & contrita animã deo precari poterimus. Quia cum anima ab omni odio libera, mente tranquilla est, dominũq; sedulò inuocat, multum sibi supernè fauorẽ cõciliat. Qui nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum patre & sancto spiritu nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Erat autem Esau annorum quadraginta, & duxit Iudith filiam Beoth Chettæi, & Basemath filiã Elon Euæi: & exasperabant Isaac & Rebeccam. Homilia LIII

AGE & hodie si placet, aggrediamur ea quæ heri dicta sunt: & singula, quãtum nobis conceditur, aperiamus, ut domũ cũ utilitate aliqua redire possimus. Videamus igitur, quæ primũ lecta sint. Erat autẽ Esau, inquit, annorũ quadraginta, & accepit Iudith, filiã Beoth Chettæi in uxorẽ, & Basemath filiam Elon Euæi: & exasperabant Isaac & Rebeccam.] Vide quanta ex paucis uerbis addisci possunt. Quare emi nobis numerũ annorũ signauit? nõ absq; causa, sed ut discamus decrepitã ætatem Isaac: quia iam prouectus erat ætate. Nam si memores fuerimus eorum quæ antea dicta sunt, & quòd quãdo accepit Rebeccã, & ipse quadraginta annorũ fuerit, quãdo aũt nati sunt ei pueri, fuerit annorũ sexaginta: scimus quòd nunc centena

rius sit, & in profundissima senectute. Quoniam enim posthac narraturus est, quomodo præ senio heberatos oculos habeat: ideo numerũ annorum Esau signat, ut inde tempus Isaac scire possimus: propterea dicit: Erat aũt Esau annorũ quadragin ta. Deinde ut sciamus filij temeritatẽ, quòd uxores ducebat à gentibus à quibus nõ oportebat: declarat nobis, quòd una fuerit ex genere Chettæorum, alia aũt ex genere Euæorũ: quãuis nihil tale audendũ didicisse eũ oportebat, uel ex his quę Patriarcha tanta diligẽtia secerat, præcipiens seruo suo, ut de cognatione sua filio Isaac adduceretur uxor: uel ex eo quia mater ipsorum Rebecca hoc nõ approbabat, quæ ex Charris uenerat. Verũ ut statim in initio suos mores indicet, incõsultis parentibus illas duxit. Et ut sciamus q; malè moratæ mulieres fuerint, dicit scriptura: Et erãt exasperantes Isaac & Rebeccam. Et quid est hac malitia peius, quando illæ quæ omnẽ honorẽ impẽdere debebãt, non solũ hoc non faciũt, sed & ad cõtentionẽ paratæ sunt? Hæc autẽ omnia nõ absq; causa historia nobis tradit: sed ut postea cum uideris Rebeccã Iacob maiori beneuolentia prosequi discas quòd non iniuria rem eam fecerit. Iam autẽ ne seriẽ contextus præueniamus, scripta ipsa sequamur. Factũ est aũt postq; senuit Isaac, & hebetati sunt oculi eius ad uidendũ.] Iam enim, inquit, præ senio uidere non poterat. Et uocauit CAP. XXVII
Esau filium suũ natu maiorẽ, & dixit ei: Fili mi, ecce senui, & nescio diem mortis meæ: nunc igitur
C sume arma tua, pharetrã & arcum, & egredere in campũ, & uenare mihi uenationẽ, et fac mihi edulia, sicut ego amo, et affer mihi ut comedã, quo benedicat te anima mea priusq; ego moriar.] Hic, obsecro dilecte, animaduerte indicibilẽ dei sapientiã, & quomodo pater quidẽ genuinã præ se ferens dilectionẽ, hæc imperauit Esau. Deus autẽ, sapiens & omnipotens dominus per Rebeccam suã prædictionẽ impleri facit: docens nos, quantum ualeãt uirtus & morũ suauitas. Ille emi & obætatẽ, & ob primogenituram, & ob patris erga se affectionẽ primatũ se habere putãs, simul destitutus omnibus inuẽtus est: quia quæ in se erãt, affere uoluit: hic autẽ, quia & domestica erat uirtute
D præditus, & uirtutẽ supernã habuit subsidiariam, etiã inuito patre illius benedictionẽ arripit. Nihil enim fortius eo qui dextra illa adiuuat. Vide igitur diligẽter omnia, ut discas dispẽsationis excellentiã. Et quomodo hic quidem illa gratia fretus, magnũ in omnibus auxiliũ & cooperationẽ adipiscit, ut patris in eo impleat benedictio: ille aũt omnia amittit, perdens semetipsum propter morum iniquitatẽ. Rebecca aũt, inquit, audiuit loquentẽ Isaac cũ filio suo. Iuit aũt Esau in cãpum, ut uenaretur prædã patri suo. Dixit autẽ Rebecca ad filiũ suũ iuniorẽ.] Quare adiecit iuniorem? quia superius dixerat: Vocauit Esau filium suum natu maiorẽ, ut discamus cui nunc loquat Rebecca, inquit: iuniorẽ, hoc est, Iacob. Audiui, inquit, patrẽ tuum loquẽtem: Affer mihi uenationem, & fac mihi edulia, ut cum comedero benedi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam te corã domino, priusquã moriar ego. Hæc quidem audiui patrẽ tuũ cum fratre tuo Esau loquentẽ. Nunc igit fili audi me, sicut ego tibi præcipio, & uade ad oues, & sumito mihi inde duos hœdos teneros & bonos, & faciam ex eis edulia patri tuo, ut amat: & inferes patri tuo, & comedet, ut benedicat te pater tuus priusq; moriatur ipse.] Vide magnũ matris amorẽ, imò diſpẽſationem dei. Ipse enim est, qui ei hoc consiliũ dedit, & omnia prosperauit. Vidisti matris optimũ consilium? Vide & Iacob prouidentiã: & quomodo respondens, suorũ morũ indicat mansuetudinem.

Dixit autẽ matri suæ: Est frater meus uir hispidus, ego aũt uir leuis: ne fortè cõtrectet me pater meus, & ero ante eum quasi contẽnens, & inducam mihijpsi maledictionẽ, non benedictionẽ.] Magna pueri gratitudo, & in patrẽ reuerẽtia. Timeo, inquit, ne in diuersum eueniant studia mea, ne uidear aduersari patris sententiæ, & pro benedictione maledictionẽ mihi adducam. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa & amans filij? Quia non ex sua tantum sententia faciebat, sed & diuino subministrabat oraculo, ideo omni studio conatur eximere puero metũ, & addere animos, ut consiliũ perficiat: & non promittit ei quòd possit deludere patrẽ & latere. Sed quid? In me recidat maledictio hæc fili mi: tantũ obedi uoci meæ, & uadẽs affer mihi.] Et si fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne igit timeas, sed bene fidens obedi uoci meæ, & fac quæ tibi cõsuluntur. Hæc uerè materna dilectio est, ut pro puero parata sit omnia ferre. His dictis puerũ à timore liberauit.

Cum igit abijsset, sumpsit & attulit matri suæ, & fecit edulia, sicut amabat pater suus. Et ut sumpsit Rebecca, inquit, stolam filij sui senioris pulchram, quã habebat domi, induit Iacob filium suum iuniorẽ, & pellibus hædorũ brachia eius, & nuda colli eius circundedit, & dedit edulia & panes quos fecerat in manus filij sui, & obtulit patri suo.] Vide, obsecro, hic Rebeccæ cũ magna dilectione coniunctã raram sapientiã. Nam quia superius dixit, quòd ille quidẽ hispidus esset, hic uero leuis: Stola, inquit, Esau induit eũ, & pellibus circundedit eum, & cum undiq; eum ad deceptionem instruxisset, datis eduljs & panibus in manus, effecit ut patri afferret. Cõsidera hic, quomodo omnia superna gratia euenerint. Nam quãdo quod à nobis est offerimus, largiter diuinã operationẽ consequimur. Nam ut ne desides & supini simus, uult etiã nos aliquid cõferre: quò sic sua declaret, & non totũ sit superni auxilij, sed oporteat etiã nos aliquid simul afferre. Neq; à nobis iterũ exigit totũ: sciens infirmitatis nostræ excellentiã, & suam seruans misericordiã. Et uolens occasionem aliquam offerre, ut suam declaret liberalitatem, expectat ut afferamus quæ à nobis sunt, id quod & nunc factum est. Nam quia Iacob & Rebecca fecerunt ea quæ à se fieri oportebat: & ille quidem obediuit consilio matris, hæc aũt omnia quæ ad se attinebãt impleuit: tunc ultrà bonus dominus perfici fecit magna facilitate quod omnium erat difficillimũ, ne fieret actus istius impostura manifestus Isaac. Postq; autem attulit edulia patri: dixit ad eum: Quis tu es fili? Et dixit Iacob ad patrẽ suũ: Esau primogenitus tuus: feci tibi sicut loquutus mihi es. Surge ergo, sede, & comede de uenatione, & benedicat me anima tua.] Considera hic, obsecro, quanta cum anxietate uerba hæc loquat Iacob: qui enim principio dixerat matri: Timeo ne inducã super me maledictionẽ, & nõ benedictionẽ: nunc in quanto timore constitutũ uerisimile est, qui tã ancipitẽ agit fabulã. Verum quia deus erat qui cooperabatur his quæ fiebãt, omnia opere sunt impleta. Quid igitur? etiámne mendacio deus cooperatus? Dilecte ne indages tantũ quod fit, sed attende etiã scopũ, & quòd nõ factum sit temporalis cõmodi uel auaritiæ causa, sed quòd patris benedictionẽ sibi cõparare studeret. Alioqui si ita simpliciter quæ fiunt exquisiturus es, uide ne & Patriarchã puericidam, & Phinees homicidã dicas: uerũ neq; Abrahã pueri homicida, sed & ualde ei affectus, si quis alius: neq; Phinees homicida, sed zelotes. Vterq; em̃ quod deo probabat, faciebat: atq; ille per obediẽtiam, multam à deo remunerationẽ promeruit, hic uero propter zelum prædicatur. Dicit enim: Stetit Phinees, & placatus est. Si igitur homicidium & puericidium placuerũt, quia iuxta dei sententiam fiebant, neq; attendimus ad facta, sed ad scopum eorum quæ fiebant, & ad uoluntatem eorũ qui fecerunt: multo magis & hic expendendum fuerit. Ne igit hoc cõsidera, quòd mẽtita fuerint quę dicebant à Iacob, sed illud cogita, q̃ uolẽs deus prę dictionẽ impleri, omnia ut sic fiant diſpẽsauit. Et ut scias, quòd deus omnia facilia reddebat, etiam quæ difficilia: uide quomodo iusto non potuit subolere fraus, sed persuadetur dictis Iacob, & cũ edulia ista comedisset, benedictionib. eum remunerat. Et non prius à uenatione affuit Esau, quousq; omnia sunt impleta: ut per omnia sciamus, uoluntate dei hæc gesta esse. Dixit autẽ, inquit, Isaac: Quid hoc, quomodo tam statim inueniſti fili? Ille aũt dixit: Quod tradidit dominus deus tuus corã me.] Adhuc in anguſtijs stabat Iacob, augebaturq; plurimũ timor eius. Verũ hæc omnia propterea facta sunt, ut discamus rebus ipsis q̃ non simpliciter dominus suã declaret solicitudinem & prouidentiã, nisi uiderit & nostrum accedere seruorẽ. Ne em̃ prætereas obiter hunc agonem, sed cõsideres quòd causæ totius atq; salutis erat periculũ: & timebat & tremebat, ne propter benedictionem fieret omnis maledictionis reus.

Deinde inquit: Appropinqua mihi, & contrectabo te fili, an sis filius meus Esau, uel non.] Et enim ob uocem placidiorem dubitabat iustus: sed quia diſpẽsatio implenda erat, non permisit deus ut dolus sentiret. Appropiauit aũt & cõtrectauit eum, & dixit: Vox quidem uox Iacob, manus autem manus Esau: & non agnouit eum.] Vide quomodo ostendit quòd uniuersum à dei gratia erat: quæ efficiebat ut ipse nihil horũ attẽderet, & Iacob paterna frueretur benedictiõe. Et nõ agnouit eum

uit eum, inquit. Erant em̃ manus eius sicut manus Esau.] Vide iterũ, quomodo ostendit diuina scriptura quòd dubitauerit iustus.] Dixit em̃, inquit: Num tu filius meus Esau?] Vt ex hoc quoq; sciamus, quòd pater uictus naturali affectione, omnia faciebat: deus aũt futura prægnoscẽs, & uirtutũ nota seruos suos insignire solitus, rem totam hunc in modũ diſpensat. Et dixit Iacob: Ego. Postq; dixit: Num tu es Esau filius meus? et dixit, ego: dixit iterũ, Affer itaq; mihi, & comedã de uenatione fili, ut benedicat te anima mea. Vix tandem à cura soluit Iacob, & attulit patri edulia, attulitq; uinũ & bibit. Et dixit ei: Appropia mihi, & osculare me fili. Et ut appropiauit, osculatus est eũ: & odorauit odorẽ ueſtimentorũ eius, & benedixit eum, ac dixit.] Vide diuinæ scripturæ obseruationẽ. Postq; interrogauit: Num tu es Esau? & dixit, Ego: iterũ cõtrectauit eum, & subdubitabat, & cum ex uoce penè simulationẽ deprehẽdisset: iterũ interrogauit: Nónne tu es filius meus Esau? Et dixit, Ego. Et postea attulit ei, & comedit. Tunc, inquit, osculatus est eum, & benedixit eum.] Nam ut sciamus quòd nõ in persõnam Esau benedictionẽ fecerit, sed in illum quẽ osculatus est: propterea cõmemorat diuina scriptura, quòd osculatus est, & benedixit illũ quem osculatus est. Odoratus est em̃ odorẽ ueſtimentorũ eius, & benedixit eũ, & dixit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit dominus. Et dabit tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, & multitudinẽ frumenti & uini. Det, inquit, dominus deus tibi, qui edulia attulisti, qui à me osculũ accepisti: & seruiãt tibi gentes.] Vide quomodo necessariorum copiã adduxit, deinde principatũ gentiũ prædicens, & futurã eius religionẽ, & incremẽta quæ inde nascunt. Et adorent te principes.] Non solum ei apprecat gentes subdi, sed & principes. Et sis dominus fratris tui.] Vide quomodo seruit iustus, etiã ignorans, dei uolũtati. Omnia em̃ hæc propter hoc diſpẽsabant, ut hic propter uirtutẽ dignus recipiat benedictionẽ. Et adorent te filij patris tui.] Filios consueuit scriptura uocare omnẽ generationem: sicut & hic, filios patris tui: quasi diceret alios quis, eos qui ex semine Isaac futuri. Non em̃ alios filios habuit Isaac, q̃ hos duos solos. Qui maledicit te, sit maledictus: qui benedicit te, sit benedictus.] Ecce & coronas benedictionis, ecce summam omniũ bonorum, esse benedictũ. Vidisti dei misericordiã? Qui timuerat ne maledictionẽ acciperet pro benedictione, non solũ cũ tanta largitate benedictiones à patre reportat: sed illi maledicunt, qui attẽtant eũ maledicere. Hinc discamus, quòd quãdo quis iuxta uoluntatẽ domini sua diſpensare uult, tanto superno subsidio adiuuat ut hoc planè re ipsa experiat. Quis enim nõ admiretur & obstupescat dei ineffabilem diſpensationẽ, quòd nõ prius Esau de uenatione aduenit q̃ absoluerẽt actus illius argumentũ, quãdo ille accepta benedictiõe à patre discesserit. Hoc em̃ nos docere uult beatus Moses. Et factũ est postq; cessauit Isaac benedicere Iacob filiũm suũ, & quando exiuit Iacob à facie Isaac patris sui, Esau frater suus uenit de uenatiõe.] Vide quomodo post illius exitum alter statim aduenit. Non hoc absq; causa uel temerè factum, sed ut ignorãs afferret & ipse edulia, & à patre addisceret rem totã ut acta erat. Nam si prius nouisset, & in fratrem incidisset, forsan ipsum interemisset, uictus ira. Nam qui hoc postea deliberauit, multo magis in negotio medio attentasset. Sed manus dei erat, quæ puerum saluabat: & hunc quidem dignum benedictione effecit, illũ autem & benedictione priuauit & primogenitura. Vt autẽ aduenit, inquit, fecit & ipse edulia, & attulit patri suo, et dixit: Surgat pater meus, & comedat de uenatione filij sui, ut benedicat me anima tua.] Vide, obsecro, iterũ iustum perturbari, et mẽte cruciari: dicit em̃. Vt autem audiuit, dixit: Quis es tu? Ille autẽ dixit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau.] Vide quomodo superbit in causa. Non est contentus quòd dicat, ego sum Esau: sed addidit primogenitus. Obstupuit aũt Isaac stupore uehemẽti, & dixit: Quis igitur uenatus est uenationẽ meã, & attulit mihi, & comedi de omnibus antẽq; tu uenires: & benedixi eum, & benedictus erit?] Vide quomodo in perplexitate cõstitutus iustus, & narrãs factũ, grauiter illius animũ uulnerauit. Et benedixi eũ, & benedictus erit. Hoc aũt faciebat iustus sapiẽtia dei illius linguã dirigente, ut cum ille omnia diligẽter didicerit, scire possit nihil ei prosore uel primogenituras, uel uenationẽ. Auditis sermonibus patris, Esau clamauit uoce ualde magna & acerba.] Indignationem significauit per uerbũ, & irã qua succẽsus, cũ hæc didicisset: & dixit: Benedic, obsecro, & me pater. Dixit autẽ ei: Frater tuus uenit cũ dolo, & accepit benedictionẽ tuã.] Prior, inqt, frater tuus benedictionẽ uniuersam ubertim & copiosè arripuit. Et ut scias, q̃ superna gratia fuerit cooperata in hoc ut iustus deciperet, uide quomodo ipse hoc fateat, dicens: Venit frater tuus cũ dolo: quasi excuset se apud puerũ, & doceat: Ignorãs illi benedictiões impẽdi, & paratus erã tibi eas largiri: sed ille uenit cũ dolo, & accepit benedictionẽ tuã. Hæ tibi præparatæ erãt, sed ille præripuit, nõ hoc mea culpa factũ est.

Et dixit, inquit, Esau: Rectè uocatũ est nomen eius Iacob, supplãtauit em̃ me iam secũdò: & primogenita mea tulit, & nunc accepit benedictionem.] Non inuanũ, inquit, nomẽ hoc sortitus est: supplantationẽ em̃ interpretamur nomẽ eius, id quod hic in me declarauit, & primogenitis & benedictiõe priuãs. Quid igit ad patrẽ Esau? Non reseruasti mihi benedictionem pater? Respondit aũt Isaac, & dixit ad Esau: Disce, inqt, quòd omnes benedictiões in eum effudi, cũ eũ fecerim dominũ tuũ.] Vide quomodo statim ab hoc exordiatur. Nihil em̃ aliud ei q̃ seruitutem significat & subiectionẽ, ac dicit: Cum eũ fecerim dominum tuũ, & omnes fratres eius seruos, frumento & uino stabiliuerim eũ, tibi aũt quid faciã fili? nihil aliud ultrà relictum est: quia dominum feci tuum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& omnes famulos fratres, & rerũ necessariarum A
ubertatem ei auxi. Quid aliud ultra relictum est?
Dixit autẽ Esau ad patrẽ suum: Num benedi-
ctio una tibi est pater? benedic obsecro & me.]
Quoniam audiuit patrem dicentẽ: & benedixi
eum, & benedictus erit: tunc inquit: Benedic, ob-
secro, & me pater: num uel una tibi benedictio
est? Non potes & mihi uel unã benedictionẽ im-
partiri, qui ita à te diligor, qui primogenitus, qui
à te in uenationẽ missus sum? Adobruit patrẽ uer-
bis. Compuncto aũt Isaac, inquit, clamauit uo
ce magna Esau, & fleuit.] Vidit patrẽ cõsilio de-
stitutũ, & nõ posse nec̃ uelle reuocare quæ facta
sunt: & clamori etiã adiecit ploratũ, ad maiorem
compassionẽ. Misertus itac̃ eius Isaac, inquit, di-
cit ei: Ecce de pinguedine terræ erit habitatio B
tua, & de rore cœli desuper, & in gladio tuo ui-
ues, & fratri tuo seruies: erit aũt quando depones
& exolues iugũ à collo tuo.] Quoniã, inquit, &
ipse meã benedictionẽ desideras, disce quòd non
est possibile ut agã quæ diuinæ uolũtati aduersa
sunt, sed & tibi quidẽ apprecor, ut rore cœli frua-
ris. Scias aũt quòd militarẽ uitam acturus es, &
in gladio tuo uiues, & fratri tuo seruies. Cæterum
nullus audiens hæc miretur, uidens post hæc fra-
trem uagũ factum ob illius metũ, & in terrã alie-
nam cõtendentẽ: nec̃ initia attendens, existimet
uaticinium irritum fieri. Nam quando dominus
aliquid pollicetur, etsi diuersa his quæ pollicetur
uideamus in principio euenire, non turbemur,
nec̃ enim possibile est ut ad finem usc̃ aberrent. C
Hoc aũt fit, ut dum iusti per omnia fulgidiores red
duntur, abundantiã uirtutis dei manifestã nobis
omnibus fieri efficiãt. Et in unoquoc̃ sanctorum
hoc inuenies, si uolueris historias singulas diligẽ-
ter animaduertere, quod sanè nũc quoc̃ factum
est. Ne hoc attendas, quòd nunc statim profugus
sit, sed cogita gloriã quæ posthac sequetur, quia
temporis processu hic ipse sit terribilis illi factus,
ut ille magnã erga eum declararet reuerentiã: in
tantamc̃ uenit gloriã post erumnas, quas in ter-
ra aliena tulit, ut qui ex ipso nati in immensam
multitudinem propagentur, & eius nomine tota
gens cognominetur ac sit discreta. Nunc aũt do-
cens nos diuina scriptura fratris indignationem,
& quòd homicidium spectarit, inquit, Et odio D
graui prosequebatur Esau Iacob, propter benedi
ctionem qua benedixerat eum pater suus.] Et ut
sciamus, quòd nõ fuerit simplex & subitanea ira,
per uerbum nobis significauit malitię eius excel-
lentiã. Graui enim odio persequebatur dicit. hoc
est, insidebat & perdurabat odiũ, ita ut & mẽtem
in profundo latentẽ manifestaret per uerba, in-
quit: Dixit enim in corde suo, appropinquent
dies luctus patris mei, ut occidam Iacob fratrem
meum.] Nonne & irascens insanientib. illis non
minus insanus est? Considera em̃ quomodo dæ-
mõ ille subingressus, mẽte destituit correptos, &
quasi insanientes facit, & persuadet ut faciant pla
nè alia c̃ apparet. Nec̃ enim uidẽt illi, nec̃ aliud
quiddã utile faciũt: sed quasi corruptis sensorijs,
& dijudicandi ui amissa, faciũt omnia. Ita sanè &
qui irascuntur, nõ agnoscunt præsentes, non me-
mores sunt cognationis, non amicitiã, non cõsue
tudinẽ, non dignitatẽ, nec̃ quic̃ aliud in mentẽ
accipiunt, sed iræ ui pressi, in præceps miserabili-
ter ferũtur. Quid igitur illis fuerit miserius, quan-
do uicti & capti ab affectiõe etiã homicidiũ medi
tant. Propterea beatus Paulus radicẽ huius ma
li uolens extirpare, admonet, & scribẽs dicit: O-
mnis ira & indignatio, & clamor auferaẽ à uobis
cũ omi malitia. Non solũ, inquit, nolo uos succen
sere & indignari, & irasci, sed nec̃ cum clamore
proximis loqui: clamorẽ hic dicẽs, qui ab ira na-
scitur. Quãdo em̃ affectio hæc intrinsecus nasci-
tur, & cor tumet, non iam sinit ut lingua ultrà pla
cide loquaẽ: sed affectio cordis se proferẽs, efficit
ut clamose cũ proximo agaẽ. Volens igitur bea-
tus ille, sibi obtẽperantes in perpetua uersari tran
quillitate, dixit: Omnis ira, hoc est, à qualicunc̃ Eph. 2. g
causa moueatur: & omis indignatio, & omis cla-
mor tollaẽ à uobis. Deinde radicẽ huius mali uo-
lens resacere & inutilẽ reddere, dicit: cũ omi ma
litia. Nam qui sic afficiẽ, semper in portu sedet, à
fluctibus liber: & nec̃ tẽpestatem timet, nec̃ nau
fragiũ: sed quasi in tranquillitate nauigãs, uel in
littore sedens, ita præsentẽ uitã trahit, non solum
ab omi turbatione liber, sed & immortaliũ & in-
effabiliũ bonorũ fructus sibi per omia cõcilians.
Qui nobis omnibus concedanẽ, gratia & miseri-
cordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre &
sancto spiritu sit simul gloria, honor et imperium
nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Rebecca autem uocans filium suum iunio-
rem dixit ei. Homilia LIIII.

Vidistis heri dilecti, & publicani magnã
gratitudinẽ, & domini ineffabilem mi-
sericordiam, & Iudæorũ stupiditatem
immensam? Vidistis quomodo omnes
nos erudierit beatus Matthæus, statim obediens,
& tantam morum mutationẽ præ se ferens: quòd
in uoluntate nostra, comite superna gratia, sitæ
sunt & uirtutes & uitia: & quòd opera adhibita,
possumus fieri uirtutibus conspicui: & desides fa
cti, in peccati præcipitium deferri? Hoc enim est,
quo à brutis differimus, quia ratione insigniti su-
mus à misericordi deo, & in natura nostra insita
est scientia boni & mali. Nullus igitur prætexat
quòd ignorãs uirtutẽ negligat, uel quòd non ha-
beat aliquẽ uiæ ducẽ & demonstratorem. Suffi-
cientem enim magistrũ habemus conscientiã: &
fieri nõ potest, ut quis illo adiumẽto priuẽ. Nam
simul cũ formatione hominis, implãtata est scien
tia faciendorum & nõ faciẽdorum: ut nostra gra-
titudine declarata, in præsenti uita, quasi in palæ
stra quadam exercitati, secundum uirtutum labo
res præmia reportemus: & breui tẽpore laboran-
tes, perpetuas coronas mereamur, & in momen-
taneo hoc seculo uirtutem amplexati, æternis bo
nis in infinita secula fruamur. Id sanè scientes fra
tres, nostrã ne perdamus generositatẽ, ne simus
tantis operibus ingrati: ne sectemur uoluptates,
quæ

quæ tam breui tempore durant, perpetuũ dolo- A
rem nobis accersentes: sed ante nos semper ui-
dentes oculum qui nunc̃ sopitur, qui & absco-
dita cordis nouit, res nostras ita instituamus &
moderemur, & muniti armis spiritus nostrã de-
claremus gratitudinẽ: ut & gratiã, & auxilium su
perne nobis accipiamus, ad uincendũ cõmunem
salutis nostræ hostem, & ad irritãdas eius machi-
nationes, & ad promerendam illorum bonorum
fruitionẽ quæ promisit diligentibus se. Ne ergo
spectet quis ad laborẽ uirtutũ, sed cœlestia lucra
cogitantes prompte labores obeamus. Nam si hi
qui in terrenis uersantur negotijs, & in colligen-
das opes insaniunt, omnia prompte suscipiũt fa-
ciẽda: & uidentes ante oculos pericula maris, pi
ratarũ insidias & naufragia, non franguntur, nec B
segniores fiunt, quãuis (quod plus est) de fine ni-
hil certi habeant: qualem nos habituri sumus de-
fensionẽ, si nõ omni studio & alacritate accinga-
mur ad uirtutũ certamina, propter æterna illa bo
na? Quare ita ingrati sumus benefactori nostro,
& nec̃ quæ iã donata sunt uersamus animo, nec̃
promissa cogitamus: sed omniũ (ut ita dicã) obli-
ti, frustra & inuanũ, quasi pecudes, uitam totam
transigimus, animę quidem nullã facientes curã,
uentrem autẽ solum impinguantes, atc̃ etiã pro-
pter hoc corpori multũ nocentes? Etenim corpo
ri ob uoracitatem & immoderantiã multa para-
mus, animã uerò fame perire sinimus: tametsi po
tentior anima sit c̃ corpus, & ablata illa hoc mor
tuum relinquatur. Debentes igitur & huic & illi C
congrua & conuenientia præbere alimẽta, intem
perati & hinc & illinc, utric̃ nocemus: hoc plus
c̃ oportet saginantes, hanc autẽ fame perire co-
gẽtes. Et quod omnium dominus loco maximæ
indignationis aliquando interminatus est Iudæo
rum populo, dicens: Dabo uobis non famem pa- Amos 8. d
nis, nec̃ sitim aquæ, sed famem audiendi sermo-
nem domini: docens nos, quòd illa quidẽ fames
corpus emaciat, hæc autẽ animã attenuat: in hoc
nunc nos sponte incidimus, idc̃ postc̃ deus tan-
tam nostri curam declarauit, & dispẽsauit ut post
sacrarũ scripturarum lectionẽ habeamus & à do-
ctoribus admonitiones. Ideo oro uestram charita
tem ut excussa desidia expergiscamini, & studi-
um omne in animæ salutem transferatis. Sic em̃ D
& à deo beneuolẽtiam uberem habebitis, & nos
alacriores ad docendum uos erimus, quos uidebi
mus consilio nostro parere. Quoniam & agricol-
la, quando uidet terrã fœcundam & culturæ ido
neam, parat se etiã ipse ut maiori studio illam co-
lat. Eodem modo & nos, si uiderimus uestrũ in di
uinis profectũ, & quòd ea quæ à nobis dicuntur,
alacriter suscipiatis, maiorẽ docendi laborẽ exhi-
bebimus, utpote sciẽtes quòd non in petris semi-
nemus, sed in pingui & fertili terra. Ea em̃ de cau
sa quotidie uobis cõcionamur, ut aliquid lucri fa
ciatis, & uirtutes uestræ crescant, & lætemur ui-
dentes uestrum profectum. Nunquid enim inua-
num dicere uolumus, ut à uobis laudum fructus
recipiamus, & ut applausu facto recedatis? non
hoc spectamus: absit. Sed uestra utilitas, mea ma-
xima laus est: & summus plausus, si quis à uitijs
ad uirtutẽ conuertatur: si quis antea deses, nostra
adhortatione studiosus fiat. Hoc & mihi maxi-
mum affert solatiũ & laudem, & uobis lucrũ & di
uitias spirituales. Sed non ambigo, quin multum
studij declaraturi sitis. Scio enim, quòd à deo do-
cti estis, potẽtes etiam alios admonere. Propter
hoc hic sistens meum consiliũ, pergam ad solitam
doctrinam uerborũ beati Motis, imò dictorum à
sancto spiritu, & ubi pauca quædã proposuero,
hodiernũ uobis conuiuium apponã. Audistis nu
per, quomodo Iacob omnia faciẽs iuxta consilium
Rebeccæ, patris benedictionẽ arripuerit, lauda-
tumc̃ furtũ cõmiserit? Ideo et cooperatorẽ deum
habuit, & conatus eius bene successit: sed quia E-
sau ualde inuidebat, & se ad cædem præparabat.
Ita enim se habet mala hæc affectio, non ante desi
stit, donec à se captũ in præceps deiciat, & ad ho
micidij currat scelus. Radix enim homicidij inui
dia, & fructus inuidiæ homicidiũ, ita & à princi-
pio fuit inter Abel & Cain. Ille enim nihil habẽs
uel paruũ uel magnũ de quo accusaret fratrẽ, ubi
uidit illum domino probari propter oblationem
munerũ, se uerò ob negligentiã suam reiici, ad cæ
dem statim prouocatus est: & nata inuidiæ radice
in mente eius, statim & perniciosum illũ fructum
attulit, & homicidiũ commisit. Ita sanè etiã Esau,
cum accepisset frater benedictionẽ à patre, ab ira
& inuidia ad homicidiũ proiectus, meditabatur
mortẽ fratris. Verũ admirabilis illa mater hoc sen C
tiens, iterũ maternũ amorẽ erga filiũ declarauit:
& consiliũ affert, quò possit è fratris manibus eri
pi. Vocato em̃, inquit, filio suo iuniore, dixit ei:

Ecce Esau frater tuus minatur tibi mortẽ, nũc
igitur audi uocẽ meam.] Experientia te doceat,
quòd utilia consulo. Et sicut dudum audita uoce
mea, magnas illas à patre benedictiones assequu
tus es: ita & nunc audi uocẽ meã, ut effugere pos-
sis fratris manus. Sic em̃ & temetipsum à pericu-
lis liberũ reddes, & me à luctu. Verisimile enim
quòd ille, si hoc ausus fuerit, pœnam daturus sit,
& ita undequac̃ mihi grauis dolor & cruciatus
erit. Audi igit uocem meã, & surge, statimc̃ ua
de ad Labã fratrẽ meũ in Charras, & habita cum
eo ad aliquot dies, usquequo auertaẽ ira & indi- D
gnatio fratris tui erga te, & obliuiscaẽ quæ ei feci-
sti, & mittã & reducã te inde: ne fortè uno die uo-
bis ambobus orber. Abi, inquit, ad fratrẽ meũ La
ban, & habita illic cũ eo.] Verisimile em̃, quòd se
paratio, & tẽporis processus poterit mitigare irã,
& finire inuidiã, & obliuionẽ afferre eorũ quæ in
furto benedictiõis gesta sunt. Et obliuiscatur, in-
quit, quæ feceris ei. Verisimile est, inqt, eũ irasci:
ideo cõgruit ut irã eius declines, si fortè per tẽpus
obliuiscaẽ, & postea cũ libertate possis hic domi-
ciliũ habere. Et ne puer grauatim ferat, quòd co-
gatur in alienã terrã abire: uide quomodo soletur
pueri animã. Primũ quidem dixit: Abi ad Laban
fratrẽ meum. Num ad extraneũ & alienũ ire te iu
beo? ad fratrem meum ibis, & habita cum eo ad

dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

dies aliquot: breue, inquit, tempus, paucos dies, quousq; quiescat ira. Nunc em̃ feruet indignatio eius, & aliquãdo ab affectione superatus, neq; patris habebit reuerentiã, neq; quantũ fraternæ necessitudini debeat, in mentem accipiet: sed unum hoc aget, ut furorem suum expleat. Et mittens reducã te. Statim autẽ, inquit, inde reducã: nam de utroq; anxia sum, & utriq; timeo, ne fortè utroq; priuer. Vide sapientiã matris, quæ à seipsa mota, imò dei prædictioni etiam nunc seruiẽs, illa cõsulit puero quæ Christus discipulis suis cõsulebat, ne temerè periculis se immisceãt, sed secessu insaniam malè affectorũ demulceãt: hoc igitur etiam illa puero consulit, primum mentẽ animans & firmans: cum aũt secessum ille non detrectaret, nec ægre ferret, tũc & causam honestam profectioni eius excogitat, ita ut non manifestè uideatur propter fratris inuidiã cedere, neq; pater sciat ueram peregrinationis causam, Esau scilicet indignationem contra illum. Et ingressa, inquit, ad Isaac Rebecca, dixit: Grauis mihi uita est propter filias Chet. Si acceperit Iacob uxorẽ de filiabus terræ istius, ad quid mihi uita?] Considera, quomodo honestum inuenit prætextum. Quando enim nobis superna gratia cooperatrix est, & difficilia facilia fiunt, & grauia leuia. Quia igitur & hæc habuit deum sententiæ suæ annuentem, omnia quę ad futurã dispensationẽ & salutem pueri cõducere poterant suggessit eius menti. Grauis mihi, inquit, est uita mea propter filias Chet. Si acceperit Iacob uxorẽ de filiabus terræ huius, ad quid mihi uita? Hic mihi significare uidetur pessimos uxorum Esau mores, & quòd ei fuerint multæ amaritudinis causa. Etenim de Esau superius narrauit nobis diuina scriptura, quòd accepit à Chettæis & Euæis uxores, & exasperabãt Isaac & Rebeccam. Hæc igit̃ in memoriã ei suggerere uult, quasi dicat: Scis quomodo uitam meam amaricarunt uxores Esau, & quomodo propter illarũ malitiã in omes filias Chet malè afficior, & propter illas omnem illam gentẽ exosam habeo? Si igitur contingat & Iacob ex illis uxorem ducere, quæ mihi postea salutis spes? ad quid mihi tum uita? Nam si illas ferre non possumus, si etiã Iacob ex filiabus terræ huius uxores acceperit, actũ est de uita nostra. Quibus auditis Isaac, consideratis illarũ malis moribus, & accersito Iacob, benedixit eum, & præcepit ei, dicẽs: Non sumes uxores de filiabus Chananæorum, sed surge & uade in terram Mesopotamiæ, in domũ patris matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem de filiabus fratris matris tuæ.] Neq; his cõtentus uerbis, uoluit & alacriorẽ eum reddere in peregrinatione, & eum iterũ benedictionibus confirmat, ac dicit: Deus meus bene dicet te, & augebit te, & multiplicabit te, & eris in cõgregationes gentiũ, & dabit tibi benedictionem Abrahæ patris tui, tibi & semini tuo post te: ut in hæreditatẽ accipias terram peregrinationis tuæ, quam dedit deus Abrahæ.] Vide quomodo iustus prædicit ei omnia, & bona ei uiatica dat & solatia: prædicit enim ei reditum & hæreditatem terræ, & quòd non solum in multitudinẽ crescet, sed & congregationes gentiũ ex semine eius egredientur. Quę ut audijt puer, impleuit iussa patris, & profectus est in Mesopotamiam ad Laban matris fratrẽ. Et iterum, ut hoc didicit Esau, & quòd benedictus fuerit à patre Iacob, contenderit̃q; in Mesopotamiã, & quòd mandatũ sit ei ne accipiat uxorẽ ex filiabus Chananæorũ: quasi corrigere uolens erratum suũ, & placare patrem. Addidit, inquit, & accepit uxorẽ ad duas uxores suas, filiam Ismael filij Abrahæ.] Vidisti dilecte, quanta prudẽtia, & quibus affectionibus filium suum Iacob è periculis mater eripuerit: decenter palliãs peregrinationis causam, & neq; Esau malitiã prodens, neq; patri causam manifestã faciens: sed & filio conueniens dans consilium, ut propter metum admoneri possit ne se opponat suis dictis, & patri congruã sententiam suggerens. Vnde & iustus accedẽs eius dictis, uiatico benedictionis instructum Iacob dimisit, Cæterũ si placet, & nõ de fatigamini, uideamus quomodo peregrinationẽ obiuerit Iacob. Non paruã enim & hinc cõmodi tatem accipere possumus, si attenderimus. Iustorum enim conuersatio & uita, totius philosophiæ cõtinet doctrinã. Vide igitur & saltẽ uel hunc iuuenẽ, qui domi educatus, quia antea nunq̃ in peregrinatione fuerat, neq; magnũ iter fecerat, neq; graue aliquid expertus erat, quomodo iter arripiat: & disce q̃ excellentibus præstiterit moribus eius uita. Et egressus Iacob à fonte iuramenti, profectus est in Charras, et uenit in quendã locũ, & dormiuit illic: occidebat em̃ sol, et accepit de lapidibus loci, & posuit ad caput suũ, & dormiuit in loco.] Vidisti ineffabilẽ uitæ philosophiã? Vidisti quomodo ueteres iter faciebãt? Vir domi educatus, tantæq; assuetus curæ: simplex em̃ erat, ingt, & domi habitãs: peregrinaturus neq; iumẽtis egebat, neq; ministris, neq; uiaticis: sed apostolicũ morẽ imitatus, iter facit: & cũ occũberet sol, ibi dormiuit ubi eum nox cõprehendit. Accepit, inquit, lapides, & posuit ad caput suũ. Vide pueri robur, lapide pro puluinari usus est, & super nudum solũ decubuit. Igit̃ quoniã bene moratã animã habebat & masculũ spiritũ, & ab omni uanitate liberũ, admirabilẽ uisionem illam meruit. Hoc enim more agit dominus noster, quãdo uidet animam p̃sentia nõ magnifacientẽ, plurimam sibi illius curã esse declarat. Vide igitur iustum illum super solo cubantem, & uisiones uidentẽ, imò uisione domini dignũ haberi: dicit enim, Obdormiuit, & ecce scala erat firmata super terram, cuius caput pertingebat in cœlũ: & angeli dei ascenderunt & descenderũt super eã. Dominus autem innixus est super eam, & dixit: Ego deus Abraham, & deus Isaac patris tui: ne timeas.] Considera, obsecro, hic eximiam curam misericordis dei. Quia uidebat iuxta consiliũ matris propter timorem fratris suscepturũ peregrinationẽ, & quasi erronem quendam uiam facere, & solum, ac ab alijs abstractum, nullamq; habentem consolationẽ ullo ex loco: sed totum in supernum auxilium proie-

ctũ: statim in ipso initio uolens confirmare alacritatem eius, apparet, ac dicit: Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac patris tui, Ego & Patriarcham & patrem tuum in tantã gloriã crescere feci. Ne igit̃ timeas, sed crede quòd ego qui impleui illis suas promissiones, & te mea cura & prouidentia dignabor. Ne timeas, sed confide: & omni timore depulso, crede his quæ à me dicunt̃. Etenim terram in qua tu dormis, tibi dabo & semini tuo, & erit semen tuũ sicut arena maris.] Ne putes, inquit, quia in terrã alienã nũc uadis, priuandum te terra in qua natus es: ubi educatus, ubi adoleuisti. Etem̃ tibi dabo eã & semini tuo: quod sicut arenã maris augeri facia, & dilatabit̃ ad mare, & Africũ, & Septentrionẽ, & Orientem: hoc est, ubiq; propagabitur. Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in semine tuo.] Vide quomodo iam omnia ei quæ post longũ tempus euentura erant, prædicit. Hic enim mos est omniũ domino & opifici. Atq; hoc de omnib. iustis dici inuenies, ut polliceatur quidẽ, non autẽ continuo promissiones impleat: sed exerceat iustorũ obedientiã & patientiã, atq; sic impleat promissa. Deinde ubi pollicitus est ei futura, & indigebat iustus nõ uulgari cõsolatione: uide benignũ dominum, & futura pollicet̃, & per illa ipsa quæ nunc in eum declarat, fidentẽ facit. dicit em̃: Ne putes quòd hæc sola tibi polliceor: sed & nũc tecũ sum, custodiẽs te in omni uia quò uadis. Ne putes, inquit, quòd solus iter facias: me habebis itineris comitẽ, me habebis custodẽ in omni uia, omnia tibi difficilia facilia reddentẽ. Exin magis augẽs consolationem, iam prædicit ei reditũ ad sua. Et reuerti faciã te, inquit, in terrã hanc:] Ne formides, inquit, quasi in aliena terra cõuersaturus: quoniã reducã te in terrã hanc, & minimè te derelinquã, donec fecero omnia quæ loquutus sum tibi. Non despiciã te, neq; te consilij inopẽ sinã: sed quæcũq; tibi promisi faciã. Quomodo quis pro dignitate admirabitur et obstupescet diuinã misericordiam & insignitũ fauoris eius studiũ? Vide enim quantum pondus promissionũ dat iusto, & quomodo spiritũ eius erexit? Cogita item & iusti huius gratitudinem, & quòd post illas promissiones apud Laban uiginti annis laboribus afflictus, nõ grauatim tulit, non segnior fuit tanto tẽpore: sed omnia fortiter sustinuit, expectans promissionũ tempus, & sciens quòd nõ sit possibile irrita fieri quæ à deo dicta sunt: & maximè si & nos afferre nostra studeamus, fidem & obedientiã, & ita bene si damus his quæ à domino promissa sunt, atque si iam impleta essent. Hæc enim uera fides est, non attẽdere ea quæ uidentur, etiã si omnino sint aduersa promissioni, sed solã promittẽtis potentiã. Iam uerò uideamus iusti huius gratitudinẽ, Eui gilauit, inquit, Iacob de somno suo, & dixit: Dominus est in loco isto, egò aũt nesciui. Et timuit, & dixit: Quàm terribilis est locus iste. Nõ est hoc aliud, q̃ domus dei: & hęc est porta cœli.] Stupescens iustus propter magnam misericordiã dei, timuit, inquit, & dixit: Non est hoc nisi domus dei, & ista est porta cœli. Hic locus mihi posthac pro domo dei reputabit̃. Tanta ille gloria dignus est habitus, & ipse, ut ita dicam, quasi cœli porta uisus est. Iustum fuerit, ut debitã hic gratiarũ actionem domino reddam & offeram. Et surrexit Iacob, & accepit lapidẽ quẽ posuerat ad caput suũ, & statuit eum in columnam, & infudit oleũ super summũ eius, & uocauit Iacob nomen loci illius, Domus dei.] Aliud enim erat loco nomẽ antea. Postq̃ autem per uisionem tam magna cõsequutus fuit, uocabulo memoriã loco inscribere uult, posterisq; eum facere celebrem, lapide pro columna erecto, superfusoq; oleo. Verisimile em̃ est quòd illud solum secũ tulerit, utpote iter faciens. Votumq; affert misericordi deo, omni plenũ philosophia. Et si uultis, etiam ipsa audiamus uerba:

Vouit enim uotũ, dicens: Si fuerit dominus mecum, & custodierit me in uia hac qua ego ambulo.] Quoniã dixerat, Ego tecũ sum, & custodiam te in uia hac qua ambulas: propter hoc & ipse dicit: Illa mihi eueniãt, quę scilicet daturum promisit. Deinde & petitionẽ suã affert, dicens: Si derit mihi dominus panẽ ad manducandũ, & uestem ad tegendum.] Non diuitias, non abundantiam quandã petiuit: sed panẽ & uestem: & hanc ad cõtegendum corpus, illũ uerò in necessarium alimẽtum. Considera quomodo nobis apostolicum characterẽ petitiõe sua significauit, tanto sapientiæ studio plenus erat iusti animus. Nam id quod Christus dicebat, Ne possideatis aurũ, uel argentũ, uel duas tunicas: hoc iste nondũ à quoq̃ doctus, sed à seipso, & ab insita natura magistra didicit, & optauit à domino suo præberi panẽ ad comedendũ, & uestem ad tegendũ. Si hæc mihi fuerint, inquit, in terra aliena, & reduxerit me dominus saluũ in domum patris mei, sicut promisit: erit dominus mihi in deũ, & lapis ipse quẽ erexi in columnã, erit mihi domus dei: & omniũ quę mihi dederis, decimas tibi offerã.] Vide iusti gratitudinẽ: petebat quidem, at nihil pretiosum, sed panẽ & uestem: promittebat autem & sua domino. Sciẽs autem q̃ certet muneribus, & quòd nostras cogitationes retribuẽdo transcẽdat, inquit: Et columnam hanc in domũ dei habebo, & omnium quæ mihi suppeditabuntur decimas dabo. Vidisti mentem piam ac religiosam? nihil adhuc acceperat, & promisit se deo eleemosynas oblaturum. Dilecti, ne simpliciter prætereamus quæ dicta sunt, sed æmulemur omnes hunc iustum: & nos qui in gratia, eum qui ante legẽ: & nihil temporale petamus à domino. Neq; em̃ expectat donec à nobis admoneatur, sed & nõ petẽtibus nobis largitur ea quæ ad usum pertinent. Oriri em̃ facit solẽ super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et credamus ei admonenti, & dicenti: Quærite regnũ dei, & hæc omnia apponentur uobis. Vide quòd nobis ipse etiã illa præparauit ut cõcedat, & hæc in lucri & auctarij parte daturum se promittit? Ne igitur ea quę sunt accessoria, quasi primaria pete: ne inuertamus ordinem, sed quæramus illa sicut præcepit, ut & hæc & illa habere

Mar. 10. & Luc. 2. b

Matt. 5. g

Universidad de Deusto
Biblioteca

habere liceat. Ea enim de causa in precationis no A
strę uerbis limites & regulas nobis dominus prę
scripsit, quatenus petenda sint temporalia, uerba
illa iubens nos dicere, quæ omi philosophia sunt
Matt.6.b referta, Panẽ nostrum quotidianum da nobis ho
die: dici alimentũ inquit. Id quod iustus ille, tam-
etsi nihil horũ audierat, precatus est, dicens: Si de
derit mihi dominus panẽ ad comedendum, & ue
stem ad tegendum. Ne igitur tẽporale aliquid ab
eo petamus. Indignũ enim ualde est, à tam libera-
li & tanta uirtute præstãti huiusmodi petere, quæ
in præsenti uita dissoluuntur, & magnam uicissi-
tudinem & mutationẽ experiuntur. Id genus em
sunt humana omnia, siue diuitias dixeris, siue po
tentiã, siue humanã gloriã. Sed petamus semper
manẽtia, sufficiẽtia, uicissitudinis nescia: & scien B
tes domini nostri bonitatẽ, nihili pendamus præ
sentia, sed omne nostrũ studiũ in supercœlestium
desiderium transferamus. Nam si solem suum ori
ri facit super malos & bonos, & pluit super iu-
stos & iniustos: multo magis abstinentes à mali-
tia, & iniustitiam fugiẽtes non despiciet: sed mul
ta dignos ducet prouidentia, & sua solicitudine
omni tẽpore dignabitur. Id scientes, dilecti, ne di
scredamus diuinis pollicitationibus: neq; diuersa
cũ ille iusserit, faciamus. Enimuero quantum ad ea
quæ nunc à nobis fiunt, nihil ab infidelibus diffe-
rimus. Quando enim ipse quidẽ futura nobis pro
mittit, nos autẽ nolumus confidere illius promis-
sionibus, & præsentibus sumus affixi: quod aliud
incredulitatis indiciũ adhuc requiri, rebus ipsis C
tam clara uoce attestantibus, & Christo iubente
nos nihil petere fragilium horũ & temporaliũ?
Sed nos magis aduersamur ei: & quæ non iusserit,
illa quærimus: & quæ iusserit quæri, illa nõ quæri-
mus. Et hæc faciẽtes, & tam pigrè nostra instituẽ-
tes, & exacerbantes mitẽ & humanum dominũ,
quasi obliti quę nos fecerimus, causam quærimus
suæ erga nos indignatiõis, & quare nos sæpe de-
spiciat, in uaria incidentes tentamenta: & non co
gitãtes peccatorũ nostrorum magnitudinẽ, nos-
metipsos decipimus uoluntario. Idcirco obsecro,
ut his omnibus repulsis, nihil saluti nostræ præse
Matt.16.d ramus. Quid em utile fuerit homini, si totũ mun-
dum lucret, & animæ suæ detrimẽtum patiatur?
Et superuacuas diuitias iam euacuemus in pau- D
peres, & magnũ sapientiæ studij specimen in om
nibus exhibeamus, uanã gloriam despiciẽtes, hu
manũ fastum cõculcantes, & omne charitatis stu
diũ uicissim impendentes: ut & præsentibus & fu
turis bonis perfrui mereamur, gratia & miseri-
cordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre
& sancto spiritu sit gloria, imperiũ, honor nunc
& semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit Laban ad Iacob, Quoniã frater me-
us es tu, non seruies mihi gratis. Dic mihi,
quæ merces tua. Homilia LV.

Satis heri ex præludijs peregrinationis
iusti edocti sumus quanta sit eius philo
sophiæ magnitudo, propter quam cau
sam tantã promissionẽ à deo consequu
tus est. Iterum autẽ per preces & uotũ, quæ fecit
uniuersorũ domino, doctrinam nobis omnibus
dedit, si uellemus ad imitandam uirtutẽ illius ex-
citari. Etem admiratione dignũ est, quomodo uir
tutem sciens promittentis, & audiens magnitudi
nem sibi promissorũ, neq; sic magnum aliquid &
sublime postulare attentauerit: sed illa duntaxat
petijt, quæ audistis heri: nempe ea quæ ad quoti-
dianum alimẽtum sibi sufficere posint: uidelicet
panem in cibũ, & uestimentum ad tegendum: &
promittit, si reditũ sibi in sua concedat deus, sicut
sibi promiserat, daturũ se omniũ quæ ab eo acci-
piet decimas, per omnia mõstrans religionẽ suã:
& ipsi ascribit ut datori omnia, & docet nos ut ei
habeamus gratiã. Iam enim iustus ineffabilem im
mensamq; misericordiam sciens, & cõiectans ex
his quæ in patrem suum & Patriarcham contule
rat, quòd & sibi magnã abundantiã concedat, ho
rum quidẽ ipse nihil petit à domino, neq; uult de
his precari: sed ex eo quòd decimas omnium da-
turum se pollicetur, monstrauit omnibus quomo
do cõfidebat eius qui promiserat uirtute. Propte-
rea & ipse quãdo cũ eo loquebatur, dicebat: Ego
sum deus Abraã & Isaac patris tui, ne timeas. Co
gita, inquit, quòd & Patriarcha quasi peregrinus
& ignotus in terrã hanc aduenerit, & in tantã ue
nerit gloriã, ut omniũ ore celebretur. Cogita item
& patrẽ tuũ, quòd in extrema senectute patri suo
natus est, ac ita opibus auctus, ut et inuidiosus fie
ret indigenis. Eadem igitur & ipse expecta, om-
nemq; timorem & anxietatẽ depone, peregrina- C
tionẽq; obi. Hæc secũ cogitans iustus, non ad prę
sentem respiciebat statũ: nihil enim omino secum
afferebat. Quomodo em, qui solus iter facere co-
gebatur: sed iam fidei oculis non multo pòst futu
ram prœuidens abundantiã, suam declarabat gra
titudinem: & qui nihil adhuc acceperat, uouet, di
gniorem fide existimans promissionẽ domini, q̃s
rerum possessionẽ. Neq; enim ita fidere debemus
his quæ in manibus habemus & uidemus, ut pro
missionibus dei, etiamsi non eueniant statim pri-
mo tẽpore. Iustus igitur, sumpta ex his quæ deus
dixerat fiducia maxima, peregrinationem obijt.
Quo pacto enim non fisurus esset, cui dictum e-
rat, Ecce ego tecum sum, custodiens te in omi uia
D qua iturus es: & multiplicabo semen tuũ, & redu
cam te iterũ in terram hanc: & nõ te derelinquã,
usquequò cõpleantur promissa omnia? Verũ, ut
heri dixi, cogita & omnipotentẽ dei sapientiã, &
iusti illius magnã sustinentiam & gratitudinem.
Surrexit enim post promissiones illas, & in Char
ras contendit. Et iterum agit ut peregrinus & ua-
gus, & in omibus diuina gratia fruitur, misericor
de deo omnia ei prædisponente, & suam promis-
sionẽ adimplente. Qui enim dixerat, Tecũ sum,
custodiens te in omni uia qua iturus es: duxit iu-
stum ad fontẽ aquæ, ubi aquabant pastores terræ
incolæ: à quibus cum interrogasset de Laban fra
tre matris suæ, & didicisset omia quæ circa illum
gerebãtur: deinde cum & huius filiam & greges
oculis spectasset, uideretq; pastores non sufficere
ut lapi

ut lapidẽ à fonte ipsi amouerẽt & aquarent oues, A
accurrit: & id quod illi facere non ualebãt, ipse su
perno auxilio roboratus, præueniens beneficijs
Laban, amouit lapidem, & adaquauit oues quas
pascebat Rachel. Dein ubi osculatus est puellam
& significauit quis esset, & unde uenisset, mansit
ipse apud fontem. Verũ deus, quia deus erat qui
iusto disponebat omnia, hic & puellam excitauit
ut celeriter curreret, ac annũtiaret hæc patri, qui
frater erat huius matris: narraretq; beneficiũ qd
ab eo factũ & in ipsam & in greges: & quòd neq;
peregrinus sit, neq; ignotus, sed fratris filius. Con
sidera obsecro dilecte diuinæ scripturæ euiden-
tiam, quomodo nobis omnia manifeste recense-
at, docendo nos mores ueterũ, & quantæ in exci-
piendis hospitibus fuerint alacritatis. Nã ut puel B
læ indicaret alacritatem, non simpliciter dixit,
quòd abijt & annũtiauit quæ facta sunt, sed quòd
cucurrit præ magno gaudio. Deinde & de La-
ban, qui pater illius erat, dicit, quòd auditis his à
uirgine, cucurrit & ipse in occursum Iacob & salu
tauit eum, & induxit in domum suam. Postq;
autem Laban omnia diligenter didicit ab eo, di-
xit, inquit, ei: Ex ossibus meis & ex carne mea es
tu.] Sororis, inquit, meæ existens filius, nihil ali-
ud quàm caro nostra es, & frater noster. Et erat
cum eo, inquit, ad mensem dierum. Dein quasi in
domo propria apud eũ impauide & ab omni cura
liber agebat. Cæterum quoniam deus erat qui o-
mnia ad utilitatẽ huius iusti dispensabat, & in o- C
mnibus ei suam præbebat cooperationẽ, ipse ala-
critatem Laban excitauit: & uidens uiri manue-
tudinem, dicit ei: Quoniã frater meus es tu, &
non seruies mihi gratis: dic mihi, quæ merces tua
sit.] Vide quomodo ipse quidẽ petebat nihil, La-
ban autẽ ultro hoc proponit iusto. Et attende ob-
secro, quomõ ei cui diuina manus assistit, omnia
feliciter succedant. Non seruies mihi, inquit, gra-
tis: indica mihi, quæ merces tua sit. Quamuis bea
tus ille magnæ charitatis loco habebat uel simpli
citer quotidiano alimento frui, multamq; pro eo
gratiam referebat: uerum quia miram humanita-
tem præ se ferebat, ideo Laban prior mercedẽ ei
pollicetur q̃s ipse proposuerat. Quid igit iustus?
Vide obsecro & hic excellentem eius sagacitatẽ,
& quomodo nullam cõgregandarũ opum habu- D
erit curam. Non enim sicut mercenarius aliquis
cum Laban conuenit, & operã suam exquisitiore
mercede locat, & aliud quid petit: sed memor pa-
tris, & memor matris, & mirificam continentiam
præ se ferens, dicit Laban: Seruiam tibi septem
annis pro Rachel filia tua iuniore.] Hãc em mox
ut apud fontem uidi, amaui. Et uide beneuolen-
tiam uiri, sibijpsi & tẽpus præscribit, & tanto tem
pore sufficiens argumentum suæ cõtinentiæ præ-
bet. Et quid admiraris dilecte, audiens q̃ septem
annis seruiuit pro dilecta puella? Vt enim ostẽdat
nobis scriptura, quõ amor magnus & laborem &
tẽporis longitudinẽ succidit, & breue uideri fecit,
dicit: Et seruiuit Iacob pro Rachel annis septem,
& erant coram eo quasi dies pauci, eo quòd ipse
illam dilig

illam diligeret, Septem, inquit, anni, pauci dies
uidebantur ob ingentem erga puellam amorem.
Quãdo enim quis sauciatur charitatis desiderio,
nihil difficile spectat: sed id quod fuerit plenũ pe-
riculis & multa miseria, leuiter fert, ad unum hoc
uidens, quomodo suo potiatur uoto & desiderio.
Audiamus nos ignaui & supini, magna ingrati-
tudine in deum uiuentes. Nam si iustus ille pro-
pter puellæ amorem septennium seruire, ferreq;
pastoralium laborũ erumnas decreuit, & non sen
tit uel labores, uel temporis longitudinem: sed o-
mnia ei leuia & facilia uidentur, expectationeq;
& spe fructus alitur, ita ut dies paucos longum il-
lud tempus putet: qualem nos habebimus excu-
sationem, qui non pari studio erga dominum no-
strum & benefactorem & curatorem, & qui no- B
bis fit omnia, afficimur? Sed quando proponitur
lucrum temporale, omnia alacriter sustinere uolu
mus, etiamsi quid laboriosum sit, & ualde erum-
nosum & sordidum, & pœnam in præsenti & fu-
turo seculo præbens: in paranda autem salute, &
superno fauore conciliando, remissi & supini, &
dissoluti uidemur. Et qualis nobis erit uenia, qua
lisue excusatio sic negligentiæ deditis, qui neque
quantum beatus ille in puellam amorem declara
uit, tantã in deum charitatem habemus: idq; cum
tanta posimus numerare beneficia in nos collo-
cata, & quæ quotidie collocant? Sed & si nos tam
ingrati, uerum nõ ita beatus Paulus, qui tanta fer
uebat & ignitus erat charitate in deum, ut uerba
illa tanto uiro digna loqueret & clamaret, dicẽs: C
Quis nos separabit à charitate dei? Vide dictio-
nis emphasin, & latentẽ uim: uide amoris uiolen-
ti furorem, uide charitatẽ incensam. Quis nos se-
parabit? Quid, inquit, est, quod potest nos à chari Rom.8.g
tate dei separare? quid inter uisibilia, quid inter in
uisibilia? Deinde uolens & particulatim oĩa enu-
merare, & omnibus nobis manifestum facere ir-
refrenabile desideriũ quod erga dnm possidebat,
subdidit dicens: Num afflictio? nũ angustia? num
fames? nũ persequutio? num nuditas? num peri-
culum? num gladius? ó animam furentẽ insania,
sed quæ sobrietatem pariat. Quid, inquit, ex his
quæ nobis inferri possunt, nos auferre à charitate
quæ est in deum, poterit? Afflictiones quotidia-
næ? minime. Angustiæ? neq; illæ. num persequu-
tiones? neq; illæ. Sed quid? num fames? num nu-
ditas? num pericula? Verum quid dico famem, &
nuditatem, & pericula? num gladius? num mors
ipsa, si infligatur, hoc poterit efficere? impossibile
est. Nullus alius sic dignatus est diligere dominũ
ut beata illa anima. Quasi enim liberatus à corpo
re, & sublimis factus (ut sic dicam) & neq; super
terrã ambulare se putãs, ita loquitur. Amor enim
in deum & succensa charitas mentem eius à sensi
bilibus ad spiritualia transtulit, & à præsentibus
ad futura, & à uisibilib. ad nõ uisibilia. Eo modo
se habent fides & charitas in deũ. Et ut discas ma
gnam eius gratitudinẽ, uide eum qui sic dominũ
dilexit, & in eius charitate exarsit, fugari, perse-
quutionẽ pati, flagellari, innumera grauia ferre,

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.11.f & dicere: In laboribus abundantius, in plagis supra modũ, in mortibus frequẽter: à Iudæis quinquies quadraginta una mín⁹ accepi: ter uirgis cæsus sum, semel lapidat⁹ sum, nocte & die in ꝓfundo maris fui, in itinerib. sæpe, periculis fluminũ, periculis in falsis fratribus, in labore & erumna: talia patiẽs, gaudebat & exultabat. Sciebat enim, & argumentis multis certus erat, ꝙ labores præsentes maxima sibi præmia conciliarent, & pericula ac coronas parerent. Nam si Iacob propter amorem in Rachelem quasi pauculos dies septenium putabat: multo magis beatus ille omnia nihili faciebat succensus simul amore in deum, & propter Christum dilectũ omnia ferens. Studeamus igitur, obsecro, & nos diligere Christum. Nihil em̃ aliud, inquit, Christus requirit à te, quàm ut ipsum diligas toto corde, & facias mandata eius. Qui enim diligit, sicut oportet deum, manifestum quòd & mandata eius facere nititur. Quando enim quis erga aliquem fraterne afficitur, omnia facere studet, ut dilectum attrahere possit in amorem suum. Et nos quoq;, si dominũ fraterne dilexerimus, & mandata eius implere, nihilq; eorum quæ exacerbare poterunt dilectũ facere studebimus: hoc fuerit regnum cœlorum, infinitaq; bona, & fructus bonorum assequi, si germane, & sicut oportet eũ dilexeris: & propter charitatem in eum, & erga conseruos multã declarueris dilectionem. In his enim duobus mandatis, inquit, Matt.22.d lex & Prophetæ pendent: nempe ut diligas dominum deum tuũ ex toto corde, & proximũ tuum sicut teipsum. Hæc omnium uirtutũ summa, hoc fundamentũ. Simul enim cum charitate in deum, ingreditur dilectio proximi. Nam qui deum diligit, non despiciet fratrem, neq; pecuniam charior rem habebit, sed magnam præ se feret benignita-
Matt.25.d tem memor eius qui dixit: Qui fecerit aliquid unihorum minimorum, mihi fecit. Et cogitans quòd propter ministerium in conseruũ, deus ipse sit qui sibi uendicet factum, magna cum alacritate hoc operabitur, magnumq; studium habebit eleemosynæ: non ad utilitatem respiciens pauperis qui apparet, sed ad magnitudínem eius qui promisit se habiturum perinde ac sibi factum esset quæcunq; illi facta fuerunt. Ne igitur temere prætereamus lucrum nostrarum animarum, & remedium nostrorum uulnerum. Hoc enim, hoc maximũ pharmacum ita curabit & abolebit ulcera animarum nostrarum, ut neq; uestigium, neq; cicatrix aliqua apparitura sit: id quod in corporis uulneribus nõ est possibile. Nã licet quis infinities medicamenta superponat, necesse est cicatricem in corpore manere, & merito: corpus enim est quod curatur. Hic autem quia anima est, quando quis suam gratitudinem declarat, multo melius incipit sese habere, quàm antea habuerit: & sic omnia ulcera depellit, ut uentus uehemẽs puluerẽ deturbat. Atq; his omnibus plenæ sunt scripturæ. Ita Paulus apostolus factus est ex persequutore: & qui prius impugnabat ecclesiam, postea factus est eius pronubus. Vidisti quanta rerũ uicissitudo: Vidisti quanta transmutatio: Sic & Iatro, qui multa fecerat homicidia, in uno temporis puncto propter pauca illa uerba ita omnia abluit peccata, ut audiret à domino: Hodie mecum eris in paradiso. Sic & publicanus, qui percusserat pectus, & sua peccata confessus erat, descẽdit iustificatus magis quàm pharisæus. Verũ omnes hi animæ suæ gratitudinem declararunt, & priora confessi peccata, remissionem obtinuere. Videamus autem & mandati robur, & quantam abundantię uim possideat larga eleemosyna, ut cum didiceris lucrum quod inde nascit̃, alacriter eam facias. Fortè enim tanta eius potestas, ut non solũ peccata purgare, sed & mortem fugare ualeat. Et quomodo? Ego dicam. Et quis, dicet aliquis, eleemosynam faciens, superior morte factus est? sanè omnes uidimus sub mortis potestatem uenisse. Ne turberis dilecte, sed rebus ipsis disce quomodo eleemosynæ uis & mortis uicit tyrannidẽ. Tabitha erat mulier, cuius nomen si quis interpretetur dicitur Dorcas: hæc quotidie faciebat opus, colligendo ex misericordia diuitias. Et uestiebat, inquit, uiduas, & alios sumAct.9 ptus eis præbebat. Factum est autem ut infirmata ipsa moreret. Sed uide quomodo hæ quæ ab illa curabantur, & quas uestiebat, benefactricem remunerarint. Stabant enim circa apostolũ, & monstrabant, inquit, ei uestes, quas faciebat, cum adhuc in humanis ageret Dorcas: & alumnam dicebant: & fortè etiam lachrymas profundebant, adq; misérationem apostolũ prouocabant. Quid igit̃ beatus Petrus? Genibus positis, inquit, adorauit: & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha surge. Illa autem aperuit oculos suos, & ut uidit Petrum, resedit. Data autem ei manu, erexit eam: & accersitis sanctis & uiduis cõmendauit illis eam uiuam. Vidisti uirtutem Apostoli, imò operantis per eum domini? Vidisti quanta retributio beneficentiæ in uiduas, etiam in præsenti uita? Quid enim tantum præbuit illa uiduis, quantum illæ ei rependunt? Vestes præbuit & alimenta, sed illæ ad uitam hanc reduxerunt, & mortem fugere fecerunt: imò non illæ, sed misericors deus propter curam quam illis impendit. Vidisti pharmaci potentiã? Hoc omnes nobis ipsis paremus: neq; em̃ sumptuosum est, quamuis tantæ sit uirtutis, sed ui li emitur, nec multo sumptu indiget. Magnitudo enim eleemosynæ non in multitudine pecuniarũ uel opum sita est, sed ex alacritate dantium iudicatur. Propter hoc & qui potũ aquæ frigidæ dedit, Matt.10.d Marc.9.f acceptus est: & quæ duo minuta in corbonam mi Luc.21.d sit, grata est: ut discamus, quòd ubiq; mentem requirit dominus. Fieri potest ut qui parum habet, magnam præ se ferat liberalitatem, utpote si ualeat & alacritate: & qui multa possidet, minor uideatur his qui parum habent, propter sordidi animi tenacitatem. Effundamus igitur facultates nostras in indigos mente liberali, ex his quæ nobis dominus dedit: & quę ab eo data sunt, ipsi iterum demus, ut sic iterum nostra cum lucro fiant. Tanta enim eius est liberalitas, quòd licet accipiat de his quæ ipse dedit, nõ putet tamen propria se accipere

cipere, sed magna munificentia nobis ea reddit: rum se pollicetur, tantum nos & quæ nostra sunt facere uelimus, & sic pauperibus erogemus, quasi deponentes ea in manus domini: scientes quòd quæcunq; acceperit manus eius, ea nõ solum reddit, sed multiplicatiora nobis iterum largitur, suæ liberalitatis gloriam declarans. Et quid inquam, quòd ea reddat multiplicata, manus illa? non em̃ illa solum reddit, sed cum illis regnum cœlorum donat, & celebrat nos & coronat, & innumera bona largitur, modo ex datis paruum quiddam inferre uoluerimus. Num graue aliquid & onerosum à nobis requirit? Ea quæ abundant & superuacanea sunt nobis, necessaria facere uult: & quę frustra ac inuanum reposita sunt, ea uult bene distribui, ut occasione accepta hinc nos coronet. B Anhelat enim & urget, ac omnia facit ut dignos faciat his quæ nobis promisit. Ne igitur nosipsos priuemus tantis bonis. Nam si agricolæ penu suũ euacuant, & semina terræ concredunt, idq; cum uoluptate faciunt, spe maiora recipiendi se solantes: & quamuis sciant ꝙ aeris intemperies, nonnunquam & terræ sterilitas, & alia multa accidentia, ut locustarum exercitus, & rubiginis insidiæ, spe excidere faciant: attamen bona spe sese alentes, ea quæ in promptuarijs collecta, terræ concredunt: Multo magis nos quæ absq; usu recondita sunt, dispergere in pauperum usus & alimenta conuenit. Hic nunquam spes eluditur, neque ti-
Psal.111.b menda aliqua terræ sterilitas. Dicit em̃: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ C seculi. Breui tẽpore distribuit, & perpetuo seculo iustitia eius permanet. Quid hoc beatius unquã fuerit? & idcirco, oro, ut iustitiam quæ ex eleemosyna est arripiamus: ut & de nobis dicatur, dispersit dedit pauperibus. Nam postq; dixit, Dispersit dedit pauperibus: ut ne putes dispersa perire, ideo statim subdidit: Iustitia eius manet in seculum. Illis, inquit, dispersis, iustitia eius manet in secula, & in omne seculum se extendit. Iam cum eleemosyna etiam alias uirtutes diligenter curemus, & affectiones carnis reprimamus, & eliminemus ex anima omnem illicitam cõcupiscentiam, omnem malam cogitationem, iram, stomachationem, inuidiam: & ornemus omnibus modis animæ generositatem, ut claritate pulchritudinis suæ concilie D mus nobis uniuersorum dominum. Nam ubi uiderit animæ uenustatem, statim assistet. Dicit em̃:
Esa.66.c Super quem alium respiciam, quàm super mansuetum & quietum, & trementem sermones meos? Vidisti quomodo nos docuit omnes colores, quibus animę pulchritudo potest decorari? super mansuetum, inquit, & quietum, & humilem. Deinde quod hæc omnia efficit, addidit: & trementem sermones meos. Quid est trementem sermones meos? obedientiã operibus implentem: quod & alibi dicit, Beatus qui timet omnia propter pietatem. Nam si nos cum uidemus famulum qui nostra cum diligentia timoreq; multo curat, maiorem erga illum declaramus beneuolentiam: multo magis bonus dominus propter hoc dicebat,

Chryſ.

Super illum respiciã qui tremit sermones meos. Tremamus igitur, oro, & cum magno timore sermones eius impleamus. Nam eius sunt sermones. Et cum didicerimus quæ illi placent, & quæ probat, ea obeamus, & tales quales uult fieri studeamus. Quietem, mansuetudinem, humilitatem magnam exhibeamus, & omnia quæ ab eo mandata sunt, cum reuerentia adimpleamus: ut cum approbarit affectionem mentis nostræ, placatus nostra obedientia, respicere etiam super nos dignetur. Quod si nobis continget, erimus per omnia securi: dicit enim, Respiciam, hoc est cura mea dignabor: manum porrigam, in omnibus auxiliator ero, ubertim meam liberalitatẽ profundam. Hæc igitur omnia faciamus, ut respiciat super nos dominus, quò & præsentem uitam absq; tristitia transigamus, & futura bona consequi possimus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperiũ, honor nũc & semper, & in secula seculorũ, Amẽ.

Dixit autem Iacob ad Laban: Da mihi uxorem meam: impleti sunt enim dies mei, ut ingrediar ad eam. Homilia LVI

IN ERI cum à dilectione Iacob, quam erga Rachelem declarauit, ad Pauli charitatem & magnitudinẽ amoris, quem erga Christum gerebat, transiuimus: quasi ab impetuoso quodã torrente rapti, non potuimus ad seriem & cõtextum sermonis regredi. Ideo, si placet, hodie sequentia aggressi, ea quæ nuper relicta sunt impleamus: ut ex his quæ hodie dicuntur, percepta utilitate aliqua, domum repetatis. Igitur postq; impletus est septem annorum numerus, & fuerunt coram Iacob quasi dies pauci tot anni, ob amoris uehementiam, dixit ad Laban: Da mihi uxorem meã: impleti enim sunt dies mei, ut ingrediar ad eam. Congregauit autem, inquit, Laban omnes uiros loci, & fecit nuptias, & factũ est uespere, & accepit Laban Liam filiam suam introduxitq; eam ad Iacob.] Vidisti cũ quanta olim honestate nuptias egerint? Audite qui satanicas põpas admiramini. Num tũc tibiæ, num tũc cymbala? nũ tũc choreæ diabolicæ? Quare enim (dic mihi) tantum statim ab initio damnum inducis in domum tuã, & eos qui in scenis & orchestris operam locant uocas, ut cum intempestiuo sumptu uirginis lædas continentiam, & iuuenem impudentiorẽ facias? Satis enim arduum erat, absq; illis sufflationibus illam ætatem posse ferre æquiter tempestatem affectionum: cum autem & hæc accedunt, tam quæ uidentur, q; quæ audiunt̃, maiusq; accenditur incendium, & fornax cõcupiscentiarum magis inflammatur, quomodo non pessum it adolescentis anima? Hinc enim omnia pereunt & corrumpuntur: quia ab initio castitas oppugnatur eorum qui inter se conuenturi sunt, & sæpe primo die iuuenis oculis uidens incontinentibus, telo diabolico in anima uulneratur: & puella per ea quæ audit & uidet captiua fit, & ab eo die postea crescunt uulnera, maiusq; fit malum. Etenim illinc statim

Universidad de Deusto
Biblioteca

discunt, ut & mutuam concordiam dilacerent, & amorem corrumpãt. Quando enim ille mentem ad aliam uertit, huc & illuc diuidens cogitationẽ, & à diabolo suo instigatã, multa amaritudine domum implet. Quòd si & illa comperitur ita affecta esse, ex ipsis fundamẽtis omnia (ut ita dicam) euertit. Postea mutuũ se fugiunt & latere uolunt, & ille quidem suspicioſe obseruat uxorẽ, & similiter illa uirum. Et ubi oportebat concordiam esse
Gen. 2 & copulam, & qui debebant esse caro una, (Erũt enim, inquit, duo in carnem unam) hi in tanta uiuunt diuisione quasi dissecti sint. Diabolus enim subingressus, tantum in eis damnum facit, ut quotidianæ pugnæ inter eos nascanẽ, & à malis nunquam habeant quietem. Quid enim quis dixerit, quomodo postea à famulis contemnantur, quo- B modo à uicinis rideantur, quàm fœda operẽtur? Nam sicut quando gubernatores inter se dissident, etiam qui in naui feruntur, periclitantur, ac timent ne submergatur nauis: Ita & hic si discordes sint uir & mulier, uerisimile est oẽs qui apud illos sunt, participes esse malorũ. Propterea oro, ut hæc omnia præuidentes, consuetudinem non sectemur. Scio enim quòd multi hanc prætexũt, neq; tolerant quòd hæc à nobis dicũtur: attamen necesse est ut nos utilia dicamus, & quæ illos à futuro supplicio liberent. Vbi enim tantum animæ damnum, qua de causa mihi consuetudinem prætexere audes? Ecce enim & ego tibi consuetudinem meliorem obijcio, quam ueteres habuerũt, quando nondum tanta pietatis erat agnitio. Et C ne iustum hic Iacob tantum cogites, sed & Laban adhuc idolorum cultui deditum, & tantã præ se ferentem philosophiam. Neq; enim hæc honestas eius erat, qui ducturus puellã, sed patris eam tradentis. Ideo & illum feci sermonem, non ad sponsos tantum intendens, quantum ad parentes, & ad patrem sponsi, & ad tradentem uirginẽ. Quomodo enim non absurdum si nos qui tantam accepimus gratiam & misericordiam, & tam terribilium ineffabiliumq; sacramentorum participes sumus, hac in re inferiores sumus Laban, qui cul-
Ephe. 5. 8 tui idolorum adhuc erat deditus? An non audis Paulum dicentẽ, quòd sacramentũ sunt nuptiæ, & imago dilectionis Christi, quã erga ecclesiam declarauit? Ne igitur confundamus nosipsos, & D honestatem nuptiarũ corrumpamus. Nam si quidem bonum & utile fuerit consilium, etiam si nõ sit consuetudo, fiat: Sin damnosum & perniciosum est, quod nunc asserimus: etiam si cõsuetudo sit, reijciatur. Nam si hoc admiserimus, & fur, & adulter, & quantumuis malus alius ad consuetudinem prouocabit: at nullum hinc illis lucrum est uel uenia, sed maior potius accusatio, quòd malã consuetudinem superare non ualuerunt. Si enim uoluerimus prudentes esse, & habere curam nostræ salutis, possumus & à mala consuetudine desistere, & in bonam cõsuetudinem nos reducere, & sic posteris nostris non paruam dabimus occasionem eadem imitandi, & accipiemus etiam nos mercedem eorum quæ ab his aguntur. Nam qui initium bonæ uiæ præbuerit, hic autor est eorum quæ & ab alijs fiunt, & duplicem recipiet mercedem, tam pro his quæ ipse recte facit, q̃ quibus alios in optimam illam inducit philosophiam. Ne prætexatis, obsecro, frigida & ridicula uerba hæc dicentes: Legitima quædam esse hæc, & propterea impleri oportere. Non hæc legitimum faciũt coniugiũ, sed si iuxta leges dei, cum castitate & honestate fiat conuentus, & si concordia magna cohæreant hi qui conueniunt. Nouerunt hoc etiam externæ leges: & audies, qui his studuerunt, dicere: Coniugium nihil aliud constituere quàm consuetudinẽ. Ne igitur diuinas leges cum humanis transgrediamur, ne pręferamus diabolicas leges, & pernicioſam hanc consuetudinem. Illius enim lex sunt hæc, qui gaudet de interitu nostro. Quid igitur hac cõsuetudine magis ridiculum, quando uir & uxor innumeris cõuitijs & scommatis à seruis & triobolaribus hominibus incessunt, & nemo est qui increpet: sed licet cuiuis uolenti ad uesperã omnia loqui, & conuitia iacere in sponsum & sponsam? Et in alio die si quis conaret ita salib. mordere, periclitaretur, ad tribunal abduceret, & puniretur. Tunc autẽ, quãdo plurimã oportebat esse reuerentiã, maioremq; honestatẽ & castitatẽ, obscœnitate implentur omnia, ut probabile sit à diabolo hæc omnia inuenta esse. Verũ ne ægre seratis oro: non enim absq; causa in hũc sermonem digressi sumus, sed curã habens uestræ salutis & honestatis, uel in optimã hanc mutationẽ fieri, uosq; optimæ huius cõsuetudinis esse duces. Nã si solum principium & uia fiat operis, paulatim uno alterum inuitante, laudabili hoc zelo omnes laudatores habebitis: & non tantum qui ciuitates habitant imitabuntur optimam hanc innouationem, sed & eos qui procul habitant, cõciliabitis, & imitatores uestros cõstituetis: & insuper longè ampliorẽ à deo reportabitis mercedem, quòd propter dei timorem & eius mandatũ, diabolicã hãc superaueritis cõsuetudinem. Sed quòd susceptu-ri sitis magna alacritate hoc nostrum cõsilium, & opere impleturi, ualde persuadeor. Video emẽ uos magna cum uoluptate audire ea quæ dicunt, idq; ex applausu & laudibus coniecto, quòd etiã operibus idem sitis cõprobaturi: ideo contentus dicctis, ad contextus seriem regrediar. Et facta est, inquit, uespera, & accepit Laban Lian filiam suã, & introduxit eam ad Iacob.] Ne obiter etiã hoc prætereamus: nam etiã hic multa cõsiderari possunt: primum simplicitas Iacob, & quõ ab omni malitia alienus, deceptus sit. Secũdum quòd tanta facilitate omnia fiunt, & nusquam lampades, choreæ, & faces, præter usus necessitatem: ita ut & deceptio Laban locum habuerit. Possumus autem & hic uidere, quomõ Laban hic magna affectione dilexerit Iacob. Hoc enim commentus est, ut diutius apud se iustum retineret. Sciebat equidem quòd alterius amore flagraret, & si uoti compos fieret, non eligeret posthac seruitutem propter Lian sustinere, uel eius coniugium. Et propterea quia uidit Laban uirtutem uiri, & cogitauit quòd

uit quòd non aliter eum uinceret & persuaderet: A ita ei imposuit, & dedit ei Lian cum Zelpha ancilla. Deinde cum argueret à iusto quare eum decepisset, honestã attulit excusationem. Nam postq̃ dixit Iacob: Quare mihi hoc fecisti? nonne propter Rachel seruiui tibi? & quare decepisti me? Quid ergo Laban? Non est sic in hoc loco, ut eloquitur iunior priusquã maior natu. Perfice igitur hebdomadam istius, & dabo tibi etiam hanc pro labore & opere, quod operaberis apud me adhuc annis septem.] Vides quòd ea de causa oẽia hæc commẽtus sit. Nam quia uidit amorem quẽ erga puellã habebat, inquit: Ne putes iniuria te affici, quoniam hæc apud nos lex est, ut primũ nuptui tradat maior natu, propterea hoc quidẽ factum est: accipies autẽ & hanc quam amas, si similes se- B ptem annos, p ea seruieris. Quibus auditis iustus prompto animo suscepit. Et post annos septem, dedit, inquit, Laban Rachel filiam suam ei uxorem.] Vides iterum, quòd nuptiæ fiunt cum magna honestate. Sed audiens quòd accepit maiorẽ natu, & postea minorẽ, ne turberis: neq; iuxta statum qui nunc est, opera quæ tunc facta iudices. Tunc enim quia principia erant, permissum fuit cum duabus, uel tribus, uel plurib. uxoribus misceri: ut humanum genus propagaretur, & pietas incrementũ acciperet. Aduenies autẽ Christus, & uirtutẽ in hominibus plantauit, & angelos (ut ita dicam) ex hominibus fecit, omnemq; illam ue
Consuetudo terem consuetudinem aboleuit. Vides quõ non oportet consuetudinẽ prætexere, sed quod iustũ C est inquirere? Ecce emẽ quoniã mala erat hæc consuetudo, exposa est, & nõ licet ulli eã prætexere. Nusquã igitur, obsecro cõsuetudinẽ inquiramus, sed ubiq; quod utile: & si quid est bonũ, etiãsi nõ sit cõsuetudo, fiat à nobis: & si pernicioſum est, etiãsi consuetudo sit, fugiamus & auersemur. Dedit, inquit, Rachel cum Balla ancilla.] Vidisti quam bonis moribus prędita fuerint? Vbi enim seruorũ greges? ubi syngraphæ & instrumenta, & conditiones illæ ridiculæ: si hoc fuerit, & hoc euenerit? Et priusquã conueniant, nescientes an usq; ad ue sperã maneant, quæ post multa tẽpora uentura sunt in literis suis cõsignant. Si liberis carens, inquit, defuncta fuerit: si filios habuerit: & quæcun- D que talia: at hic nihil tale, sed cum utriq; suã ancillam dedisset, filias elocauit pater. Dilexit autẽ, inquit, Rachel magis q̃ Lian, & seruiuit ei septem annis alijs.] Quia emẽ ab initio adamauit propter uenustatem formæ puellã, & difficilius eam consequutus est, ideo eam magis dilexit quàm Lian. Et enim illius uenustas allexit eũ ad magis amandum. Verum hic iterum uide domini ineffabilem misericordiam, & quomodo ex eo tempore promissa paulatim cõplet. Nam qui dixit: Ero tecum custodiens te in omni uia qua ambulaueris: & augebo & multiplicabo te: ipse etiã nunc omnia dispensat. Et ut scias, audi ipsam diuinã scripturam hoc manifeste dicentem. Vtuidit autẽ dominus deus, quòd odio haberetur Lia, aperuit uuluam eius: Rachel autem erat sterilis, & concepit Lia, & peperit filium Iacobo.] Vide omnipotẽtis dei sapientiam, quoniã illa quidem pulchritudine sua conciliarat sibi gratiã uiri, qua altera priuata fuit, odio haberi uisa est: hanc igit idoneã facit partui, illam uero inutilẽ: ambo hæc sua misericordia dispensans, ut & hęc per liberos qui ex ea nascebantur, solatium haberet, in sui amorem uirũ allicies: & illa non propter pulchritudinem & formositatem aduersus sororem insurgeret. Et aperuit, inquit, uuluam eius. Discе hic dilecte, quòd conditor omnium ipse etiã omnia moderatur ac dispensat, & naturam ipsam ad partum excitat: & quòd nulla sit utilitas concubitus, si absit diuina cooperatio. Propterea dixit, quòd aperuit uuluã eius: ut sciamus quòd uoluit Lian procreandis liberis aptã fieri, quò eius mœror leniret. Ipse emẽ est qui in uulua figurat & animat fœtus. Sicut & Dauid dicit: Suscepisti me de utero matris meæ. Et uide Psal. 131. a quomodo monstrat nobis diuina scriptura naturæ cõditorem, utraq; sua uirtute efficientem: & alterius uuluã idoneam reddentem, Rachelem aũt constringentem. Qui enim naturæ dñs est, oẽia facile operatur. Et concepit, inquit, Lia, & peperit filiũ Iacobo, uocauitq; nomen eius Rubin, dicens: Quia uidit dominus humilitatem meã, nũc diliget me magis uir meus.] Vide q̃ grata mulier: dñs, inquit, uisa humilitate mea præbuit mihi partum, propter quem diligar. Et specta hic iterum, quomodo deus muneribus certare cõtendit cum C eo, & beneficia accumulat: simul & iusti semen augeri, & hanc magis Iacobo amabilem fieri uult.

Et concepit, inquit, iterum, & peperit filium secundò Iacobo, & dixit: Audiuit dominus quòd odio habeor, & apposuit mihi & hunc: & uocauit nomen eius Symeon.] Attende quomõ per singulos pueros gratias agit domino, & ob beneficia gratitudinem declarat. Audiuit enim, inquit, dominus, quòd odio habeor, & apposuit mihi etiam hunc: propterea uocauit nomen eius Symeon. Vidisti quomodo non simpliciter, neq; temere nomina natis indiderit? Vocauit eum Symeon, quoniam audiuit, inquit, dominus. Nobis enim Hebraico idiomate per hoc nomen signatur, quòd audita sit. Et concepit iterum, & peperit filium, & dixit: Nunc temporis apud me erit uir meus: peperi enim ei tres filios: propter hoc uocauit nomen illius Leui.] Videtur mihi hic significari, quòd natis duobus filijs, nondum potuerit allicere uirũ, qui adhuc in Rachelem propensior erat: ideo dicit: Nunc temporis apud me erit uir meus. Fortasis accesio tertij uirũ meum reddet beneuolum, & melius mihi affectũ. Ecce enim tres filios ei peperi. Et concepit adhuc filium, ac peperit, & dixit: Nunc adhuc istud confitebor domino: propterea uocauit nomen eis Iudam.] Quid est: Nunc adhuc cõfitebor domino? Gratias agam & glorificabo eum, quia & quartum mihi adiecit filium, & tantam mihi abundantiam concesit: & quæ ob corporis deformitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

de uiri erga me beneuolentia perclitatura eram, A nunc procreatione filiorũ à deo mihi data, & mœroris nimietate discussa, accepi solatium deformitatis, & in locum sororis meæ translata sum. Vt peperit autẽ ludam, inquit, cessauit parere. Cum autem uidisset Rachel quia non peperisset Iacobo, æmulata est Lian sororem suam, & dixit Iacobo, Da mihi filios, quòd si minus, moriar ego.] Inconsiderata & muliebris est hæc petitio, animæq; ab æmulatione impugnatæ. Da mihi, inquit, pueros. Non audisti, quòd non uiri concubitus illi partum præbuit, sed dominus deus? qui ut uidit, inquit, quòd odio fuit habita, aperuit uuluam eius. Quare à uiro petis ea quæ supra naturam sunt, & relicto naturę domino uirum arguis, qui ad hoc nihil conferre tibi poterit? Damihi, B inquit, pueros: quòd si minus, moriar ego. Graue malum est zelotypia, & desinit in insipientiam: id quod & huic euenit. Videns enim chorum filiorum sororis, & cogitans suam sterilitatem, non ferebat dolorem, neq; continere poterat cogitationem quæ se turbabat, sed illa insipientiæ uerba loquebatur: Da mihi filios, quòd si minus, moriar ego. Fortasis uidit uiri erga illam amorem, & putabat ea de causa illã tot filios habuisse, & se nondum peperisse, unde dicit: Da mihi filios. Deinde terrere uolens uirum, subdit: Quòd si minus, moriar ego. Quid igit̃ pius & religiosus Iacob? Succensuit, inquit, ad uerba hæc: & dixit ei: Nunquid pro deo ego sum, qui fructibus uentris te priuauit?] Quare derelicto naturæ domino, me re- C prehendis? Ille est qui priuauit te fructu uentris. Quare non ab illo petis, qui potest aperire naturæ officinam, & fœcundam facere uuluã? Discę quod ille qui te priuauit fructu uentris tui, sorori tuæ tantam fœcunditatem præstiterit: ne igitur à me quæras, quæ præbere non possum, & cuius non sum dns. Nam si hoc in me fuisset, omnino te sorori prætulissem, maiorem erga te beneuolentiam habens. Quamuis enim in infinitum maiori te complectar beneuolentia, nihil tibi in hoc prodesse potero: ab illo quære, qui sterilitatem & afferre & soluere potest. Vide iusti intellectum, quomodo & succẽsens, responsum illi dat sapientissimis uerbis, docens diligenter omnia: causamq; manifestat, ut non relicto domino quærat ab alio D ea quæ ille solus præstare potest. Igitur comperto quòd sterilis facta esset à deo, & uidens sororem liberis florere, uel mediocre solatium requirens, dicit ad Iacobum: Quoniã nũc me docuisti quòd non culpa tua liberis careo, ancillam meam accipe, filiosq; ex ea procrea, ut paruum aliquod solatium inuenire possim, mihi uendicans quæ ex illa nascuntur. Et dedit ei, inquit, Ballam ancillam suam uxorem: & intrauit ad eam, & cõcepit, & peperit filium Iacobo, & dixit Rachel: Iudicauit mihi deus, & exaudiuit uocem meam, deditq; mihi filiũ: propter hoc uocauit nomẽ eius Dan.] Habuit aliquo modo pariẽte ancilla uel breuem consolationem: ideo & nomen puero imponit, & gratias agit domino p̃ nato. Et cõcepit, inquit, iterum Balla, & peperit filium, & dixit Rachel: Coassumpsit me deus, & conuersata sum cum sorore mea, & inualui: & uocauit nomẽ eius Nephthalim.] Et didicit postea manifestè per ancillã, quòd Iacob nõ fuit in causa quare liberis careret. Ideo natos quasi suos filios educauit, & nomina eis imposuit, maximam sibi̓psi cõsolationem excogitans. Vt aũt uidit Lia quòd cessasset parere, & ipsa ancillã suã Zelpham dedit Iacob uxorẽ & cõcepit, & peperit. Et dixit Lia: Fortunata fui, hoc est, assequuta sum quod spectabam, & uocauit nomen eius Gad.] Et quia uoti compos facta est, nomen eius uocauit Gad. Et cõcepit adhuc, & peperit alium, dixitq; Lia: Beata ego, quia beatam me dicent mulieres: & uocauit nomen eius Aser.] Vidisti quomodo & hæc natos ex ancilla pro proprijs habebat, & beatã se esse dicit, & beatitudine dignam ob procreationem filiorum. Sed uide hic quoq; & post hæc, ut discas, quõ zelotypiæ affectio huc & illuc transibat: & nunc hæc, nunc illa impugnabatur. Et iuit, inquit, Rubin in diebus messis triticeę, & inuenit mala mandragorarum, & attulit ea matri suæ. Dixitq; Rachel Liæ: Da mihi de mandragoris filij tui. Dixit autẽ Lia: Non satis tibi quòd accepisti uirũ meũ? num & mandragoras filij mei accipies?] Vide quomõ affectionem animæ uerbis manifestã facit. Dixit autem Rachel: Non sic, dormiat tecũ nocte hac pro mandragoris filij tui. Da mihi de mandragoris, & accipe hodie tecum uirũ.] Vide quõ monstrat̃ totus beneuolentiæ Rachelis deditus. Nam si tanto choro filiorum Liæ nato, fuit adhuc amore magis propensus in Rachelẽ: si non hoc fuisset factum, quomodo ferre potuisset Lia sororis confugium, omnem uiri potestatem habẽtis? Ita permittit pro mandragoris ei uirum, & dicit: Dormi at hodie tecũ pro mandragoris. Satisfac, inquit, meo desiderio, & accipe uirũ. Adueniente aũt, inquit, Iacob, egressa in occursum eius Lia, dixit: Ad me ingredieris hodie, mercede enim cõduxi te mihi pro mandragoris filij mei: & dormiuit cũ ea nocte illa. Et exaudiuit deus Lian & concepit ac peperit Iacobo quintum filiũ. Et dixit Lia: Dedit mihi deus mercedem meam, eo quòd dedi ancillam meam uiro meo: & uocauit nomen eius Isachar, quod est merces.] Exaudiuit deus Lian, quia uidebat eam dolentem, neq; ualde marito probatã. Exaudiuit eam, inquit, deus, & peperit, ac dixit: Tuli mercedem, eo quòd dedi ancillam meam: ꝓpterea uocauit nomẽ eius Isaac. Et concepit adhuc Lia, & peperit filiũ sextum. Et dixit Lia: Donauit mihi deus donum bonũ. Nunc temporis me eliget uir meus, peperi enim ei filios sex: & uocauit nomẽ eius Zabulon. Posthac, inquit, amabilis ero & ego, quia peperi sex filios. Peperit autem & filiam, & uocauit nomen eius Dinam. Recordatus autẽ deus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit eius uuluam, & concepit & peperit filium, Dixit aũt Rachel: Abstulit à me deus meus opprobrium

opprobrium meum: & uocauit nomen eius Ioseph, dicens: Apposuit mihi deus filium alium.] Abstulit, inquit, opprobrium meum, soluit sterilitatem: propitius factus est mihi, & idoneam fecit ad procreandum filios uuluam, & liberam me fecit ab opprobrio meo: & uocauit nomen eius Ioseph, dicens: Apposuit mihi deus filium alium. Vidisti, quomodo paulatim promissiones dei ad effectum peruenerunt? Ecce enim subito quantum chorum filiorum circa se habuit iustus, & uidit manifestam dei in se prouidentiam. Quoniam enim magnam præ se tulit patientiam, quatuordecim annis seruitutem ferens: propterea & uniuersorum dominus, remunerans iusti pietatem, in tantum eum crescere fecit, ut & posthac inuidiosus alijs fieret, sicut ex sequentibus discemus, B quæ uellem pertractare. Verum ne prolixius sermonem extẽdamus, grauareq; uidear charitatem uestram, si placet, quæ reliqua sunt in sequentia reseruaturi, finiamus hic sermonem: illud interim charitatem uestram admonentes, ut eorum quæ dicta sunt memores, imitemini priscorũ uirtutẽ, sicut illi filias elocãdo, puellas sponsis tradendo, nostra uirtute dei gratiam cõciliare nobis studendo. Nam cũ ille nobis amicus fuerit, etiã si in aliena terra fuerimus, etiamsi ab omnibus destituti, etiamsi nullis cogniti, omnibus erimus clariores. Nihil enim beatius uiro superna manu adiuto. Et beatus Iacob illo fretus præsidio, in tantam paulatim gloriam sublimatus est, ut & his qui excepe rant tam amice, inuidiosus sit factus. Hoc igitur C & nos studeamus, ut supernũ acquiramus auxilium, & non ad humanã confugiamus potentiam, neq; ambitionẽ sectemur: nihil enim periculosius, id quod rerũ experientia satis discimus. Etenim uidemus quotidie res se tanta uelocitate ad mutationem inclinare, & uerti in diuersum omnia, & eum qui in summa prosperitate est, subito in extremam infelicitatem deijci, & cõdemnari ut reum. Quantæ igit̃ insipientiæ fuerit, quærere ut præsiciare rebus tam incertis, præsertim cum nõ sufficimus res nostras secure disponere? Ideo ne confidamus in humanis præsidijs, memores etiã Pro-
Hiere. 17.a phetæ dicẽtis: Maledictus homo, qui spem ponit in homine. Vides quòd talis non solũ insipiẽs, sed D etiam maledictus: utpote qui relicto dño omniũ, ad conseruũ currit, qui seipsum iuuare nequit. Fugiamus igitur maledictionẽ, oro, & omnem spem in deũ transferamus. Ista enim solida est & immobilis, & nescia uicissitudinis, cui? plena est illa quã in hominibus habemus. Vel enim mors tollit humanum præsidiũ, & eos qui ad hoc cõfugiunt, desolatos & nudos relinquit: uel etiã ante mortẽ mutatio rerũ fit. Plena est hæc uita exemplis talibus. Ideo hi post tantã experientiã nulla uenia sunt digni, qui adhuc humano nitunt̃ præsidio, & sæpe ab illis qui eis opitulari uidentur, infinita mala ferunt. Eousq; enim creuit malitia, ut mala rependant etiã ij quorũ est curã aliorũ habere. Verũ de deo secus est: nam licet quotidie ingrati simus, be- A nefacit tamen, & suo præsidio nos non destituit, non ad nostrã respiciens ingratitudinẽ, sed in omnibus pro sua agẽs misericordia: qua nobis omnibus fruí concedat̃, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Factum est aũt postquam peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban: Dimitte me ut abeam in locum meum & in terram meã: redde uxores & filios meos pro quibus seruiui tibi. Homilia LVII

RElíquias heri dictorũ, nostrum est hodie uestræ charitati reddere, ut ex his quæ nunc dicunt̃, & solicitudinem dei pro Iacob, & iusti illius pietatẽ cognoscẽdo, imitemur eius uirtutẽ. Neq; em̃ absq; causa sancti spiritus gratia scriptas nobis reliquit hasce historias: sed ut ad æmulationẽ & imitationẽ tantorum uirorũ prouocet. Quando enim audimus huius quidem obedientiã, istius aũt continentiã, illius uero in hospitibus colligendis promptitudinem: & quomodo singuli claruerint: ad similia facienda excitamur. Age igitur ad ea quæ reliqua sunt in historia illius iusti, hodie accedẽtes, finem imponamus sermoni. Factũ est autem, inquit, postquã peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban: Dimitte me, ut abeam in locum meum, & in terram meã: redde uxores & filios meos pro quibus seruiui tibi.] Vide iusti magnã gratitudinem, quomodo uidens manifeste deum sui habere curam, non superbiuit contra Laban, sed cum magna mansuetudine dixit: Dimitte me ut abeam. Verè nihil mansuetudine ualidius, nihil potentius. Vide igitur quomodo prior placidis uerbis usus, effecit ut & Laban magna ei beneuolentia responderit. Dixit em̃ ei, inquit, Laban: Inueniã gratiam coram te: certa cõiectura assequor, quòd benedixerit me deus in ingressu tuo: indica mihi mercedem tuam, & dabo.] Non ignoro, inquit, quòd præsentia tua locupletior mihi diuina beneuolentia contigerit: igitur quia sentio beneficia quæ mihi propter aduentũ tuũ data sunt, quamuis mercedem indica, & ego prompte præstabo. Cõsidera quantũ ualeat æquitas. Et ne perfuncto D riè dictũ transeas: sed attende q̃ cũ iustus neq; cogitauerit, neq; mentionem fecerit, neq; requisierit mercedem laborũ: sed hoc solum dixerit: Redde mihi uxores & liberos pro quibus seruiui tibi, ut abeam: ille reuertus iusti magnam æquitatem, inquit: Dic quam uis tibi mercedem à me dari, & illam prompt̃ dabo.] Annon cum ipso erant mulieres & pueri? Quare igit̃ dixit: Redde mihi uxores & pueros? Digno honore eum prosequutus est, suumq; morem per omnia obseruat, & libere discedere uult. Vide igit̃ ex uerbis ipsis quomodo allexit Labanẽ ut se mercedẽ daturũ sponte promittat, & electionem ei permittat. Quid igitur iustus? Et uide excellentẽ eius mansuetudinẽ, quomõ neq; sic onerosus & molestus est Labani,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ipsum testem facit suæ gratitudinis & fidelitatis, & quanto tempore beneuolentiam in seruitute illius declararit. Tu nosti, inquit, qualiter tibi seruierim, & quanta fuerint pecora tua mecum: parua enim erant coram me, & aucta sunt in magnam multitudinẽ, & benedixit te dñs ad pedẽm meum: nunc igit̃ faciã & ego aliquando mihi domum.] Te facio testem laborũ meorũ. Vidisti em̃ quanto studio & fide om̃ia administrarim, & quo modo in paruo numero acceperim pecora tua: quæ diligentia uigilantiaq; mea in tantum numerum crescere feci. Deinde monstrans suã religionem, inquit: Benedixit enim te deus ad pedẽ meum: nũc igitur faciã & ego aliquando mihi domũ. Vidisti etiam ipse quòd post meum aduentũ gratia diuina tuas auxerit facultates. Quoniã & ego mea omnia, magna animi promptitudine faciẽs, ministeriũ perfeci, & gratia dei manifestata est: itum est ut & ego mihijpsi faciã domũ, id est, in libertate postea uerser, & curã domus meæ habeã. Hæc ut audiuit Laban, dixit ei: Quid tibi dabo? quid uis à me tibi dari? Confiteor em̃ & ego & inficias non eo: scio enim quanta mihi fuerint à deo data, & quòd benedixerit me deus ad ingressum tuum. Dixit aũt ei Iacob: Non dabis mihi quicquam, si feceris uerbum istud. Iterum pascã oues tuas, nihil uolo à te mercedis nomine reportare, sed hoc tantum quod dico suscipere, & iterum pasco oues tuas: quod autem uolo, hoc est.] Vide iustum, quia sperauit in gratia diuina, qualia proponat Laban. Prætereat, inquit, oues tuę hodie, & segrega illinc omnẽ ouem fuscã in agnis: & ois uaria & sparsa in agnis & in capris erit mihi merces: & exaudiet me iustitia mea ĩ die crastino, quia est merces mea coram te: ouis quę nõ fuerit sparsa & uarie albicans in capris, & qđ rufum in agnis, furata sint à me.] Considera iusti prudentiã, quoniam sciebat quãta sibi superne gratia affulgeret: & uidebaẽ sibi secundũ naturæ ordinem uel difficile esse, uel omnino impossibile: rarum enim est uarium esse colorem pecudum: hæc petit ab eo. unde petitioni eius Laban statim accessit, & inquit: Sit iuxta uerbũ tuũ: & diuisit in die illa hircos maculosos & subalbicantes, & omnes capras maculosas & subalbicantes, & omne quod erat in eis candidum, & omne quod erat rufum in ouibus, & dedit per manũ filiorum suorũ, & fecit distare uiam trium dierum inter ea & inter Iacob.] Separauit, inquit, greges iuxta conditiones propositas à Iacob, & dedit filijs suis: Iacob autem pauit pecudes Laban reliquas. Quales nam hæc nullam scilicet habentes coloris uarietatem. Hoc aũt totum factũ est, ut iustus re ipsa compertã haberet dei erga se prouidentiam, & Laban uideret quantam dei gratiam haberet Iacob. Accepit autem, inquit, ad se uirgam styracinã uiridem, & amygdalinã, & platani, & decorauit eas in plures decorticationes albas, abradens quod uiride: apparebat autem in uirgis album quà decorticarat uarium: & apposuit uirgas quas decorticauit in canales aquatorias, ut cum uenirẽt pecudes ad bibendũ, uirgis obuenientibus eis inter bibendum, conciperent pecudes secundum uirgas: & pepererunt pecudes uarias, maculosas, & cineritio colore sparsas.] Hæc faciens iustus non à seipso mouebatur, sed inspirante menti eius superna gratia: neq; iuxta naturæ ordinem erat quod fiebat, sed ualde admirabile, & naturæ modũ transcendens.

Et agnos, inquit, distinxit, & statuit corã ouibus arietem subalbicantem, & omne uariũ in ouibus: & separauit oues suas, & nõ miscuit eas cum ouibus Laban.] Postea quia om̃ia quæ nascebantur, fiebant talia qualia proposuit, separauit ea, & fecit sibi greges singulares. Factum est autẽ in tempore quo concipiunt oues grauidæ, posuit Iacob uirgam coram ouibus, ut in canalibus positis conciperent iuxta uirgas. Quando autem pariebant oues, nõ ponebat. Facta aũt sunt non signata Laban, signata uero Iacob, & ditatus est homo ualde ualde.] Quid sibi uult duplicatio? abũdantiam multam significat: & quòd non tantum ditatus est, sed & ualde ditatus est. Facta enim sunt ei, inquit, pecora multa & boues, pueri & ancillæ, cameli & asini. Sed uide hic iterũ iusto inuidiam nasci. Audiuit enim, inquit, uerba filiorum Laban dicentiũ: Accepit Iacob omnia quæ sunt patris nostri, & ex his quæ sunt patris nostri fecit omnem hanc gloriam.] Vide quomodo inuidia in ingratitudinem eos inducit: nõ eos aũt solum, sed & ipsum Laban. Vidit em̃, inquit, Iacob faciem Laban, & ecce non erat erga se sicut heri & nudiustertius.] Verba enim puerorũ mentem eius turbauerant, & oblitus est quę pridem dixerat ad Iacob. Qui enim dixerat: Benedixit me deus ad ingressum tuum, & gratias egerat domino, quòd propter aduentum iusti facultates suæ auctæ fuerant: nunc subuersa mente à pueris, & inuidia flagrante, forte quia uidebat iustũ ualde abundare, non eadem protulit uerba quę antea. Vidit enim, inquit, Iacob faciem Laban, & ecce non erat erga se sicut heri & nudiustertius. Vidisti iusti magnã mansuetudinem, & illorum ingratitudinem? & quomodo cum inuidiam ferre non possent, patris mentem perturbauerunt? Vide, obsecro, nũc & dei ineffabilem misericordiam, & quanta compassione usus fuerit. Videns enim iustum ab illis odio haberi, dicit ad Iacob: Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, & ero tecum.] Satis diu uersatus es in terra aliena. Nam quæ pridem tibi promisi, dicens: Reducam te in terrã tuam, ea nũc opere implere uolo: reuertere igitur nil timens, ego enim ero tecũ. Vt igitur iustus segnior non fiat in proficiscendo, sed magna fiducia iter arripiat: ideo dicit, Ego ero tecum: qui hucusq; res tuas gubernaui, & augeri feci semen tuum, ego & in posterum ero tecũ. Hæc ut audiuit iustus à deo, non fuit negligens, sed ad iter se accinxit. Misit em̃, inquit, & uocauit Liam & Rachel in campũ ubi erant greges.] Proponere uult mulieribus profectionis negotiũ, & significare

ficare eis opus dei, & patris erga se odiũ. Dixit enim, inquit, eis: Video ego faciem patris uestri, q̃ non sit erga me sicut heri & nudiustertius: Deus autem patris mei fuit mecum. Ipsæ aũt scitis quòd seruiui patri uestro pro omni uiribi mea: pater autem uester decepit me, & mutauit mercedem meã decem agnis, & nõ dedit ei deus ut me affligeret. Et cum sic diceret: Varia erunt merces tua, pariebant omnes oues uaria. Cum autem diceret: Candida erunt merces tua: pariebãt omnes oues candida: & tulit deus omnia pecora patris uestri, & dedit mihi ea.] Vide quomodo utrunq; docet, & patris ingratitudinem erga se, & suum studium quod in seruitute declarauit. Vidistis em̃ inquit, quòd pro uiribi mea seruiui patri uestro? Et declarauit quantam sui curã deus habuerit, monstrans quòd superno auxilio omnia fuerit operatus, & facultates Laban in se transtulerit. Tulit em̃ deus om̃ia pecora patris uestri, & dedit mihi ea. Quando autem concipiebant oues, & uidi oculis meis in somno, & ecce hirci & arietes ascendebant super oues & capras, subalbicantes & uarij, & cineritio colore sparsi. Et dixit mihi angelus in somno: Iacob. Ego autẽ dicebam: Quid est? Et dixit: Aspice oculis tuis, & uide hircos & arietes ascendentes super capras & oues, subalbidos et uarios, & cineritio colore sparsos, Vidi enim quæcunq; Laban tibi facit.] Vides quòd omne quod tunc fiebat, superna contingebat operatione, & iusti labores remunerabantur? Nam quoniam ille ingratus erga eum erat, benignus dominus iustum ubertim remunerat. Vidi enim quæcunq; Laban tibi facit. Hinc discimus quòd quando iniurias æquo animo & mansuete toleramus, maiori & largiori auxilio diuino fruimur. Ne igitur obluctemur his qui nos premunt, & calumniari uolunt: sed feramus generose, scientes quòd nos omnium dominus non despiciet, tantum nos eius beneuolentiam agnoscamus. Mihi enim, inquit, uindictam, ego retribuam. Propter hoc & Iacob dicebat: Non dedit ei deus, ut affligeret me. Nam quia ipse priuare me laborum mercede uoluit, dominus tam uberem in me declarauit misericordiam & prouidentiam, ut omnis eius substantia in me translata fuerit. Sciens enim quòd ego omni studio seruierim, ille autem non responderit mihi officio suo, tantam nostri habuit curam. Et quòd non hæc absq; causa & uanè dicam, neq; temerè accusem, etiam deum habemus testem, eorũ quæ pater uester egit erga me. Vidi em̃, inquit, quæcunq; tibi Laban fecit: quòd non solũ mercedem aufert, sed & quòd non ut antea erga te nunc affectus sit, sed alienauerit animũ. Ego sum deus qui apparui tibi in loco ubi inunxisti mihi columnã.] In memoriam ei referre uult quæ tunc pollicitus fuerit, dicens: In multitudinem te crescere faciã, & custodiam te, ac reducam te in terram tuam. Ego igitur, inquit, qui tunc apparui tibi, & promissiones tibi feci: ego etiam nunc, quando tempus uenit quo ea quæ tunc promisi opere cõplenda sunt, regredi te iubeo absq; omni mentis angore tecũ enim ero. Ego sum deus, qui apparui tibi in loco in quo inunxisti mihi columnam, & uouisti mihi uotum. Recordari eum facit uoti & promissionis quam receperat. Quod autem erat uotum? De his quæ mihi dederis, decimas tibi offeram. Quoniam tunc nihil tecum afferebas, quasi profugus iter faciens: cum autem tibi apparerem, uouisti uotum, dicens: De omnibus quę mihi dederis, decimas dabo tibi: uoto & promissione potentiã meã præsignans, & fidei oculis præuidens futurã abundantiã: nunc quia euenerũt & impleta sunt quæ à me prædicta, iustũ fuerit ut & uotũ tuum impleas. Nunc, inquit, surge & egredere de terra ista, & uade in terram natiuitatis tuæ, & ero tecũ.] Ego te ubiq; comitabor, ego tibi facilẽ ostendam uiã, & nullum à quopiã damnũ feres. Dextera em̃ mea ubiq; te proteget. Hæc audientes Rachel & suæ, dixerũt ei: Non est nobis pars uel hæreditas in domo patris nostri. Nónne ut alienæ reputatæ sumus apud eum? uendidit enim nos, & deuorando comedit pretium nostrum. Et deus abstulit omnes diuitias & gloriã à patre nostro, nostræ erunt & filiorum nostrorum: nunc igitur quæcunq; dixerit tibi deus, fac.] Vide & has sequentes dei arbitriũ, & afferentes rationem cui contradici nõ potuit. Non est aliquid cõmune nobis, dicit, cum patre nostro: semel enim nos alij dedit. Diuitias & gloriã quam abstulit deus à patre nostro, & dedit tibi, nos habebimus. Ne cessa igitur neq; differ, sed fac quæ tibi à deo tuo sunt imperata. Nũc igitur quæcunq; dixit tibi deus tuus, fac.

Hæc ut audiuit Iacob, surrexit & accepit uxores suas & filios, & ascendere fecit super camelos, & abduxit oĩa quæ habebat, & supellectilem suã quam acquisierat in Mesopotamia, & omnia sua ut abiret ad Isaac patrẽ suũ.] Considera, obsecro, fortitudinem animæ iusti, & quõ repulso omni mentis angore ac metu, mandato dominico obtemperauit. Quoniam enim uidit malè sanã mentem Laban: nõ ultrà sicut prius, interrogare eum uoluit: sed quod imperatũ erat à domino, implebat. Et acceptis mulieribus & pueris, iter arripuit. Laban aũt, inquit, abierat ad tondẽdũ oues suas.

Furata autẽ est Rachel idola patris sui.] Neq; hoc absq; causa nobis propositum est, sed ut sciamus quomodo adhuc paternã habentes consuetudinem, idolorum cultui addictæ erant. Animaduerte enim quantum in hoc studium impenderint, cum nihil aliud à patre auferre uoluerint, q̃ idola eius, idq; faciebant ignorante uiro: neq; em̃ ille hoc permisisset fieri. Occultauit autem, inquit, Iacob à Laban Syro, ne annũtiaret ei quòd fugeret: & abscesit ipse & omnes sui, & transito fluuio contendit ad montem Galaad.] Vide, obsecro, etiam hic magnam dei prouidentiam, quomodo iustus tam procul aufugit, & non concedit̃ Laban ut illius secessum sciat. Tribus enim diebus, inquit, præteritis, Laban innotuit. Et assumptis omnibus fratribus suis, sequutus est eum uia dierũ septem, & cõsecutus est eum in monte Galaad.] Obsecro hic quoq; attendas dei puidentiam

Deut. 32. f
Ezec. 9. a
Rom. 12. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam. Nam qui dixit: Reuertere in terrã tuam, & A ero tecum: ille etiam nũc suam declarat prouidentiam. Quia enim uidit Laban cum multa indignatione persequi iustum, & pœnam furtiui secessus (ut ita dicã) sumpturũ, apparuit Laban nocte in somno. Venit eñ, inquit, deus ab Laban Syrũ in somno nocte, & dixit ei.] Vide dei attemperationem, quomodo ob suam in iustum prouidentiam cum Laban colloquit: ut territa eius mente, impetum eius à Iacob coerceat. Serua te, ne loquaris cum Iacob mala.] Magna dñi benignitas: quia enim sciebat ad pugnã cõtendentem, & contra iustum insurgere uolentem, hoc uerbo mentẽ eius cõpescit, & dicit: Serua te, ne loquaris cũ Iacob mala: perinde ac si diceret: Caue ne uel uerbis offendere Iacob coneris: sed serua teipsum, cõ B tine malum tuũ impetũ, cõprime furorẽ, refrena iratũ tuũ animũ, & ne uel uerbo ipsum contristari uelis. Et considera dei prouidentiã. Non imperauit Laban ut ad propria reuerteretur, sed solum prohibet ne quid durũ uel molestũ cum iusto loquatur. Quare, & propter quid: ut discat per opera ipsa iustus, quantã sui curã gerat deus. Nam si reuersus fuisset Labã, unde sciuisset Iacob & uxores? Ideo permittit ei ut eat, & lingua sua cõfiteatur quę deus dixit ad se, quò & iustus maiorẽ alacritatẽ habeat proficiscendo, fiduciamq; accipiat: & ut filiæ suæ discant quanto studio deus omniũ dñs Iacobũ curet, reijciantq; errorem paternũ, & imitentur iustũ, notitiæ dei sufficientem doctrinã inde accipiẽtes. Neq; enim sic fide digna erãt quæ Iacob dicebat, C ut quæ à Laban dicebantur, qui adhuc idola colebat. Semper enim infidelium & aduersantium religioni testimonia, maiorem habent fidem. Et hoc est ex omnipotenti sapientia dei, ut inimici ueritatis fiãt ipsi testes ueritatis, & sua lingua prædicẽt.

Consequutus est aũt Laban Iacobum. Iacob autem fixit tabernaculum suũ in monte: Laban uero constituit fratres suos in monte Galaad. Dixit autem Laban ad Iacob: Quare ita fecisti?] Vide quomodo præceptum dei magnũ illius calorem represit, & furorem refrenauit: & idcirco cũ magna mansuetudine colloquiũ habet cum eo, qua se excusat, & paternam dilectionem erga illum declarat. Quando enim superna prouidentia nobis assistit, non solum malorum hominum insi- D dias effugere possumus, sed etsi in bestias ipsas incidamus, nihil aduersi nobis euenit. Omniũ eñ dominus suæ uirtutis abundantiam declarans, & bestiarum mutat naturam, & in oues mansuetas transformat: non quòd bestialem eis naturam immutet, sed relicta natura eas ostendere facit ouiũ morem & naturã. Idq; non solum in feris uidere licet, sed & in elementis ipsis: quando enim uult, tunc & elementa ipsa naturæ suæ obliuiscunt, & neq; ignis facit quod ignis solet. Et hoc quoq; discere poterit aliquis tam in tribus pueris, quàm in Dan. 3 & 14 Daniele. Nam hunc leones sicut oues circundabant, & superna gratia retusa eorum ferocitate, nihil illi incommodabãt. Nam quòd ferocitatem non exercerent feræ, hi qui feris truculentiores erant, re ipsa experti sunt. Hoc autẽ ad maiorem illorum accusationem factum est, quia ratione insigniti, crudelitate bestias ratione carentes uincebant: tandemq; didicerunt cum in lacum coniecti fuerunt, quòd non esset apparentia uana, quòd leones iusto pepercerant, quasi reuersi eum, & non audentes eius cõtingere corpus. Nam in illo imitabantur ouium mansuetudinem, & naturæ obliuiscebãtur: in istos autem ferociam suam declarabant. Similiter & in fornace ignis factũ est: nam eos qui intus erant, inq; medio igni æstuabant, reuerebatur elementũ, & non urebat ignis: sed quasi ligata operatione sua, ita nihil nocebat illorum corporibus, & neq; capillos eorum attingere ausus fuit, quasi mandato alicuius elementum propriam declarare uirtutem prohiberetur: hos autem qui extra fornacem erãt, absumpsit. In utroq; magna dei potentia declaratur, & quia illi intus manserunt illæsi: & quia qui foris erant, perierunt. Sic quando superna gratia munimur, nõ solum effugimus inimicorũ insidias, sed & si in bestias ipsas incidamus, nihil patimur graue. Dei enim manus potentior est omnibus, ipsa nos undequaq; satis munit, & inuictos facit: id quod & in iusto hoc declaratum est. Nam qui tanto impetu comprehendere Iacob, & pœnam fugæ de eo sumere uolebat: non solum nihil asperum & durum aduersus eum loquitur, sed sicut pater filium compellãs, ita blandis uerbis cõuenit: dicit enim: Quare ita fecisti? Quare clandestinò abscessisti? C Vide quanta mutatio, uide quomodo is qui ut bestia insaniebat, ouium imitatur mansuetudinem.

Quare clanculo discessisti, & mea furtim abstulisti, & abduxisti filias meas quasi captiuas gladio?] Quare, inquit, hoc fecisti? quid tibi uisum fuit? quid præ te tulisti? quare sic occulto parasti abitionem? Nam si annuntiasses mihi, cũ magno honore & lætitia fuissem te prosequutus. Enimuero si hoc sciuissem, cum musicis & tympanis & cithara prosequutus fuissem te: nunc autem insipienter egisti. Vides quõ nũc semetipsum arguit, & per linguam suam fatetur: quia ipse quidem iustum male afficere paratus fuerit, dei autẽ prouidentia à molimine suo se impediuerit. Valeret, inquit, manus mea te affligere, deus autem patris tui hodie mihi dixit: Serua teipsum, ne forte loquaris cum Iacob mala.] Cogita hic quanta consolatione iusti facta fuerint uerba hæc: & cõsidera quõ hic effatur quæ aduersus iustũ decreuerat, & qualiter eum cõprehendere uoluerit, & quòd timor dei à malis cõsilijs impediuerit. Deus patris tui, inquit. Vide quomodo & ipse Laban non parum utilitatis hinc habuerit, maximũ argumentum uirtutis dei ex his quæ sibi dicta fuerũt perciens. Verum quia & tu, inquit, hoc decreuisti, & deus est qui tantam tui curam gerit, nunc igitur uade. Magno enim desiderio petis abire in domum patris tui. Sed quare furatus es deos meos?] Esto, inquit, hoc decreueris, ut abeas in domum patris tui: quare deos meos furatus es? O excellentem insipientiam. Tales sunt diĳ tui, ut quis

ut quis eos furari queat? Non erubescis dicens: A Quare furatus es deos meos? Vide quanta fuit erroris grauitas dũ hi qui ratione sunt præditi colũt lapides & ligna. Et sunt hi diĳ tui ó Laban, q neq; cum furaturi se quidã erant, iuuare se potuerunt: quî enim poterãt lapides? Deus aũt iusti, & ignorante iusto impetum tuum coercuit: & non cogitas erroris magnitudinẽ, & iustum furti arguis? Quare iustus illos furari uoluisset, quos abominabatur, imò quos sciebat esse insensatos lapides? Porrò hæc cũ audisset Iacob, primũ magna mansuetudine de obiectis criminibus se purgat, & ut inquirant diĳ, iubet. Dixi enim, inquit, ne forte auferas filias tuas à me, & omnia mea. Quia, inquit, uidebam te non bene erga me animatũ, anxius sui, ne forte conareris auferre filias tuas, & B priuare me meis, sicut quondam fecisti. Ista igitur causa timoris fuit, ut clàm te abirem. Cęterũ apud quem inueneris deos tuos, nõ uiuet coram fratribus nostris.] Vides quòd ignorabat Iacob furtũ à Rachel commissum? Vide enim quanta austeritate supplicium decernit ei qui furtum admiserat. Apud quem, inquit, inueniuntur, non uiuet coram oculis nostris. Non solum, inquit, quia ablatum est, sed & quia furtim, qui fecerit manifestam sui flagitij pœnam feret. Scias si quid est tuorum apud me, & accipe. Scrutare, inquit, si quid abstuli, quod non oportebat. Nihil aliud in me arguere poteris, quam quòd clàm abierim: & hoc non uoluntario fecerim, sed suspicatus iniustitiã, & timens ne uelis auferre filias tuas, & alias meas C facultates, ubi rescires. Et nõ agnouit apud eos aliquid. Nesciebat autẽ Iacob quòd Rachel uxor sua furata fuisset ea. Ingressus autem, inquit, Laban, scrutatus est domum Liæ, & nõ inuenit. Ingressus est autẽ & in domũ Rachel. Rachel uero accepit idola, & posuit ea subter stramenta camelorum, & sedit super ea. Et dixit patri suo: Ne graueris feras domine mi. Non possum surgere coram te, quia secundum cõsuetudinem mulierum mihi est. Scrutatus autẽ est Laban in tota domo eius, & non inuenit.] Magna Rachelis solertia, per quam deludere potuit Labanem. Audiãt qui adhuc erroribus sunt addicti, & idololatriam magnificiunt. Posuit ea subter stramenta cameli, & sedit super ea. Quid his magis ridiculũ? quid his D stultius? Ratione præditi, & tantã à misericordia dei assequuti dignitatẽ, lapides insensatos putant colẽdos, nec animaduertũt absurditatẽ, sed cõsuetudine sua quasi pecora ducuntur. Et idcirco Pau-
1. Cor. 12. g lus quoq; scribens dicebat: Scitis quando gentes eratis, ad idola muta quomodo euntes abducebamini? Et recte dixit, muta. Qui uocem, inquit, habetis & aures, & rationis estis participes, ad ea quæ nullũ sensum habẽt sicut bruta abducimini. Et qualem, qui talis est, ueniã mereretur? Sed uideamus, quomodo iustus nunc fiduciam acceperit partim ex his quæ Laban confessus est, partim quia nullũ crimen contra se inuenerat reprehensione dignum. Iratus est autem, inquit, Iacob, & contendit cum Laban, & dixit.] Vide quomõ etiam expostulando animæ suæ uirtutem detegit.

Quæ iniustitia mea, uel quod peccatum meum, inquit, quòd persequutus es me?] Quare, inquit, tanto impetu insectatus es me? qualem iniustitiam mihi potes opprobrare? quale peccatum? Neq; id satis, nisi & tantam superinduxisses contumeliã, ut scrutareris omnia quæ in domo mea.

Quid inueneristi de omnibus uasis, quæ in domo mea, pone hic corã fratribus tuis & fratrib. meis, & iudicent inter nos duos.] Tanto, inquit, scrutinio facto, potuistine aliquid inuenire quod ad me non attineat, uel quod tuum sit. Si inueneristi, profer in medium, ut qui hic assunt apud me & te iudicium faciant. Quoniam uidit se irreprehensibilem in omnibus, magna sumpta fiducia, enumerat beneficia quæ illi per omne tẽpus exhibuit, & inquit: Hi sunt uiginti anni, quibus tecũ sum.] Pro labore tot annorum, hisne dignus eram? hac cine, inquã, cõtumelia? Hi mei uiginti anni? Ho die uiginti annorũ cõpleui in domo tua numerũ.

Oues tuæ & capræ tuæ steriles nõ fuerunt, arietes ouium tuarũ non comedi, captũ à fera tibi non attuli, ego satisfeci de meo, furta diei & furta noctis, Die urebar æstu, & nocte gelu, & discedebat somnus ab oculis meis.] Obliuisceris, inquit, laborũ quos exantlaui pascẽs oues tuas & caprας? Num potes arguere quòd unquã oues uel capræ tuæ fuerint steriles? Vide quantam demonstrat à deo beneuolentiã cõtigisse domui Laban propter suum aduentũ. Hoc enim est id qđ & supra dicebat: Benedixit te deus ad pedem meũ. Hoc enim nullus à pastore exigeret. Neq; enim pastoralis artis hoc opus est. Propterea ante omnia hoc ponit, prouidentiaq; superna factũ hoc fuisse in pecudibus ostendit. Arietes ouium tuarum nõ comedi. Non potes, inquit, dicere quòd aliquando comederim arietem de gregibus tuis: qui scilicet multorum pastorũ mos est. Bestia captũ non attuli tibi: neq; ipse, inquit, aliquando comedi, neq; bestia aliquando rapere potuit. Num attuli aliquid à bestia captũ? An non quotidie uides eos quibus greges crediti sunt, capta à bestijs afferre dominis? At tu nihil tale uel demonstrare uel obijcere factum potes in uiginti annis. Et quid dico captum à fera? sed neq; si furto ablatum quid, ut sæpe contingit, ad notitiam tuam uenire feci: sed ego pro his quę furtim ablata fuerũt satis feci, siue die siue nocte accidissent. Et cum æstus flagraret, ferebam fortiter, similiter & frigus noctis, ut illæsi conseruarentur greges tui: & non hoc solum, sed & ipse somnus propter multam curã discedebat ab oculis meis. Vidisti pastoris uigilantiã? uidisti intentum studiũ? Qualem habebunt excusationem ij, quibus rationales greges crediti sunt, & magnã præ se ferunt negligentiã: & quotidie, iuxta Prophetam, pecudes alias mactant: alias à bestijs captas contemnunt: alias uero ab alijs raptas, reducere nõ curant: tametsi minor sit labor, & cura facilis? Anima enim est quæ docetur. Illic autem multus & corporis & animæ labor. Vide enim, inquit, factus sum die adustus æstu, & gelu nocte, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

cte, & discedebat somnus ab oculis meis. Quis hæc nũc potest dicere, quòd propter eos quos pa
scit, tot ferat labores & pericula? Et hoc quidem nunc nullus dicere audet. Paulo autẽ soli licebat hæc fidẽter dicere, atq; his maiora. Et ubi, inquis, Paulus hæc sustinuit: audi eum dicentem: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandaliza
2. Cor. 11. g tur, & ego non uror? O pastoris dilectionẽ indulgentissimã. Alienæ ruinæ meos dolores augent, aliena scandala fornacem doloris mei succendũt. Hunc oẽs imitentẽ, quibus rationales oues concreditæ sunt: & ne deteriores fiant hoc, qui tantæ in brutis pecudibus custodiendis uigilantiæ fuit, idq; tot annorũ numero. Et illic quidem si incuria quædam acciderit, nullum damnũ: hic aũt si ouis rationalis perierit, uel à bestia fuerit capta: graue damnum, maximũ detrimentũ, ineffabilis pœna. Nam si dominus noster sanguinem suũ proprium effundere pro illa nõ declinauit: qua uenia dignꝰ fuerit, qui sic honoratã à dño despicere uoluerit, & non omnia quæ potest in curãda ouicula adim pleuerit? Cæterũ ad seriem sermonis redeamus.

Hi mihi, inquit, uiginti anni quibus sum in domo tua. Seruiui tibi quatuordecim annis pro filia bus tuis, & sex annis pro ouibus tuis, & mutasti mercedem decẽ agnis: & nisi deus patris mei Abrahæ, & deus Isaac fuisset mihi adiutor, nunc forte me uacuũ dimisisses. Humilitatem meã & labo rem manuũ mearũ uidit deus, & arguit te heri.] Vides quomodo ea quæ confessus est Laban, ani marunt iustũ, & fiduciæ materiã ei præstiterunt? Vidisti, inquit, quõ uiginti annorum numero seruiui tibi: pro filiabꝰ quatuordecim annis, reliquis autem pro ouibus: tamen priuare me uoluisti mercede, & non te super hoc arguí? Verũ ex illis ipsis quæ tu confessus es, scio, quòd nisi deus Abrahã & Isaac fuisset mihi adiutor, nunc me uacuum dimisisses & nudũ: omnia fortè abstulisses à me, & iniustitiã quam proposueras, opere cõpleuisses.

Sed deus qui scit humilitatem meã, & laborem manuũ mearũ.] Quid est, humilitatẽ, & laborem manuũ mearum? Quoniã, inquit, scit deus quõ ego magno studio seruitutem meã perfecerim, & quantum laborem sustinuerim, pascens oues, die noctuq; in curis uersatus: ad illa, inquam, respexit misericors dominus, & heri arguit te: coercuit iniustitiã quam aduersum me struebas, & irrationabiles tuos conatus. Satis defendendo se, taxauit Laban, & reprehendẽs illius in se iniustitiam, sua in illũ beneficia recensuit. Ideo ille erubescens de his quæ dixerat, nunc in timore assistit, & fœdera inire uult cum iusto. Vide prouidentiã dei, qui tanto impetu ad persequendũ exierat, timore coactus est, ut ab eo & fœdera quæreret. Respondens aũt Laban dixit ad Iacob: Filiæ tuæ, filiæ meæ: & filij tui, filij mei: & pecora tua, pecora mea: & omnia quæcunq; tu uides, mea sunt, & filiarum mearum: quid facerẽ illis hodie, uel pueris qui ab eis sunt nati.] Scio, inquit, quòd filiæ meæ sunt, & omnia quæcunq; habes, ex substãtia mea accesserunt. Quid igitur facerem illis hodie, uel pueris qui ab eis nati? Nunc igitur ueni, & ineamus fœdus ego & tu, & erit in testimonium inter me & te.] Pacta, inquit, faciamus, & erunt in testimonium inter me & te, in iudicium & demonstrationem. Dixit aũt ei: Si quis transgredi attentauerit, quæ nunc à nobis sunt proposita: ecce nullus nobiscum, deus aũt testis inter me & te.] Considera quomodo paulatim & Laban ad cognitionem dei ducitur. Nam qui antehac arguebat iustum de furto deorum suorum, & tantam propter eos scrutationem faciebat: nunc inquit, quia nullus est inter nos qui possit, si quid posthac nouatum fuerit, testis esse fœderis nostri, deus testis sit inter me & te. Ille, inquit, adest, qui omnia uidet, quẽ nihil latere potest, qui uniuscuiusq; mentem agnoscit. Tulit autem, inquit, Iacob lapidem, & statuit in columnam, & comederũt super collem. Et dixit ei Laban: Collis hic testabitur inter me & te.] Quid est, collis hic? id est, uerba quæ fiunt in hoc colle, memoria perpetua erunt. Et uocauit nomẽ eius loci, Collis testimonij. Deinde inquit,

Aspiciat deus inter me & te.] Attende quomõ pœnam iterũ à deo precatur Laban. Aspiciat, inquit, deus inter me & inter te, quia secedimus alter ab altero.] Nunc, inquit, separamur, & tu quidem ibis in domum propriam, ego autem redibo in domum meã: si humiliaueris filias meas, si acceperis uxores ad filias meas: Vide, nullus nobiscum est qui uideat, deus testis.] Considera quomodo semel & iterum atq; sæpius deum in testem uocat. Quia prouidentia, quã expertus erat Iacob, docuit eum quanta esset eius potentia, & quòd impossibile sit aliquid occultum esse oculo qui dormitare nequit: propterea inquit, Etiamsi separemur, etiamsi nullus alius adsit qui testificari possit, hic testis erit ubiq; præsens: per singula uerba docens quòd totius terræ sit dominus. Et dixit, inquit, Iacob, Ecce collis ille testatur. Deinde iterum Laban inquit, Si aut ego transiero illum, pergens ad te: aut tu præterieris malum mihi cogitans, deus Abrahã, & deus Nachor iudicabit inter nos. Vide quõ cum patre & auũ suũ coniunxit, qui frater fuit Patriarchæ, suus autem auus. Deus Abrahã & deus Nachor iudicet inter nos. Et iurauit Iacob per timorẽ dei patris sui Isaac, & sacrificauit sacrificiũ in monte: & uocauit fratres suos, & comederunt, & biberunt, & dormierunt in monte. Surrexit autem Laban mane, & osculatus est filios suos & filias suas, & benedixit eos: & reuersus Laban abijt in locũ suũ.] Vidisti dilecte quanta dei sapientia, quomodo eadem opera & suam erga iustum declarauit prouidentiam, & illum ab iniustitia abduxit. Nam antea quoq; in pietatis uiam paulatim inducebat Labanem, interminando ei ne quid malum contra Iacob loquerentur: & qui quasi bestia accurrit comprehendere uolens & interficere, desinit in defensionem, & in filiorum filiarumq; deosculationem, & sic domum redit. Fortè prolixius sermo se extendit, sed ignoscite: non hoc sponte admisimus, sed coegit nos historiæ ratio. Ideo hic missum facientes sermonem

monem, oramus uestram charitatem, ut omnia faciamus & tractemus quò supernam nobis conciliemus gratiam. Nam si deum habuerimus amicum, omnia nobis facilia erũt: & nihil nos n presenti uita contristare poterit, quãuis iniucundum esse uideatur. Tanta enim supernæ uirtutis est excellentia, ut etiam ea quæ tristia sunt, iucunda facere queat: sic & Paulus in afflictionibus existens, gaudebat & exultabat, expectatione repo-
Psal. 4. a sitorum bonorũ animatus. Propterea & Prophe-
ta dicebat: In afflictione dilatasti me: docens nos, quòd in ipsa afflictione securos & beatos faciat. Talem igitur habentes dominum, tam potẽtem, tam sapientem, tamq; misericordem, & quod honestum est afferamus, uirtutisq; magnam habeamus rationem, ut non solum præsentia, sed & futura bona cõsequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre gloria & imperium simul cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Et eleuatis oculis Iacob uidit castra dei metata, & occurrerũt ei angeli dei. Quos cum uidisset dixit: Castra dei sunt hęc. & appellauit nomen loci illius Castra. Homilia LVIII

Scio quòd heri defatigati fueritis, no bis sermonẽ prolixius extẽdentibus: sed bono estote animo, labor uester nõ est inanis: In domino eñ spes est, quòd & breuis labor magnã mercedem uobis allaturus sit. Nam licet corpus fatigaretur, anima tamen magis cõfirmabatur. Ideo & ipse uidens uestrum feruẽs desideriũ & studium, uolebam quidem abbreuiare sermonẽ, sed anteqũ finiretur historia, nolui, sciens me uobis hac ratione magis gratificaturum. Multitudo enim dictorum satis declarabat inexplebile uestrum desiderium, & studium audiendi auidum: propterea & ipse cum maiori alacritate uos docere incipio, uidens uestram quotidie appetẽtiam crescere. Age & hodie quæ sequuntur hesternam lectionem, pro uirili nostra pertractemus, consuetum uestræ charitati conuiuiũ proponẽtes. Et uideamus post discessum Laban, quomodo iustus iter arripiat. Nihil enim superuacaneũ in diuina scriptura positum est, sed omnia quæ à iustis fiunt, maxima utilitate plena sunt. Quoniã enim uniuersorũ domi num continuò habuerũt comitẽ, & itineris difficultates reddentẽ faciles, multum etiam nos utilitatis ex paruo eorũ itinere possumus percipere. Nam postq; Laban in domũ suam abijt, & Iacob uiam suã perrexit, eleuatis oculis uidit castra dei metata esse, & occurrerunt ei angeli dei. Postquam enim cessauit & finẽ habuit timor Laban, excepit eum timor fratris: propter hoc misericors dominus animare iustũ uolens, et omnẽ eius metum discutere, fecit ut angelorum uideret castra.

Occurrerunt enim, inquit, ei angeli dei. Et dixit Iacob, Castra dei sunt hæc. Et uocauit nomen loci eius, Castra.] Vt ex ea appellatione perpetua maneret memoria uisionis, quæ illic contigerat. Deinde post uisionẽ hanc, Misit, inquit, ante se nuntios ad Esau fratrem suũ, & mandauit eis, dicens: Sic dicetis domino meo Esau.] Vide & post uisionem, quantus adhuc timor urgebat iustum. Timebat enim fratris uiolentiam, & angebatur animo, ne fortè memoria eorũ quæ olim facta sunt impelleret illum ad insidias. Dicite, inquit, domino meo Esau. Sic dicit seruus tuus Iacob: Peregrinus fui cum Laban, & longo tempore ibi moratus sum usq; nunc, & factæ sunt mihi boues & asinæ & oues & serui & ancillæ, & misi ut annuntiaretur domino meo Esau, ut inueniat puer tuus gratiã coràm te.] Attẽde quomodo timuerit fratrẽ: & propterea placare eum uolens, præmittit: significãs ei & reditũ suum, & substantiam quę sibi cõtigerat, & ubi tanto tempore moratus fuerit, ut placato eius furore, clementẽ facere possit: id quod & factum est, deo cor illius demulcente, & tractabilẽ extincta ira faciẽte. Nam si Labanẽ, qui tanta cõcitatione persequebatur, timere fecit per ea quæ ad ipsum dicebat: multo magis fratrẽ mansuetiorẽ fieri erga iustum fecit.

Reuersi sunt autem, inquit, dicentes: Venimus ad fratrẽ tuum, & ueniet in occursum tuũ, & quadringenti uiri cum eo.] Vide quomodo & istuc ipsum auget metũ iusti. Neq; eñ sciebat euidenter mentẽ fratris: sed ut didicit multitudinẽ uenientium cum illo, formidauit, suspicãs ne quasi in bellũ contra se ueniret, & ita uellet occurrere. Timuit enim, inquit, Iacob: & perplexus erat, & formido mentẽ eius turbauerat, & nesciebat quid faceret, sed mãsit perplexus: propterea timuit quasi de salute sua, & mortẽ ante oculos habens. Diuisit aũt in duas turmas omnẽ populũ, qui secum erant. Dixit enim: Si uenerit ad turmã unam, & percusserit eã, erit adhuc altera quæ saluabitur.] Talia suggerebãt ei timor & magna formido. Videns autẽ se quasi in reti comprehensum, ad inuictum dominum confugit, & promissiones quę ei factæ erant repetit ab omnium deo, quasi dicens ad eum, Nunc uenit tẽpus in quo & propter primogenitorũ uirtutem, & propter promissionem quæ à te facta est mihi, dignus habear qui tuo adiuuer præsidio. Dixit enim Iacob: Deus patris mei Abraham, & deus patris mei Isaac tu es, qui dixisti mihi, Vade in terram natiuitatis tuę.] Qui euocasti me, inquit, de terra aliena, & præcepisti ut redirẽ ad patrem meũ, & in terram natiuitatis. Satis mihi sit de omni iustitia & ueritate, quam fecisti puero tuo. Sufficis mihi, inquit, ad subsidium in præsenti tẽpore. Qui eñ usq; ad præsens tempus tantã erga me declarasti prouidentiã, potens es etiam nunc eripere me ab urgẽtibus periculis. Non eñ ignoro, quòd cum isto baculo meo transiui Iordanẽ: sed propter tuã de me solicitudinẽ, qui baculum solum gestans abiui in terram alienam, nunc cũ duabus turmis aduenio. tu igitur domine, qui tantam mihi substantiã concessisti, qui tantũ augeri me fecisti, nũc eripe me de manu fratris mei Esau: quia timeo ego eum, ne fortè percutiat me, & matrem, cum pueris. Tu dixisti: Bene faciã tibi, & ponã semen tuũ sicut arenam maris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ numerari nequit præ multitudine.] Vide iu A sti religiosum animũ, & magnam gratitudinem: quomodo non aliud dominũ precatur, q̃m ut suas promissiões adimpleat. Et pro prioribus gratias acturus, cõfitetur quòd ex nudo, & omnibus destituto in tantam peruenerit abundantiã: & supplicat ut de periculo liberet. Dixisti enim, inquit, Ponam semen tuum sicut arenam maris, quæ dinumerari nequit. Cum igitur orationem suam ad deum fecisset, & supplicationem precum obtulisset, facit & suum officium. Et acceptis muneribus quæ afferebat, misit fratri, cũ segregasset quæ mitterentur, & mãdata dedisset ita ut placaretur animus fratris, & suus nuntiaretur aduentus. Dicite enim, inquit, Ecce puer tuus aduenit post nos: ut primum reddatur amicus, & tunc in faciẽ eius oc B curram.] Posthac enim inquit, uidebo faciẽ eius. Fortè enim accepta erit ei facies mea, & antecedant dona secũdum faciẽ eius. Verum uide, obsecro, ineffabilem dei misericordiam, & quomodo semper congruo tẽpore suam declarat prouidentiam. Nam de Laban quidem, quoniã iustus neq; suspicabatur neq; sciebat quòd inuadere se uellet ob clancularium suum abscessum, dictum est quòd apparuit angelus nocte Laban, & repressit eius impetũ, mãdatumq; dedit ne uel asperum uerbũ loqueretur Iacob: dicit enim, Ne loquaris cum Iacob mala. Et hoc ita dispensabat, quò per illius linguam notũ fieret iusto, ut fidentiori esset animo, cõperta tanta dei in se prouidentia. Nunc autem quia frater temporis longitudine mitiga- C tus erat, quieueratq; eius indignatio cõtra Iacob, qui anxius erat, timens & tremens fratris occursum: bonus dominus non iam Esau præcipit, nihil enim contra fratrem meditabatur, sed iustum solatur. Nam postquã misissẽt offerentes munera & dormiuisset, surgens eadem nocte traduxit uxores duas & filios per uadum Iaboc: traductisq; illis mãsit solus, & colluctatus est homo cũ eo.] Magna domini misericordia, quoniã occursurus erat fratri, ut sciret re ipsa quòd nihil asperum laturus esset, in figura hominis luctari cũ iusto uoluit: deinde uidens se uinci, apprehẽdit, inquit, latitudinem lumbi eius: quod totum factum est, ut se illius humilitati attemperaret, & formidinem ex anima iusti eximeret, & persuaderet ei ut D nihil solicitus fratri occurreret. Nam cum tenuisset latitudinẽ lumbi Iacob, emarcuit neruus super latitudinem lumbi Iacob, cũ colluctaretur ille cum eo.] Deinde ut sciret Iacob uirtutẽ eius, quem secum luctari putabat, dicit ad eum: Dimitte me, ascendit enim aurora.] Sentiens igitur iustus magnitudinem uirtutis eius qui hæc sibi dixerat: dixit, Minimè te dimittam, nisi me benedixeris.] Magna enim consequutus sum, & quæ supra meam sunt dignitatem: non prius te relinquam, donec benedictionem à te accipiã. Deinde dicit, Quod nomen tuum est?] Vide iterum quãtum sese humiliet & attemperet. Nam si non interrogasset, nesciuisset iusti nomen? Sed uult eius fiduciam solidare, & docere quis sit qui ei loquatur. Et postq̃ dixit, Iacob: Non uocabitur, inquit, nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Quoniam si cõtra deum fortis fuisti, multo magis contra homines potẽs eris.] Vidisti quomodo ostendit totã causam, propter quam adeò se humiliauit? Et simul docuit iustũ per nominis impositionem, quis esset, & quem uiderit & comprehẽderit. Non ultrà enim uocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuũ. Israel autem, si quis interpretetur, sonat mens uidens deum. Quoniam sicut uidere homini possibile est, uidere meruisti: propterea & hanc appellationẽ tibi impono, ut omnibus posteris manifestum sit quã uisionẽ assecutus fueris. Et subjcit: Quoniã præualuisti cõtra deum, & contra hominẽ potens eris: nihil am plius time, neq; damnũ aliquod expectes, quod ab aliquo feras. Nam qui tantam uirtutẽ accepisti, ut cum deo luctari ualueris: multo magis homines superabis, & inuictus omnibus eris. His auditis iustus, obstupescens magnitudinem eorum quæ ad se dicta erãt, dicit ei: Annuntia mihi nomen tuum. Et dixit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit eũ.] Intra tuos limites mane, & ne transgrediaris mensurã tuam. Vis meam benedictionem obtinere? ecce eam tibi do: dicit enim,

Et benedixit eum. Et uocauit, inquit, Iacob nomen loci huius, Speciẽ dei. Vidi enim deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.] Vides quantũ ei fiducię à uisione cõcessum? Salua facta est anima mea, antehac propemodũ mortua præ timore: quoniam uidere mihi datũ est facie ad faciem deũ, salua facta est anima mea. Ortus est autem ei sol, quando prẽterijt uisio dei. Vidisti quomodo infirmitati humanæ dominus sese attẽperans, omnia agit & tractat ut suam misericordiam declaret. Et ne admireris, dilecte, quòd tanta humiliationis illius magnitudo: sed cogita quòd & Patriarchæ, cum apud quercũ sederet, in hominis figura cum angelis hospes fuerit: præsignans nobis iam multo antea & ab initio, quòd humanam naturã susceperatus esset, ut sic omnẽ humanam naturam à diaboli tyrannide liberaret, & ad salutem reduceret. Verũ tunc quidem, quoniam initium & principia erãt, in figura unicuiq; illorum apparebat, sicut ipse per alium Prophetã dicit: Ego uisiones multiplicaui, & in manibus Pro Oseæ 12.c phetarũ assimilatus sum. Quando autem dignatus est dominus humanã formam suscipere, & primitias nostras recipere, non putatiuã neq; apparentem tantũ carnem, sed uerã induit. Et ea propter uoluit per omnia nostra transire, & ex mulie re nasci, & infans fieri, & panniculis inuolui, & lacte pasci, aliaq; omnia ferre, ut dispensationis ueritas credibilior fieret, & hæreticorũ ora obturarentur. Propterea & dormit in naui, & iter facit, & fatigatur, & omnia humana sustinet, ut per res ipsas certisq; argumentis persuadeat: propter hoc etiam tribunali assistit, & crucifigitur, & mortem sustinet ignominiosissimam, & in sepulchro ponitur, ut sua incarnatio per omnia fiat manifesta. Nã si nõ uerè carnẽ nostrã assumpsit: neq; crucifixus est, ne-

est, neq; mortuus, neq; sepultus, neq; resurrexit. A Quòd si nõ resurrexit, omnis de incarnatione sermo subuersus est. Vides in quantã absurditatẽ incidunt, qui diuinæ scripturæ canonẽ imitari nolunt, sed suis cogitationibus permittunt omnia? Verum sicut hic perspicua est ueritas, ita apud iustum illum apparentia quędã erat, per quã iustus multis argumẽtis certior fieret, quantã sui curam deus habiturus, & quòd inuictus sit futurus ab omnibus qui sibi insidiantur. Deinde, ut posteritati nota fieret uisio ei facta: Claudicauit, inqt, femore suo. Propter hoc nõ comedunt filij Israel neruũ, qui emarcuit, qui est super latitudinẽ femoris, usq; in hunc diem: quia attigit neruũ super latitudinẽ femoris Iacob, & emarcuit.] Quoniam enim iustus impletis uitæ suæ annis, emigraturus B erat ex hac uita: oportebat autẽ prouidẽtiam dei in illum, & tantam dei dignationem, omni hominum generi manifestari: ideo inquit, Non comedunt filij Israel neruũ latitudinis femoris, quod emarcuit. Sciẽs eorum magnã ingratitudinem, & quòd obliuiscantur dei beneficia, perpetuo artibus quibusdã inducit eos, ut habeant memoriam eorum quæ à se facta sunt, taliaq; excogitat monimẽta per illas obseruationes, id quod per scripturam totã inuenies. Hęc em̃ maxima causa est plurimarũ obseruationũ, & quòd uult perpetuo futuras generatiões meditari beneficia dei, & nõ obliuione unq; obliterantes ad suos errores recurrere: qui mos fuit Iudæorũ gẽti peculiaris maximè. Nam qui in beneficijs sæpe summã præ se tulerũt ingratitudinẽ, multo magis nisi hoc fuisset factũ, omnia quę à deo in ipsos facta sunt, è mẽte sua abiecissent. Cæterũ uideamus nũc, quomodo fratri suo Iacobus occurrerit. Postquã em̃ ex his quæ facta sunt iustã accepit exhortationẽ, & sufficiẽs solatiũ & promissionẽ, quòd fortis futurus esset, & CA. XXXIII potens etiam cõtra homines: Eleuatis oculis uidit, & ecce Esau frater eius, & quadringenti uiri cum eo. Et diuisit Iacob pueros Liæ, & Rachel, & duarũ ancillarũ. Et posuit duas ancillas & pueros eorũ in principio, & Lian & pueros eius post ea, & Rachel ac Ioseph postremos, & adorauit super terram septies, donec appropiauit ad fratrem suum.] Vide quomodo diuisione facta, ipse præ omnibus occurrit: et adorauit super terrã, inquit, D septies donec appropiauit ad fratrẽ suum: prouocãs & per gestus, & per adorationẽ fratrem in sui beneuolentiã: id quod & factũ est. Nam ut Esau occurrit, inquit, amplexatus est eum, & osculatus est, stringens collum eius, & flebãt uterq;.] Vide dispensationẽ dei. Quia quando uult omnium dominus suam erga nos declarare prouidentiam, & eos qui atroci in nos animo sunt, ouibus mãsuetiores facit. Considera igitur quantã mutationẽ declarat Esau. Accurrit em̃, inquit, in occursum eius, & amplexatus eũ, osculatus est, & fleuerunt ambo. Vix tandẽ iustus respirauit, & timorẽ excussit, animosior factus. Eleuatis aũt oculis, inqt, uidit mulieres & pueros, & dixit: Quid hæc sunt?] Videns iusti facultatũ abundatiam, in admirationẽ adductus est, ideo & rogare uoluit. Quid igitur iustus? Pueri, inquit, sunt, quibus misericorditer donauit deus seruum tuũ.] Vide quantũ mãsuetudinis robur: & quomodo per uerborũ modestiã humilitatẽ, illius indignationẽ fregit & mitigauit. Et appropiauerunt, inquit, ancillę & filij, & adorauerũt Lia et Rachel. Et dixit: Quid hæc tua sunt? quæ aũt turmæ illæ, quæ mihi obuiã uenerũt? Ille autem dixit: Vt inueniat seruus tuus gratiã coram te.] Considera, obsecro, quomodo humilitate excellẽti fratrẽ deuicerit: & quem putabat affici erga se hostiliter & atrociter, ita inuenit mansuetũ, ut uoluerit in ministerium eius omne officiũ suum declarare. Dixit enim, inqt, sunt mihi multa frater, sint tibi tua.] Verum neq; hoc permisit Iacob, sed monstrans quanti faciat eius amicitiã, inquit: Si inueni gratiã corã te, accipe dona de manibus meis. Nam propter hoc uidebã faciẽ tuã, quasi aliquis uideat uultum dei.] Accipe, inquit, dona, quæ à me tibi afferuntur. Cum tãta em̃ iucunditate uidi faciẽ tuã, cum quãta quis uiderit dei faciẽ. Hoc magni obsequij gratia dictũ est à iusto, ut eum demulceret, & ad fraternã beneuolentiã duceret. Beneplacitũ mihi facies, hoc est gratũ mihi facies. Accipe igitur benedictiones quas attuli tibi, quia misertus est mei deus, & sunt mihi omnia. Ne detrectes, inquit, accipere. Hæc enim omnia à deo mihi donata sunt, & hic mihi horum omnium suppeditator factus est. Quibus uerbis illum quoque de dei erga se C prouidentia paulatim docebat, atq; ita ad honorem sibi exhibẽdum paratiorem reddebat. Et coegit eum, & accepit.] Vide nũc mutationem.

Et dixit Esau: Profecti eamus in rectã.] Hoc est, nunc pariter commune iter faciamus. Ille autem causatus honestum prætextũ: Dominus meus, inqt, scit quòd pueri mei teneriores, & oues & boues fœtę sint: si igitur sequi ea cogã, uno die moriẽtur.] Non possum, inquit, acceleratius facere iter, sed cogor lente & pedetentim progredi, tã propter pueros, q̃m propter pecudes ne præ nimia lassitudine pereant. Vade igitur, inquit, tu, ego aũt parcens labori puerorũ & pecudum, conueniã te in Seir. Quibus auditis, frater: si uis, inquit, relinquã aliquos meorũ apud te.] Faciebat hoc in signũ magni honoris & officij. Ille autem nihil tale accepit. Sufficit, inquit, quòd uerè inueni gratiã coram te. Hoc unum mihi curæ erat, ut amicũ te inuenirem. Quoniã igitur hoc assequutus sum, nulla alia re indigeo. Et profectus, inquit, Iacob, fecit sibijpsi & iumẽtis suis tabernacula: propterea uocauit locũ illũ Taberna cula.] Hæc audientes imitemur iustum illum, & eandem declaremus humilitatem animi: & si qui sunt malè erga nos affecti, non magis eorũ accẽdamus iram, sed magna mansuetudine & humilitate tam uerborum q̃m operũ, reprimamus eorum inimicitias, & afflictas eorũ curemus animas. Vide em̃ sapientiã huius iusti, quomodo magna uerborum modestia ita Esau demulsit, ut & ad se colendum festinaret, faceretq; omnia quæ ad sui per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinebant honorem. Hoc uerè ſummę uirtutis eſt, ut non ſolum eos qui bene erga nos affecti ſunt, magno ſtudio diligamus, & eis omnib. modis ſeruiamus: ſed ut etiam eos qui nobis infeſti eſſe uolunt, aſſiduitate officiorũ nobis conciliemus. Nihil em̃ mãſuetudine uiolentius. Nam ſicut ignem cum ualde accenditur, aqua iniecta reſtinguit: ita & animum fornace magis exardeſcentẽ, uerbum cum manſuetudine prolatũ extinguit. Et duplex inde nobis lucrum accreſcit, tum quòd nos manſuetudine utimur, tum quòd fratris indignationẽ ceſſare facimus, & mentem eius à turbatione libe ramus. Quid em̃, dic mihi: Num reprehendis fratrem tuum, & accuſas indignationẽ, & quòd hoſtiliter ſe gerit erga te? Cur igitur non diuerſa uia ſtudes incedere, ſed ipſe magis iraſci uis? Nõ poteſt igni ignis extingui, repugnat enim hoc naturæ. Sic neque furor furore alio demulceri poterit unquã. Verũ quod igni eſt aqua: hoc eſt iræ manſuetudo & lenitas. Propterea & Chriſtus dicebat
Mat. 5.g diſcipulis: Si diligentes uos diligitis, quam mercedem habetis? Deinde magis ad hoc inhortari, & reprehendere negligẽtes uolens, dicit: Nónne & publicani idem faciunt? Quem em̃ dices qui tam nequam ſit, ut non hoc faciat? Nónne & publicani magno ſtudio hæc faciũt? Quid autem publicano deterius? attamẽ inuenies eum hoc omnibus modis obſeruare. Et non eſt poſsibile, ut nõ redamet qui amatur. Ego autẽ quia & excelſiores uos eſſe uolo, & aliquid amplius habere: non hoc admoneo, ſed ut inimicos diligatis. Id quod beatus ille ante legem, ante doctrinã aliorum, ſpõte ſua fecit: & propter excellentẽ mãſuetudinẽ prius ſuperauit Laban, nunc aũt & fratrem. Nam licet ſuperno præſidio fretus fuerit, attamẽ quod & ſuũ eſt attulit. Ita ſanè & nos perſuadeamus nobis, quòd licet infinities enitamur, nihil tamen prorſus rectè agere poſſumus, niſi ſuperna gratia adiuti. Sicut aũt niſi illam habeamus, nihil unquam poſſumus rectè agere: ita niſi quod noſtrũ eſt attulerimus, non poterimus ſupernũ acquirere fauorem. Demus igitur operam ut & noſtra afferamus, & ſupernũ fauorem allicíamus, ut & ex noſtro ſtudio, & ex dei miſericordia uirtutes noſtræ quotidie creſcãt, multaq; ſuperna fruamur gratia. Quod nobis omnibus cõcedatur gratia & miſeri D cordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et uenit Iacob in ciuitatẽ Sycimorũ & emit partẽ agri ab Emmor patre Sychem cẽtum agnis: & erexit ibi altare, & inuocauit deum Iſrael.

Homilia LIX

VIdiſtis heri & noſtri omnium domini eximiam miſericordiam, & diſcipulorum philoſophiam, & Iudæorum ingratitudinem. Vidiſtis quanta cum patientia eorum impudentẽ audaciam obmutescere fecit, cum ſuos excuſaret diſcipulos, mõſtrans quòd ipſi qui legem uindicare uolebant, legis uoluntatem ignorarint, & quòd irradiante ueritate, A adhuc umbræ aſsidere uoluerint. Vidiſtis quomodo iam inde ab initio obſeruatiões legales auferre ſtudebat, docens eos quod exorto ſole iuſtitiæ, nõ iam à lucernis poſsit lumen accẽdi. Iubar enim ſolaris luminis aduẽtu ſuo tegit alterum illud & uideri non ſinit. Didiciſtis quomodo poſsibile ſit, ut feriæ perpetuæ agãtur, & à temporum obſeruatione liberemur. Nam propter hoc uenit dominus noſter, ut nos liberaret à temporum neceſsitate: & excellentiores faceret, & iam in cœlo habentes municipatũ: & dum adhuc homines ſumus, angelorũ imitemur uitã, rideamusq; res humanas omnes. Agè hodie ſi uidetur, ſeriè uerborum beati Moſis ſequentes, ea quæ ſuperioribus diebus diximus, tractemus, & inde uobis appo- B namus conuiuiũ. Scitis omino quòd cum rediiſſet ex Meſopotamia Iacob, & occurreret fratri, & iterũ ab eo ſepararet: & illo quidem in Seir montem contendente, Iacob autẽ tabernacula figẽte, & locum ab euentu Tabernacula uocãte, ſermonem miſſum fecimus: ideo opus eſt ut ſequentia pro uiribus noſtris tractãtes, doctrinam uobis relinquamus ſpiritualem. Securus enim tandem factus iuſtus, & ab omni mentis angore liberatus,

Venit, inquit, in ciuitatẽ Sycimorum, & poſſedit partem agri ab Emmor patre Sychem, centum agnis: & erexit ibi altare, & inuocauit deum Iſrael.] Ne prætereamus obiter ea quæ in diuinis ſcripturis ſunt contenta. Nam ſi auri micas ex terra effodientes nulli labori parcunt, & omnia grauia ferunt ut poſsint aurum è terra eruere: multo magis iuſtũ fuerit ut ſcrutemur eloquia Chriſti, & utilitatem quæ inde eſt percipiamus, & ſic concionẽ exeamus. Cogita, obſecro, eximij iſtius uiri philoſophiã, quomodo tanta gratia ſupernè fruatur: & uidens augeri ſuas facultates, pecora dico, & tantũ numerũ filiorũ circunſtantem, nõ in extruendis ædificijs amplis & præclaris fuit occupatus, neq; uillas & agros emere curauit, qui ſufficere poterant, ut diſtribuerentur filijs. Hæc enim & ſimilia agere ſolent qui alios opibus antecellunt: & ſæpe qui unũ tantum habet filium, decẽ milia talenta auri colligere quærit, ut agros emat, & domus claras extruat, & utinam ex iuſtis laboribus tantã affluentiã colligeret: ſed graue, & quod omnibus grauius eſt facit, ab alijs rapit, alios circunuenit dolis, alijs negotiũ facit, & ita alienas ſubſtantias ſuas facit. Et ſi quis dixerit: Ad quid tanta in colligendas opes inſania? ſtatim puerũ prætexit, & dicit ſe talia operari ob ſuũ in illum amorem. Et ille quidẽ ſaltẽ puerũ prætexens honeſta ſed uana ſimulatione utit. Sunt autẽ qui neq; pueros habent, & inſaniũt in pecunias: & mallẽt grauiſsima quæq; ferre, q̃ unum obolum indigenti bus expendere. Sed iuſtus ille nihil taliũ cõſultauit neq; cogitauit: ſed cũ opus haberet agro, centum agnis datis, partem agri emit ab Emmor, patre Sychem. Et uide pietatẽ religionẽq; uiri, qua de cauſa agrũ emere ſtuduerit. Et erexit ibi, inq̃t, altare: et inuocauit deũ Iſrael. Vidiſti quare uel agri partẽ emat: ut gratias ageret communi noſtri omnium

omnium domino. Oportebat imitari omnes qui A ſub gratia ſunt, hunc qui ante legẽ uixit, & nõ ſic inſanire in opes. Quare enim, dic mihi, & tibijpſi hæc onera ſpinarũ congregas, & filijs tuis materiam & occaſionẽ malitię te relinquere nõ ſentis? Neſcis q̃ dominus maiorẽ curam pueri tui gerit, tu aũt quo proſpicere ipſi uidearis, occaſiones illi relinquere ſtudes, quæ ſubmergi animam eius faciant? An neſcis quòd iuuentus per ſeipſam ad ruinã procliuis eſt, & ad malitiã leui momẽto inclinatur: quando autẽ & opum affluentiã accepérit, multo magis ad malum proruit? Sicut ignis cum fomitẽ inuenit, ualidioribus flammis exurgit: ita & quando in iuuenem materia pecuniarũ inciderit, tantã accẽdit fornacẽ ut animã iuuenis totã flagrare faciat. Nam quãdo poterit talis con- B tinentiæ curam habere, & intemperantiam fugere, & laborẽ pro uirtute, uel aliud ſpirituale quid dam ſuſcipere? An non audis Chriſtũ dicentem: Curæ huius ſeculi, & deceptio diuitiarũ, ſuffocãt mentem & ſterilis fit: quas & ſpinas nominauit? Nam cũ dixiſſet in parabola ſeminis, quòd aliud ex ſeminibus in ſpinas incidit, deinde diſcipulis
Matt. 13.g aliquibus interpretans: Sunt ſpinæ, inquit, ſolici-
Lucæ 18.g tudo huius ſeculi, & deceptio diuitiarũ quæ ſuffocant mentem, & ſterilis fit. Et bene ſpinis comparauit ſolicitudinem huius ſeculi. Sicut enim ſpinę non ſinunt ſemen emicare, ſed denſitate ſua ſeminatum ſupprimũt: ita & curæ tẽporales, ſpirituale ſemen, quod in anima ſeminatur, nõ ſinunt fructum afferre: ſed adurunt & ſuffocãt ſicut ſpinæ, profectum eius retardantes. Et deceptio diuitiarum, inquit. Bene dixit deceptionem diuitiarum. Etenim uerè deceptio eſt. Quæ enim utilitas tot talentorum, & tantæ affluentiæ diuitiarũ? Profectò, inquit aliquis, magnã præbet uoluptatem & lætitiam poſſeſsio. Qualem lætitiã? Et quid dico lætitiam? Nónne maximè intempeſtiuas triſtitias & mœrores naſci facit? Atq; ut interim ſileam de futura pœna quæ hac de cauſa imminet, & de præſenti tantum uita loquar, ne uoluptatem quidem ullam hæc res habere poteſt, ſed potius quotidianas turbationes & amaritudines. Et mare fluctibus non ita intumeſcit, ut talẽ animã à cogitatiõnibus & affectionibus infeſtari, & in omnes tam ſuos q̃ alienos malè affici uidemus. Et ſi quando D partẽ illorũ auferat aliquis: multa enim accidunt, & multi inſidiãtur, utpote famulorũ malignitas, & potentiũ uiolentia: tunc utiq; inuenies tales ui tam magis trahere q̃ uiuere. Qualibus igitur lamentis tales non fuerint digni, qui omnia facere ſtudent quæ contra ſe ſunt, & in perniciẽ animæ ſuæ talia colligere uolunt? Verũ, ſi uidet, talibus relictis ad hiſtoriã iuſti huius redeamus, & uideamus ſequentiũ ſeriẽ. Erexit, inquit, altare in parte agri, & inuocauit deũ Iſrael. Et poſtea in Sycimis domiciliũ habere uoluit. Sed uide iterũ, quomodo iuſtus & hic ſuam manſuetudinẽ declarat. Et quid dicit? Egreſſa eſt autẽ, inquit, Dina, ut uideret filias indigenarũ. Et ut uidit eam Sychem filius Emmor, dormiuit cum ea: & dilexit uirginẽ, & loquutus eſt ei iuxta mentẽ uirginis.] Vidiſtis quantũ ſit iuuentus malum, quando rectæ rationis freno caret: Vidit enim uirginẽ, & totus propter aſpectum captiuus factus eſt, & cõcupiſcentiam opere cõpleuit, & loquutus eſt ei iuxta mentem uirginis. Quoniã iuuenis erat puella, eiuſmodi uerba, inquit, cum ea loquutus eſt, quæ ſufficiebant ad conciliandam ſibi eam. Et inquit ad patrem: Da mihi filiam hanc in uxorẽ. Audiuit autem Iacob factum, & tunc leuiter tulit, expectans fratrũ eius aduentũ. Erant enim in paſcuis. Et ſiluit, inquit, Iacob, donec uenirẽt illi. Cum autem uenisſet Emmor ad Iacob, uenerũt & fratres Dinæ, & cum audiuiſſent quæ facta erãt ſorori ſuæ, compuncti ſunt.] Quid eſt, compuncti ſunt? contriſtati ſunt, & rem intolerabilẽ eſſe putauerũt & grauiſsimam, eratq; eis mœrendi magna occaſio. Magna enim eos triſtitia afficiebat, quòd rem turpem fecerat in Iſrael Sychẽ, qui dormiuerat cum filia Iacob. Vides filiorum continentiam, quomodo turpitudinẽ maximam hoc factum reputãt? Vidiſti quomodo iuſtus pueros ſuos erudijt ad uirtutem? Quomodo autẽ filius Emmor ſuam concupiſcentiam opere complens, ſit patri & toti ciuitati perditionis autor? Sed priùs audiamus, quæ Emmor ad eos dixerit, & poſtea ſcietis fratrũ Dinæ malitiam, & quomodo uindicare ſtudebant quod in ſororẽ erat cõmiſſum. Et loquutus eſt eis Emmor, dicẽs: Sychẽ filius meus prælegit animæ filiam ueſtram.] Vide quomodo iam C præſignat, quòd pernicies eum comprehenſura ſit. Prælegit, inquit, animæ: hoc eſt, animam ſuam expoſuit pro filia ueſtra. Ille quidem dicebat concupiſcentiã eius, quã erga puellam habebat: paulo poſt autem didicit, quòd ſuæ & omniũ qui ibi erant, perditionis fuit occaſio. Quia igitur ille uirginem ſic deperibat. Date, inquit, iſtam illi uxorem, & erit gener ueſter: filias ueſtras date filijs noſtris, & inter nos habitate. Et ecce terra lata eſt coram uobis, habitate & negotiemini in ea, & in ea poſſeſsiones habete.] Vide patrem quomodo propter filij amorem tantã habet erga peregrinos benignitatem, & quomodo eos conciliare ſibi uult, data eis in omi regione ſua poteſtate. Et hæc quidem egit pater. Filius autẽ quia uidit patris erga ſe ſtudium, & quomodo omnia facere paratus fuerit, ut impleretur quod cupiebat, adijcit quod ſuũ eſt, & dicit ad Iacob & ad fratres puellæ: Inueniã gratiam coram uobis, & quicquid dixeritis, dabimus: multiplicate dotẽ, & dabo ſecũdum quod dixeritis mihi, & date mihi puellam hanc in uxorem.] Vidiſti & patrem propter ſtudium & curam in filium ualde adhortari, & iuuenem prompte omnia promittere, ut puella potiretur? Hæc enim, hæc pernicioſa affectio omnia ſuſcipienda capto perſuadet, donec in inferni fundum perducat. Et uide obſecro: ſenior quidẽ Iacob hæc audiens ſilet, & pro ſua mãſuetudine nihil loquit: ſed uim filiæ factã patiẽter fert. Filij autem Iacob dixerunt Sychem & Emmor patri eius doloſe, & locuti ſunt illis, quòd coinquina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rint Dinam sororem suam.] Considera hic quomodo propter unius intemperantiã uniuersa ciuitas pœnas luit. Sicut enim incendio exorto, & qui propè habitant periculi sunt participes, igne oĩa depascẽte: eodem modo & nunc adolescentis intemperantia non solum patrẽ, sed & omnes ciues simul perdit. Quid igit̃ pueri Iacob? dolose eis responderunt. Dignum est auditu, ut discatis quomodo propter sororem doluerunt. Dixerunt, inquit, Symeon & Leui fratres Dinę, filij autem Lię: Non possumus facere uerbum hoc, ut demus sororẽ nostram homini qui habet præputium. Si igitur circuncidamini carne præputij uestri, dabimus filias nostras uobis, & de filiabus uestris accipiemus, & erimus quasi genus unum.] Hæc quidem conditio honesta erat, & rationi cõsentanea, sed cũ dolo, inquit, proposita est. Et si nolueritis, inquit, hoc facere, acceptis filiabus nostris abibimus.] Hæc quidẽ Symeon & Leui cædem omniũ secũ agitãtes, proposuerũt. Illi autem spectantes ad hoc quod proposuerant, & ut uirginem reperentes consenserunt in dicta, & placuerũt eis proposita, dicit enim: Placuit coram eis sermo, & nõ neglexit adimplere dicta adolescẽs. Deperiebat enim filiam Iacob.] hoc est, totum se in puellę amorem effuderat. Et uenerunt ipse, inquit, & pater eius ad portã, & locuti sunt oĩbus qui in ciuitate habitabant, & consuluerũt ut circunciſionem susciperent iuxta illorum propositionem, & ut illos ad cohabitationẽ acciperẽt. Et implebant illi statim quæ ab Emmor & Sychẽ dicta sunt, & omnes simul circuncisionis signum in corpore accipiebant. Hoc ubi resciuerunt Symeon ac Leui, quæ iamdudum secum cõsultauerant, opere cõpleuerunt. Et acceptis gladijs suis, ingressi sunt in ciuitatem securẽ.] Quid est, in ciuitatem securẽ? quia cum solum duo essent, tantę multitudini se opposuerunt. Sed magnã eis securitatem præstitit, quòd omnes illi saucij iacerent. Quod ut nobis manifestaret scriptura, Factũ est, inquit, in die tertio, quando grauissimus uulnerũ dolor est. Hoc illos securos reddidit, & duos fortiores multis fecit. Occiderunt, inquit, oĩe masculinũ,] hoc est omnes uiros, qui propter circuncisionẽ decũbebant: & parati erant, ut ita dicã, ut occiderentur: & cum alijs etiã in iuuenem irruerunt, qui puellam uitiauerat. Et nõ contenti hac uindicta: Etiã iumenta, inquit, eorũ, & omnia pecora, & omnia mancipia in captiuitatẽ abduxerunt, & urbe unà cũ ipsis ciuibus internecione deleta redierũt.] Vidisti dilecte quantũ malũ operata sit unius iuuenis temeritas? Vidisti quantam attulit perniciem oĩbus ciuitatẽ habitantibus? Hæc sciẽtes, refrenemus liberorũ nostrorũ impetus, magnũq; furorẽ absterrendo & admonendo cõpescamus: & curemus eorũ castitatẽ, & omnia faciamus & tractemus, ut absurdas concupiscentias iuuenilis ætas effugere possit. Nam propter hoc & communis dominus noster, sciens humanæ infirmitatis naturã, nuptias dedit & sanciuit, ut ab illicito cõcubitu abstineretur. Ne igitur negligamus iuuenes, sed sciẽtes fornacis incẽdium, priusquã libidinibus inuoluantur, studeamus eos iuxta legem dei nuptijs copulare: ut & continentiam suam custodiãt, nullumq; damnum lasciuiæ suæ habeãt, remedio illinc sumpto: ut possint carnis indomitos motus reprimere, & pœnam effugere. Sed uideamus quomodo ea quę à pueris facta sunt, senẽ affecerint, Dixit, inqt, Iacob ad Symeonem & Leui: Exosum me fecistis, ut molestus ego sim habitatorib. terræ. Quare, inquit, tantã fecistis uindictam? Nam quæ à uobis facta sunt, odiũ mihi maximum pepererũt apud oĩes habitatores terræ huius.] Deinde monstrãs timorem, in quo erat constitutus: Mihi aũt, inquit, paruus numerus est, & cõgregati cõtra me, percutient me, & delebor.] quasi diceret: Nescitis quòd pauci sumus, facilè eadẽ & nos patiemur, quibus uobis illos afficere placuit. Et sicut Sychẽ patri & omnibus ciuitatẽ habitãtibus huius interitus fuit autor, ita & uos mihi. Nam propter uos & ego exosus ero, & nihil prohibet quin delear propter uestrã audaciã. Illi autẽ dixerunt, inqt: Nunquid ut scorto abutentur sorore nostra?] Vide pueros cõtinentiæ gratia ultionem sumpsisse. Excusant eĩ se patri, & dicunt: Confuderũt nos, ueluti scorto abusi sunt sorore nostra: & propterea hoc facere coacti sumus, ut & cęteri discerent similia nõ audere. Sed uide, obsecro, hic magnã dei solicitudinẽ pro iusto. Quia uidit eum formidantẽ propter filiorũ facinora ibi habitãtes, dixit ei deus: Surge & ascende in locũ Bethel, & ibi habita.] Quia, inquit, eos qui hic habitant times, recede hinc: & habita in Bethel, & fac illic altare deo, ubi apparui tibi cum fugeres à facie Esau fratris tui. Et dixit, inquit, Iacob domui suæ, & omnibus suis: Tollite deos alienos è medio uestri, & purificemini, & mutate stolas uestras, & surgite, & ascẽdamus, & faciamus illic altare domino, qui audiuit me in die afflictionis: qui fuit mecũ & saluauit me in uia qua ambulaui.] Animaduerte hic iusti obedientiã et pietatem in deum: quia audiuit: Ascende in Bethel, & fac altare: uocatis, inquit, omnibus suis, dixit: Tollite deos. Dixerit aliquis, Quales deos? Nusquã enim uidemus quòd ipse habuerit deos. Ab initio eĩ dei cultor fuit iustus. Significans fortè deos Laban, quos Rachel subtraxerat, hoc dixit: Quoniã gratias acturi sumus uero deo, qui semper tantã mei curã gessit, auferte si qua in uobis sunt idola, et purificemini, & mutate stolas uestras, & sic ad ciuitatẽ pergamus: & intus & foris mũdati simul ibitis. Non solum uestriũ nitore puritatẽ declarate, sed cũ abiectione idolorũ purificatis cogitationibus mentis redeamus ad Bethel. Et dederũt, inquit, Iacob deos alienos (non eĩ erant sui) & inaures quę in auribus earũ.] Fortè enim & hæc signa quædam erant istorũ idolorũ, ideo & hęc cum dijs afferunt Iacob. Et abscondit ea subter terebinthũ in Symis, & perdidit ea usq; in præsentẽ diem.] Abscondit, inquit, ea, & perdidit, ut & ipse ab hoc erroris damno effugeret, & nullus etiã alius ex eis damnum

damnum acciperet posthac. Et cum hæc omnia fecisset iustus: abijt, inquit, à Sycimis, & contendit ad Bethel.] Iterum hic attende, quantam eius curã habuerit deus, & q̃ diligenter scriptura nos omnia doceat. Cum egressus eĩ esset iustus ex Sycimis, factus est timor dei super omnes ciuitates in circuitu eorũ, & non persecuti sunt filios Israel. Vides quanta prouidentia, & q̃ euidens eius protectio. Irruit enim, inquit, super eos metus, & non secuti sunt illos.] Quia hoc timebat iustus, & dicebat: Mihi paruus numerus est, & delebor, dicit, quòd timore eos inuadẽte, ipsos persecuti non sunt. Nam quãdo deus suam gratiam afferre uoluerit, inualidos fortiores potẽtibus, & paucos potẽtiores pluribus facit, nihilq; beatius est eo, qui supernã gratiã assecutus est. Et abijt, inquit, Iacob in Luzã, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel, & oĩs populus qui erat cum eo: & ædificauit ibi altare, & uocauit nomẽ loci illius Bethel: ibi enim apparuit ei deus, cum fugeret à facie Esau fratris sui.] Postq̃ uenit, inquit, in Bethel: fecit sicut ei præceptũ erat. Et ædificato altari, uocauit nomẽ loci Bethel. Mortua est autẽ, inqt, Debbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel, apud quercum: & uocauit nomẽ eius, Quercus luctus.] Vide quomodo semper ab euentibus nominat loca, ut perpetua seruetur memoria. Et quomodo dixerit quispiam, nutrix Rebeccæ fuit cũ Iacob iam primũ uenięte à Mesopotamia, priusquã occurreret patri suo? Fortè hoc dicendum, quòd quãdo à Laban redijt, hæc simul cum Iacob uenire cupiuerit, ut post longũ tempus Rebeccam inuiseret: sed priusquã illi occurreret, defuncta est. Sed si placet et nos hic finiamus sermonem, contenti his quę dicta sunt. Illud autem uestram charitatẽ rogauerimus, ut & uos uirtutis curam geratis, & iuuenes uestros continentiam doceatis. Hinc enim, ut ita dicam, omnia mala nascuntur. Consuetudo eĩ malitiæ, processu temporis inualescens, tantũ facit malum ut postea non possit aliqua uinci admonitione. Et cum semel à malitia fuerint occupati, quasi in captiuitatem essent abducti, quoquò diabolus iusserit, eunt. Ille eĩ eis imperat, & pernicioſa illa dat mandata, quæ iuuenes libenter perficiũt, præsentem tantum uoluptatem spectantes, & futurum dolorem non cogitantes. Ideo oro, ut præbeatur manus pueris nostris, ut ne etiam pro his quæ illi peccarunt, pœnas sustineamus. An nescitis quid 1.Reg.4.d seni Eli acciderit, cũ non debitè emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim si medicus morbum sectione indigentẽ curare cesset ac moretur, statim incurabilis erit morbus & inutile alioquí utile remedium faciet: Ita & senex ille, cum deberet illos suos pro peccatorũ qualitate emen- 2.Reg.2.c dare, nimia usus lenitate illos arguit. Proinde oro, exẽplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honesta educatiõe, & in summa, unusquisq; curã eorum agat, qui apud se habitãt: & lucrum maximũ ducat utilitatem proximi, ut unusquisq; discens ea quæ ad uirtutem pertinẽt, & peccati periculum effugere, et uirtutẽ amplexatus gratiam sibi conciliare ualeat. Quæ nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria & imperium & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et ædificato altari, uocauit nomen loci Bethel. Illic enim apparuit ei deus, cum fugeret à facie Esau fratris sui. Homilia LX

AGe & hodie, si libet, repetitis his quæ proxime diximus, ad sequẽtia tractanda accedamus. Nam etiã hodie historia Iacob habet quod nos erudiat multipli cem dei in illum prouidentiã, & quomodo illum suis promissionibus iterum firmauerit, remunerans eius gratitudinẽ. Postq̃ enim superius narrauit nobis, quomodo iuxta præceptum dei, relictis Sycimis propter facinora filiorũ suorum, ad Luzam cõtendit, Et ædificato, inquit, altari, uocauit nomẽ loci Bethel. Illic eĩ apparuit ei deus, cũ fugeret à facie Esau fratris sui.] Quo imperio deus iustum liberauit à timore quẽ habebat propter occisos Sycimitas, & immisit in habitatores illarum ciuitatum metũ, ita ut illum nõ persequerentur. Vide prouidentiã dei, & quantam habeat solicitudinem pro Iacob. Concussit, inquit, timore animas eorum, qui uicinas ciuitates inhabitabant, ut ne persequerentur illum.] Nam fortassis ulcisci uolebant Sycimitas. Et quoniam iuxta sententiã iusti eueniebat, & Symeon ac Leui sororis uiolatam continentiam ulciscentes hæc fecerant: nõ solum eum & filios eius à timore mortis liberauit, sed alios etiã qui ulturi erãt, à conatu persequẽdi retraxit. Vidisti quantũ sit niti diuino præsidio? Nam quãdo deus nobis bene uoluerit, è medio tollunt̃ terribilia omnia. Sicut eĩ iusto fidutiã dedit, ita illis dedit metũ. Enimuero dominus existẽs, omnia prout uoluerit uertit, & oĩpotentẽ suam sapientiã in oĩbus declarat. Et nihil fortius est eo, qui superna munit̃ opitulatiõe, sicut etiam nihil infirmius eo qui illa priuatus est. Ecce eĩ iustus ille, cũ paucis existẽs, quia custoditus est à dextra dei, & fidutiã accepit, & insidias effugit. Illi aũt, cum multi essent, & cõglobati conspirassent, nihil eorũ quæ uolebãt operibus complere potuerunt. Factus est enim, inquit, timor dei super ciuitates in circuitu eorum.] Postq̃ igitur iustus à timore istorum liberatus est, uide iterum eximiã dei misericordiã, quã erga eum declarauit, Visus est ei iterũ in Luza.] Quare adijcit hoc uerbum iterum? Non absq; causa: sed ut discas, quòd prius etiã in hoc loco apparuit ei deus, quãdo fugiens fratrẽ, in Mesopotamiam contendebat. Itaq; & nunc ait: Sicut tunc uisus est ei abeunti, ita & nunc redeunti apparet in hoc loco, & confirmat promissiones, quas in profectione eius fecit: hoc prestans ut iustus firmius in suis promissionibus cõfidat, & ne propter tẽpus medium fluctuet. Et benedixit eũ, & dixit ei: Nomen tuum Iacob, non uocabitur ultrà Iacob, sed Israel erit nomẽ tuum.] Quãuis iampridem hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomẽ ei dederat, cum transuadaret laboc, tamen A maioribus indicijs certiorem uolens reddere, & nunc eandẽ benedictionẽ ei dat, & dicit: Israel uocabitur nomẽ tuũ, & cresce & multiplicare: & gentes & cõgregationes gentiũ erunt ex te, & reges ex lumbo tuo prodibunt.] Vide magnitudinem benedictionis. non solum facit ut in tantam multitudinẽ propageẽ, sed & glorioſum ſit semẽ. Reges enim, inquit, ex lumbis tuis egredientur, prædicens ei gloriam eorũ qui ex ipſo propagandi erant. Et terrã, inquit, quã Abrahæ & Isaac dedi, tibi dedi eam, & semini tuo poſt te dabo terrã hanc.] Quoniam propter facta in Sycimis à Symeone & Leui, dicebat: In paruo numero ſum ego, & congregati ſuper me percutient me, & delebor ego & domus mea: & per omnia monſtrabat B pusillanimitatem & metũ quo tenebatur: propter ea misericors dominus nunc dicit ad eum: Quoniã dixiſti, in paruo numero ſum: diſce quòd creſcas. Et multiplicabitur ſemen tuũ: & ita erit glorioſum, ut congregationes gentium & reges ex eis prodeant. Et non ſolum non deleberis, ſed & ſemen tuum omnẽ terram hanc in hęreditatẽ accipiet. Et factis ei promiſsionibus iſtis, aſcẽdit deus ab eo, à loco, ubi deus eſt locutus cum illo. Vide quantum attemperant ſe noſtræ infirmitati diuinæ ſcripturæ uerba. Aſcendit enim, inquit, deus ab eo.] Non ut loco concludi exiſtimemus deũ, ſed ut per hoc etiã eius ineffabilem diſcamus misericordiã. Spiritus em̃ gratia ſe ad infirmitatẽ noſtram ſubmittẽs narrare ſolet. Deſcẽdere em̃, C & aſcendere indignũ deo eſt, ſed maximũ eſt ineffabilis miſericordię ſuę indiciũ, quòd propter noſtram eruditionẽ talibus uti uerbis dignatur. Et propterea humanis dictionib. uſus, quia alioquin impoſsibile erat humanas aures ferre dictorũ ſublimitatem, ſi iuxta dignitatẽ domini dicta eſſent. Quod cogitãtes, nunc̃ in humilitate uerborum hæreamus, ſed & propter hoc admiremur ineffabilem eius miſericordiã, quòd nec̃ ab hac humilitate abhorreat, propter imbecillitatẽ naturæ noſtræ. Vide igitur iuſtum illum iterũ ſuam gratitudinem declarare. Erexit enim, inquit, Iacob columnam in loco in quo locutus eſt cũ eo, & libauit ei libationem, & ſuperfudit oleum, & uocauit nomen loci in quo locutus eſt cum eo, Bethel.] D Cõſidera, oro, quomodo in nominibus locorum memoriã immortalem beneficiorũ reponat, ut & poſteris manifeſta fiat uiſio facta ibidem iuſto.

Et profectus, inquit, Iacob, fixit tabernaculum ſuum ultra turrim Gadir.] Vlterius iterum procedit iuſtus, anhelans paulatim uenire ad locũ ubi habitabat Iſaac. Deinde, inquit, quando appropinquauit ut intraret in Ephrata, Rachel laborabat in partu: & factum eſt cum difficulter pareret, dixit ei obſtetrix, Confide: etenim hic tuus eſt filius.] Ne ſis anxia, inquit, paries enim filiũ. Nam licet te crucient dolores, ueruntamen habebis filium. Factum eſt autem, inquit, cum exhalaret animã ſuam, moriebatur em̃, uocauit nomen pueri, Filius doloris mei: pater aũt eius uocauit eum Beniamin.] Illa quidẽ nomen ei dedit ex his quæ ſibi acciderant, pater autem Beniamin uocauit.

Et poſtq̃ peperit, inquit, mortua eſt, & ſepulta in uia Ephrata: hæc eſt Bethlehem. Et erexit Iacob titulum ſuper ſepulchrũ.] Mœrorem quem ex morte Rachelis conceperat, mitigauit natus puer, & effecit ut iuſtus magis æquo ferret animo: ſed hinc ſuccedit Rubin temeritas. Abiit enim, inquit, & dormiuit cum Bala cõcubina patris: & audiuit Iſrael, & malũ uiſum eſt corã eo.] Erat enim ualde nefarium facinus. Propterea & poſtea legiſlator Moſes prohibuit, ne pater & filius cum eadem rem habeant. Nam ut ne eadem uia procederẽt, iam antea legiſlator reprimit eos, pœnæ obnoxios denuntians. Attamẽ etiã nunc B manſuetus eſt iuſtus, naturali amore uictus. Poſt ea aũt cum emigraturus eſſet ex hac uita puerum ſugillat, & flagitium eius inuulgat, maledicẽs ei, ut & cæteri illius pœna emendarẽtur. Hic nobis poſtea enumerat filios Iacob beatus Moſes: & per ea quæ narrat, iuſti uirtutẽ nos docet. Enimuero ne putes fortuitò, ut contingere ſolet, ipſum concubuiſſe cum Rachel & Lia, & duabus ancillis, monſtrat quòd per diſpenſationẽ miniſtrarit illarum cõſuetudini, ut duodecim tribus ex eo naſcerentur: & propterea nõ ultra meminit ſcriptura, quòd ei alius naſcatur filius: ut diſcas quòd nõ ſimpliciter, neq̃ abſq̃ cauſa factũ ſit hoc. Erãt autẽ, inqt, filij Iacob duodecim.] Et ſeparat poſtea, & primũ eos qui Liæ erãt, deín eos qui Rachelis, deníq̃ & eos qui ancillarũ erãt numerat, & dicit: Hi ſunt filij Iacob nati ei in Meſopotamia.] Et ſanè tunc natus eſt Beniamin quando uenit in Bethlehem. Quare igitur dicit ſcriptura, qui nati ſunt ei in Meſopotamia: quia Rachel ante egreſſum ex Meſopotamia conceperat. Et uenit, inquit, Iacob ad Iſaac patrẽ ſuum.] Conſidera (obſecro) hic, quomodo in omnib. certis indicijs miſericors deus iuſtos ſuos confirmat. Quia em̃ uenit poſt tot annos ad patrẽ ſuũ Iacob maxima utrinque facta eſt cõſolatio, & filio ex patris cõſpectu, & patri uidenti tantã filij ſubſtantiã, & chorũ filiorũ ex eo natorũ. Tunc, inquit, mortuus eſt Iſaac ſenex, & plenus dierũ.] Nam cum Iacob benedictionẽ ſuffurraretur, hebetes erãt oculi eius, unde & deceptus eſt: cogita poſt tot annos, quantum ſenuerit. Et ſepelierunt eum Eſau & Iacob. Cæterũ ſepultura patris facta, Eſau acceptis uxoribus, & filijs, & omnibus ſuis, & omnibus quæ poſsidebat, in terrã Chananęorum profectus eſt. Non poterat enim eos ferre terra peregrinatiõis præ multitudine facultatũ: & habitauit poſtea in mõte Seir,] Et ubi narrauit nobis diuina ſcriptura eos qui ex Eſau nati ſunt, & gentes ex eo genitas, dicit: Peregrinus aũt fuit Iacob in terra, qua peregrinatus fuit pater eius in terra Chanaan.] Sed hinc excipit nos alius tractatus, qui de admirabili Ioſeph agit. Et ſi libet hic finiemus ſermonẽ, hiſtoriã filij Iacob in aliũ ſermonẽ reponẽtes. Illud tamen rogauerim ueſtram charitatem ut ea quæ dicuntur, diligenter auſcultetis, & ex ſingulis ſcri

lis ſcripturæ dictis magna uobis accreſcat utili- A tas, nullum̃q̃ eorũ temerè prætermittat. Theſaurus enim ſunt diuina eloquia. Et ſicut qui de ſenſibili theſauro ſæpe unã gemmã recipit, magnas ſibi parat diuitias: ita & hic iuſtorũ uirtutes modo attendere uoluerimus, tantã nobis utilitatẽ afferre poſſunt, ut ad imitãdum eos incitemur. Sic em̃ poterimus & nos eundem, quẽ illi, fauorem
Act. 10. c dei cõſequi. Nec̃ enim perſonarum acceptor eſt deus, ſed in omni gente qui timet deum, & operatur iuſtitiã, acceptus ei eſt: ita ut ſi uoluerimus, nihil ſit quod prohibeat, quin tanta uel etiã maiori potiamur gratia. Nã ſi modo nos uiderit afferre quæ ex nobis ſunt, & prę ferre humanis ea quæ ſibi placent, tantã & ipſe noſtri curã declarabit ut in omnibus inuicti ſimus. Scitis em̃ quòd hoſtem B habemus perpetuũ, & fœderis neſciũ. Vnde nobis magna uigilantia opus eſt, ita ut eius fraudes uincere, et ſuperiores eius telis cõſtitui poſsimus. Non aliter aũt uincemus, q̃ ſi per optima inſtituta ſupernum nobis auxilium conciliemus. Optimum autem inſtitutũ eſt, uita pura. Hoc em̃ fundamentũ eſt uirtutis, quod qui rectè iecerit, cõſequetur facilè alia omnia. Nec̃ illum ſuperabit uel pecuniarum cupiditas, uel gloriæ amor, uel inuidia, uel aliqua affectio mala. Et quomodo? Ego dicam. Quando em̃ quis munda fuerit conſcietia, & ab omni libera macula, poterit dominũ uniuer
Matt. 5. d ſi habere inhabitantẽ. Beati, inquit, mundo corde, quoniã ipſi deũ uidebunt. Quòd ſi quis illum inhabitatorẽ habere mereatur, quaſi ſimpliciter C et ſine impedimẽto corpore ueſtitus eſſet, ita poſt ea afficietur, & humanarũ rerum umbram facilè contemnet. Humana em̃ omnia, umbra illi & ſomnium apparebunt, & ſicut cœleſtis ciuis prę ſentia nõ optabit. Talis erat beatus doctor orbis, &
2. Cor. 13. d Galat. 2. d propterea clamat, dicẽs: Num experimentũ quę ritis eius qui in me loquit̃ Chriſti? Et iterũ: Viuo aũt, non iam ego, uiuit autẽ in me Chriſtus. Et iterum: Quod aũt nunc uiuo in carne, in fide uiuo. Vidiſti uirũ corpore circundatum, quaſi incorporea quiete fruentẽ, loqui omnia? Hunc omnes imitemur, & trucidemus mẽbra carnis, ut & ad operandum uirtutes idonea reddere ſtudeamus: poterimus autẽ ſi offeramus deo ſacrificiũ beneplacitum. Vidiſti q̃ nouum & admirabile hoc ſacrifi D cium? quando mortua fuerint membra, tunc magis gratum erit deo ſacrificium. Quare & quomodo hoc? Quoniã ſpiritualis eſt hoſtia, & nihil habet ſenſibile. Nam in ſenſibili quidẽ hoſtia quod mortuũ eſt, abijcitur: imò ne uiuũ quidem quod uitiatum fuerit, ſacrificijs idoneum eſſe, ab initio lege cautum fuit, ut per irrationabilium obſeruationem paulatim inducamur ad ſpiritualem hanc & rationalem hoſtiam offerendam. Quod enim illic eſt uitioſum, utpote truncatũ auribus uel mutilum cauda, hoc hic eſt mala concupiſcentia, luxuria, opũ amor, & omnis malitia: & id quod eſt illic ſanum & ab omni macula alienũ, hoc eſt hic mortuum mundo. Ita ad ſpirituale ſacrificium temetipſum idoneum exhibe. Hæc non ſimpliciter prætereamus, ſed bene figẽtes ea in memoria noſtra, ſtudeamus ne ſimus deteriores Iudæis, qui in umbra tantã declarant obſeruationẽ. Sicut em̃ illi adhuc lucernæ aſsidẽtes, tãtopere illa obſeruãrũt: ita nos poſtq̃ ſol iuſtitię nos illuſtrare dignatus eſt, & relicta umbra ad ueritatem manu ducimur, ſimilem obſeruationem circa ſpirituale hoc ſacrificium declaremus. Et nec̃ peccata quæ nobis uidentur parua, contẽptim prætereamus, ſed quotidie à nobis rationes repetamus & uerborũ, & ſpectationũ: & pœnas de nobiſipſis ſumamus, ut nos à futuro ſupplicio liberemus. Nã propter hoc Paulus inquit: Nam ſi nos ipſos iudicauerimus, nõ utiq̃ iudicabimur. Ita ſi noſipſos hic con- 1. Cor. 11. g demnauerimus propter quotidiana peccata, imminuemus ſupplicium, quod alibi futurum eſt. B Quòd ſi ignaui fuerimus, qui iudicamur, inquit, à domino erudimur. Prius igit̃ noſmetipſos condemnemus magna cum ſinceritate, & nullo ſcientę in tribunali cõſcientiæ ſedeamus: & ſic examinemus noſtras ipſorum cogitationes, & rectam ſententiam proferamus, ut mens timẽs magnum illum terrorem, non patiatur amplius decipi, ſed impetum refrenet: & antè uidens illum indeceptum oculũ, præcludat diabolo ingreſſum. Propter ignauiam enim ferimus omnia, ut ipſa rerum experientia clamat. Nam quemadmodum ſi uel parum excitari uoluerimus, omnes illius inſidias quaſi puluerem repellimus: ſic quando ſupplantamur, non propter illius tyrannidem hoc ſuſtine C mus, ſed propter ignauiam noſtrã. Nec̃ enim ui ſua & neceſsitate nos uincit, ſed deceptione ſola. Non autem decipiemur, ſi parum eſſe uigiles uoluerimus, & noſmetipſos attenderimus: nõ quòd noſtra tãta ſit poteſtas, ſed quia tunc ſuperna gratia nobis affulget. Nam ſi quod noſtrum eſt fecerimus, ſequentur & omnia quæ domini ſunt. Sobrij igit̃ ſimus, obſecro, ſciẽtes artes magni: per petuoq̃ uigilemus & oremus, ut nos adiuuet certare noſtrũ certamẽ. Sic em̃ nos quoq̃ inuicti erimus, & machinatiões illas effugiemus, & diuinã cõſequemur gratiã, bonaq̃ æterna adipiſcemur. Quæ nobis omnibus contingãt, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri & ſpiritui ſancto ſit gloria, imperium & honor, D nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorũ, Amen.

Hæ autem ſunt generationes Iacob. Ioſeph ſeptendecim annorum erat, paſcens cum fratribus ſuis pecora. Homilia LXI

Terum pro conſuetudine mea menſam proferre uolo: proſequens igitur ea quæ pridẽ uobis dicta ſunt, ex his quæ nunc lecta ſunt, conuiuiũ uobis proponã ſpirituale. Sufficiunt em̃ & quæ hodie lecta ſunt, ad docendum nos omnes, quantũ inuidiæ damnũ ſit, & quomodo ea lues, etiã uſq̃ ad cognatos ſe extẽdat. Verũ ut uideat iuxta conſequentiã ſermo progredi, operæpretiũ fuerit initiũ lectionis tangere. Hæ autem ſunt, inquit, generationes Iacob.] Et uide admirabilem illum Prophetam, quomodo, cum promittat nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis genealogiam, ſtatim ad hiſtoriam pueri re A
currat: & cũ dicat: Hæ ſunt generationes Iacob,
derelicta conſequenter narratione quinam ex il-
lo nati, & iterum qui ex natis ab eo nati (ſicut ſu-
prà, cum de Eſau ſermo eſſet, fecit) ad Ioſeph il-
lum ſtatim feſtinet, adoleſcẽtem omniũ fratrum,
ut ita dicam, poſtremum, dicens: Ioſeph decem
& ſeptem erat annorum, paſcens cum fratribus
ſuis oues.] Et quam ob cauſam nobis annorum
deſignat numerũ: ut ſcias, quòd adoleſcentia nõ
eſt uirtutis prępedimentũ: & ut plenius ſcias ado
leſcentis erga patrem obedientiam, in fratres be-
neuolentiã, illorum aũt inhumanitatem: & quòd
ne id quidẽ cohibere eos potuit, quòd ita in eos
affectus erat, & quòd in tam tenera ætate, quę de
bebat eos ad cõmiſerationẽ prouocare: ſed mox B
ab initio, uidentes & pueri bonã indolem, & pa-
tris erga illum beneuolentiam, in inuidiam cõtra
eum excitati ſunt. Detulerũt, inquit, Ioſeph de
peſsimo crimine apud Iſrael patrẽ ſuũ.] Vide ma
litiæ eminentiã, etiam patris charitatẽ perturba-
re attentant, & quæ non erant fingunt contra fra
trem: tantũ malum perficientes, ſolum ut inuidia
ſua expleri poſsit. Et ut diſcas, quòd nihil inde lu
cri fecerint, niſi quòd manifeſtam fecerunt ſuam
ipſorũ prauam mentem, uide patrẽ poſt eorũ ac-
cuſationẽ magis effundi in filij amorẽ, & iam præ
ferre eum omnibus. Iacob autẽ dilexit Ioſeph
ſupra oẽs filios ſuos, quoniã filius ſenectutis e-
rat ſibi. Fecit autem ei tunicã uariam.] Quid eſt,
Dilexit Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, quoniam C
filius ſenectutis erat ſibi? Quia poſtremus, & in
ipſa ſenectute natus eſt ei, propter hoc magis dile
xit. Nam magis amabiles ſunt pueri, qui in ſene-
ctute ipſa generantur, maioremq; patrũ beneuo-
lentiã aſſequuntur. Sed ut ſciamus, quòd nõ hoc
ſolum erat, quod patrẽ illi conciliabat, & præfer-
ri eũ aliis faciebat: docet nos ſcriptura, quòd poſt
illum & alius natus ſit: & ſi iuxta naturalem amo
rem dilectio fuiſſet, poſtremus fuiſſet magis dile-
ctus, utpote uerè ſenectutis filius exiſtẽs, & tunc
natus, quãdo ad poſtremã ſenectutẽ peruenit iu-
ſtus. Quid igitur eſt dicendũ? ſuperna quædã gra
tia fuit, quæ iuuenem amabilem reddebat, & pro
pter animæ uirtutẽ cunctis prę ferri faciebat. Hęc
autem in ſcriptura adiecta eſt cauſa, quòd filius ſe
nectutis fuerit, & ideo magis eum dilexerit, ut nõ D
manifeſtè augeat odium fratrum. Grauis emm hęc
affectio eſt, & quando animã inuaſerit, non prius
eam relinquit, donec in extremam abſurditatem
eam inducat: & lædens animã à qua nata eſt, om-
nino aliter eum cui inuidet, afficit, q̃ uult: nempe
clariorem, nobiliorem, illuſtriorem reddit: unde
iterum alia grauior inuido plaga naſcitur. Proin
de cõſidera hic, quòd quidem ille neſciebat quod
fiebat, & loquebatur cum illis, ut cum fratribus,
& quaſi eodem utero natis, omni cum fiducia &
ſimplicitate: iſti autem inuidiæ malo capti, odio
eum proſequebantur. Videntes enim, inquit,
fratres quòd pater præ omnibus filijs diligebat
eum, oderunt eum, & non potuerunt ei loqui ali-

diam, nõ cogitantes neq; fraternũ uinculũ, neq; A
quòd inſomniorũ reuelatio manifeſtam dei erga
illum declarat beneuolentiam? Num exiſtimatis,
quòd quæ à deo præſignata ſunt, poſsint ſubuer-
ti? Nã ſicut ſomniũ interpretati eſtis, ita erit poſt
multũ temporis, etiamſi innumera excogitare uo
lueritis. Omnipotens enim & ſapiẽs eſt omnium
dominus: & ſuæ uirtutis declarans affluentiã, fæ
pe facit, ut in mediis impedimẽtis fiant ea quæ ſi-
bi placẽt, & quibus ſummã uirtutis ſuæ declarat
eminentiã. Verũ ut ſe habet inuidia, nihil eorum
cogitare poteſt: ſed omnino (ut ita dicã) ubi inui-
dus captus ab hoc morbo fuerit, cõtra ſuã ipſius
ſalutẽ facit omnia. Et illi quidem narratione ſom-
nij odium auxerũt, admirabilis autem Ioſeph ubi
aliud inſomniũ uidit, non ipſis ſolum, ſed & patri B
narrat. Quaſi ſol & luna & undecim ſtellæ ado
rabãt me. Et increpauit eũ pater ſuus, & dixit ei:
Quod eſt inſomniũ hoc, quod ſomniaſti? Nunq̃d
euntes ibimus ego & mater tua, & fratres tui,
ut adoremus te ſuper terram? Aemulati aũt ſunt
eum fratres ſui, pater uerò obſeruauit uerbum.]
Sciens pater quòd fratres inuidebant ei, propter
hoc increpauit puerũ: et interpretatus eſt etiã ipſe
ſomniũ, & coniectans à deo reuelationẽ ei factã,
obſeruabat uerbũ. Verũ non ita faciebant & fra-
tres. Sed quid? Rurſum multo magis æmulaban-
tur. Cur inſani fuiſtis? cur ſtupidorũ opera feci-
ſtis? Non cogitaſtis, quòd ſecundum inſomnium
nõ temerè neq; fortuitò factum ſit? ſed ut cũ didi
ceritis q̃ oẽmo futura ſunt quę præuidit, ceſſetis C
meditari fratricidiũ, utpote rẽ molientes impoſsi
bilem. Igitur oportebat quidẽ uos, cũ cogitaretis
& cõſideraretis fraternã ueſtram coniunctionẽ,
gloriã fratris pro ueſtra ducere. Quoniã autẽ ad
hoc non reſpiciebatis, cõſequens fuit uel illud co
gitare, quòd nõ contra eum, ſed cõtra omniũ do
minũ, qui hoc ei iam reuelauit, pugnetis. Verum
illi, ſicut dixi, neq; naturę uinculum reueriti, neq;
conſiderantes quanta ille ſuperna gratia munire
tur, odium indies auxerunt, & neſcij intra ſemet-
ipſos rogum accenderunt, neq; patre neq; filio ta
le quippiã ſuſpicantibus, neq; cogitantibus quòd
in tantam inſaniam eſſent properaturi. Ideo ubi
profecti ſunt fratres in paſcua: Dixit, inquit, pa D
ter Ioſeph, Nónne fratres tui paſcunt oues in Sy-
chem? Veni mittã te ad eos dixitq; ei: Ecce ego.]
Vidiſti patris erga filios dilectionẽ, uidiſti filij o-
bedientiã? Dixit autem ei: Vade, & uide, num ſa
ni ſunt fratres tui, & oues, & annuntia mihi. Hæc
autem oẽmia facta ſunt, ut & Ioſephi erga fratres
monſtraretur beneuolentia, & illorum ſanguina-
ria mens fieret manifeſta. Factum eſt autem & in
figuram futurorũ, ut in umbra multo antea ueri-
tatis res deſcriberentur. Et ſicut Ioſeph ad fratres
abijt inuiſens eos, & illi non ſunt reueriti neq; fra
ternitatem, neq; aduẽtus cauſam, ſed primũ qui-
dem occidere uoluerunt, poſtea autem uendide-
runt barbaris: Ita & dominus noſter ſuam ſeruãs
miſericordiam, aduenit inuiſens humanũ genus:
& ſuſcepta noſtra forma, carne dignatus fieri fra

ter noſter, affuit. Et clamat Paulus, dicens: Non
enim angelos aſſumpſit, ſed ſemẽ Abrahæ: unde Heb.2.d
debuit per omnia fratribus ſimilis fieri. Sed ingra
ti Iudęi, animarũ corporumq; medicum, innume
ra miracula quotidie facientem occidere conati
ſunt, & opere compleuerũt animis ſuis propoſi-
tam cædem: & crucifixerũt eum, qui propter no
ſtram ſalutem ſerui formã ſuſcipere dignatus eſt:
& apprehenderũt & cruci traditum occiderunt.
Illi autem conſultabant quidem, ſed opere quod
conſulebant, non impleuerunt. Oportet autẽ fi-
guram minus habere, q̃ ueritatem: quia alioqui
non fuiſſet figura futurorũ: & propterea illic qua
ſi in umbra præſignata ſunt. Et conſidera nego-
tium. Non occiderunt, ſed uendiderũt, & ueſtem
hædi ſanguine inquinantes, dederũt patri, perſua
dere uolentes quòd occiſus ſit filius. Vides quòd
oẽmia hæc facta ſunt, ut quaſi in umbra imago il-
la rerum fieret, & ueritas præſignaretur? Sed ad
ſeriẽ ſermonis redeamus. Et miſit eum, inquit,
pater, & uenit in Sychem, & inuenit eum homo
errantem in agro. Rogauit autem eum homo, di-
cens: Quid quæris? Ille autẽ dixit: Fratres meos
quæro. Annuntia mihi ubi paſcant oues.] Conſi
dera quomodo magno ſtudio de fratrib. ſuis in-
quirit, & omnia curioſe perluſtrat, & nihil non ſa
cit ut eos uidere poſsit. Dixit autem ei, inquit,
homo: Audiui eos dicentes, Ibimus in Dothaim.
Et iuit Ioſeph, & inuenit eos. Prius autẽ uiderunt
eum à longe, anteq; ueniret ad ſe, & malignè co- C
gitabant, ut occiderẽt eum.] Conſidera hic quæ-
ſo dei omnipotẽtem ſapientiã, quomodo illi qui-
dem concitati erant in cædem eius: ille autem om
nia faciens & præparans, permittit interim om-
nia impedimenta fieri, ut facto athleta ſuo clario-
re, poſtremũ ſomniorum adducat euẽtum. Prius
autem uiderunt eum, inquit, & malignè cogita-
bant ut occiderent eum. Dicebat autem unuſ-
quiſq; ad fratrem ſuũ: Ecce ſomniator ille uenit,
nunc igitur uenite occidamus eũ, & proijciamus
eum in lacũ unũ ex his, & dicemus, Mala beſtia
deuorauit eum, & uidebimus quæ ſint ſomnia e-
ius.] Vidiſti, quòd ſomniorũ euentum expectan
tes, occidere eũ conati ſunt? Sed ut diſcant, quòd
non ſit poſsibile ea quæ à deo ſunt prædicta non
opere cõpleri, conſultant quidem & attentãt, &
ſuam declarant malitiã: at ſapiens & omnipotens
deus inſidiatores etiã inuitos ſeruire facit diſpen-
ſationi futurorũ. Quoniam emm conſpirauerãt in
mortẽ eius, & propoſito iam occiderãt: Vt audi
uit, inqt, Rubin eripuit eũ ex manibus eorũ, & di
xit: Non percutiamus eũ in animã: non effundite
ſanguinẽ, abijcite eũ in lacũ illum in ſolitudine,
manũ autẽ nõ inijcite in eum: ut eum eriperet ex
manibus eorũ, & redderet eum patri ſuo.] Vide
& illum quomodo non audet manifeſtè eripere
fratrem, ſed iam occidendi conatum & impetum
refrenare uolens, dicit: Non effundite ſanguinẽ,
ſed abijcite eum in lacũ. Docere emm nos uolẽs di-
uina ſcriptura ſcopũ & mentẽ Rubin, dicit: Hæc
autem faciebat, ut eriperet eum, et redderet patri

ſuo

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo. Et cum illi hæc cõsultarent, nondum Ioseph aduenerat, sed postq̃ colloquiũ hoc absoluerunt:

Venit, inquit, Ioseph ad fratres suos.] Debuerant igitur occurrere fratri, & amplexari, & quomodo se pater haberet inquirere: uerum illi, quasi bestiæ quædam agnũ conspicatæ, asiliũt. Et exuerunt, inquit, Ioseph uestem uariam, & acceptum eum proiecerunt in lacum. Lacus autẽ erat uacuus, aquam non habens. Quemadmodũ consuluerat Rubin ita fecerunt. Et iniecto illo, sederunt ad comedendum panẽ.] O crudelitatem, ó inhumanitatem. Ille quidem tantũ itineris confecerat, & tanto studio de eis inquisierat, ut uideret & annuntiaret patri quomodo se haberent res illorum: uerũ illi quasi alieni & barbari & inhumani, quia consuluerat eis Rubin ne effunderẽt sanguinem, fame occidere uolebant. Sed misericors deus statim eũ liberauit ab insania fratrũ. Cum enim consedissent ad comedendum patrẽ, uiderunt Ismaelitas uiatores uenientes, & Aegyptũ uersus euntes. Et dixit Iudas: Quid prodest si occiderimus fratrem nostrũ, & occultauerimus sanguinẽ eius? Venite, tradamus eũ Ismaelitis istis. Manus autem nostræ nõ sint super eum, quia frater noster & caro nostra est.] Vide quomodo & prius Rubin minore malo maius prohibuit, & nunc quoq; Iudas cõsulit ut uendatur frater, quò eum ab interitu eripere queat. Hoc autẽ totum factum est, ut etiã inuiti dispensationi diuinæ seruirent, & facerent ea quæ à deo sunt prædicta. Et probato, inquit, consilio Iudæ, eduxerũt eum de cisterna, & tradiderũt Ismaelitis uiginti aureis.] O iniquam cõmutationem, ó damnosum lucrũ, ó iniustissimũ opus. Eum qui uobis sanguine cõiunctissimus erat, quem pater maxime amabat, qui ad uisendum uos uenerat, qui nunc̃ uos uel in paruo uel in magno offenderat, uendere attentatis? & uẽdere hominibus barbaris, & in Aegyptum descẽdentibus? Quæ tanta insania? quis liuor? Nam si hoc metu somniorũ facitis, ut persua si quòd omnino euentura sint: quare impossibilia attentatis, & factis uestris contra deũ bellum assumitis, qui hæc ei prædixerat? Quòd si nihili putastis somnia, sed existimastis esse delirũ: quare hęc perpetrastis, quę ineluibilem uobis maculam inurant, & luctum indesinentem patri uestro afferant? Sed ó grauem morbum, imò mentẽ sanguinariam. Nam qui peccato exponit se, & nefariũ opus aggreditur, is obruit̃ à cogitationibus absurdis, neq; proponit ante oculos oculũ illũ qui nõ quiescit, neq; reueretur naturã suam, neq; attendit aliquid quod ad cõmiserationem se possit inducere: id quod & illis euenit. Non enim cogitabãt quòd frater esset, neq; quòd adolescẽs, neq; quòd tam amabilis patri, neq; quòd nunc̃ in terra aliena uixisset, & apud exteros nunc̃ ante cõuersatus, nũc in terra tam semota inter barbaros habitaturus esset: sed omni honesta cogitatione abiecta, unũ duntaxat curabant, quò inuidiã suã, ut putabant, opere explerent. Et illi quidem mentem fratricidę erãt: qui autem hæc ab eis passus est, omnia fortiter tulit. Custodiebat em̃ eum manus domini, & omnia difficilia faciebat ei facilia & leuia. Quando enim supernã gratiam habemus, etiã inter medios barbaros, et in aliena regiõe melius & cõmodius uersari possumus, q̃ hi q̃ domi habitãt, & quibus summa cura ministratur. Contrà quãuis domi uersemur, & omni prosperitate frui uideamur, si destituti simus superno præsidio, omnibus uidemur miseriores. Magnũ enim & uirtutis robur, & malitię infirmitas. Et hoc maximè ostendit nobis historia, quã in manibus habemus. Dic em̃ utros miseros & deplorandos esse putamus, illos'ne qui tanta mala fecerunt, an fratrem, qui in potestatẽ barbarorũ uenerat? Manifestum, quòd illos. Cogita em̃, obsecro, hic admirabilem illum, qui tãta ministrorũ cura educatus, & in ulnis paternis semper habitus fuit, quomodo repentè coactus est ferre grauẽ seruitutem apud uiros barbaros, nihilo meliores ipsis bestijs. Sed omniũ dominus & illos humanos reddebat, & isti in omnib. dabat patientiã. Porrò illi posteaquam uendiderunt fratrem gaudebãt quasi rebene gesta, ablato uidelicet è medio cui inuidebant.

Reuersus est aũt, inquit, Rubin ad cisternam, & non uidit fratrem, & dissupit uestimẽta sua, & redijt ad fratres suos, & dixit: Puer non cõparet, ego quò ibo ultra?] Quoniam suprà docuit diuina scriptura, quòd propterea consuluerat eum in cisternam conijciendum, ut ex sanguinarijs manibus illum eriperet, & redderet patri: nunc, inquit, ubi uidit se opinione sua frustratum, dissupit uestimenta sua, & dixit: Puer non comparet, ego autẽ quò uadam? Qualem habebimus defensionẽ, & maximè ego, qui uobis præesse uideor? Putabat enim quòd eum occidissent. At postquã factum est quod quærebant, & miserũt in Aegyptum quem odio habebant, & inuidiã suã aliquomodo mitigarunt: postea magna industria excogitarũt quomodo deluderent patrẽ, ne mala sua cõspiratio illi manifesta fieret. Et occiso hædo caprarum, inquinauerũt uestem sanguine, & attulerunt uestem patri suo, & dixerunt: Cognosce, nũ uestis filij tui sit, an non?] Quid decipitis uosmetipsos ô insensati? nam licet patrem decipere possitis, non tamen falletis iudicem illum qui decipi nequit: non ignorabit oculus ille qui nunc̃ dormitat, quem maxime omniũ formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura: imò ita se habet multorũ desidia, ut humanũ timorẽ & præsentis uitæ confusionẽ maximi faciat: in mẽte autem nõ uersetterribile illud tribunal, & intolerabilem pœnã: sed hoc unum curat, quomodo effugere possit humanã reprehensionem: id quod & illi egerũt, dum patrem suũ decipere moliuntur.

Agnouit enim, inquit, uestẽ pater, & dixit: Vestis filij mei est, fera mala deuorauit eum, fera rapuit Ioseph.] Et enim uerè quasi in malas bestias incidisset, omia crudelia sustinuit. Dissupit autem uestimenta sua, & posuit saccũ super lumbos suos, & luxit filium suũ diebus multis.] Quantis fuerint illi digni lachrymis, qui nõ solum fratrem barba-

barbaris uendiderunt, sed & patrẽ in extrema senectute in tantum luctum cõiecerunt? Congregati autẽ sunt filij eius & filia eius, ut consolarentur eum, & noluit, dicẽs: Descendam ad filiũ meũ lugens in infernũ.] Opinor & hoc illis aliam fuisse pœnam. Videbant enim quòd pater tantũ tamq̃ feruentem amorem declarabat erga eum qui non aderat, imò & putabat à bestijs discerptus, & maiori tabescebant inuidia. Sed illi quidem & in fratrem & in patrem crudeles fuere, nullaq̃ uenia digni. Madianitæ aũt & ipsi diuinæ seruiunt dispensationi, & denuo Iosephum uendunt Petephri archimagiro Pharaonis. Vidisti quõ paulatim procedit, & per omnia suã uirtutem & patientiã declarat, ut hic quasi athleta fortiter certãs, redimiatur corona regni, & euentus somniorũ impleat: quòd doceant ij qui eum uendiderant, q̃ nihil commodi ex sua malitia referant. Tantam enim fortitudinem habet uirtus, ut clarior fiat dum infestat. Nihil enim ea fortius, nihil ualidius: non quòd ipsa tantũ habeat robur: sed is qui eam possidet, & supernam gratiam habet, & inde præsidiũ assequitur, omnibus est fortior & inuictus, & capi ne quit: non solum hominum insidijs, sed & dæmonum machinamentis. Quod cum sciamus, ne fugiamus male affligi, sed male agere: hoc enim est uerè male affligi. Nam qui proximũ affligere tentat, illi quidem omnino nihil nocet. nam licet ad paruum tempus noceat, in hoc tantũ seculo id facit, sibi autem immortalia tormẽta thesaurizat, & pœnas ineffabiles: quas non aliter effugere possũmus, nisi parauerimus nos ad ferendas afflictiones, & iuxta doctrinã domini, precemur pro his qui nobis male faciũt. Hoc enim nobis magnam parabit mercedẽ, & concedet dignos effici regno cœlorum. Quod nobis concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperiũ & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt. 5.

Et uidit Iudas hominis Chananæi filiã, quæ uocabat̃ Saua, & duxit eã: susceptitq̃ ex ea filium, & uocauit nomẽ eius Her. Hom. LXII

SATIS prídem ex historia Ioseph didicimus, quantũ damni nascatur ex inuidia, & quomodo pernicioſus ille morbus animam primum corrumpat, à qua nascitur. Vidistis quomodo propter hãc affectionem fratres Ioseph & cognationis obliti sunt, & bestiarũ crudelitatem in eum qui in nullo offenderat exercuerunt. Malitia enim sua non tam fratri suo nocuerunt, quàm seipsos ignominiosos fecerunt. Nam licet barbaris eum uendiderint, & illi rursus archimagiro Pharaonis: nihilominus quia habuit supernam gratiam se in omnibus adiuuantem, omnia leuia & facilia uisa sunt. Et uolebam etiam hodie illam historiam tractare, indeq̃ contexere sermonem: uerum in medio alia quædam narratio interiacet, quam indignum est prꝫterire. Sed opus est, ut quantum possibile est perscrutemur, & sic iterum ad argumentum Ioseph redeamus. Quænam igitur illa est quæ interseritur narratio? Illa de Iuda. Hic enim accepta in uxorem Chananæi filia, Saua nomine, susceptisq̃ ex illa tribus filijs: Duxit, inqt, primogenito suo Her uxorem Thamar. Quia autem ille malus erat coram domino, occidit eum deus. Et præcepit Aunan, ut ducta uxore fratris sui, excitet semen fratri suo.] Id enim lex quoq; iussit, ut mortuo fratre sine liberis, frater ducta uxore excitet semen fratri. Verum & hunc quia malus erat, occidit dominus. Hoc Iudam terrore perculit, uidentem duos filios tam cito interisse: & uolens Thamar consolari, promisit se alium filium ei daturum: sed non implebat promissa, ueritus ne & ipse eandem pœnam ferret quam fratres. Talibus promissionib. pascebat̃ Thamar, inq̃ domo patris sui sedebat, expectans quãdo soceri promissio impleretur: & uidens Iudam nolle implere promissa, mansuete tulit, non admittens aliorum coniugia, sed ample xa uiduitatem, & tempus congruum expectans: festinabat enim ut filios procrearet ex socero. Et quia uidit socrum mortuam, & Iudam uenire in Thamna ad tondendas oues, furari uoluit soceri concubitum, & ex illo filios procreare, non libidinem explere cõcupiscens (absit hoc) sed ne uideretur esse sine nomine. Alioquin & dispensatio erat quod fiebat, unde & opere completa sunt ea quæ illa deliberauit. Depositis enim uestibus uiduitatis suæ induit theristrũ, atq̃ ita ornata sedit apud portã. Deinde quasi excusans eam scriptura, dicit: Vidit enim quòd creuerit Selom, ipse autem non daret ei uxorem, & propterea ad deceptionem illam properauit. Iudas enim cum putaret eam esse scortũ (uelauerat enim illa faciem ne agnosceretur) diuertit ad eam. Illa autem dixit: Quid mihi dabis? Ille autẽ pollicitus est hædum ex gregibus se missurum. At hæc dixit: Si dederis arrabonem, donec mittas. Et dedit annulum & armillam & baculum, & intrauit ad eam, & grauida facta est ex eo.] Nullus hæc audiens condemnet Thamar: nam, ut dixi, dispensationi seruiuit, & propterea neq; ullam inde reprehensionem meretur, neq; Iudas crimini fuit obnoxius. Etenim hac uia procedens, inuenies ex pueris inde natis Christum secundum carnem ducere genus. Præterea duo isti filij per eum nati, duorum populorum figura fuerunt, & prædictio quædam uitæ Iudaicæ & spiritualis. Sed nunc uideamus post recessum Iudæ, quomodo paruo tẽpore exacto, & opere in apertum producto, Iudas semetipsum condemnat, illam à culpa liberans. Nam postquam impleuit Thamar quod uoluit, iterum mutato habitu inde recessit, & uenit in domum suam. Iudas autem nihil eorum sciens, promissionem impleuit, & hædum misit ut arrabonẽ suum illi datum reciperet: sed nusquam inuenta mulierẽ, redijt puer, significans Iudæ quòd nusquã inuenire mulierem potuerit. Quibus compertis, Iudas dixit: Forte ridemur, ut habiti ingrati. Neq; enim sciebat factum. Verum præteritis mensibus tribus, & uteri onere partum prædicente, & nullo alio furtiuum sciente concubitum: annuntiatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit, est Iudæ, quòd uterum gereret ex stupro. A
Quod ut didicit, dixit: Educite eam, & cõburatur.] Magna indignatio, grauis pœna, quia & peccatum grande esse uidebat. Quid igitur Thamar? prolatis his quæ in arrabonem Iudas reliquerat, dixit: Si quis est cuius hęc sunt, ab illo uentris sarcinam accepi.] Attende quomodo silens fide dignos testes affert qui loquant, & satis eam à culpa alienam demonstrent. Quia enim tribus testibus egebat quæ in tali causa arguebatur, idcirco & hæc quasi claro testimonio dato, tres arrabonum species mittit, annulum, armillam & baculum: & tacens ac domi sedens causam uicit. Iudas enim, cum agnouisset, dixit: Iustificata est ipsa magis, quàm ego. Quare non dedi ei filium meum Selom?] Quid est, iustificata est ipsa magis, quàm ego? Illa quidẽ, inquit, innoxia est, ego autẽ meipsum condemno, & nullo arguente prodo: imò sufficiunt quæ arguant, quæ dedi illi in arrabonem. Et deinde iterũ Thamarem excusans, dicit: Quare non dedi eã Selom filio meo? Fortè autem hoc factum est ob hanc causam, dicturus enim sum propter quam. Nam quia Iudas putabat illius causa mortuos Her & Aunan, idcirco metuens, eam non dedit Selom, quamuis ei promisisset: ut igitur manifestè ac euidenter sciret quòd non illa istis causa fuerit mortis, sed propter suam malitiam pœnam dederint. Occidit enim eum, inquit, Deus. Et iterum, Occidit eum, inquit, etiam secundo. Propterea ignarus ipse cum nuru sua rem habet, & clarè cognoscit quòd non ipsa C fuerit in causa, sed illorum malitia reos eos pœnæ fecerit: & confessus peccatum suum, etiam illam à peccato liberat. Nec adiecit, inquit, ut cognosceret eam.] quod declarat neq; primũ cum ea rem habiturum fuisse, si agnouisset eam. Deinde postquam diligenter narrauit nobis diuina scriptura deceptionẽ quam fecerat Thamar, consequenter docet nos qui filij ei sint nati. Factum est autẽ, inquit, cum pareret, erant gemelli in uentre eius. Et cum pareret, unus protendit manum: apprehensam autem obstetrix coccino ligauit, dicens: Hic egredietur primus.] Vide hic, obsecro, sacramentum & prædictionem futurorum. Nam postquam ligauit obstetrix manum coccino, ita ut cognosci posset exiturus, retraxit manum, & D & exijt frater eius. Cessit, inquit, fratri, ut prior egrederetur: & qui posterior putabat, prior exit. Et dixit, inquit: Quare diuisa est propter te sepes? & uocauit nomen eius Phares. Diuisionem enim & quasi partitionẽ hoc nomen signat. Et post hũc egressus est frater eius qui signũ in manu dextra acceperat, & uocauit nomen eius Zara, quod interpretatur Oriens.] Et quòd nõ temere & absq; causa hæc facta sint, sed figura futurorũ fuerint, res ipsæ declarant. Neq; enim iuxta naturæ ordinem hoc factum est. Quomodo enim erat possibile, ut postquam manus ligata fuit coccino, iterum contraheretur, & daret posteriori transitum: nisi diuina quædã uirtus hæc prius dispensasset, & sicut in umbra quadam præfigurasset, quòd statim ab initio Zara, quod est Oriens (sic enim figuratur ecclesia) prospectare cœpit: quo paulisper procedente ac mox retrocedente, legalis obseruatio per Phares significata subintrauit, quæ postquam diu regnum tenuit, eo qui prius esse rat, Zara uidelicet, rursus succedente recessit omnis Iudaica consuetudo. Sed forte nunc fuerit necessarium idem breuius dicere: Fuerunt, sicut Zara qui manum protulit, Noe & Abrahã, imò ante illos Abel & Enoch, quibus magnũ studium fuit ut placerent deo. Deinde postquam in multos propagati, multa peccatorum onera collegerunt: opus autem erat ut uel paruam aliquam consolationem haberẽt: data est lex ut umbra aliqua, non peccata tollens, sed ea demonstrans, & manifesta eis faciens, ut tanquam imperfecti filij qui lacte pascuntur, adolescere possent. Verũ quia neq; hoc eis profuit, sed lege peccatorum magnitudinem monstrante, ipsi iterum ijsdem infermentati sunt, adueniens cõmunis dominus noster, spiritualem hanc & uirtutibus clarã uitã humano generi largitus est, cuius figuram Zara implebat. Et idcirco Euangelista etiã meminit Thamar, & eorum qui ex illa nati sunt, & dicit: Iudas aũt genuit Phares & Zarã de Thamar. Ne igit temere prętereamus ea quæ in diuinis scripturis sunt prodita, neq; ea quæ dicunt à limine salutemus: sed intro gressi ad ipsa penetralia, cum diuitias quæ ibi latent didicerimus, glorificemus dominũ nostrum, qui cum tanta sapientia dispensat omnia. Nam si neglexerimus mentem & causam omniũ quæ facta sunt exquirere, nõ solũ hanc cõdemnabimus, quòd cum socero suo cubauerit, sed & Abraham reprehendemus, ut puericidam animo factum, & Phinees ut geminí homicidij reũ. Sin autẽ uniuscuiusq; causam diligenter cognouerimus, & illos à crimine liberabimus, & nos multã inde utilitatem percipiemus. Cæterũ nos quæ ad historiam hanc attinẽt, pro uiríli nostra pertractauimus charitati uestræ. Quòd si non fatigamini, & si placet, etiam sequentia attingamus: & iterum ad rationẽ de admirabili Ioseph ueniamus, ut discatis etiam ex his quæ hodie dicta sunt, quæcunq; generosus ille athleta, post somnia illa regnũ sibi promittentia & principatũ fratrũ, sustinuerit, & quomodo post illa certamina & tentationes aliæ exceperint. Increbrescebant naufragia, nec submergebat gubernator: & cũ ualidior insurgeret tempestas, quasi ad gubernacula sedẽs, nauim regebat. Dignũ aũt fuerit & uerba ipsa audire, ut diligenter omnia discere possimus. Ioseph aũt deductus est in Aegyptũ, & emit eum archimagirus de manu Ismaelitarum.] Deinde postq; barbari illi, qui à fratribus eum emerãt, Aegyptio archimagiro Pharaonis uendiderũt, uariosq; dominos sortitus est ille inter ulnas patris educatus: ut ne admiremur, quõ tulerit grauem illam seruitutem adolescens, & omnis duræ uitæ inexpertus, domiq; magna patris beneuolẽtia enutritus: subdidit scriptura, dicens: Et erat dñs cum Ioseph, & erat uir assequens.] Quid est, erat dñs cum eo? Comitabatur

Matt. 1.d

Ca. XXXIX

tur eũ, inquit, diuina gratia, & reddebat ei facilia A
omnia quæ grauia erant. Hæc dispensauit omnes eius res, hæc mansuetiores ei reddidit negotiatores, & uendere archimagiro coegit, ita ut paulatim hac uia procedens, & per tentationes illas uadens, ad regiũ thronũ ascendere ualuerit. Verum tu dilecte audiẽs quòd sustinuit seruitutem apud negotiatores, deinde quòd seruiuit apud archimagirum, cogita quõ non turbatus est, neq; cogitauit, neq; hælitauit secũ, dicens: Quæ nam est illa somniorũ deceptio, quæ tantã gloriam pollicebatur? Ecce enim post somnia illa seruitus, & seruitus grauis, & domini uarij. Ab hoc migro ad illũ, ab illo ad aliũ, & cogor barbarorũ assuescere moribus. Nunquid derelicti sumus? nunquid cõtempti sumus à superna gratia? Nihil tale uel dixit, B
uel cogitauit, sed tulit omnia fortiter & mansuete.

Erat enim dñs cũ Ioseph, & erat uir assequẽs.] Quid est uir assequens? Omnia ei prospere succedebant, ubiq; præcedebat eum superna prouidentia. Et ita manifesta erat gratia, quę florebat super eum, ut etiã dño suo archimagiro manifestũ hoc fieret. Sciebat enim, inquit, dominus eius, quòd dominus esset cum eo, & omnia quæcunq; faciebat, dñs prospera reddebat in manibus suis. Inuenit autem Ioseph gratiam coram domino suo, & constituit eum super domũ suam: & omnia quæcunq; habebat, dedit in manus Ioseph.] Vidisti quantũ sit superna manu adiuuari? Ecce enim & iuueni, & peregrino, & captiuo, & seruo, à dño tota domus creditẽ. Dicit enim: Et omnia quæ habebat dedit in manus Ioseph. Quare? quia cũ superna gratia & suos mores attulit. Gratus enim ei erat: hoc est, cum magna gratia faciebat omia. Deinde uolens eum deus misericors in maiori securitate constituere, non liberauit à seruitute, neq; libertatem ei dedit. Hic enim mos est deo, ut nec à periculis uiros uirtute claros nec à tentationib. liberet: sed in ipsis tentationibus tantam suã declaret uirtutem, ut tentationes ipsæ eis fiant occasio lætitię
Psal. 4.a magnæ. Propter hoc & beatus Dauid dicebat: In tribulatione dilatasti mihi. Non tribulationẽ, inquit, abstulisti, neq; ab ea liberatũ in relaxatione esse uoluisti: sed id quod est miraculum, & per ęq; rarum, in medio tribulationis constitutũ absq; pauore esse me fecisti. Illud sanè & hic fecit dñs. Benedixit enim domũ Aegyptij propter Ioseph. Et didicit postea barbarus, quòd is qui ut seruus habebat, deo peculiariter gratus esset: & permisit omnia quæ habebat, in manibus Ioseph, & nõ sciebat quicquam præter panem quem comedebat.] Quasi dominũ totius domus cõstituit. En seruus & captiuus sub manu sua habet omnia quæ erant dñi: tanta res est uirtus. Nam ubicunq; illa apparuerit, omnibus dominat & prævalet. Etenim sicut oriẽte sole tenebræ discutiunt, ita & apparẽte uirtute è medio tollit omnis malitia. Sed mala bestia est diabolus, ut primũ uiderit iustum gratum esse, & per ea quæ putantur esse aduersa clariorẽ fieri, fremit dentibus & insanit: neq; uidere potest iustũ quotidie magis & magis clarescere, sed pro-

Chryſ.

fundũ barathrũ effodit, & præcipitiũ parat, quò illum maximo, ut arbitrat, damno afficiat: & tempestatem excitet, & uiolentum naufragiũ faciat: sed didicit non post longũ tempus quòd contra stimulum calcitret, & cõtra suũ caput operet omia.

Et erat Ioseph pulcher specie, & formosus aspectu.] Quare nobis corporis pulchritudinem narrat: ut discamus quòd non solum anima pulcher erat, sed & corpore. In ipso enim flore ætatis erat: iuuenis erat, & pulcher specie, & formosus facie. Hæc autem prius narrauit de eo scriptura, ut doceat nos quòd Aegyptia adolescentis pulchritudine capta, ad illicitum eum concubitum irritarit.

Et factũ est post hæc.] Quid est, post hæc? Postquàm ei cõcredita potestas totius domus, postq; tantum honorem à domino suo consequutus est. B

Iniecit uxor domini oculos suos in Ioseph.] Vide intemperantiã lasciuæ mulieris, nõ ei uenit in mentem quòd haberetur domina, non quòd ille erat seruus, sed à formositate capta, & diabolico incendio suscepto, in iuuenem postea insilire tentat: & malam illam cogitationẽ in mente seruans, tempus inquirit & solitudinẽ, quæ possent ei cooperari ad illicitũ suum conatũ. Verũ ille noluit, neq; paruit, neq; uerba illius suscepit. Sciebat em hinc sibi magnam perniciem enasci. Et non solum res suas spectabat, sed operã dabat ut & illã, quantum possibile erat, ab insania hac liberaret, & ab illicita ista concupiscentia: & cõsilium ei afferret, quod sufficiebat ei ut pudefieret, & quid sibi proC desset cognosceret. Dixit em, inquit, uxori dñi sui:] Domina à seruo consilium accipit. Nonne propter me nihil scit in domo sua, & omnia quæcunq; habet, dedit in manus meas?] O gratitudinem uiri. Vide quomodo enumerat beneficia domini, ut doceat quantã illa gratitudinẽ erga coniugẽ habere debeat. An non ego, inquit, famulus sum? an non peregrinus? an nõ captiuus? tanta fruor eius securitate, ut omnia sua sub manum meam tradiderit: & nihil est quod excepit de manu mea, præter te: & omnibus alijs ego præsum, soli autem tibi subijcior, & es extra meam potestatem. Deinde ut ualidã ei plagã daret, & recordari faceret uiri beneuolẽtiæ, & persuaderet ei ne tam ingrata esset erga coniugẽ suũ, inquit: Et tu propterea extra potestatem meã es, eo quòd tu uxor D
eius sis. Cum igitur uxor eius sis, quomodo faciã hoc malum uerbũ, & peccabo coram deo?] Quoniam enim illa solitudinẽ obseruabat, & tempus expectabat quo latere poterat uirũ, & omnes qui in domo erãt, dicit: Quomodo possum facere malum, & peccabo corã deo? Quid enim putas? etiã si effecerimus ut res clàm sit omnibus, oculum tamen illum qui dormitare nequit, latere non poterimus: illum solũ timere oportet, & tremere ac pauere, ut ne in cõspectu eius malè quippiam faciamus. Et ut discamus iusti excellentem uirtutem, & quòd nõ semel neq; bis, sed & sæpius certamen hoc sustinuerit, & colloquium hoc tulerit, consulereq; non cessauerit, subdit scriptura: Cum autem loqueretur de die in diem, & nõ obediret ei:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ubi obseruauit in domo facientem aliquid, assilijt A in iuuenem sicut bestia dentibus frendens, & apprehensis uestimentis tenuit eum.] Non simpliciter hoc prætereamus, sed cogitemus, quantũ certamen sustinuerit iustus ille. Non enim tam admirabile, ut mihi uidetur, in fornace Babylonis esse tres pueros, & illæsos permanere, & nihil ab igne pati: ut admirabile hoc & rarum, quòd admirabilis ille iuuenis retinetur uestimẽtis ab impura illa & lasciua, & non detinet: sed & uestibus relictis in manibus illius, resilit. Sicut autẽ tres pueri illi, propter suã uirtutem, superna freti gratia, ignis uictores uisi sunt: ita & ille, quia quod in se erat adfebat, & continentiæ certamina cum magna obibat constantia, magno supernoq; præsidio munie batur. Neq; em potuisset, dextra dei non coope- B rante ei, tantũ certamen certare, & à retibus illius libidinosæ mulieris aufugere. Et licebat postea uidere admirabilem illum, nudum quidem uestibus exire, indutum autẽ continentiæ uestimentis, & quasi ab incendio & fornace illæsum effugere: & non solum non adustum, sed & multo fulgidiorẽ & clariorem factum. Sed uide post tantam uictoriam, tantamq; fortitudinem, propter quas oportebat illũ coronari, propter quas oportebat illum prædicari, iterum quasi reum innumera sustinentem mala. Nam Aegyptia illa non ferens confusionem & opprobrium, in quæ seipsam iniecerat dum impossibilia conaret, primũ conuocatis qui in domo erant, accusat adolescentem: & affirmãs quòd ille dixerit quæ ab ipsa per furorem propo- C sita erant, ad hũc modum oẽs decipere tentat. Sic enim se habet malitia, semper contra uirtutem pugnat, & ei sua peccata affricare & impingere uult: id quod & hæc facit, adulescentem quasi intẽperantem criminans, & se cõtinentiæ larua induit, & dicit, propter hoc & illum uestes reliquisse, & se retinuisse illas. Et misericors deus fieri hæc permittit, ut per omnia famulum suum clariorem efficiat. Nam hæc omnia uenienti uiro cum magna malitia dixit, & adolescentem accusauit, dicens:

Daniel. 3

Intrauit ad me puer Hebræus, quem adduxisti ad nos, ut illuderet mihi.] O misera & calamitosa, nõ ipse introductus est ut illuderet tibi: sed diabolus te induxit, ut non solum adultera fieres, sed ut homicidium procurares. Et ostendit postea ad D comprobationem eorum quæ dicta erant, adolescentis uestes. Considera, obsecro, hic communis omnium dñi misericordiã: quia sicut à fratribus eripuit, uolentibus eum interficere: & effecit primum quidem ut iuxta consilium Rubin in cisternam immitteretur, & postea iterũ iuxta cõsilium Iudæ negotiatoribus uenderetur, ut somniorum euentus complerentur: & fidem facerent iusto, q̃ nõ frustra neq; temere hæc præsignata essent: Ita & nunc superna manus erat quæ barbarum detinuit, & non permisit ad cædẽ iusti festinare. Quid enim prohibuisset eum hoc facere, cum intelligeret illum attentasse uiolare suum lectum? Verum omnipotens deus tantã fecit illi exhiberi clementiam, ut coniectus in carcerem etiam illic suã declaret uirtutem, & sic ad principatũ regni ueniat.

Succensuit, inquit, dominus eius, & misit eum in custodiam, ubi uincti regis detinebant.] Nam si quidem non credebat, nõ oportebat eum in carcerem conijcere: sin credebat uerũ esse quod Aegyptia dixerat, tunc non carcere dignus erat, sed plecti capite & extremũ supplicium pati debebat. Verum quando suũ auxiliũ dextra superna ostendit, omnia leuia & facilia fiunt, & feroces mansuescunt. Tunc autem superna gratia ubertim nobis assistit, quando multam & nos attulerimus uirtutem. Nam hic, quoniã multũ certauit, propterea etiam magna præmia cõsequitur. Et post tantam fortitudinem abducitur in carcerẽ, & silenter fert omnia. Scitis enim ij qui non sunt sibi conscij culpæ, quando sicut rei condemnantur, quanta utantur sæpe fiducia & dicendi libertate, superbientes & inflati, & insurgẽtes contra eos qui insontibus crimen intentant. Verum ille non sic: sed silet, & omnia mansuetè fert, & sustinet cum magna patientia uoluntatem dñi. Vide enim quõ & in carcere principatum omnem accipiat à custode carceris. Erat enim dominus cum Ioseph, inquit, & defundebat ei suam misericordiam.] Quid est, defundebat suam misericordiã? Ad miserationem inflectebat præfectũ carceris, & mirè erga illum beneuolentiã suam declarare procurabat. Dedit enim ei gratiam coram illo.] Verè nihil beatius eo, qui dei gratiã habet. Dedit enim, inquit, præfectus carceris carcerem in manus Ioseph.] Vide quõ custos carceris aliquid honoris ei defert, & autoritatem ei permittit, & omnes qui in carcere erãt, esse iubet sub potestate eius. Et nesciebat præfectus carceris aliquid. Omnia enim erant in manu Ioseph, eo quòd dñs erat cum eo. Dominus prospere agebat in manibus eius.] Vide quomodo comitabatur eum perpetuo superna gratia, & omnia quæ faciebat erant plena gratia. Hoc igitur & nos studeamus, ut nobiscũ semper habeamus dominum: ut quę à nobis fiunt, ab illo prosperentur. Nam qui illius gratiam assequitur, & in medijs uinculis existens ridebit, ac nihili æstimabit omnia, domino omnium faciente & disponente cuncta, ut prospere succedant omnia. Quomodo autẽ poterimus nobiscum habere dominum, ita ut ab ipso secundent omnia? si sobrij nosmetipsos attendemus, & uigilãtes erimus, & imitabimur iuuenis illius continentiã, aliasq; uirtutes, ac fortem spiritum: uidebimusq; quòd sic oporteat omnia diligẽter fieri, ne forte à domino condemnemur. Neq; enim possibile est, ut occultetur aliquid ab oculo illo qui dormitare nequit. Verum necesse omnino est, ut is qui peccat, supplicijs obnoxius fiat. Itaq; ne pluris faciamus timorem hominum, quàm indignationem dei, sed memores simus semper uerborũ Ioseph dicentis:

Quomodo faciam uerbum hoc malum, & peccabo coram domino?] Igitur quando nos cogitatio perturbat, hoc in mente uersemus uerbum, & statim effugiet omnis illicita cõcupiscentia. Itaq; siue quis corporum concupiscentia capiatur, siue

alia

alia quadam, statim hoc uerbũ cogitet: quòd ille A stente, mœret. Igit quia uidit eos tristitia affectos est qui nos cõdemnet, à quo non est possibile nos occultare, etiam quæ in mente nostra uersent: & omnino effugiemus etiam diabolicas machinationes, magnoq; adiutorio superno iuuabimur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria, imperiũ & honor, nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Et nesciebat aliquid præfectus carceris propter Ioseph. Homilia LXIII

Reliquias eorum quæ heri dicta sunt, uolumus hodie reddere charitati uestræ, & iterum attingere historiam Iosephi. Scitis enim quòd hesternus sermo prolixior fuit, & nõ potuimus ulterius progredi: sed sermoni finem imposuimus, quãdo propter Ae- B gyptiæ calumniã ab archimagiro in carcerem est coniectus. Ideo hodie operæpretiũ fuerit docere uestram charitatem, quæ in carcere ei acciderint. Nam postquam in carcerem est coniectus, & traditus præfecto carceris, etiam illic tantam dei gratiam assequutus est, ut totius carceris principatus à præfecto carceris sibi cõcederet. Et nesciebat aliquid præfectus carceris propter Ioseph.] Vidisti quomodo in ipsis afflictionibus existẽs aduersitatem ne senserit quidem, sed omnipotẽs sapientia dei omnia aspera uertebat in iucũda. Et quem admodum margarita etiamsi in cœno obruatur nihilominus natiuam pulchritudinem retinet: sic & uirtus quocunq; eam proieceris, suam uim exe rit, siue in seruitute, siue in carcere, siue i afflictio C ne, siue in prosperitate. Quandoquidem igitur & in carcere illi conciliauit præfectũ carceris, & super omnes qui ibi erant potestatem concessit, uideamus & hic quomodo uim gratiæ sibi cõcessæ manifestarit. Factum est enim, inquit, post uerba hæc.] Qualia? quæ narrauit, post factam calumniam, postquam condemnatus est in carcerem: & non hoc solum, sed & postquam significatũ est nobis quòd dominus cum eo fuerit, & quòd præfectus carceris omnia quæ ibi erant cõmiserit, ut per illum administrentur. Factũ est, inquit, post uerba hæc, postquam coniectus est in carcerem, cum peccassent præfectus pincernarum & præfectus panificum, condemnati sunt à rege ut in carcerem mitterentur, quos præfectus carceris Iose- D pho cõmendauit.] Neq; enim ut uincto usus est illo, sed ut curarũ participe, imò ut eo qui ibi detentorum curas bene cõsolari queat. Et adstitit eis, inquit.] Quid est, adstitit eis? hoc est, consolatus est eorum mentes, erexit eorũ animos, & non permisit absorberi præ tristitia. Erant autem diebus multis in carcere, & uiderunt ambo insomnium in nocte una, præfectus pincernarum & præfectus panificũ. Sed beatus ille, cui curæ erat quõ consolarentur illi, ut uidit eos ob uisionem insomniorum turbari, & mente cõfundi, dicit: Cur facies uestræ hodie tã obnubilæ & mœstæ?] Ostendebant enim facies eorum intus latentem turbationem. Propterea & sapiens quidã dicebat: Corde lætante exhilaratur facies: in tristitia autẽ exi-

Prou. 15. b

Chryſ.

tom. 1 X 3 bat

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat, dicēs: Furto abductus sum ex terra Hebræo A rum. Quæ autem Aegyptia illa fecerat, non profert in medium, neq; iniustam domini sui erga se indignationem. Sed quid dicit? Hic feci nihil, & immiserunt me in carcerem hunc. Hæc audientes, discamus si in talia inciderimus, ut caueamus conuicijs illos qui nos iniecerunt incessere, & ad accusationem illorum linguam acuere: sed solum demonstremus in mansuetudine & lenitate nos innoxios: & admiremur illum admirabilem, quia neq; in calamitate existens uoluit uerbis petulantiam & libidinē Aegyptiæ inuulgare. Scitis ēm, quòd multi cum de criminibus arguūtur, magna impudentia in alios sua delicta transferre nituntᵉ. Hic aūt sole dilucidior existens, & ualens omnia cum ueritate dicere, & illius insaniā manifestā fa- B cere, & semetipsum clariorem reddere, nihil illorum in medium affert. Neq; enim humanā uenabatur gloriā, sed sufficiebat ei gloria superna, & oculum illum qui non dormitat, habere uolebat laudatorem factorū suorum. Ideo silente eo, & omnia obtegere moliente, misericors dñs in tantā eum gloriam perduxit, quādo uidit athletā suum egregie decertasse. Iā aūt discamus & ex his quæ postea sequūtur, uiri tolerantiam, & quō non gratia fert dilationem: neq; à sua alacritate excidit, sed æquo animo omnia fert, & prompte gratias agit dño suo, qui hæc fieri permittebat. His auditis, princeps panificū ratus & suum sibi somnium boni aliquid presignare, narrat ei somnij uisionem. Quod ut audijt Ioseph, accepta etiam ex C superna reuelatione eius interpretatione, prædicit illi interitum imminentem, & dicit: Adhuc tres dies, & auferet Pharao caput tuū à te, & suspendet te in ligno, & comedēt uolucres cœli carnes tuas à te.] Propter hoc prius dicebā, inquit, quòd non à meipso uobis prædico, sed quæcunq; deus reuelauerit: ut siue bonum aliquid, siue malum præsignet somniorū uisio, non mihi adscribatur. Non enim à me hæc loquor, sed illa uobis declaro quæcunq; superna gratia mihi manifestarit. Cæterum cum adessent statuti dies, opere impleta sunt quæ Ioseph dixerat: & sicut interpretatus fuerat, ita contigit utriq;. Et ille quidem ad pristinam rediit securitatem, hic autem pœnam luit.

Porrò præfectus pincernarum qui tantam con D solationem acceperat, non est recordatus Ioseph, sed oblitus est eius.] Vide iterū iustū in palæstra quadam certantem, & suæ uirtutis exhibentem specimina, non perturbari, neq; cōmoueri, neq; ægrè ferre. Nam si quis ex uulgarib. fuisset, dixisset fortasis ita intra se: Quid hoc rei? præfectus pincernarū mox ut interpretat⁹ sum ei somniorū uisionē, pristinā securitatē accepit: & non est memor eius qui sibi prædixit? & ille quidem solita se licitate fruiᵗ, ego aūt qui nihil mali operatus sum, hic concludor cum homicidis, cum furibus, cum latronibus, cum his qui innumera mala cōmiserunt. Nihil horum uel dixit, uel cogitauit: sciebat enim quòd longius ei meta promoueretur, ut legitimè certando clariori redimireᵗ corona. Consi dera enim, quomodo post restitutionē illius duo anni præterierint. Oportebat eū expectari tempus opportunū, ut maiori cū gloria inde educere tur. Nam si præfectus pincernarum ante somnia Pharaonis recordatus, autoritate sua eū liberasset, fortasis nō tam perspicua fuisset alijs eius uirtus. Nunc aūt omnipotens & sapiens deus sciens, sicut optimus artifex, quanto tempore in igne de beat aurum teneri, & iterum inde reduci: permittit ad tempus duorū annorū præfectum pincernarum illius obliuisci, ut & tempus somniorū Pharaonis ueniat, & compellente necessitate ipsa, iustus ille in toto regno Pharaonis notus fiat. Nā post duos annos uidit, inquit, somnia Pharao: & factum est mane, & turbata est anima eius. Et mi sit, & uocauit omnes coniectores Aegypti, & oēs sapientes suos, & narrauit eis Pharao somniū, & nō erat annuntiās Pharaoni.] Vide multiplicē dispensationē, prius permittit oēs qui ibi habebanᵗ sapientes tentari, ut monstrareᵗ eorū ignorantia: & tandē hic uinctus, captiuus, seruus, Hebræus in medium adductus est, & nota facit multis ignota, quò omnibus manifestetur superna gratia in illo refulgens. Cum omnes, inquit, sapientes uenissent, & neq; dicere aliquid, neq; os aperire possent: tunc princeps pincernarū recordatus est Iosephi, & recensuit Pharaoni ea quæ sibi in carcere contigerant, &, inquit: Peccatū meum reminiscor hodie.] Et narrat quomodo in carcerem con iectus sit ipse, & præfectus panificum: & uiderint somnia, & interpretationē eorū à Ioseph acceperint, & quòd iuxta illius prædictionē euenerint omia. Hæc cū audisset rex, misit ad Ioseph, & eduxit eum ex carcere: & rotonderunt eū, & mutauerunt uestimentū eius, & intrauit ad regē.] Vide statim ab initio quantus nūc honor. Postq; enim purgatus est per patientiā, sicut aurū rutilās exijt de carcere, & ductus est ad regem. Vidisti quantū sit à superna gratia adiuuari? Vide nūc quanta dispensata sunt, ut res Iosephi complerentur. Nam postq; summū illud certamen certasset, & scelestæ illius Aegyptiæ pedicas effugisset, & in carcerem eius coniectus esset, permisit ut præfectus pincernarum & præfectus panificū pharaonis per illud tempus in carcerem inijcerenᵗ, & per interpretationē somniorū discerent uiri sapientiam, ut eorū alter nunc tempestiue memor eius, in medīū proferat. Dixit aūt, inquit, Pharao ad Ioseph: Somnium uidi, & nō est qui interpreteᵗ illud: ego aūt audiui de te dicentes, quòd audierint te sua interpretatū somnia.] Vide quō confusus Pharao, nō dicit manifestè quòd nullus suorum sapientū potuerit interpretari somnia. Sed quid? Somniū uidi, & non est qui interpreteᵗ illud. Audiui aūt de te dicentes, quòd audierūt te sua somnia interpretatum. Considera, obsecro, hic magnā prudentiā & pietatē Ioseph, quomō Pharaoni respondeat.

Ne suspiceris, inquit, me aliquid à me dicturū, uel iuxta humanā sapientiā interpretaturū. Neq; enim possibile est sine reuelatione, quæ superne uenit, taliū notitiā habere. Scias igiᵗ, quòd absq; deo

deo nō indicabitur quod salutare Pharaoni.] Vt A igitur didicit, quòd omniū dominus est qui reuelat, nō ab hominibus quæritᵗ, quę solius dei est manifestare. Vide quō responso suo docet Pharaonem, quàm sint infirmi & inutiles sapientes eius, & quāta sit potentia dei. Igitur quoniā cognouisti ex me, quòd neq; ex humana sapientia, neque ex propriis rationibus hæc loquor, dic quę à deo tibi manifestata. Pharao ubi hęc audijt narrat somnia, & primum & secundum, & inquit: Dixi coniectoribus, & nō erat qui annuntiaret mihi.] Non audisti, inquit, à me, quòd non est humanę sapientiæ talia enarrare? Ne igitur illis succenseas: nunquam enim poterunt talia comprehendere, quæ sunt solius reuelationis quæ supernè datur. Et B dixit Ioseph: Insomnium pharaonis unum est: ut autem credas, quòd uerū erit quod à deo tibi præsignificatur, repetitum est secundò, ut tu uideres quòd facile hoc faciat deus. Repetitio enim, inquit, confirmatio est uisorum, & copiosior probatio, quòd omnino hæc futura sint. Et postq; interpretatus est numerum septem boū, & septem spicarum, & dixit magnā futuram abundantiā, & q; grauis sequutura fames, consequenter & optimū consilium affert, & dicit: Constitue uirū super Aegyptū, qui possit colligere fertilitatem septem annorū, ac sic dispensare, ut posimus in tempore famis solatiū inuenire, & non fiat omnimoda cōsumptio.] Placuerūt hæc Pharaoni, & omnibus seruis suis. Et nūc seruit Pharao euentui somnio C rum Ioseph, quæ uiderat quando apud patrē agebat. Et ipse quidem somnia Pharaonis interpretabatur: Pharao autē ad finem somniorū euentum ducebat ignorans. Nam ut hæc audiuit, dixit seruis suis: Non inueniemus hominē talem, qui habet spiritum dei in semetipso.] Vidisti quō cognouit & ipse, quòd ex superna reuelatiōe hæc ei manifestata fuerintᵉ Quomodo enim, inquit, inuenire poterimus, qui tantā consequutus sit gratiam, ut spiritum dei in se habeatᵉ Et dixit, inquit, ad Ioseph: Quia monstrauit tibi deus omnia hæc, non est homo prudentior quàm tu.] Attende hic, quomodo, quandocunq; uoluerit omnipotens deus opere complere quæ sibi uisa fuerint, nihil eorum quæ in medio obstare uidentur, impedire potest. Ecce enim à fratribus factus erat penè D hostia, semel atq; iterum uenalis, & accesserat calumnia in extremum periculum adducens & in carcerem diuturnum, & post hæc omnia fermè in ipsum regis thronum euectus est. Quoniam ostendit tibi deus hæc omnia, & non est homo prudentior & intelligentior te, tu eris super domum meam, & in ore tuo omnis populus obediet: ueruntamen throno ego te antecellam.] Vide quomodo captiuus repentè cōstituitur totius rex Aegypti, & qui ab archimagiro in carcerem coniectus est, à rege in summum locū exaltatus est. Et qui fuerat eius dominus, repentè uidit quem ut adulterum in carcerem miserat, totius Aegypti suscepisse imperium. Vidisti quantū sit, ferre cum gratiarū actione tentationes? Propterea & Paulus dicebat: Afflictio patientiam operatur, pa- Rom. 5.a tientia probationem, probatio spem: spes non pudefacit. Vide igitur, Afflictiones patienter tulit, patientia probatum eum fecit, probatus factus in magna spe agebat, spes non pudefecit. Dixit autem ad eum: Ecce constituo te hodie super omnem terram Aegypti. Et Pharao, ablato annulo de manu sua, posuit eum in manu Ioseph, induitq; eum uestę byssina, & circumdedit collum eius torque aureo, & fecit eum ascendere super currum secundum sibi proximum. Et promulgauit coram eo præco, & cōstituit eum super totam Aegyptum.] Nam deus quem habebat secum, ei omnia prosperauit, & eum in tantam claritudinem euexit. Dixit autem Pharao: Absq; te nul B lus leuabit manum suam in omnem terram Aegypti. Et uocauit Pharao nomen Ioseph Psomthomphanech.] appellatione nominis uolens sapientiam eius perpetua memoria testatam: hoc enim significat, occultorum cognitor: eo quòd omnibus occulta manifestauit, ꝓpterea ex his quæ facta sunt appellationem ei imponit. Et ut accumulet honorem, dat ei filiam Petephræ in uxorem. Deinde quia eiusdem nominis erat cum domino suo, dicit sacerdotis Heliopoleos. Et ut discamus, in qua ætate fuerit admirabilis ille, qui tanta assequutus est præmia, & tanta certamina obiuit, inquit: Ioseph autem erat triginta annorum, quando stetit coram Pharaone.] Ne temerè putemus assignatū esse numerum annorū, sed discamus quòd negligenti uirtutem nulla sit excusatio: neq; enim licet alicui excusare iuuentutē, ubi uirtus exercenda est. Ecce ille non solum iuuenis erat, sed etiam pulcher specie, & formosus facie. Contingit enim iuuenem esse, & nulla corporis pulchritudine præditum. Hic aūt cum iuuentute & pulcher erat facie, & quasi in ipso iuuentutis flore seruus & captiuus factus est: Decē enim & septē habebat annos, quando deductus est in Aegyptū. Deinde in ipsa fornace iuuentutis calumniata est eum petulans Aegyptia domina eius, & neq; sic superaᵗ fortitudo iustiᵗ: deniq; in carcere tanto tēpore erumnosus fuit, & mansit quasi adamas, non solum non factus infirmior, sed & plus roboris assumens. Habuit enim confirmantem se C supernam gratiam, quoniā prius quod suū erat totum attulerat, & propterea è carcere ad principatum totius Aegypti accersitus est. Hæc audientes, in afflictionibus animū nunquā despondeamus: neq; proprias rationes sequentes morosi simus & difficiles: sed cum magna patientia spe bona foueamur, scientes omnipotentiā dñi nostri: & quòd sinens nos experiri aspera, nō deserit, sed uult ut certantes clariori corona cingamur. Ita omnes sancti probati sunt. Propterea & Apostoli Act. 14.d dicebant, Per multas afflictiones oportet nos in regnum dei intrare. Et ipse Christus dicebat discipulis suis: In mundo afflictionem habebitis. Ioan. 3. 16.g Ne igitur mœreamus in afflictionibus, sed audiamus Paulum dicentem, quòd uolentes piè ui- 2. Tim. 3.c uere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ne admiremur, neq; ægrè feramus, sed omnia cum fortitudine & patientia toleremus: nõ ad afflictiones respiciẽtes, sed ad lucrũ quod inde congregamus. Spiritualis enim quædam negotiatio est. Et sicut qui pecunias colligere uolũt, & huius seculi negotiationem exercent, nõ aliter possunt augere suas opes, nisi multa pericula terra mariq; sustinuerint. Necesse est enim ut ferant latronum & piratarũ insidias. Attamen omnia magna alacritate suscipiunt, & ob expectationem lucri uix sentiunt amara quæ ferunt. Eodem modo & nos cogitantes diuitias & spirituales merces, quas nobis hinc colligere licet, oportet gaudere & exultare, & non contemplari quæ uidentur, sed quæ non uidentur, sicut & Paulus admonet, dicens: Non considerantibus nobis ea quæ uidentur. Fidei enim est, nõ corporalibus oculis cõtentos esse, sed oculis mentis imaginari ea quæ non uidentur. Nam illa fide digniora credenda sunt, q̃ ea quæ corporalibus oculis uidentur. Sic Patriarcha gratus fuit deo, quia credidit promissioni eius, superior & natura & humanis rationibus, ideoq; reputatum est ei in iustitiam. Considera, quòd iustitia est credere his quæ à deo dicuntur. Quando enim ille aliquid promiserit, non mihi iuxta humanam consequentiam res expende, sed superior rationib. illis fias, & cõfide eius qui promisit uirtuti. Ita unusquisq; iustorum probatus fuit: ita & admirabilis ille Ioseph, cũ tãta post insomnia fuerint impedimẽta, non turbatus est animo, non cõmotus est, sed robusta mente fortiter tulit omnia, sciens quòd non sit possibile ea quæ deo usa sunt nõ euenire. Ideo & post seruitutem, & post carcerem & tantã calumniam principatum suscepit Aegypti. Hæc igit omnia cogitantes, fortiter suscipiamus ea quæ inferuntur, gratiasq; agamus p omnibus misericordi deo, & eius expectemus opitulationẽ. Quod nobis omnibus cõcedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Exiuit autem Ioseph à facie Pharaonis, & peragrauit omnem terram Aegypti: & fecit terra annis septem fertilitatis manipulos, & congregauit frumentum sicut arenam maris.

Homilia LXIIII

VLTIS ut & hodie historiã Ioseph tractemus, & uideamus quomõ uir ille, suscepto totius Aegypti principatu, concessa sibi intelligentia oẽs consolatus fuerit? Exiuit enim, inquit, à facie Pharaonis, & transiuit per omnẽ terram Aegypti, & fecit terra annis septem fertilitatis manipulos, & congregauit frumentum sicut arenam maris.] Suscepta prius à rege potestate omni, collegit, inquit, prouentus, & in ciuitatibus reposuit, prouidens iam multo antea, quo futuræ penuriæ succurri possit. Vidisti quales retributiones fortitudinis & patientiæ, & aliarũ uirtutum etiam hic acceperit iustus à uinculis transiens? Nati sunt aũt illi duo filij, inquit, priusquam aduenirent anni penuriæ: & uocauit nomen prioris Manasse: quoniam obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum, & omniũ patris mei.] Attende hic uiri religionem & pietatem: quomodo uocabulo filij memoriam omniũ inseruit, ut perpetuò gratias ageret, & qui ex se natus erat, propter suam appellationẽ scire posset certamina & patientiã, quæ iustus perferens in tantã peruenerit gloriã. Obliuisci me fecit omniũ laborũ meorũ & omniũ quæ tulit pater meus. Quid est, omniũ laborum meorum & patris mei? Hic subindicare mihi uidetur primã & secundã seruitutem, & miseriã quam in carcere tulit. Et omniũ quæ tulit pater meus: segregationẽ significat, quam sustinuit abreptus ab ulnis paternis, quando in immatura ætate, tam liberaliter educatus, libertatem seruitute cõmutauit. Et nomen secundi uocauit Ephraim, quasi crescere fecit me deus in terra humilitatis meæ.] Vide & huius nomen gratiarũ actione plenũ. Non solum em̃, inquit, aduersitatis oblitus sum, sed & magnificatus sum in terra in qua tantam sustinui humilitatem, utpote in extremis periculis etiã de uita anxius. Verum nunc dignũ est audire quæ sequuntur. Nam post sertilitatem septem annorum, uenerunt & septem anni penuriæ & famis, iuxta prædictionem Ioseph. Rerum enim euentus omnibus concessam uiro sapientiã detegebat, faciebatq; ut omnes eius uidendi desiderio tenerẽtur. Et cum fames ualida facta esset, primum eos penuriam sentire non permisit. In omni enim terra Aegyptiorũ erãt panes. Sed cum molestia famis increuisceret, clamauit populus ad Pharaonem, magna pressus indigẽtia: à fame enim coacti, ad regem cucurrerunt. Porrò uide huius benevolentiam. Dixit autem Aegyptijs: Ite ad Ioseph, & quicquid dixerit uobis, facite.] quasi diceret: Quid me urgetis, non uidetis quòd ego tantum regis habitum gesto, ille uobis salutis autor factus sit? ne igitur illo relicto ad me curratis, sed abite ad illum, & quæcunq; dixerit uobis, facite. Aperuit autem Ioseph horrea, & uendidit Aegyptijs. Et quoniã omnes despascebatur famis necessitas: Omnes, inquit, prouinciæ ueniebãt in Aegyptũ, ut emerent frumentũ: inualuerat em̃, inquit, fames super omnem terrã.] Vide obsecro, qualem euentum accipiant somnia Ioseph. Nam ubi fames inualuit, uenit etiam in terram Chanaan, in qua habitabat Iacob huius pater: qui postquam intellexit ibi frumentum uenundari, dixit, inquit, pueris suis: Quare negligitis? Ecce audiui quòd frumentum sit in Aegypto. Descendite, ut cõparetis nobis pauca cibaria, ut uiuamus, & non moriamur.] Quid, inquit, hic sedetis? abite in Aegyptum, & alimenta nobis afferte. Hæc autem omnia facta sunt, ut uisioni seruirent fratres Ioseph: & interpretationẽ somnij, quam coniectabant cum audirent Ioseph somnium narrantem, implerent. Descenderunt autem decem fratres, & Beniamin non assumpserunt, qui erat frater Ioseph ex eadem matre. Dicebat enim pater eius, ne forte accidat ei aliquid mali: parcẽs ei, eo quòd

quòd ætate immatura erat. Venerunt autẽ, & Ioseph sicut principem Aegypti adorauerunt super faciem suã in terra.] Et nunc ignorantes quidem, omnia faciunt. nam quia multum temporis intercesserat, faciem fratris non agnouerũt. Verisimile enim est, iuuenem olim, nũc immutatũ faciei suæ effigie. Idq; totum opinor diuinæ dispensationis fuisse, ita ut non potuerint uel ex sermone, uel ex aspectu fratrem agnoscere. Vnde enim unquã in hanc opinionem uenissent? Etenim putabant eũ apud Ismaelitas factum seruũ, seruireq; apud Barbaros, unde non agnouerũt Ioseph. Ipse uero statim ut uidit, agnouit eos: & ut ignorareẽ studuit, eisq; quasi alienis locutus est. Quasi alienis, inquit, locutus est dura, & dixit: Vnde uenistis?] Si mulat omnimodam ignorantiã, ut omnia diligenter ab eis discere queat. Desiderabat enim scire de rebus patris & fratris. Et primũ quærit ex qua regione sint, & dicunt: Ex Chanaan, ut emamus frumenta.] Famis, inquit, necessitas in causa est, quare id itineris consecimus, & propterea relictis propr̃jis huc uenimus. Et recordatus est, inquit, Ioseph somniorũ, quæ ipse uiderat.] In mentẽ uenerunt ei somnia, & quia uidebat euentũ, uolens diligenter omnia discere, magna cum austeritate eis respondet, & dicit. Exploratores estis, & ad considerandа uestigia terr̃e uenistis.] Non recta, inquit, mẽte aduenistis. Videmini arte & malignitate quadã huc profecti. Illi aũt anxij dixerũt: non domine. Et id quod discere studebat Ioseph, hoc à semetipsis docent, & dicũt: Serui tui uenimus, ut emamus frumẽta. Omnes filij sumus unius uiri, pacifici sumus, nõ sunt serui tui exploratores.] Adhuc pro seipsis satisfaciebãt, & timore attoniti mente, nondum quæ ad Ioseph pertinebant, dixerant, ideo perseuerãs dicebat: Nõ, sed uenistis ut uestigia terr̃e exploretis. Superuacue, inquit, hæc mihi dicitis: etenim hoc habitus aduentus uestri declarat, quòd malitia quadã exciti huc uenistis. Illi autem necessitate coacti, & uolentes eũ ad misericordiam flectere, dicunt: Duodecim sumus fratres, serui tui.] O uerborum deceptionem, etiã eum quem negotiatoribus uendiderant, in numero suo recensent. Et nõ dicũt, duodecim fuimus, sed duodecim sumus fratres, & ecce iunior cũ patre nostro. Hoc erat quod scire cupiebat, num & fratrem similiter afflixissent. Et ecce iunior cũ patre nostro, alter autem non superest. Nec dicunt rem manifeste, sed tantum, nõ superest. Ex hoc in suspicionẽ uenit, ne forte & Beniamin simili modo affecissent. Hoc est, inquit, quod dixi uobis, quòd exploratores sitis. Nequaquã hinc mihi exibitis, quousq; frater uester iunior uenerit huc, illũ uidere uolo.] Cupio uidere eum, qui ex eodẽ utero natus est: suspicor em̃ ex his quæ aduersus me egistis, mentem uestram fraterno odio laborare. Si igitur uultis, mittite unum ex uobis, & adducat eum, uos autem manete in carcere, donec ille uenerit. Ille enim cum aduenerit, docebit num uera sint quæ dicitis, & liberabit uos ab omni suspicione. Nam si hoc non fuerit, manifestum est quòd exploratores sitis, & propterea huc uenerit is. Posuit autem eos in carcere. Vide quomodo ipsorum probat animum, & per ea quæ illis facit, suam erga fratres declarat beneuolentiam. Post tres autem dies uocatis illis, dixit: Hoc facite, & uiuetis, deum enim ego timeo. Si pacifici estis, unus frater ex uobis detineat hic in carcere, uos autem proficiscimini, & auehite mercimoniũ frugum quantis indigetis, & fratrem uestrum iuniorem ducite ad me, & credibilia erũt uerba uestra: quòd si minus, moriemini.] Considera sagacitatem. Volens suam erga illos beneuolentiam declarare, & patris penuriam consolari, deq; fratre ueritatem discere, uno retento alios abire iussit. Sed uide nunc, quomodo conscientia eorum, incorruptus ille iudex, aduersus eos insurgit, & nullo arguente, uel in medium quippiam afferente, ipsi sui ipsorum accusatores fiunt. Dixit enim, inquit, unusquisq; ad fratrem suũ, Merito. In peccatis enim sumus propter fratrem nostrum: quia despeximus afflictionem animæ eius, quãdo deprecabat nos, & non exaudiuimus eum, propter hoc uenit super nos omnis afflictio hæc.] Ita em̃ se habet peccatũ, quãdo consummatũ est, & opere perfectum, tũc suæ absurditatis ostendit excellentiã. Et sicut ebrius, quando multũ uini ingurgitat, nullum sentit à uino damnũ, postea aũt sentit quantũ sit damnum: ita & peccatũ, donec consummetur, obtenebrat mentẽ, & quasi densa nubes, ita mentem corrumpit: deinde cõscientia insurgit, & quouis accusatore mentẽ grauius arrodit, monstrans absurditatem facti. Enimuero & hic uidere licet, quòd illa nunc in mentem ueniũt quæ fecerũt. Et cum de summa salutis periculum immineret, tum demũ confitentur quæ fecerant, & dicunt, Merito: In peccatis enim sumus propter fratrem nostrum, quoniã despeximus afflictionẽ animæ eius. Non fortuito, neq; sine causa hæc sustinemus, sed iustè & ualde iustè pœnas luimus inhumanitatis & crudelitatis, qua erga fratrem nostrum usi fuimus, quoniã despeximus afflictionẽ animæ eius. Quoniã, inquit, absq; cõpassione fuimus, & multã exercuimus crudelitatẽ: propterea nunc nobis eadem euenit, & propter hoc uenit afflictio hæc super nos. Et hæc quidem illi inter se disserebant, putantes nihil horũ audiuisse Ioseph. Nam quasi ignorans & nescius eorũ linguam, per interpretem loquebatur eis, qui ea quæ illi loquebantur sibi interpretaretur, & ea quæ ille eis. Audiens autẽ hæc Rubin, dixit eis: Nonne locutus sum uobis, dicens: Ne iniuria afficiatis puerum, & nõ exaudistis me? & ecce sanguis eius exquiritur.] Nonne tunc, inquit, consulebã? nonne obsecrabam, ne quod peccatum in eum admitteretis? nam quantum ad propositum uestrum, occidistis: licet enim non per gulam gladium adegeritis, barbaris tamen uiris eum uendidistis, & difficiliorẽ ei seruitutẽ excogitastis. Cogita quantũ sit à conscientia sua accusari, habereq; hũc accusatorem perpetuo urgentẽ, clamantẽ & scelus commemorantem. Et hæc audijt quidẽ Ioseph, ipsi autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem nescíuerunt, eo quòd interprete utebatur: A sed non ultra ferre potuit, natura fraterna & compassione eum arguente. Et auersus, inquit, ab eis fleuit, ut non fieret eis manifestus. Et iterũ accessit ad eos, & loquutus est eis. Et accepit Symeonem, & uinxit eum coram eis.] Vide quõ omnia faciat, ut incutiat eis terrorem, uidẽtibus uincula Symeonis: ut certior redderet, an cum fratre aliquam compassionem haberẽt. Omnia enim hæc facit probans eorũ mentem, & scire uolens num & contra Beniamín tales fuerint: propterea & Symeonem coram eis uinciri iubet, ut diligẽter eos probet, ut sciret num quam dilectionẽ erga illum haberent. Nam seueritas in illũ faciebat, ut citius Beniamín adducerent, & aliquando aduentu fratris liberaret. Et mandauit, inquit, ut sacci eorũ B implerẽt frumento, & reponeret pecunia uniuscuiusq; in saccum suum, & daretur eis uiaticũ in itinere: & ascensis asinis suis, abierũt.] Vide quanta liberalitate utatur, dum etiã inuitis benefacit, non frumentum solum dans, sed etiam pecuniã.

Cum autem unus ex eis aperuisset saccum suũ, ut daret pabulum asinis, uidit pecuniam, & dixit fratribus suis. Quapropter attonitũ est cor eorũ, & turbati sunt, mutuũ dicentes: Cur hoc fecit nobis deus?] Iterũ magis anxij facti sunt, suspicantes ne & hoc augmentum eis esset criminum, & à conscientia accusati omnia tribuebãt peccato qd̃ in Ioseph cõmiserant. Cum uenissent autẽ ad patrem, narrauerunt ei omnia diligenter: & indignationem principis Aegypti, quam experti sunt: & C quòd posuerit eos in custodia, quasi speculatores.

Diximus autẽ ei, quòd pacifici simus, & quòd duodecim simus fratres, & quòd unus nõ supersit, minimus autem sit cum patre nostro. Dixit autem nobis: In hoc declarabitis quòd pacifici sitis, si fratre uno hic relicto, adducetis fratrem uestrũ minorem: ut sciam quòd non sitis exploratores.] Hæc iterum exasperauerunt iusti mœstitiã. Post narrationem autẽ hanc tristem, cum euacuassent omnes saccos suos, inuenit unusquisq; pecuniam suam, & timuerunt ipse & fratres. Et uide, oro, iterum hic senem plorantem. Et quidnam dicit eis?

Absq; liberis me esse fecistis, Ioseph non superest, Symeon non comparet, & hũc Beniamín auferetis. In me reciderunt hæc omnia.] Non suffi- D cit mihi, inquit, luctus Ioseph, sed adiecistis ei & Symeonem: & neq; hic dolorum meorũ finis est, sed & Beniamín accipere uultis. In me reciderũt hæc omnia. Sufficiunt hæc uerba, ut appareat q̃ disrupta fuerint patris uiscera: quemadmodum enim illi omnis spes de Ioseph adempta erat, quem putabat à bestijs deuoratum: ita neq; de Symeone quicquam læti sibi pollicebat, & insuper nunc idem de Beniamín formidat. Veruntamen reluctabatur adhuc, & non dabat puerũ. Dixit autem ei Rubin primogenitus eius: Duos filios meos occide, si non reducam eum ad te. Da eum in manum meam, & ego reducam eum ad te.] Mihi inquit, eum crede, mihi trade, ego tibi eum reducam. Hoc autem faciebat Rubin, cogitans quòd alioqui non esset possibile eos descendere, & ad Aegyptum redire, & quæ ad alimenta pertinebant emere. Et non cedit pater, sed dicit: nequaquam descendet filius meus uobiscum.] Deinde & causam dicit, quasi rationem reddens pueris.

Quia frater suus mortuus est, & ipse solus remansit. Et continget, quòd adolescens fortè peribit in itinere, & deducetis senectã meam cum tristitia ad inferos.] Timeo, inquit, ætati adulescentis: & suspicor ne etiam hac cõsolatione priuatus, cum dolore uitam finiam. Quandiu enim ille mecum est, uideor mihi habere aliquam consolationem, & huius consuetudo minuit mihi dolorem quem ex fratre eius concepi. Et amor quidẽ erga Beniamín, non sinebat patrem ut illum à se mandaret. Violentior autem fuit fames, & deficiebant eis cibi. Et dicit eis pater: Abite iterum, affer Cap. XLIII te nobis pauca edulia. Dixit autem ei Iudas: Iureiurando attestatus est nobis homo, dicens: Non uidebitis faciem meã, nisi frater uester iunior uobiscũ fuerit: itaq; si mittis nobiscũ fratrem nostrũ iuniorẽ, descendemus & ememus frumẽta: sin minus, non ibimus. Nam homo dixit nobis: Non uidebitis faciem meã, nisi frater uester iunior fuerit uobiscum.] Ne putes, inquit, sine fratre nos posse descendere illuc. Si enim uis nos descendere, & omnino periculis inuolui, uiam nostram abimus: scias autẽ quòd protestatus est ille, quòd nõ uisuri simus faciem eius, nisi frater iunior nobiscũ aduenerít. Angustiæ undiq; erant Iacob, ideo plorans dicit ad eos: In meã hoc feci stis miseriam, quòd annuntiastis uiro quòd sit uobis frater.] Cur me afflixistis? quare mihi horum malorum autores facti estis? Nam si hoc non significassetis, nequaquam Symeone priuatus essem, nec illum à uobis requisiuisset. Illi autẽ dixerunt: Interrogauit nos homo, num adhuc pater noster uiuat, & num sit nobis frater, & annũtiauimus ei. Nesciebamus quòd dicturus esset nobis, adducite fratrem uestrum.] Ne putes, inquit, sponte nos confessos esse uiro, ut se habeãt res nostræ. Quoniam enim quasi exploratores nos uinxit, interrogauit autem diligenter de rebus nostris, ut uerè omnia testaremur talia diximus. Dixit autem Iudas ad patrem suum: Mitte puerum mecum, & surgentes ibimus, ut uiuamus & non moriamur.] Meæ, inquit, fidei illum credito, ut accingamus nos itineri. Consumptis enim cibis, nulla nobis salutis spes erit, neq; aliunde consuli nobis poterit: Ego accipio eum à te, nisi reduxero eum & statuero coram te, obnoxius ero omnibus diebus. Nisi enim tamdiu morati fuissemus, iam secundò reuertissemus. Compassio quam exhibemus puero, nobis omnibus erit causa interitus. Fame enim peribimus, nisi eum nobiscum mittas. Vide nũc hic dilecte, quõ famis necessitas patris amorem uicerit. Videns autẽ quòd non aliunde famis consolationem habere posset, & fames indies magis & magis increscer et: Si ita est, inquit, & oportet hoc omnino fieri, & non potestis descendere, nisi hũc acceperitis: debetis & dona afferre uiro, & referre pecuniam

pecuniam quam in saccis uestris inuenistis. Accipite autem & pecuniam aliam, ut emere possitis frumenta, & fratrem uestrum accipite. Surgite igitur, & descendite ad hominem. Deus aũt meus det uobis gratiã coram homine, & mittat fratrem uestrum unũ, & Beniamín. Ego autẽ quasi absq; liberis orbus ero.] Vide quomodo eximiã suam dilectionẽ declarat quã erga Ioseph habuit, ut ne quis existimet de Symeone uel de Beniamín hoc esse dictum. Ego enim, inquit, quasi filijs orber. Deus autẽ meus det uobis gratiam, & mittat fratrem uestrum illum unum, & Beniamín. Nam licet illi, inquit, salui fuerint, ego quasi liberis caream, orbus sum. Cogita hic, quomodo totus amori Ioseph deditus sit. Videns enim tantũ chorum liberorum se circumstantem, absq; filijs se esse pu B tauit, quia illo priuatus erat. Acceperũt autem uiri dona, & pecuniam duplicem, & Beniamín, & descenderunt in Aegyptum, & steterũt coram Ioseph. Vidit autem Ioseph & Beniamín fratrem suum, quem desiderabat.] Vidit tam optatum. Vidit satis factum suo desiderio. Et dixit præfecto domui suæ: Introduc homines in domum, & occide uictimas: mecum enim comedent uiri. Vt uiderunt autem quòd introducti sunt in domum Ioseph, dixerunt: Propter pecuniam, quæ redijt in saccos nostros, introducimur, ut calumniã nobis intentet, & accipiat nos in seruos, & asinos nostros.] Ioseph quidem suam erga illos benignitatem declarans, omnia disponebat. Illi autẽ anxij fuerunt, suspicãtes ne pecuniarum gratia pœnas C luant, quòd etiã in hoc male fecerint. Et propterea cum accessissent, causam tristitiæ proferũt præfecto domus, & narrant quomodo pecuniam in saccis inuenerint, & dicũt: Propterea duplicem nunc attulimus pecuniã nobiscum, ut & priorem restituamus, & nunc denuò emamus frumenta.] Vide quomodo calamitates mansuefecerũt mentem eorum, & fecerunt eos mitiores. Dixit autem eis: Propitius uobis est deus. Nõ timete, deus uester, & deus patrum uestrorum, dedit uobis thesauros in saccis uestris, pecuniam uestram bene probatã habeo.] Ne timeatis, inquit, neq; huius gratia anxij sitis. Nullum uobis inde crimen imminet, pecuniam enim plenè accepimus. A deo putate hoc esse factum, & thesauros uobis in mar D supijs uestris esse monstratos. Et cum hæc dixisset, eduxit Symeonem, & attulit aquam, ut lauarentur pedes eorũ, & pabula dedit asinis eorũ.] Vide quomodo preces patris omnia eis prospera fecerunt: & sicut ille eis apprecatus est, cum dixit, Deus patris mei gratiam uobis det, ita omnia facta sunt: & præfectus domus etiam ante aduentum Ioseph omnem eis benignitatem exhibuit.

Parauerunt autem dona Ioseph, & obtulerunt ei cum ingressus esset, & adorauerunt super terrã. Et iterum interrogauit eos, num bene habet pater uester senior, quem dixistis uiuere? At illi dixerunt: Sanus est pater noster. Et dixit: Benedictus homo ille deo, & curuati adorauerunt. Vidit autem fratrem suum uterinũ, & dixit: Hic est frater uester iunior, de quo dixeratis mihi ut ducerem A tis ad me? & dixit: Deus misereatur tui fili.] Considera quantam fortitudinem præ se ferat, & adhuc ignorantiam simulet, ut possit tenere mentem eorũ, qualiter se postea sint habituri, & quomodo sint affecti erga Beniamín. Sed quia uincebatur à natura sua, & conturbabant uiscera eius, quærebat ut fleret. Ingressus autem in cubiculum, fleuit illic: & abluta facie exiuit. Deinde suã demonstrat benignitatem, & dicit: Apponite panes. Et apposuerunt ei soli, utpote tanquam regi, & principibus Aegypti, & illis qui cum illo erãt, & Aegyptijs qui simul cœnabant cum eo seorsum. Non enim fas est Aegyptijs comedere cum Hebræis: abominatio enim sunt Aegyptijs. Sede B runt autem coram eo: qui primum, secundum senium suum, & iunior secundum iuuentutem suam.] Hoc illos in stuporem adduxit, & ualde dubio animo fuerunt, unde nam ei cognitio tam uariæ illorum ætatis. Et cum daret omnibus partes, Beniamín septemplices dat. Et neq; sic sentiunt quæ fiebant, sed putabant fortuito quodam euentu ab eo fieri, & quòd adolescentiori & inferiorem mensæ partem tenenti daret. Absoluto autem conuiuio uocauit Ioseph eum qui domui suæ Cap. XLIII præerat, & mandauit ei, dicens: Imple saccos hominum frumentis quanta ferre poterunt, & pecuniam pone in saccos singulorum, & scyphum argenteum mitte in saccum iunioris.] Vide iterum qualem artẽ excogitet, ut diligẽtissime mentem fratrũ exploret, quam erga fratrem suũ Beniamín habeant. Et his factis, dimisit eos. Et cum iam arripuissent iter, dixit præfecto domus suæ. Surge, persequere eos, & dices: Quare retribuistis mala pro bonis? Quare furati estis scyphũ argenteũ? Nónne hic est è quo bibit dominus meus? quin & auguratur in eo. Pessimum facinus fecistis.] Postq; igitur inuenit eos, dicit eis: Quare benefactori mala rependitis? quare malitiã uestrã eousq; extendistis, ut ad eũ quoq; pertingeret qui erga uos tantã declarauit benignitatẽ? Quare nõ reueriti estis uiri erga uos beneuolentiã? Quę tanta malitia? quæ insania? Nescitis q̃ hoc sit uas, in quo auguratur? Malum est hoc opus uestrũ, pernicioſum propositũ, incondonabilis conatus, magna audacia, & omnem transcendens malitiam.

Illi autem dixerunt: Quare loquitur dominus iuxta uerba hæc?] Quare, inquit, obijcis nobis hoc crimen, à quo omnino sumus immunes? Absit, ut serui tui uerbum hoc faciant, ut tale quid unquam attentemus. Nam qui pecuniam duplicem attulimus, quo pacto furaremur argentum uel aurum? Quòd si hoc putas, apud quem inuentum fuerit uas quod inquiris, ille quidem moriatur, ut qui tale fecerit opus, nos autem serui erimus.] Conscientiæ bonæ fiducia faciebat eos tam fideníer loqui. Ille autem dixit: Et nunc sicut dixistis erit. Apud quem inuentus fuerit scyphus, hic solus meus seruus erit, uos autem dimittemini. Et cum hæc dixissent, permiserunt ei ut scrutaretur: & scrutatus initio à seniore facto, donec

ueniat

Universidad de Deusto
Biblioteca

ueniat ad Beniamin, & illius aperto sacco, inue- A
nit scyphum.] Hoc confudit eorũ mentem. Et
sciderunt, inquit, uestimenta sua, & imposuerunt
iumentis iterum saccos, & reuersi sunt in ciuita-
tem. Et ingressus Iudas, & fratres sui ad Ioseph, ce
ciderunt coram eo super terram.] Vides quoties
adorationẽ faciunt. Dixit aũt eis Ioseph: Quare
hoc fecistis? Nesciebatis quòd augurando in hoc
auguror? Dixit autẽ, inquit, Iudas: Quid contra-
dicemus, uel quid loquemur domino, uel iuste ob
tendemus? Deus inuenit iniustitiam seruorũ tuo-
rum.] Iterum recordantur eorum, quæ olim con
tra illum fecerunt. Ecce simus serui domino no
stro & nos, & ille apud quẽ inuẽtus est scyphus.]
Iam magnam declarant beneuolentiã, & seipsos
cum fratre in seruitutem subijciũt. Dixit autem B
Ioseph: Absit ut hoc faciam. Homo apud quem
inuentus est scyphus, ille erit meus seruus: uos au
tem ascendite cum salute ad patrem uestrum.]
Vide, quod timebat pater, hoc eis contigit: & in
tam magnã deuenerunt perturbationem, ut quid
faciendum nescirent. Accedens autem propius
Iudas, dixit:] quia ipse erat ille qui à patre eum
acceperat, & dixerat: Nisi reduxero eum ad te,
ero tibi obnoxius omnibus diebus. Idcirco & pro
pior factus diligenter narrat ei omnia, ut in com-
miserationem eo adducto, liberari faceret puerũ.

Accedens autem propius Iudas, dixit: Oro do
mine, loquatur seruus tuus.] Attende, quomodo
per omnia ut domino seruus loquitur, & in me-
moria habe somnia manipulorum, propter quæ C
maiorem erga eum inuidiam acuerant, & obstu-
pesce omnipotentem dei sapientiam, quomodo
tãtis obstaculis in medio positis, omnia opere sunt
impleta. Loquatur, inquit, seruus tuus corã te.
Domine tu interrogasti seruos tuos, dicens: Ha-
betis ne fratrem uel patrem, & diximus: Est no-
bis pater senex, puerum senectutis iuuenem ha-
bet, & frater eius mortuus est.] Cogita hic quo-
modo se habuerit Ioseph hæc audiens. Ille solus
relictus est patri suo, pater autem eum diligit.]
Quare autem & hic mentitur, sic dicens: Frater
eius mortuus est: quamuis eũ negotiatoribus uen
diderant? Verum sic patri persuaserant, quasi oc-
cisus esset, & à bestijs deuoratus. Aliter etiã: Quia
putauerunt eum non potuisse ferre barbarorum D
seruitutem, & iam esse mortuũ, idcirco dicit: Fra-
ter eius mortuus est. Dixisti autem seruis tuis:
Deducite eum ad me, & diligenter considerabo
eum. Et dixisti: Nisi descendat frater uester uobi-
scum, non apponatis ut uideatis faciem meã. Fa-
ctum est autem, quando ascendimus ad seruum
tuum patrem nostrum, annuntiauimus ei uerba
domini. Dixit autem pater noster nobis: Ite iterũ,
emite nobis pauca cibaria. Nos autẽ diximus ei:
Non poterimus descendere, nisi frater noster de-
scendat nobiscum. Dixit autem seruus tuus pater
noster: Vos scitis, quòd duos peperit mihi uxor,
& egressus est unus à me: & dixistis, quòd à bestia
sit deuoratus.] Considera, quomodo per excusa-
tionem Iudæ, Ioseph omnia diligenter didicerit,

quæ post suam uenditionem egerint domi, & qua
lia patri de se narrauerint. Nunc igitur, inquit,
si & hũc tuleritis, & acciderit ei aduersitas aliqua
in uia, deducetis senectutem meam cum mœrore
ad inferos. Ita ergo patre nostro erga filium affe-
cto, quomodo poterimus faciem eius uidere, pue
ro non existente nobiscum? Pendet enim anima
eius ex huius anima, & deducent serui tui senec-
tutem patris nostri serui tui cum mœrore ad in-
fernum. Ego seruus tuus accepi puerum à patre
suo, dicens: Nisi ipsum ad te reduxero, obnoxius
ero omnibus diebus. Has promissiones feci pa-
tri, ut puerum possim adducere, & implere quæ
tibi uidebantur, monstrareq; quàm uerè dixeri-
mus, & nullum mendaciũ à nobis sit prolatum.
Nunc igitur manebo seruus pro puero, famulus
domini, puer autẽ ascendat cum fratribus. Quo-
modo enim ascendemus ad patrem, cum non sit
nobiscum puer? ut ne uideam mala, quæ inueni-
ent patrem meum.] Confuderũt hæc Iosephum,
& satis ei demonstrarunt quòd & patrem digne
colerent, & fratrem multum amarent. Et non Cap. XLV
ultra potuit ferre, neq; continere, sed repulsis o-
mnibus circumstantibus se, solus inter eos reli-
ctus, emissa uoce cum fletu, notũ se fecit fratribus.
Et hoc innotuit in toto regno, & in domo Pharaonis. Et dicit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Viuit ne adhuc pater meus?] Admirari hic & beati
huius constantiam tantã, & quòd sustinuerit huc-
usq; simulationem, & quòd conditionẽ suam nõ
declarauerit: & illos plurimum obstupescere sole
mus, quomodo potuerint stare, uel os aperire po-
stea, quomodo non auolarit ab eis anima, quomo
do non obstupuerit tota eorum mens, quomodo
non ceciderint in terram. Et non potuerunt, in-
quit, fratres eius respondere ei: turbati eñ erãt.]
Meritò, cogitantes quomodo eum affecerant, &
qualis ipse erga se fuerat. Et cogitãtes gloriam in
qua cõstitutus erat, de sua salute (ut ita dicã) anxij
erant; ppterea uolẽs eos animare. Accedite, in-
quit, ad me: ne elongetis uos.] Ne cogitetis quòd
proprio consilio hæc contra me egeritis. Non est
tanta uestra iniquitas contra me, quanta est diui-
næ sapientiæ ineffabilis misericordia: ut huc ad-
ueniens, nunc temporis, & uobis & huic regioni
possim suppeditare alimenta. Et dixit: Ego sum
Ioseph, quem uendidistis in Aegyptum. Nũc igi-
tur, ne sitis tristes.] Ne uos, inquit, hoc cõturbet,
ne asperum uobis uideatur quod factum est. Dei
enim dispensatione contigerunt hæc. Deus enim
me misit in uiam ante uos. Nam hic secundus an
nus famis super terram, & adhuc restant quinq;
anni, in quibus non erit aratio, neq; messis. Mi-
sit enim me deus ante uos, ut relinqueretur uobis
portio super terram. Nunc igitur non uos me mi
sistis huc, sed deus.] Vide quomõ ipsemet & ite-
rum & tertio consolatur illos, iubens ne sibijpsis
asscribant causam sui ingressus in Aegyptum, sed
deum hoc fecisse sciant, & ita se in hanc uenisse
gloriã. Deus, inquit, misit me, & fecit me quasi
patrẽ Pharaonis, & dominũ totius domus illius,
& principem

& principem totius Aegypti.] Illa, inquit, serui- A
tus principatum mihi conciliauit, illa uenditio in
hanc me gloriã euexit, illa afflictio huius mihi ho
noris occasio fuit, illa inuidia hanc mihi claritudi
nem peperit. Hæc nos non solum audiamus, sed
& imitemur: & ita solemur eos qui nos afflixere,
non imputãtes eis quæ in nos admiserunt, & om
nia magna ferentes beneuolentia: sicut ille admi-
randus. Igitur, inquit, ut credatis, quòd nõ uobis
asscribam, quæ contra me à uobis facta, sed quòd
liberem uos criminibus: deo aũt totum tribuam,
qui illa ita dispensauit, ut præsentẽ gloriam sic ac
quirerem: Ideo festinate, ascendite ad patrem
meũ, & dicite ei: Hæc dicit filius tuus Ioseph: Fe-
cit me deus dominũ totius terræ Aegypti, descen
de ad me, & ne differas, & habitabis in terra Ges- B
sen, & eris apud me tu & filij tui, & oues & bo-
ues, & quæcunq; habes, & alam te. Adhuc enim
quinq; annis fames, ut non delearis tu & filij tui.
Ecce oculi uestri uidẽt, & oculi Beniamin fratris
uestri, quòd ore meo uobis loquor: Annũtiate pa
tri meo omnẽ gloriam meã, quæ est in Aegypto,
& quęcunq; uidistis, & festinãtes deducite eum.]
His dictis, postẽq; satis eos consolatus est, & man
datũ dedit, ut de rebus & statu suo patrẽ certiorẽ
redderent, statimq; adducerent, recidit in collum
Beniamin fratris sui & fleuit, & ille uicissim fleuit
super eo: & osculatus est omes fratres suos, & fle
uit super eos. Deniq; post tantũ colloquium & la
chrymas, & consolationẽ, & consiliũ quod eis de
dit, uix potuerunt cum eo loqui. Post hæc eñ, C
inquit, loquebantur ei: Hæc autẽ omnia inuulga
ta sunt, & celebrata in domo Pharaonis, & gaui-
sus est, et omnes qui in domo eius.] Exhilarauit,
inquit, omnes agnitio fratrum Ioseph. Et dixit
Pharao Ioseph: Dic fratribus tuis, hoc facite: Im-
plete uehicula uestra frumento, & abite, & assum
pto patre uestro redite ad me, & dabo uobis om-
nia bona Aegypti: tu autem manda, ut accipiant
plaustra pueris & uxoribus.] Vide & regẽ, quo-
modo iam curã agit de reditu Iacob. Et assum-
pto, inquit, patre uestro uenite, & ne dimittatis
oculis quicq; supellectilis uestræ. Omnia enim
bona Aegypti uestra erunt. Fecerunt autẽ sic filij
Israel. Dedit aũt Ioseph eis currus, iuxta manda-
tum regis, & omnibus quidẽ dedit binas stolas. D
Beniamin autem dedit trecẽtos aureos, & quinq;
stolas eximias: & patri suo misit similiter, & de-
cem asinos ferentes de bonis Aegypti, & decem
mulas ferentes panes in uia. Quibus omnibus da
tis, misit fratres suos, & profecti sunt, dixitq; eis:
Ne irascamini in uia.] Vide mentẽ moribus opti
mis prædità: non solum ipse dimisit iram, & à cri
minibus eos liberauit, sed & ipsos admonet, ne
irascãtur in uia, neq; inter se de factis contẽdant.
Nam cum pridem starent apud Ioseph, dicebant
inter se, Meritò: in peccatis enim sumus propter
fratrem nostrũ, quia despeximus eius afflictionẽ:
& exurgens Rubin, dicebat: Non dixi uobis, ne
iniuria afficiatis puerum, & non exaudistis me?
Multo igitur magis ueri simile erat, quòd in uia

inter se rixaturi essent: propterea comprimẽs eo-
rum iram & contentionem mutuam, dicit: Ne ira
scamini in uia, sed cogitantes quòd ego non ha-
buerim pro crimine quæ in me admisistis, ipsi e-
tiã uos beneuolẽtia uicissim prosequamini. Quis
pro dignitate admiretur uiri huius uirtutem, qui
instituta nouæ legis tanta adimpleuit diligentia.
& quod Christus admonet discipulos: diligite ini- Luc. 6.d
micos uestros, orate pro persequentibus uos: hoc
abundantius etiã præstitit. Neq; enim solum tan-
tam declarauit charitatem erga eos qui se occide-
rant, quantũ in eis erat: sed omnibus modis per-
suadere conatur, quòd nihil in se peccarint. ó insi
gnem sapientiã, ó immensam tam in deum q̃ in
fratres pietatem. Non uos, inquit, hæc mihi feci-
stis, sed dei erga me prouidentia hæc præparauit,
ut mihi somniorum euentus concederetur. Qua
propter & afflictiones & tentatiões ad diuinam
prouidentiam referẽdæ sunt, si sobrij simus & be
ne nosmetipsos attendamus. Ne igit̃ in omnibus
prosperitatẽ & affluentiã inquiramus, sed siue in
prosperitate simus, siue in aduersitate, similiter
gratias offeramus domino, ut uisa gratitudine no
stra, largiorẽ suã erga nos declaret prouidẽtiam.
Quod nobis omnibus concedatur, gratia & mise
ricordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre
& sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc
& semper, & in secula seculorum, Amen.

Et ascenderunt ex Aegypto, & uenerunt in
terram Chanaan ad Iacob patrem suum, &
nunciauerunt ei dicentes: filius tuus Ioseph
uiuit, & dominat toti terræ Aegypti. Et ob-
stupuit Iacob: non enim credidit eis. Ho-
milia LXV

VIdistis ex his quæ heri dicta sunt dile-
ctionem Ioseph, & inenarrabilem cle-
mẽtiam, qua erga fratres suos usus est:
non solum delendo memoriam eorum
quæ in se admiserant, sed & redituris ad parẽ. em
consulendo ne inter se iurgentur, sed missa omni
ira pacificè iter faciãt. Operæ pretium est autẽ &
quæ sequuntur recensere, ut uideamus & horum
ad patrem reditum, & descensum Iacob in Aegy
ptũ: & quomodo eũ reuigescere fecerint ea quæ
de Ioseph cognouit, & quasi, ut ita loquar, de se-
ne iuuenem reddiderint. Quis eñ sermone com- D
plecti posset uoluptatẽ, in qua tunc fuerit cum di
sceret Ioseph uiuere, idq; in tanta dignitate? Inex-
pectata enim bona maiorẽ uoluptatem afferre so
lent. Quem enim putabat ante tot annos fuisse à
bestijs deuoratum, ut intellexit tenere imperium
totius Aegypti, quomodo nõ præ magnitudine
gaudiorum mente excesit? Idem enim facere so-
let immodicũ gaudium, quod excellens tristitia.
Et uidere licet multos effundere lachrymas præ
gaudio immẽso, alios etiã sæpe obstupescere quã-
do fieri uident quæ non expectauerant: & quos
mortuos esse putabãt, repente uiuos uident. Sed
ut manifestior fiat sermo noster, audiamus lecta.

Et ascenderunt, inquit, ex Aegypto, & uene-
runt in terram Chanaan ad Iacob patrẽ suum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

annuntiauerũt ei, dicentes: Filius tuus Ioseph ui
uit, & ipse dominatur toti tertæ Aegypti. Et ex-
celsit mente Iacob: nõ enim credidit eis.] Vides
id quod dicebã, & incredibile ei uisum esse quod
de Ioseph annũtiabatur: & merito. Qui em tunc
attulerãt uestem sanguine hœdi inquinatã, & pa
tri persuaserãt quòd à bestijs esset deuoratus: nũc
dicunt quòd uiuat, & dominetur in tota Aegy-
pto. Et turbata mente cogitabat apud se, quomo
do rationi esset consentaneum. Nam si uerum il-
lud quod prius dictũ, quomodo hoc poterat cre-
di? Si autem hoc credendum & uerũ, illud neces-
sariò fuerit mendacium. Turbauit autẽ eum ma-
xime, quòd illud à filijs antea audiuisset, & alia
nunc ab ijsdem disceret. Vidẽtes igitur patris tur
bationẽ, & uolentes ei pluribus argumentis per-
suadere quòd uerũ dicerent, locuti sunt ei omnia
quæ à Ioseph dicta erant, & quæcunq; mandaue
rat eis, & postea protulerũt plaustra, & dona quę
à Ioseph missa erant. Tandem fecerunt fidẽ patri,
non esse falsa quæ illi nunciabãt. Nam uisis plau-
stris quæ missa erant ut descenderẽt in Aegyptũ,
Reaccensus est, inquit, senex decrepitus, incur
uus.] Quid est, reaccẽsus est? Sicut ignis in lucer
na, quando deficit olei alimonia & iam extingui-
tur, si parum quis olei infuderit, repẽtè qui extin-
gui putabatur, clariorem emittit lucem: ita &
senex ille præ tristitia iam extingui uisus. Noluit e-
nim, inquit, consolationẽ accipere, dicẽs: Descen
dam lugens in infernũ. Vbi autẽ cognouit quòd
uiueret filius, & quòd dominaretur in tota Aegy C
pto, & uidit plaustra, reaccensus est, & iuuenis ex
sene factus. Deposuit mœroris nebulam, dispulit
cogitationum tempestatẽ, trãquillus postea fuit.
Hæc autem omnia deus dispẽsabat, ut iustus do-
loris sui cõsolationem inueniret, & particeps fie-
ret felicitatis pueri: & præterea ut somniũ imple-
retur id quod ipse interpretatus erat, dicẽs: Nun-
quid ueniemus ego & mater tua, & fratres tui, ut
adoremus te? Et credidit dictis atq; factis, & di-
xit, inquit: Magna mihi sunt, si adhuc uiuit Io-
seph: ibo igitur, & uidebo eum priusq; moriar.]
Magna sunt mihi, inquit, & excedunt omnẽ co-
gitationem, & obscurãt omnem humanam læti-
tiam. Si adhuc filius meus Ioseph uiuit, ibo & ui-
debo eũ. Festinemus igitur, ut eius colloquio po- D
tiar priusquã moriar. Nunc, inquit, iuuenis ille e-
rexit mentẽ meam, & fugauit senectutis infirmi-
tatem, & roborauit rationẽ. Quòd si & colloqui
cõtingat, perfectam lætitiã assequutus moriar. Et
nihil moratus senex itineri se accinxit, festinãs &
urgens ut uideret tam desideratũ filium: utq; ante
tot annos mortuum, & (sicut putabat) factum ci-
bum bestiarũ, uideret nunc regẽ Aegypti factũ.
CAP. XLVI Et cum uenisset ad fontẽ iuramẽti, preces qui-
bus gratias agebat obtulit domino, & sacrificauit
sacrificium deo patris Isaac.] Hæc audientes, di-
scamus quando quid facturi, uel negotiũ aliquod
cœpturi, uel peregrinationẽ suscepturi sumus, ut
offeramus domino sacrificiũ precũ, & eius adiu-
torium inuocemus, & sic institutũ aggrediamur,

A imitãtes illorum iustorũ pietatem. Sacrificauit sa
crificiũ deo patris sui Isaac. Hic discamus, quòd
uestigia patris sui sequutus sit, & hoc in cultu diui
no declarauerit, sicut Isaac. Et quia suam gratitu-
dinem prius per gratiarumactionem ostendit, sta
tim subsecuta sunt etiam ea quæ supernæ gratiæ
fuerũt. Nam quia uidebat tantũ itineris spatium,
& cogitabat suam decrepitam ætatẽ, ueritus ne
morte præoccupatus à colloquio & aspectu filij
destitueretur, precatur dominũ ut tantam sibi ui-
tæ mensurã cõcedat, ut perfecta uoluptate fruã-
tur. Sed uide, quomodo bonus dominus multis
argumentis iustum securum reddat. Dixit enim
deus Israel in uisione noctis: Iacob Iacob, ego
sum deus patrum tuorũ, ne timeas descendere in
B Aegyptum. In magnam enim gentẽ faciam te il-
lic: ego descẽdam tecũ, & reducam te in finem, &
Ioseph imponet manus super oculos tuos.] Vide
quomodo quæ iustus ille desiderabat, ea illi deus
pollicetur: imò & multo maiora. Liberalitate em
sua nostras petitiones transcendit, seruãs solitam
suam misericordiam. Ne timeas, inquit, descende
re in Aegyptũ. Quoniam anxius erat ob uiæ pro
lixitatẽ, ideo dicit: Ne respicias ad infirmitatem
senectutis, in gentem enim magnã faciam te illic:
& descendam tecũ in Aegyptum. Ego te comita-
bor, & omnia tua prospera reddam. Aduerte quo-
modo uerba humilitati nostræ attemperet. Quid
beatius, quàm deum ipsum habere comitẽ itine-
ris? Sequitur postea cõsolatio, qua plurimum in-
digebat senex. Et Ioseph, inquit, imponet manus
super oculos tuos. Ille dilectus tuus, suis mani-
bus operiet oculos tuos. Gaudens itaq;, & totus
securus iter ingredi cœpit. Cogita hic, obsecro, iu
stum, q̃ iucũdum fecerit iter, acceptis tam certis
dei promissionibus. Surrexit autem Iacob, &
filij eius, & acceperũt omnẽ possessionem suam,
& uenerũt in Aegyptum. In sexagintasex anima
bus descendit Iacob in Aegyptum, & Ioseph ac si
lij eius qui nati sunt ei in Aegypto nouem erant,
& ita cum Ioseph erant omnes animæ septuagin-
taquinq;.] Quare scriptura numerũ tanta diligẽ-
tia annotauit? Vt scire possimus, quomodo dei
prædictio impleta sit, dicens: In gentẽ magnam
faciam te illic. Nam ex his septuagintaquinq; ani
D mabus, in sexcenta milia genus Israel propaga-
tum est. Vidisti quomodo nõ frustra neq; temerè
numerum eorũ, qui in Aegyptum descenderũt,
nos docuerit: sed ut scire possimus quàm multi ex
tam paucis facti sint, & diuinis promissionib. ne
minus credamus. Nam quãdo cogitas, quòd post
mortem Iacob & Ioseph tãta machinatione usus
Aegyptiorũ rex, ut numerũ eorum minueret &
paruum faceret, ne in tãtam propagaretur multi
tudinem: nihil poterit, sed magis & magis cre-
uerit populus: admirare & obstupesce misericor-
diam dei, & quòd non sit possibile cessare quæ
ipse decreuerit, etiã si infinita machinentur alij. Cæ
terum uideamus contextum totum, ut scias quo-
modo cum filio congressus sit Iacob. Quando
autem appropinquauit in terram Aegypti, misit
Iudam

Iudam ante se ad Ioseph, ut significaret illi patris
aduẽtum. Igitur Ioseph ut didicit, iunxit currus,
& ascẽdit in occursum patris. Et mox atq; uidit
eum, recidit in collũ eius, & fleuit fletu multo.]
Hoc erat id quod initiò dicebam, quòd sæpe in-
gens uoluptas profundere lachrymas facit. Reci
dit, inquit, in collum eius, & fleuit: non simpliciter, sed fletu magno. Statim enim in mentem sibi
uenerunt, quę interim patri propter se acciderãt:
& cogitãs tam prolixum intercessisse tempus, &
quòd præter omnẽ expectationẽ & ipse patrem,
& pater se uideret, fontes emisit lachrymarum: si
mul & magnam declarans lætitiam, & gratias a-
gens domino pro his beneficijs. Et dixit Iacob ad
Ioseph: Moriar nũc, quia uidi faciem tuã. Ad-
huc enim tu uiuis.] Votorum, inquit, compos fa B
ctus sum, assequutus sum quod nunq; expectaui:
euenerunt mihi quæ nunq; sperauerã. Reliquum
contentus sum me hactenus uixisse. Vidi em quẽ
desideraui, & sufficit mihi ad lętitiã omnẽ, uidisse
quòd tu adhuc uiuis, qui prídem mortuus & à be
stijs deuoratus es habitus. Paterna uox & plena
dilectione, satisq; affectionẽ animę eius declarãs.
Dixit autẽ Ioseph fratribus suis: Descendam,
& annuntiabo Pharaoni quòd fratres mei uene-
rint, & sint pastores. Viri enim sunt armẽtarij, &
secum adduxerunt pecora & boues. Si igitur uo-
cauerit uos Pharao, & dixerit: Quod est opus ue
strũ? dicite: Pecorũ pastores sumus. Abominatio
enim Aegyptiorũ est omnis opilio.] Vide pruden
tiam, & quale consiliũ eis det, nõ temere neq; for C
tuitò hæc cõsulens, sed uolens eos simul in maio-
ri securitate & abũdantia agere, neq; cõmercium
habere cũ Aegyptijs. Nam quia illi abominaban
tur & contẽnebant pastoritiã agentes uitã, ut po
te ipsi disciplinis Aegyptiorũ uacãtes, propterea
admonet studiũ suum prætexere, ut sic rationabi
li & honesta occasione optima terræ portio eis se
paretur, quò in summa tranquillitate & abũdan-
tia uiuere possint. Et acceptis quinq; fratribus
suis, introduxit eos ad Pharaonẽ. Et interrogauit
eos: Quod est opus uestrum? & dixerunt: Armen
tarij sumus, nũc igitur habitabimus in terra Ges-
sen. Dixit aũt Pharao: Si scis quos ex eis, qui sint
uiri industrij, cõstitue eos magistros meorũ peco- D
rum. Sicut cõsuluerat Ioseph, ita respõsum dede-
runt fratres. Pharaoni: & concessum est eis habi-
tare in terra Gessen.] Cæterũ Pharao declarans
suam erga Ioseph beneuolentiã, dicit: Si nosti in
eis aliquos industrios, etiam meorũ pecorũ magi
stros constitue. Introduxit autem & patrem ad
Pharaonẽ. Et dixit Pharao ad Iacob, Quot sunt
anni dierũ uitæ tuæ?] Quoniã uidit senẽ profun-
dissimæ senectutis, quærit annorũ numerũ. Et
dicit Iacob: Dies annorũ uitæ meæ, quibus pere-
grinus sum.] Vide quomodo omnes iusti in hac
uita haud secus atq; in peregrinatione uersantur.
Psal.38.c Audies em & Dauid post hæc dicentẽ: Quia pe-
regrinus ego sum & aduena: quemadmodũ hic
quoq; dicit, Dies annorũ uitæ meę, qbus peregri
nus sum. Propterea & Paulus dicebat de iustis

illis, quòd confitebantur quasi peregrini & adue- Heb.11.c
næ sint super terram. Dies, inquit, annorũ uitæ
meæ, centũ triginta anni, pauci & mali fuerũt, &
non peruenerũt ad dies annorũ uitæ patrũ meo-
rũ.] Quibus diebus, inquit, peregrinus fui, pauci
& mali fuerunt. Significat hic annos seruitutis,
quã sustinuit apud Laban dũ fratrẽ fugeret: dein
de post reditũ luctum, quem tanto tẽpore habuit
propter mortem Ioseph, similesq; alias miserias.
Quantũ em timorẽ eum habuisse putas, quãdo
propter sororẽ Symeon & Leui omnes ciuitatis
uiros occiderũt, & omnes qui in Sycimis erãt, ca
ptiuos duxerũt? Dicebat em & tunc, indicãs ani-
mi angorẽ in quo erat: Inuidiosum me feciſtis, ita
ut malus habear inter incolas terræ. Ego autẽ in
B paruo numero sum, & congregati super me, per-
dẽt me: & delebor ego & domus mea. Propterea
dicit: Pauci & mali dies annorũ uitę meæ. Et Io
seph habitare fecit patrẽ suũ et fratres suos, & de-
dit possessionẽ in terra Aegypti in meliori terra,
in terra Rameſſe, sicut præceperat Pharao: & fru
mentũ metiebatur Ioseph & fratrib. suis, & omni
domui patris sui frumentũ secũdũ corpus.] Hoc
erat quod dicebat fratribus, quòd misit me deus
ante uos, ut relinquereť uobis portio super terrã,
& quòd in uitã missit me deus ante uos. Frumen-
ta metiebatur eis secundũ corpus. Quid est secun
dum corpus? quantũ sufficiebat unicuiq;. Mos e-
nim est scripturæ aliquando ab anima totũ homi
nem nominare, aliquando à corpore. Et sicut su-
perius dicebat, in septuagintaquinq; animabus
descendit Iacob in Aegyptũ ut dicat septuagin-
taquinq; uiros & mulieres: sic & hic pro singulis
hominibus. Et tota quidem Aegyptus & Chana
næorum regio fame laborabant, ipsi autẽ prospe
rè agebant, habentes quasi ex fontibus profluen
tia frumenta. Frumentũ enim, inquit, non erat in
omni terra. Inualuit em fames supra modũ. De
fecit autẽ terra Aegypti & terra Chanaan præ fa
me.] Vide ineffabilem dei solicitudinem & pro-
uidentiã: quomodo antea quàm increduesceret fa-
mes, iustum in Aegyptum deduxerit, ne sentiret
angustiam, quæ uentura erat in Chanaan. Et
omnibus illuc decurrentibus, congregauit, in-
quit, Ioseph omnem pecuniam, tam eorum qui e-
D rant in Aegypto, quàm eorum qui erãt in Cha-
naan, & sic frumẽta eis dispẽsauit. Et defecit post
ea pecunia. Importauit enim omnẽ in domũ Pha
raonis. Venerũt autem Aegyptij omnes, & dice-
bãt: Da nobis panes: & cur morimur ante te? De
fecit enim pecunia.] Non sunt nobis, inquiunt,
plures pecuniæ, ut emamus, & ideo fame peri-
mus. Ne igit despicias nos, qui à fame ita infesta-
mur, sed præbe nobis panes ut uiuamus, & ne
moriamur. Dixit aũt eis Ioseph: Afferte peco-
ra uestra, & dabo uobis panes.] Si non suppetit
uobis pecunia, inquit, accipio & pecora. Defecit
pecunia, adducite pecora uestra & accipietis pã-
nes. Adduxerunt autẽ pecora, & dedit eis pro
equis, & ouib. & bobus, & asinis, & aluit eos pro
pecoribus suis. Venerunt autem ad eum & anno

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequenti, & dixerunt ei: Ne fortè pereamus, neq; pecunia nobis suppetit, neq; pecora: omnia enim apud te dominũ nostrũ sunt, nihil enim nobis aliud relictum est, q̃ proprium corpus & terra nostra: ut igitur nõ pereamus, posside nos & terram nostram pro panibus, & erimus etiã nos & terra nostra serui Pharaonis: & da semẽ, ut seminemus & uiuamus, & terra nõ redigatur in solitudinẽ.] Seipsos in seruitutẽ subiecerunt, & terram uendiderunt, tantũ ut ali possint: adeò magna famis necessitas facta est. Et acquisiuit Ioseph terrã Aegyptiorũ Pharaoni.] Vendiderũt enim eam fame coacti. Et facta est terra Pharaonis, et populũ sibi in seruos subiecit ab extremis finibus Aegypti, usq; ad extremos: excepta terra sacerdotũ. Illis enim dedit Pharao certas donationes & comederunt, & propterea nõ uendiderũt terram suam.] Vide quantus intellectus, & quanta sapientia Ioseph fuerit. Illos neq; famẽ experiri permisit, & omnem terrã acquisiuit Pharaoni. Postq; autẽ Aegyptij omnes in seruitutẽ fuerunt subiecti, uide, obsecro, hic iterũ eximiã diligẽtiam & prouidentiam, quam erga illos habet. Dixit eñ Aegyptijs,

Ecce acquisiui uos & terrã uestram Pharaoni. Accipite igitur uobis semen, & seminate terrã: & si fuerint prouẽtus, date quintã partẽ Pharaoni. Quatuor aũt partes erunt uestræ in semen terræ, & in cibũ uobis, & toti domui uestræ.] Magna liberalitas, ingens prouidentia, ineffabilis solicitudo. Ideo & illi experti beneficia, dicunt: Saluasti nos, inuenimus enim gratiã coram domino nostro, & erimus serui Pharaonis.] Vidisti liberalitatem: Nam quia uidit eos cõstrictos nimia penuria, cogitans quantũ laborẽ & erumnam sustinere coganẽ colendo terrã, dicit: Semen uobis ego suppeditabo, uos aũt omnẽ aliam curã exhibete. Et si fuerint uobis prouentus, dabitis partẽ unã, quatuor aũt uestræ erunt, & merces laborũ, & alimoniæ sumptus. Hoc aũt mandatũ imposuit eis Ioseph, ut ita tributũ penderent Pharaoni, excepta sola sacerdotũ terra. Audiant qui nunc uiuũt, quantã olim sacerdotũ idolorũ curam habuerint, & discant ut uel saltẽ parem habeant honorẽ his quibus omniũ dei ministeriũ creditũ, & sacerdotio insigniti sunt. Si enim errantes illi & idololatræ per hoc putabant idola magis coli, si ita eorũ ministros colerent: quanta non cõdemnatione digni, qui nunc imminuunt quod ad illorũ spectat cultum? An nescitis, quòd honor ad deum ipsum pertinet? Ne igitur respicias eum cui honor cõfertur. Non enim propter illum debes quod tuũ est facere, sed propter illum cuius sacerdos est, ut & ab illo retributiones ubertim accipias. Propter
Matt.25.d quod & dicebat: Qui fecerit uni horũ, & mihi fe-
Matt.10.d cit: & qui accipit prophetã in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Num ob dignitatem uel utilitatẽ ministrorum tibi retribuet dominus? Ob alacritatẽ tuã uel coronat, uel condemnat. Et sicut honor qui propter ipsum impẽditur, multũ parit fiduciæ: sibi enim impensa ferri uult deus, quæ in seruos suos collocanẽ: ita & illorum contẽptus multã è supernis pœnã nobis deferet. Igitur sicut suũ esse honorẽ, ita & contemptũ dicit: id quod scientes, nunq; negligamus cultum qui sacerdotibus dei debetur. Et hæc dico, nõ tantam illorũ rationẽ habens, quantã uestræ charitatis, cupiẽs uos in omnibus lucrifacere. Quid enim tantũ das, quantũ accipis à domino? Quantũ autem cultũ affers? Attamẽ & pro illo uili, & qui in præsenti uita simul dissoluitur, immortales accipies mercedes, & ineffabilia bona. Hæc mẽte uersemus, & properemus ad eorũ obsequia, non attendentes sumptum, sed lucrum & accessionem quæ inde nascuntur. Nam si uidentes uiri alicuius singulari dignitate insignis familiarẽ, operam damus ut quantũ possibile est illi præstemus obsequium, cogitantes quòd quæ illi fiunt, eius domino accedant: & quòd ille familiaris, ubi significarit patrono suo, maiorem nobis apud eum fauorem conciliet: multo magis hoc erit apud uniuersorum dominũ. Nam si quoties in uulgarẽ aliquẽ & abiectum benignitatẽ & cõpassionẽ aliquam declaramus, dominus quæ fiunt sibi propria faciens, promittit se in regnũ introducturũ eos qui aliquid boni illi fecerint, & dicturũ: Venite bene Matth.25.c dicti patris mei, qa esuriui, & dedistis mihi quod comederẽ: multo magis eos, qui propter deũ afflguntur, & sacerdotio insigniti sunt, si quis obseruauerit, nõ solũ parẽ assequeẽ retributionem, sed multipliciter maiorẽ, misericorde deo ex abũdantia misericordiæ semper ea quæ à nobis fiunt uincente. Ne igitur simus deteriores infidelibus, qui propter idolorũ errorem adhuc tantum cultum exhibent illorũ famulis: sed quantũ distat error & ueritas, quantoq; præstantiores sunt dei sacerdotes q̃ idolorũ, tantũ discrimen etiã honoris inter utrosq; habere debemus, ut multo plures è supernis nobis retributiones accrescant. Habitauit aũt Iacob in Aegypto, & auctus est, & multiplicatus ualde.] Nam et hoc ei deus promiserat dicens, Faciã te illic in gentẽ magnã. Et super uixit Iacob decẽ & septẽ annis. Et facti sunt dies Iacob anni centũ quadragintaseptẽ.] Propterea deus dimensus est ei hoc tẽpus uitæ, ut cõsolatione magna accepta hinc migraret. Verũ si uultis ut non multitudine doctorũ memoriam uestram obruamus, quæ reliqua sunt reseruabimus, & finem sermonis faciemus. Vestrã aũt charitatẽ hoc rogauerimus, ut diligenter his quæ dicuntur intendatis, & ipsa perpetuę memoriæ commendetis, continuo in mẽte uestra uersantes, & cogitantes quantã patientiã iusti sustinuerint, quamq; lõganimitatẽ & fidẽ in promissionibus dei habuerint, non animo fluctuantes propter ea quæ post promissiones eueniebãt, sed fidẽtes eius qui promiserat uirtuti, & propterea diuina sentẽtia probati. Ecce eñ & iustus ille Iosephũ, postq; tot annis luxit quasi mortuũ, uidit regnũ Aegypti tenere. Et admirabilis Ioseph, post seruitutẽ, post carcerem, post alia omnia quæ sustinuit, principatum totius regiõis suscepit. Et si accedere uolumus ad eas quæ in sacra historia cõtinenẽ narratiões, inueniemus

uenientes omnes uirtute præditos per tẽtationes ingressos, & sic magnã à deo assequutos gratiã: quam si & nos cõciliare nobis uolumus, ne simus tristes in tẽtationibus, ne grauatim feramus quæ nobis obueniunt: sed magis gaudeamus & lætemur, scientes quòd hac ratione potissimũ diuina prouidentia fruamur, si cũ gratiarũ actione omnia terre meditemur. Contingat aũt nobis omnib. ut & præsentẽ uitam in uirtutibus trãsigamus, & futura cõsequamur bona, per misericordiam & gratiã domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria, imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Appropinquauerũt aũt dies Israel ut moreret & uocauit filiũ suũ Ioseph. Hom. LXVI

AGE & hodie finem imponamus narrationi de Iacob, & uideamus quænã sint illa, quæ iam moriturus disponat & ordinet. Verum nullus ad præsentium rerum statum spectet, ac talia exigat ab his qui tunc fuerunt iusti, qualia nunc in uita sapienter instituta fideles præstare conuenit, sed secundum tẽporum & rerũ conditionẽ iudicet. Hæc autẽ dedita opera prius dixerim, propter ea quæ de Patriarcha Ioseph dicẽtur. Qualia autem sint audiamus.

Appropinquauerunt aũt dies Israel ut morere tur, & uocauit filiũ suum Ioseph, & dixit ei: Si inueni gratiã apud te, suppone manũ tuã subter femur meũ, & facies mecũ misericordiam & ueritatem, ut nõ sepeliar ego in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis: & auferas me ex Aegypto, & sepelias me in sepulchro eorum. Ille autem dixit: Faciam secundum uerbum tuum. Dixit aũt: Iura mihi, & iurauit ei, & adorauit Israel ad fastigium uirgæ suę.] Multi abiectioris animi, quando à nobis admonentur ne magnam curam sepulturę habeant, neq; rem multo studio dignam arbitrenẽ, ab aliena terra in suam patriam mortuorum reliquias reduci: hanc nobis prætexunt historiam, dicentes, etiã Patriarcham huius rei tantã habuisse curam. Verum primum quidem, sicut dixi, cogitare oportet quòd non tanta tunc exigebatur philosophia, quanta ab his qui nunc uiuũt: deinde q̃ & Patriarcha hoc non simpliciter uoluerit fieri, sed spem bonam illam pollicens, quòd & sui uel sero aliquando rediturí essent in terrã promissionis. Et quòd ob hanc causam hoc præceperit, ma
Gen.50.d nifestius nos docet illius filius, dicens: Visitando uisitabit uos deus, & simul feretis ossa mea hinc. Quia enim oculis fidei futura præuidebant, audi illum iam uocare mortem suam dormitionem: dicit enim, Dormiã cum patribus meis. Propterea
Heb.11.c & Paulus dicebat: Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, non accepta promissione: sed procul eã uiderunt & salutarunt, quomodo oculis fidei futura uidebant. Nullus igitur putet hoc pusillanimitatis esse testamentũ, sed & à tempore, & à præuidendo futurum reditum, omni culpa excusetiustum. Nam his quæ ad sapientiorem uitã attinent, post aduentum Christi auctis, meritò quis reprehenderit eum cui talia sunt curæ. Neq; ducamus miserũ eum qui in alieno solo uitã finit, aut eum qui in solitudine ex hac uita decedit. Non enim ille dignus est miser dicat: sed qui in peccatis mortuus est, etiam si super lectum, etiam si præsentib. amicis omnibus spiritum exhalet. Et ne mihi frigida illa uerba ridiculaq; & insipientiæ plena dicat aliquis, quòd ille cane uilius est mortuus, nullo familiarium præsente, neq; sepultura & funus ei contigerũt, sed collectitia stipe iusta facta sunt. Non est hoc, ô homo, cane ignominiosius mortuum esse. quid enim ille damni sentit? sed si caret uirtutis amictu se tegente. Nam quòd hoc nõ offendat iustum uirtute præditum, disce: quia plerique iustorũ, prophetas dico & apostolos, ubi siti sint, paucis exceptis, ignoramus. Et alij quidẽ capite truncati, alij lapidati, mortui sunt: alij innumeris & uarijs pœnis seipsos exposuerũt propter pietatem, omnes propter Christum martyres facti: & nullus de illis dicere ausus fuerit, q̃ ignominiosa sit eorum mors: sed sequetur diuinam scripturam, dicentem: Pretiosa in conspectu domini
Psal.115.d mors sanctorũ eius. Et sicut mortem sanctorum pretiosam uocauit, audi quõ & mortem peccatorum malam uocet. Mors enim, inquit, peccatorũ
Psal.33.d mala. Atq; etiam si domi suæ quispiam moriatur, & uxore & filijs præsentibus, & familiaribus & notis adstantibus, uirtute autẽ careat, mala huius mors est. Contrà & si in aliena terra, etsi humi iacens: & quid dico, in aliena? etiãsi in latrones incidat, etiamsi à bestijs deuoretur, uirtute aũt præditus sit, pretiosa eius mors erit. Dic enim, obsecro, Zachariæ filius nónne decollatus est? Stephanus autẽ primus martyrij corona redimitus, nónne lapidatus uitam finijt? Paulus autẽ & Petrus, nónne ille quidem capite truncatus, hic autem modo contrario quàm dominus crucifixus, ita hac uita excesit? Nónne propter hoc magis in toto mundo celebrantur & prædicantur? Hæc omnia cogitantes, neq; eos qui in aliena terra moriuntur, miseros dicamus: neq; domi suæ morientes beatos prædicemus: sed diuinæ scripturæ canonem sequentes, & claros uirtutibus hinc migrãtes beatos dicamus, & eos qui in peccatis moriuntur miseros prædicemus. Sicut enim qui uirtute præditus est, dum in meliorem uitam transit, accipit laborum suorum præmia: ita & qui ea caret, initia & præambula suppliciorum iam accipiens, & rationem actæ uitæ postulatus, malis nunquam finiendis inuoluitur. Ideo oportet hæc cogitantes uirtutũ habere curam, & in presenti uita quasi in palestra certare, ut cum solutũ fuerit theatrũ, splendida redimiri corona queamus, nec frustra pœnitentes inueniamur. Quandiu enim durat certamen, possibile est si uoluerimus & desidiam excutere & uirtutem exercere, metã & proposítam assequi coronam. Cæterum, si uidetur, redeamus ad sermonis seriem. Nam postquã mandauit filio de sepultura, & dixit Ioseph: Ego faciam iuxta uerbũ tuum.] Atq; ille addidit, Iura mihi: & iurauit ei. Et adorauit, inquit, Israel ad fastigiũ uirgæ illius.] Vide senẽ, decrepitũ, patriar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cham, adoratione honorẽ Ioseph declarare, & re ipsa implere uisionis euentũ. Quando em̃ narrauit Ioseph uisionẽ: dixit, Nunquid ego & mater tua ueniemus, & adorabimus te super terrã? Sed fortè dixerit aliquis: Et quomodo impletũ est somniũ in matre, quæ iam ante defuncta erat, & filium nõ adorauit? Perpetuus scripturæ mos est, à magis principali totũ significare. Quoniã igit̃ ca-
Gen.2 put mulieris uir (erunt em̃, inquit, duo in carnem unam) cum adorauit caput, manifestũ quòd corpus totũ capiti cohærebat. Si em̃ pater hoc fecit, multo magis illa, nisi ex hac uita prærepta fuisset, hoc fecisset. Et adorauit, inquit, ad fastigiũ uirgæ
Heb.11.d eius. Propterea & Paulus dicebat: Fide Iacob moriẽs singulos filios Ioseph benedixit, & adorauit fastigiũ uirgæ illius. Vides q̃ ist̃ucipsum fides faciebat, præuidens futurũ quòd regũ generis futurus esset is qui ex semine illius natus. Itaq; cũ
CAP. XLVIII mandasset quæcũq; uolebat filio, nõ multo pòst ut didicit Ioseph q̃ ægrotaret pater suus, & iam infirmitatẽ? Audita em̃ illius præsentia, sedit super lectũ. Et ut uidit illũ, paternã ei dilectionem exhibet. Et quia moriturus erat, benedictione sua firmat pueros, maximas has facultates relinquens, & diuitias quæ nunquã absumi poterãt. Et uide quomodo incipit. Primũ narrat dei erga se bene-
uolentiã, tum benedictiões in filios facit, & dicit:

Deus meus apparuit mihi in Luza, in terra Chanaã: & benedixit mihi & dixit mihi: Ego crescere te faciã, & multiplicabo te, & faciã te in congregationem gentiũ, & dabo tibi terrã hanc, & semini tuo post te in possessionẽ æternã. Promisit mihi, inquit, deus, quãdo in Luza à me uisus est, in tantum se multiplicaturum semẽ meum, ut cõgregationes gentium fiant ex eo: & terram mihi, & semini meo, se daturum pollicitus est. Nunc igit̃ duo illi filij, q̃ nati sunt tibi in Aegypto, mei sunt, Ephraim & Manasses, sicut Rubin & Symeon erunt mei.] Hos, inquit, quos habuisti ante aduentum meum, ego in meorũ filiorũ numerum allegam, & cum his qui ex me nati sunt pari
D ter à me benedictionẽ accipient. Quoscunq; autem postea genueris, ij̃ tui erunt: in nomine fratrũ suorum uocabũtur in illorũ sortibus. Scias autẽ, quòd & mater tua Rachel in Bethlehem mortua est, & defodi eam in uia Hippodromi. Et uidit duos filios Ioseph, & dixit: Qui sunt hi? Ille autẽ: Filij mei, quos dedit mihi deus. Et dixit Iacob: Adduc mihi eos, ut benedicã eos. Et appropinquare eos illi fecit. Et osculatus est eos, & amplexatus est eos. Vide, obsecro, senẽ quomodo festinat & urget ut benedicat filios Ioseph. Et appropinquare eos fecit illi, & dixit ad Ioseph: Ecce facie tua nõ sum priuatus, & ecce monstrauit mihi deus semẽ tuum.] Magna mihi, inquit, præstitit dei misericordia, & plura q̃ expectaui. Nam
A non solũ non sum priuatus facie tua, sed ecce etiã uidi eos, q̃ ex te nati sunt. Et eduxit eos Ioseph à genibus, & adorauerũt eum super faciẽ, super terrã.] Vide quomodo & pueros statim ab initio debitũ seni honorẽ reddere docuit. Et Ioseph, inquit, secũdum dignitatẽ primogenituræ adduxit Manassen, & tũc Ephraim. Vide, obsecro, hic iustum corporis oculos præ senectute nũc infirmos habere. Grauati enim erant oculi eius præ senio, & non poterant uidere: ualebat autẽ oculis mentis, & fide præuidebat futura. Neq; enim tulit Iosephum, sed commutatis manibus benedicẽs, dignitatem iuniori contulit, præferens Manassi Ephraim, & dixit: Deus cui bene placuerunt patres mei.] Attẽde modestiã Iacob, uide animam
B piam & religiosam: non audebat dicere, Deus cui bene placui: sed quid? Cui bene placuerũt patres mei. Vidisti animã gratã? Atqui paulò antea narrans dicebat: In Luza apparuit mihi, & promisit daturũ se mihi, & semini meo omnẽ terram, & in congregationes gentiũ facturum semen meũ: attamen tã euidẽtia habẽs indicia diuinę erga se beneuolentiæ, adhuc humiliatã habebat mentẽ. Et dicit, Deus cui bene placuerũt patres mei coram ipso, Abrahã & Isaac. Deinde iterum: Qui pascit me à iuuẽtute mea.] Accipe & ex hoc excellentem eius gratitudinẽ. Non dicit propriã uirtutem, sed ea quæ sibi à deo fuerũt facta. Qui pascit me de utero matris meæ à iuuentute mea usq; in diem hanc.] Ipse enim, inquit, est, qui ab initio
C usq; ad præsens res meas dispensauit, & moderatus est. Ita & prius dicebat: In uirga mea hac transiui Iordanẽ, & ecce factus sum in duo castra. Et nunc iterum alijs uerbis dicit: Qui pascit me à iuuentute mea usq; in diem hunc, angelus qui liberauit me de omnibus malis.] Gratæ animæ ac piæ & bene memoris beneficiorũ dei uerba: Ille, inquit, cui patres mei bene placuerunt, qui me à iuuentute mea usq; in præsentẽ diẽ educauit, qui me ab initio ab omĩb. malis liberauit, qui tantã erga me declarauit prouidentiã, Ipse benedicat hos pueros: & inuocet in eis nomẽ meũ, & nomẽ patrum meorũ, Abraham & Isaac, & multiplicentur in multitudinem magnã super terrã.] Vidisti simul & intelligentiam, & modestiam? Intelligentiam quidẽ, quia fidei oculis præuidẽs, Ephraim
D prætulit Manassi: Modestiã uero, quia nusquam suæ uirtutis meminit: sed ex probata patrũ uita, & ex beneficijs in se collatis filios benedicit. Verum Iacob quidem præuidens futura, ita illos benedixit. Ioseph uero uidẽs iuniorem prælatum seniori, graue & indignum esse putans, dicit: Hic est primogenitus, pone dexterã super caput eius: & noluit, sed dixit: Scio fili, scio: & hic erit in populũ, & hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior eo erit, & semẽ eius erit in multitudinem gentium.] Ne putes me, inquit, fortuito quodã euentu hoc fecisse, uel per ignorantiam. Scio enim, & præuidens futura ita ei benedictionem feci. Nam licet natura primatum habeat Manasses, iuuenis tamen ille maior eo erit, & semen eius in multitudinem

dinem gentiũ. Hoc aũt totũ factũ est, quia ex hoc
A regnum exoriturum erat, propterea prędicens futura, sic eum benedixit. Et benedixit eos dicens:

In uobis benedicetur Israel per dicentes: Faciat te deus sicut Ephraim & Manasse. Et posuit Ephraim ante Manassen.] Ita, inquit, ambo erunt gloriosi, ut omes qui precãtur, iuxta illorum precentur gloriam: attamen prior erit Ephraim Manasse. Vide quomodo gratia dei præmonstrabat ei futura, & ꝓphetico afflatus spiritu filijs Ioseph benedixit: & quod tantis temporibus aberat, tanquam præsens & ante oculos situ uidit. Hoc enim modo se habet prophetia. Nam sicut oculi corporales nihil amplius præterquàm uisibilia spectare possunt: ita & oculi fidei nõ quæ uident̃ spectant, sed illa uident quæ multo pòst futura sunt. Et hoc
B manifestius scietis ex benedictionibus quas suis filijs dat. Cæterũ ne longũ sermonem faciamus, multoq; uos oneremus labore, contenti dictis, in sequẽtem sermonem reseruabimus filiorum eius benedictionem. Illud tamen obsecrauerim uestrã charitatem, ut imitemini iustum hunc, & tales hæreditates filijs uestris relinquatis, quæ à nullo unquam damnũ accipere possint. Diuitiæ em̃ sæpe etiam accipientibus perniciẽ pepererunt, & insidias, & multa pericula: hic autem nihil taliũ suspicari poteris unquã. Thesaurus enim est qui nunquam ualet consumi: Thesaurus non hominum dolis, nec latronum insidijs, non famulorum malitia, non alio quopiã imminui ualens, sed perpetuò manens: spiritualis enim est, humanis non ce
C dens insidijs: sed cum his qui illũ accipiunt, & sobrij esse uolunt ac prudentes, in futurã uitam migrans, & eis æterna præparans tabernacula. Ne igitur operã nostram in colligendas opes colloce mus, quas relinquamus filijs: sed doceamus eos uirtutẽ, & benedictionẽ dei illis imprecemur. Istę em̃, istæ maximæ sunt facultates. Istæ sunt ineffabiles diuitiæ, quæ nõ absumuntur, quæ quotidie substantiã nostrã augent. Nihil em̃ uirtuti par, nihil uirtute potẽtius: etiãsi mihi dicas eũ qui regnũ habet, ac diadema gerit: nisi hãc habeat, quouis pãniculoso paupere miserior erit. Quid enim illi prodesse poterit purpura, qui uirtutẽ sua desidia perdit? Nunqd dominus externas dignitates spectat? nunquid personarũ gloria permouet? Vnũ
D est illic quod quæritur. Nam ut is qui operatur uirtutem apertas inuenire potest ianuas fiduciæ in Christũ: ita q̃ nihil fiduciæ hinc defert, inter ignominiosos & desperantes locũ habebit. Hoc igitur omnes cõsideremus, & nostros filios doceamus, ut uirtutem rebus omnibus præferant, nihiliq; faciant pecuniarũ abũdantiam. Hæc enim, hæc est quæ uirtuti plurimũ obstat: quandoquidẽ nesciũt pecunijs uti iuuenes, ut oportet. Et sicut pueri sæpe quando cultellos & gladios arripiũt, eo quòd nesciunt bene illis uti, periclitantur, unde matres non permittũt illis eos impune attingere: ita profectò & iuuenes, qui pecuniarum abundantiam susceperint, cum nolũt eis bene uti, in periculum certũ se præcipitãt, sarcinam peccatorũ sibi inde
colligentes. Nascuntur enim inde deliciæ, absurdæ uoluptates, & infinita mala: non dico ex pecunijs, sed ex illorum imperitia qui eis nesciunt rectè uti. Propterea & sapiens quidam dicebat: Bonæ diuitiæ quibus nõ est coniunctum peccatum. Quia & Abrahã diues erat, & Iob diues erat, & non solũ nihil damni eis accidit à diuitijs, sed etiã multum laudis. Quare? quia non in usum suũ tantum has possidebant, sed ut eis iuuarẽt etiã alios, quorum succurrerent inopiæ, ut esset domus sua aperta omnibus. Audi enim unũ eorũ dicentem.
Iob.29.b Nũ egressus est aliqs de domo mea sinu uacuo? Cęterũ & impotẽtes uiribus, si quãdo indigebãt, subsidio nõ priuabant̃. Et non solũ ministerium indigẽtibus exhibebat ex suis opibus, sed & soli-
B citudinẽ eorũ gerebat. Et erã, inquit, pes claudis, oculus cæcis, & è medio dentiũ eripui rapinã. Vides illum & curã agere eorũ qui iniuria afficiuntur, & debilibus membrorũ uicẽ per omnia repręsentare? Hunc omes oportet imitari: hũc, inquã, qui ante legẽ fuit, & ante gratiã tam bene moratam uitã gessit: idq; cum nec præceptorẽ habuerit, neque progenitores uirtute præditos, sed per innatã sibi rectã uoluntatẽ bonã hãc uitã aggressus fuerit. Nã unusquisq; nostrũ in natura sua habet insitã scientiã uirtutis: et nisi quis uoluerit per ignauiã suam perdere generositatẽ, nunq; ea priuabit̃. Vtinã aũt eam omes nos eligamus, & cum diligẽtia exerceamus, ita ut bona quæ diligentib. deum promissa sunt consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre
C & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dixit aũt Israel ad Ioseph: Ecce ego morior, & erit deus uobiscum, Homilia LXVII

PRidem polliciti finem nos imposituros historiæ Iacob, sermone prolixius se extẽdente, ad finem quod promittebamus perducere non ualuimus. Ideo uolo quæ pridẽ relicta fuerũt in mediũ proponere, ut sic nũc, si deus dederit, finẽ imponamus. Operæpretiũ autẽ fuerit primũ uestrã cõmonefacere charitatẽ, & ostẽdere ubi sermonem nuper missum fecerimus. Scitis utiq;, & memores estis, quòd cũ Iacob benedictu
D rus esset filios Ioseph, Ephraim Manassi prępofuerit, idq; etiã patre eius nõ probãte: cui et dixit: Scio fili, ueruntamen & hic erit in populũ, & hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior eo erit in multitudinẽ gentiũ: & benedixit eos in die illa, dicens: In uobis benedicetur Israel per dicentes: Faciat te deus sicut Ephraim & Manassen. Et hucusq; processimus, & ne sermonũ nimietate uestrã obrueremus memoriã, cessauimus à doctrina: sed si uidetur, hodie sequẽtia uideamus. Dixit autem Israel ad Ioseph: Ecce ego morior, & erit deus uobiscum. & reducet uos deus ex terra hac in terram patrum uestrorum. Ego autem do tibi Sycima electa præ fratribus tuis, quæ cepi in gladio meo & arcu.] Postquã filios benedixit, & futura prævidens, iuniorem præposuit seniori: uolens

Universidad de Deusto
Biblioteca

persuadere Ioſepho, quòd nõ fortuito neq; temerè hoc feciſſet, ſed prædicẽs futura: prædicit ei & ſuam mortẽ, & quòd rediturí ſint ex aliena terra in Chanaan, in terram patrũ ſuorum: & bonã eis ſpem auget, ita ut expectatione alleuiẽtur. Nam ſpes bona, huius uitæ labores ſemper imminuit. Et monſtrans etiã tẽpore mortis, quam dilectionem erga Ioſeph habebat, dicit ei: Ego autem do tibi Sycima electa præ fratribus tuis: quaſi diceret, Hoc omnino erit, & iuxta meam prædictionem redibitis, & in hæreditatem poſsidebitis terram patrum ueſtrorum. Quia & Sycimorum ciuitatem tibi do hæreditatem electam præ fratribus tuís, quam cepi de manu Amorrhæorum in gladio meo & arcu. Quidnam hoc eſt? Quæ à Symeone & Leui facta ſunt, in perſonam propriam transfert: & propter hoc dicit, Quæ cepi in gladio meo & arcu. Sed hic opportune quæſierit quiſpiam: Et quare hoc facinus ſuũ facit, cum poſtea teſtaturus accuſatione clarè ſcripta eos arguat? num ſecum pugnat iuſtus? monſtrans manſuetudinem mentis ſuæ, & quòd præter ſuæ mentis ſentẽtiam hoc factum ſit. Non ſolũ enim non probat factũ, ſed & arguit: propterea uolens mõſtrare ſuam erga Ioſeph dilectionem, ei concedit Sycima, & dicit: Quę cepi in gladio meo & arcu. Nam licet illorum fuerit opus, in ſua tamen poteſtate poſitum erat. Si enim filiorum dominus pater, multo mmgis eorum quæ à filijs poſſidentur: ſi autem dominus, & cui uolebat dare poterat. Itaq; declarare uolens ſuam erga Ioſeph benevolentiam, non ſolum Ephraim & Manaſſen bene dixit, ſed & Sycimã electam hæreditatẽ reliquit

Cap. XLIX filio. Et uocauit, inquit, filios ſuos, & dixit: Cõgregemini, ut annuntiem uobis quid euenturum ſit uobis in nouiſsimis diebus. Congregemini, & audite Iſrael patrem ueſtrum.] Vide iuſti intelligentiam, quia præſciebat mortis tempus, uocauit filios ſuos ad ſe, & dicit: Congregemini, ut uobis iam prędicam quid uobis euenturum ſit in ultimis diebus. Cõgregemini, & audite Iſrael patrem ueſtrum. Venite, inquit, & diſcite à me, nõ præterita, non quæ paulo poſt euẽtura, ſed quod accidet in ultimis diebus. Et hęc nobis non à memetipſo annuntio, ſed afflatus à ſpiritu: & idcirco quæ multis poſtea generationibus cõtingent, prædico. Etenim è uita hac migraturus, uolo unicuiq; ueſtrũ, quaſi in titulo & columna ærea, memoriam inſculpere. Conſidera aũt iuſtum, quomodo congregatis filijs, natiuitatis ſeruato ordine, unicuiq; cõgruam det uel maledictionem uel benedictionem, & in hoc monſtrans ſuæ uirtutis eminentiã, incipiatq; à primo. Rubim, inquit, primogenitus, fortitudo mea, & principium filiorum meorum. Durus adferendum, durus & peruicax.] Vide quanta ſapiẽtia iuſti. Volens enim accuſationẽ magis intendi, prius dixit priuilegia ei à natura conceſſa, & dignitatẽ quam tenebat, quòd principium filiorum, & primogenituræ honore clarus ſit: & poſtea uoluntatis peccata illius quaſi in ænea columna inſcribit: monſtrãs quòd nihil proderint nobis ea quæ à natura inſunt, niſi & uoluntatis bona opera ſequanẽ: hæc eñ ſunt quæ & laudẽ habẽt & ultiũ. Durus, inquit, ad ferendum: durus & peruicax. Naturę, inquit, dignitatẽ tibi datã amiſiſti propria tua temeritate. Deinde & ſpeciẽ peccati bene ſcriptã relingt, ita ut illũ ita eſſe redargutũ, & poſteris magna ſit eruditio ne ſimilia attẽtent. Cõtumelia affeciſti, ſicut aqua nõ efferueſcas. Aſcẽdiſti eñ, inquit, ſuper lectum patris tui: tunc polluiſti ſtratũ quod aſcẽdiſti.] Significat cõcubitũ eius cũ Balla. Vide quo modo per ſapiẽtiã à ſpiritu ſancto ſibi datã, priùs dixit id quod poſtea Moſes inter leges recenſiturus erat, nõ licere cũ eadem muliere patrẽ & filiũ rem habere. Et nunc ob hoc ipſum filiũ corripit, & ſic prohiber. Polluiſti, inquit, ſtratũ, & aſcendiſti ſuper lectũ patris tui. Rem peruerſam feciſti. Propter hoc quòd ita cõtumelia me affeciſti: ſicut aqua nõ efferueſcas. Inutilis erit, inquit, ille conatus tuus, quòd neq; patrẽ reueritus, pollũere eius lectũ auſus fuiſti. Vt igiẽ nunc in ſequẽtibus generationibus talia nemo imitẽ, reprehenſionẽ ſpiritus ordinauit, ut literis cõmendetur hæc accuſatio, & omẽs q audiãt eruditanẽ, ſciantq; manifeſtẽ, quòd nihil proſit dignitas naturæ cõceſſa, niſi & uoluntatis accedant ornamẽta. Deinde quia ſatis traduxerat nefarium hoc opus, uenit ad Symeonẽ & Leui. Compleuerũt, inquit, iniuſtitiã ex uoluntate ſua.] Contẽtio ſua, quã propter ſororẽ ſuã exercuerunt, eos impulit. Deinde declarans quòd ſe ignaro rem fecerint, dicit: In cõſiliũ eorũ nõ ueniat anima mea, & in cœtu eorum non firmenẽ iecora mea.] Abſit, inquit, ut cõmunicem eorũ ſententiæ, & obſequar eis in his quæ iniuſtè egerũt. Quia in furore ſuo occiderũt homines.] Irrationabilis, inquit, fuit eorũ indignatio. Nam licet peccarat Sychẽ, attamẽ nõ oportebat tantã ſtragẽ facere, & omnes perdere. Et in cõcupiſcentia ſua ſubneruauerũt taurũ.] Filium Emmor hic ſignificat. Nã quia in florẽti ætate erat, taurũ eũ nominauit. Deinde ut dixit quæ fecerant, etiã maledictionẽ apponit, & dicit: Male dictus furor & impoſtura eorũ, quia peruicax: & ira eorũ, quia obdurata eſt. Dolũ ſignificat, quo illos circũuenerunt. Peruicax, inqt, furor eorũ, temerarius, impetuoſus ratiõe carẽs. Et ira eorum, quia obdurata eſt. Quando eñ Sycimitæ putauerũt eos ſibi ualde amicos, tunc graui ira & bello eos oppreſſerũt. Et dicto eorum peccato, dicit & ſupplicium qd' luituri erãt. Partiar eos in Iacob, & diſſeminabo eos in Iſrael.] Vbiq;, inqt, diſperſi erũt, ut iſtucipſum manifeſtũ fiat q̃ propter facinus cõmiſſum hoc illi paſsi fuerint. Iuda te laudarũt fratres tui.] Benedictio Iudæ data, myſtica eſt præſignãs oñia quæ ad Chriſtũ attinẽt. Iuda, inqt, te laudarũt fratres tui. Quia eñ ex hac tribu exoriturus erat Chriſtus, iuxta diſpẽſatiõis rationẽ, propterea ſpiritu ſancto afflatus Iacob, prædicit per ea quæ in Iudã dicunẽ, non ſolũ deſcẽſum domini ad homines, ſed & ſacramentũ, & crucẽ, & ſepulturã, & reſurrectionẽ: & ut ſemel dicam, omnia

omnia. Iuda enim, inquit, te laudauerũt fratres tui: manus tuæ in terga inimicorũ tuorũ, & adorabunt te filij patris tui.] Quibus declarat, quòd ſubijciendi illi eſſent. Catulus leonis Iuda. De germine, fili mi, aſcẽdiſti.] Regnũ eius prædicit. Semper enim ſcripturæ mos eſt, per figurã huius animalis, regiã autoritatẽ inſinuare. Recubuiſti & dormiuiſti ut leo, & ſicut catulus. Quis excitabit eũ?] Crucẽ & ſepulturã hic ſignificat. Quis excitabit, inquit, eum? Sicut eñ leonẽ uel catulũ nullus audet excitare, ita dormiuiſti ut leo, & ut catulus. Quis excitabit eũ? Ipſe eñ eſt qui dicit:
Ioan. 10.d Poteſtatẽ habeo ponere animã meã, & poteſtatẽ habeo iterũ recipere eam. Poſtea & tẽpus quoq; manifeſtè declarat, quo aduenturus ſit Chriſtus.

Non deficiet, inqt, princeps de Iuda, neq; dux de femore eius, donec ueniant repoſita ei: & ipſe erit expectatio gentiũ.] Tandiu, inquit, durabũt res Iudaicæ, & principes Iudæorũ, quoad ille uenerit. et bene dixit, quoad ille ueniat, cui repoſitũ eſt: quaſi dicat, ille cui præparatũ eſt regnũ: propterea ipſe eſt expectatio gentiũ. Vide quomodo iam dicit etiã gentes ſaluãdas. Et ipſe erit, inquit, expectatio gentiũ. Huius aduentũ gentes expectant. Ligans ad uitem aſinã ſuã, & ad palmitem filium aſinæ ſuæ.] Per pullum iterũ gentium ſignificat adductionẽ. Nam quia aſinus immundum erat animal, propterea dicit: Illæ immundæ gentes cum tanta facilitate adducenẽ, quaſi quis ad palmitẽ uitis aſinum alliget: ſimul inſinuãs & poteſtatis excellentiã, & gentium obedientiam. Magnæ enim manſuetudinis eſt, quòd aſinus ſuſtinet ſe ad palmitẽ uitis ligari. Viti autẽ ſuam do
Ieſa. 15.d ctrinam cõparat. Ego enim ſum, inquit, uitis uera, & pater meus agricola eſt. Palmites autẽ uocauit teneritudinẽ præceptorũ, & facilitatẽ legis ferendæ, iam tum præſignans gentes magis credulas fore q̃ Iudæos. Lauabit in uino ſtolã ſuam, & in ſanguine uuæ amictũ ſuum.] Vide quomodo nobis totũ ſacramentũ obſcure ſubindicauit. Sciunt qui initiati ſunt, quod dictũ eſt. Lauabit in uino ſtolã ſuã. Stolã puto corpus dici, quod propter diſpenſationẽ ferre dignatus eſt. Deinde ut diligenter diſcas uinũ quid appellauerit, ſubditt

Et in ſanguine uuæ amictũ ſuũ.] Vide quomodo ſanguinis nomine crucẽ nobis & occiſionem ſignificet, & omnẽ ſacramentorũ diſpẽſationem.

Iucundiores oculi eius uino, & cãdidiores dentes eius q̃ lac.] Hic gloriam nobis demonſtrare uult, per metaphorã uini & oculorum. Et candidiores dentes eius, q̃ lac.] Hic iuſtitiam & claritatem iudicis. Nam per dentes & lac, nihil aliud ſignificare uult, q̃ ſore candidum & manifeſtum iudiciũ, ut eſt lactis & dentium qualitas. Zabulon, inquit, in maritimo habitabit, et ipſe apud ſtationem nauiũ, & extendet uſq; ad Sidonem.] Vide quomodo & huic prædicit ubi domicilium habiturus ſit, & quòd uſq; ad Sidonem extẽdetur.

Iſachar bonum deſiderauit, recumbens inter duos: & uidit requiem quòd bona, & terrã quòd pinguis: ſuppoſuit humerũ ſuum ad laborãdum, & factus eſt uir agricola.] Laudat hunc quòd agriculturam elegerit, & hanc omnibus alijs prætulerit. Dan iudicabit populum ſuũ, ſicut & una tribus in Iſrael. Et fiat Dan ſerpens in uia, inſidens in ſemita, mordens ungulam equi, & cadet equus retrorſum, ſalutem expectãs domini.] Digne quis admiretur & obſtupeſcat, quomodo oculis ſpiritus omnia præuidens, filijs ſuis prænuntiauerit quid unicuiq; euenturũ ſit, etiã poſt multum temporis. Gad, tentator tẽtabit eum, ipſe autem tentabit illum ad pedes. Aſer pinguis eius panis, & ipſe dabit cibum principibus. Nephthalim, ſtirps emiſsitius, multiplicãs in germine pulchritudinem.] Et quia paucis tranſit illos, uenit conſequẽter ad Ioſeph. Ioſeph filius auctus & amabilis. Ioſeph filius auctus, filius meus iunior, inuidioſus factus ab ipſis initijs quẽ cõſilio communicato conuitijs inceſſerunt.] Fratrum ſignificat conſpirationem cõtra eum. Et id quod ſuprà dicebat ſcriptura, quòd crimine malo detulerant Ioſeph apud patrem ſuum: hoc iſte dicit: Quem communicato conſilio cõuitijs inceſſerunt, Et inſidiati ſunt ei uiri ſagittationũ,] Sanguinarium illorum ſignificat animum. Et cõtrita ſunt cum fortitudine tela eorum.] Vide quomodo, poſtq̃ dixit ea quæ contra Ioſeph attentarunt, dicit & quæ eis contigerunt. Contriti ſunt, inquit, arcus eorum, & diſſoluti ſunt nerui brachiorum manuum eorũ: Quaſi diceret, Ipſi enim occidere te conati ſunt, & quantum ex ipſis pendebat, compleſſent: ſed & arcus eorum contriuiſti, & diſſoluti ſunt eorum nerui. Sic enim eis accidit, quando audierũt Ioſeph dicentẽ: Ego ſum frater ueſter Ioſeph, quẽ uendidiſtis in Aegyptum. Tunc enim, tunc maximè ſoluti ſunt nerui eorũ per manũ potentis Ioſeph. Illic, inquit, corroboraſti Iſrael à deo patre ſuo, & audiuit te deus meus.] Vide germanam iuſti erga dominũ dilectionẽ, quomodo orbis dominũ ſuum ſolius deum eſſe dicat: nõ cõcludens eius dominiũ, neq; priuans eum poteſtate uniuerſali, ſed ſuum declarans amorẽ. Et benedixit tibi benedictione cœli è ſupernis.] Non ſolum, inquit, adiuuit te, ſed & benedixit te benedictione terræ omnia continentis, benedictione uberum & uuluæ, benedictione patris tui & matris tuæ. Confortatus es benedictionibus montium firmorũ, & deſiderabilibus cumulorũ æternorum.] Per cumulos æternos, gloriam & maieſtatem, & regnum Aegypti: per montes firmos, ſublimitatem & fortitudinem deſignat, & in ſummum faſtigium principatus euectũ eſſe hic inſinuat. Hæ enim, inquit, benedictiones erunt ſuper caput Ioſeph, & in uertice fratrũ, quorũ dux eſt.] Hæ ſcilicet, inquit, benedictiones erũt ſuper caput tuũ. Beniamin lupus rapax, mane comedet, & ad ueſperã diſtribuet prædam.] Et hic præſignat quod longo poſt tẽpore futurum erat, & quòd graſſaturus eſſet, ſicut lupus rapiens, occidens & innumera mala faciẽs. Quoniã aũt omnibus filijs cõgruas benedictiones præſignauit:

Et benedixit, inquit, ſingulis benedictionem ſuam

Universidad de Deusto
Biblioteca

suam, qua benedixerat eis: hoc est, unicuiq; præsignauit quæ decebat, & quæ in unaquaq; tribu euentura essent prædixit. Postq; autẽ ordinauit ea quæ à spiritu didicerat, dicit eis: Ego apponor ad populũ meũ, & sepelietis me cũ patrib. meis.] Vide quomodo per mandatum hoc, maximã eis consolationẽ afferat. Considerabant eñ quòd iustus hoc nõ mandasset, nisi omnino sciuisset reditum suũ futurũ, & liberandos se à seruitute Aegypti. Postea locũ quoq; dicit: In spelunca, inquit, quæ est in agro Ephrẽ Chetthei. Et ut hęc dixit, cessauit mãdare filijs suis, & subleuauit Iacob pedes suos super lectum, & defecit, & appositus est ad populum suũ.] Vide mortem iusti etiam magno miraculo plenã. Nam postq; mandauit filijs suis, inquit, subleuauit pedes in lectũ suum, quasi cum uoluptate rem aggrederet. Ita impletis omnibus, pedes sustulit: hoc est, rectos fecit & extẽdit. Defecit, hoc est finiuit uitã. Et appositus est ad populum suũ. Et recidit Ioseph super faciẽ patris sui, & fleuit super eum, & osculatus est eum.] Vidisti filij dilectionẽ? uidisti ignitã charitatem? Et post animæ recessum recidit Ioseph super faciem eius, & osculatus est, et fleuit super eo. His factis, Ioseph quæ à patre mandata erant, exequi curauit. Et mox mandauit pollinctoribus, ut aromatibus ad sepulturã condirent patrẽ. Et ipse quidem quadraginta diebus, Aegyptus autẽ septuaginta diebus eum luxit. Et postq; iusta omnia persoluta sunt, significauit Pharaoni, & his qui cũ eo erãt, quæ illi pater adhuc uiuus demandarat, & dixit: Adiurauit me pater meus, dicens: In sepulchro quod fodi mihi in terra Chanaã, illic me sepelies. Nunc igitur ascendam, & sepeliã patrem meũ, & reuertar.] Aequũ est, inquit, ut eius mandata faciã. Vbi igitur ea fecero, redibo. Hæc ut audijt, permisit Pharao. Et ascendit, inquit, Ioseph, ut se peliret patrẽ suũ, & simul ascẽderunt cũ eo omes serui Pharaonis. Et cognationẽ, et boues, & oues reliquerũt, & simul ascenderũt cum eo currus & equites. Et facta est turba magna ualde.] Vide quantũ officiũ Aegyptiorũ in honorem Ioseph.

Et uenerũt cum Ioseph, ita ut fieret turba magna. Et ut uenerunt ad locũ quendã, planxerunt eum planctu magno, & ualde uehemẽti. Et fecit planctũ patri suo septẽ dies. Et uiderunt habitatores Chanaan, & dixerunt: Planctus magnus est Aegyptijs. Propter hoc uocauit nomẽ loci, Planctus Aegypti, qui est trans Iordanem.] Verũ tu hæc audiens dilecte, ne simpliciter prætercurre, sed tẽpus cogita, quo facta sunt, et ab omni culpa libera Ioseph. Nondum eñ fuerũt portæ inferni confractæ, neq; mortis uincula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timuerunt mortẽ, hæc faciebant: nunc aũt propter gratiã Christi, quia mors facta est somnus, & cõsummatio quies, & certa multaq; sunt resurrectionis indicia, quasi de uita in uitã transferẽdi, sic exultemus & lætemur. Et quid dico de uita in uitam? de deteriori ad meliorẽ, de tẽporali ad æternã, de terrena ad cœlestẽ. Et peractis omnibus, inquit, reuersus est Ioseph in Aegyptum, ipse & fratres sui, & omnes qui cum eo erant.] Vide cõsequenter fratrũ Ioseph timorẽ hic, & terrorem eorum mentem cõcutientem. Vt uiderunt autem fratres Ioseph, quòd mortuus esset pater suus, dixerunt: Ne fortè memor sit iniuriæ nostræ Ioseph, & retribuat retributionem nobis, & omnia mala quæ in eum cõmisimus.] Terror ualidus eorum mentem perculerat, & à conscientia stimulati, ne sciuerunt quid facerent: propterea dicit, Cum uidissent patris mortẽ, ne dignam de se pœnã sumeret Ioseph ob ea quę in illũ peccauerũt, aduenientes ad eum dixerunt: Pater tuus adiurauit nos priusquã moreretur, dicens: Dicite Ioseph, remitte eis iniustitiã hanc, & peccatum eorũ.] Vide ite rum quomodo ipsi accusatores suũ ipsorũ sint. Vide quanta est cõscientię reprehensio. Et omnino scitis, quòd iniustitiã & peccatum operati estis, quòd maximas molestias ei exhibuistis. Et nũc remitte iniustitiam seruorũ dei patris tui.] Vide quomodo nullo cogẽte sui peccati sunt testes, & dicũt: Dixit pater tuus, remitte eis, ga molestias tibi exhibuerũt, et obliuiscere iniustitiã seruorum dei patris tui. At ille beatus & totus uirtutibus clarus, in tantũ modestus fuit, ut ne admitteret quidem ullã mẽtionẽ eorũ quæ in se peccauerant, ga & ad uerba eorũ confusus est. Et fleuit, inquit, Ioseph, loquẽtibus illis secũ: & uenerunt & dixerunt, Ecce nos serui tui.] Vide quantũ ualeat uirtus, q; ualida & inexpugnabilis, & quãta malitię infirmitas. Ecce eñ ille quidẽ, qui hæc passus est, regnat. Qui aũt ita afflixerunt fratrẽ, famuli eius esse orant, quẽ in seruitutẽ exposuerant. Verum tu uide clementiã Ioseph in fratres, obliti iniuriarum, & quomodo omnibus modis eos consolari uelit, & eis persuadere, quasi nihil in se peccauerint, dicit enim: Ne timeatis, dei enim sum ego. Vos cogitastis contra me mala, deus aũt cogitauit pro me bona, quomodo factũ, sicut hodie uidetis, ut pascat populus multus.] Ne timeatis, inquit, neq; anxij sitis: dei eñ sum ego, & dominum meum imitor, & beneficia repẽdere studeo his qui nõ ferenda cõtra me fecerũt: dei eñ sum ego. Deinde cũ monstrasset quanta eum deus benеuolẽtia prosequutus esset, dicit: Vos mala mente hæc contra me fecistis, deus autẽ in bonũ mihi omnia uertit. Idcirco & Paulus dicebat: Diligentibus deum omnia cooperant in bonũ. Omnia, inquit. Quid est omnia? Et quæ contristant, & quæ aduersari uidentur, in bonũ mutat. Hoc utiq; & in hoc iusto factũ est. Nã quæ à fratrib. facta sunt, ea maximè regnũ ei cõciliarunt, omnipotẽte dei sapientia, omnia mala in bonũ cõmutante. Vt pascat, inquit, populus multus.] Nõ solũ uestra causa hæc in bonũ uertit, sed & ut omnis ille populus pasci possit. Et dixit eis: Ne timeatis: ego pascã uos, & domus uestras. Et cõsolatus est eos, & locutus est in cor eorũ.] Quid igit, inquit, timetis? ego suppeditabo alimẽta uobis, & omnib. qui uobiscũ sunt. Et cõsolatus est eos, & loquutus est in cor eorum. Non simpliciter eos rogauit, sed rãto usus

usus est officio, ut eis omnẽ tristitiã è corde eximeret. Et habitauit Ioseph in Aegypto, ipse & fratres eius: & uidit Ephraim filios usq; in tertiã generationẽ. Et locut⁹ est Ioseph fratrib. suis, dicẽs: Ecce morior. Visitatione autẽ uisitabit uos dominus, & simul deportabitis ossa mea hinc.] Vide quomodo & ille, eadẽ quæ pater, curat: uolẽs ut simul auferrent inde ipsius ossa, quò magis eorum confirmaret mens, & bonã spem haberẽt de reditu suo. Et primũ prædicit quòd rediturí essent, & tunc dicit: Simul feretis ossa mea hinc uobiscum. Hoc autem non temere faciebat: duo eñ agebat. Vnũ, ne Aegyptij memores beneficiorũ eius, cũ pro more suo facile ex hominib. deos appellent, corpus iusti uerterent in impietatis occasionem. Alterũ, ut Israelitæ securi & certi sint omnino sere dituros. Nam nisi hoc certũ fuisset, nõ iussisset ut secũ reportarent ossa. Et uidere licebat rem nouã & admirabilẽ, eum qui omnẽ Israel in Aegypto pascebat, illum & ducẽ reditus, & in terrã Israel inducentẽ. Et mortuus est Ioseph, annos natus centũ & decẽ.] Quare nobis & illius annos signi ficauit? Vt discas quot annis Aegypti principatum tenuerit. Septẽ & decẽ annorũ erat, cũ uenirẽt in Aegyptũ: & triginta annorũ factus comparuit corã Pharaõe, & interpretatus est insomnia. Deinde octoginta annis præfuit toti terræ Aegypti. Vidisti quomodo maiora sint præmia q; labores, retributionesq; multipliciores? Tredecim annis certauit in tentationibus, ferẽs seruitutẽ, & calumniã illam impiã, & afflictionẽ in carcere. Et quia generose, & cũ gratiarũ actione tulit omnia, propterea larga præmia accepit etiã in hac uita. Consídera eñ, quòd pro breui illo tempore, quo seruitutẽ & carcerẽ sustinuit, octoginta annis regnum administrauerit. Et quòd fide omnia dispo
Heb. 11. d suerit, & propter hoc etiã de transuectione ossium mandarit, audi Paulum dicentẽ: Fide Ioseph moriens, de egressione filiorum Israel meminit. Nec his cõtentus, ut discas causam, propter quã iniunxerit ossiũ transuectionẽ, addit, & de ossibus suis mãdauit. Fortè pluribus hæc dicta sunt, sed igno scite. Nam quoniã ad finem libri peruenimus, uoluimus cum eius fine sermõis quoq; huius finem coniungere, solitam exhortationem adijciendo. Omnes igitur magna solicitudine curaq; singula D ri operã demus, ut memores simus dictorũ, et imitemur iustorũ illorum uirtutẽ, & iniuriæ obliuionem erga eos qui nos iniuria affecerunt, clementiãq; in eos qui nos calumniant seruemus. Hinc enim & iustus ille tantã sibi dei gratiã conciliauit. Vt igitur & nos diuinã gratiam assequamur, summam uirtutis habeamus rationẽ. Sic enim & spíritus gratia nobis concedetur, & præsentẽ uitam magna iucunditate transigemus, & futura bona consequemur. Quæ nobis omnibus concedat dominus noster Iesus Christus, cui cum patre simul & spíritu sancto sit gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum D. Ioannis Chrysostomi
in Genesin, finis.

DE IEIVNIIS ET GENESEOS lectione, sermo.

VCVNDVM quidẽ nautis est uer, iucũdũ quoq; & agricolis: sed neque nautis, neque agricolis ita iucundũ est ueris tẽpus, ut his qui philosophari uolũt iucũdi sunt ieiuniorum dies, spíritale animarum uer, & fidissima trãquillitas animorum. Nam agricolis uer idcirco iucundũ est, quia delectat aspícere tunc depictam floribus terram, & uarijs frondibus uirgulta comantia: nautis uero acceptum est uer, quòd dorsum maris de ductis nauibus tutò licebit ascendere, nec undarum pericula formidare. Nobis autem iucũdum est ieiuniorum uer, quòd tunc nõ undarum, sed cogitationum, & cõcupiscentiarũ carnis fluctus ac turbines mitigantur, & coronæ nobis non florum, sed spíritualiũ gratiarum parantur. Sic enim scríptum est: Coronam, inquit, gratiarũ accipiẽs Eccl. 32. d tuo capiti. Non ita ergo apparẽs suis hirundo uer naculis fugatam hyemem nuntiat, ut ieiuniorum dies fugari ex uisceribus nostris uitia carnis & cupiditatis ostendũt. Cessat pugna carnis aduersus animam, & animæ aduersus carnẽ, nec ultrà insurgit ancilla in dominam, nec serua superbit in liberam: sed uniuersa hæc prælia ieiuniorũ præsen C tia cõquiescunt. Quia igitur nobis quietũ & tranquillitatis tempus aduenit, etiã nos deducamus in mare, doctrinę nauigium, & dicẽdi uela soluamus: si tamen tranquillus & tutus est aurium uestrarũ portus, in quo uerbi dei nauis absq; metu naufragij collocetur. Altum enim nobis pelagus incedendũ est, uolentibus de cœli ac terræ & maris corporibus philosophari. Hæc enim nobis hodie lectio recitata est. Sed quid ad nos, inquies, creaturarũ pertinet ratio? Et ualde quidem, charissime: sic enim ex magnitudine & decore creaturarum competenter earũ conditor agnoscitur: quanto autẽ ad earum intelligentiã fuerimus intenti, tanto magis uia nobis patescit ad intuitum cõditoris. Magnũ, crede mihi, bonũ scire est quid sit creatura, & quid creator, & quæ sunt opera, quis uero opifex. Si eñ hoc diligẽter scirẽt discernere hæretici, nunq; utiq; omnia cõfunderent, & quæ sursum sunt, facerẽt deorsum. Nõ dico quòd cœlum, & stellas deorsum, terram aũt sursum ducerẽt: sed quòd regẽ ab excelsis sedibus deducentes, cum creaturis & operibus collocauerint: creaturã uero diuinis honoribus affecerint. Si de creaturis scissent philosophari Manichæi, nunq; materiam corruptibilem & mutabilẽ, quæ cum nõ esset effecta, esse ingenitam, deoq; dicerent coæternam. Si de creaturis scissent rectè philosophari gentiles, nunq; coluissent, & seruissent creaturæ potius quàm creatori. Bonum uides cœlum, sed propterea, ut illud aspiciens adores conditorem eius: pulchrũ solem, sed ut illũ intuens, factorem ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſius uenereris. Si enim creaturarum pulchritudine detentus inhæreas, nec ex earum ſpecie magnitudinem conſideres creatoris, conuerſum eſt tibi lumen in tenebras. Vides quantū boni ſit ſcire creaturarum rationē? Non igitur negligamus hæc lucra, ſed attentius intēdamus his quæ lecta ſunt, quia non ſolum cœli, & terræ, ac maris, ſed & noſtræ, id eſt hominum originis ratio nobis ex his quæ leguntur, exponitur: & unde mors, unde & labor mortalium uitæ, unde curæ, unde triſtitiæ ſubierint, declaratur. Pro his eñ omnibus ue lut ſatisfactionem quandam ſcriptā, librum hunc deus miſit ad homines. Neq; enim ſatisfacere dignatur hominibus, qui per Prophetā dicit: Venite & diſputemus, dicit dominus. Et non ſolum diſputare cū hominib. & ſatisfacere nobis uult, ſed quomodo culpam fugiamus oſtendit. Ante enim q̄ diceret, uenite & diſputemus: docuit qd loqui uel agere oporteat, & ita uenire ad iudiciū. Audi deniq; quæ in ſuperioribus Propheta præmiſerit: Lauamini, inquit, mundi eſtote, auferte nequitias ab animis ueſtris: diſcite bonū facere, iudicate pupillo, & iuſtificate uiduā: & tunc addit, Venite diſputemus, dicit dominus: nō enim nos ad diſputandum, hoc eſt ad iudicium, ubi de cauſa noſtra tractandum & diſputandū eſt, uult nudos & inanes uenire, ſed habere aliqua documenta iuſtitiæ. Si enim faciamus ea quæ ſuperius præcepit, tunc ad diſputandum de cauſa noſtra, & de actibus noſtris, audacter & fiducialiter ueniemus. Deniq; & aliās dicit: Dic tu prior iniquitates tuas, ut iuſtificeris. Habes eñ accuſatorem acerbiſsimū & immitem, præueni eum, & obtura os eius impudentiſsimū, propria ſponte confiteri do delicta. Sed intuere paululum magnificētiam dei: ex initio per ſemetipſum loquebatur hominibus deus, ſecundū quod audire eis poſsibile erat. Sic deniq; cum Adam locutus refertur, ſic increpaſſe eum, ſic cum Noe ſermocinatus, ſic apud Abraham hoſpitio ſuſceptus, & conuiuij cōfabulatione uſus. Verum ubi humanum genus proceliuius in malitiā declinauit, & à parente, & à conditore ſuo, quaſi longa quadam peregrinatione diſceſsit: cōfabulatione ceſſante, literis ad eos tanq̄ longè à ſe poſitos, & epiſtolis utit̄, quibus eos ueteris cuiuſdā amicitię, et familiaritatis admoneat. Primā quidē epiſtolā ad homines per Moſen direxit deus. Quid ergo hæc epiſtola contineat: uideamus. In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Requiris forſitan, cur non prius de angelis nobis, uel archāgelis indicat. Si eñ ex frequentia, & magnitudine creaturarū conditor intelligatur, multo magis ex uirtutū cœleſtium conditione poteſt agnoſci. Magnū eſt cœlum, ſed non ita ut angelus. Decorus eſt ſol, ſed excelſior archangelus. Et ideo excelſam illam, & arduā uiā relinquens, per hanc planiorem & humiliorē nos ad rerum ſcientiā ducit. Conſidera enim qui erant, quibus hæc recitabat epiſtola: nónne ex illis qui educebantur ex Aegypto, ubi dei cultū in crocodilis haberi, & canibus ac ſimijs uiderāt? Non ergo conſequens uidebatur, eos tunc per excelſiorem uiam ad agnitionem cōditoris adducere: & ideo iſta planiore & faciliore utitur, cœlū eis terramq̄ oſtendit, & mare, atq; omnē uiſibilem creaturam. Deniq; ubi paululum iam ex ea inſtitutione profecerant, audi quomodo eis aliā epiſtolam per Prophetam mittit, in qua de ſupernis uirtutibus docet, & dicit: Laudate dominū de cœlis, laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius: quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Nam de illis epiſtolis, quas per Paulū apoſtolum mittit deus, quid opus eſt dicere, ubi iam ſecretiora multa & excelſiora referunt? & ſcribit̄ nobis tanq̄ iam altioribus, qui philoſophiæ poſſumus inſtituta ſuſcipere: quia per Ieſum Chriſtum facta ſunt omnia uiſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: & quia oīa per ipſum, & in ipſo creata ſunt, et ipſe ſit ante omnes, & omnia in illo cōſtent. Referuntur tamen etiā in his quæ per Paulum referūtur eadem ipſa, quæ Moſes ſcribit. Nam cū apud Athenienſes concionaretur Paulus: nō eis de angelis loquitur, & archangelis: ſed de cœlo, & terra, & mari, ita dicens: Deus cum feciſſet mundū, & oīa quæ in eo ſunt, cœli ac terræ dominus, non in manufactis templis habitat, & cætera. Sed & Ioannes tanq̄ & ipſe ſcripta perfectioribus deſerens, non ſolū cœli, & terræ creaturā adſcribit unigenito filio dei, ſed dicit, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, id eſt tam ea quæ uidentur, q̄ illa quæ non uidentur. Sicut ergo apud magiſtros literarū fieri uidemus, quorum alius puerulum de gremio matris acceptū, & ignarum omniū, atq; incapacem maiorū, primis tantūmodo imbuit elemētis: quem rurſus alius magiſter accipiēs, perfectioribus inſtituit diſciplinis: ita & Moſes ignaram omniū, & rudem hominū naturam, & (ut ita dicā) nuper à lacte depulſam, prima diuinę cognitionis edocet elementa. Ioannes uero & Paulus uelut à Moſe iam quę prima ſunt imbutos homines, ad excelſiora & perfectiora deducunt, nō ut quæq; prima ſunt deſtruentes, ſed tanq̄ fundamento cōpetenter poſito ſuperponentes totius ædificij celſa faſtigia. Vidiſti deniq; utriuſq; teſtamenti ſtructurā unius lineæ modulatiōe directam. Vidiſti totius ædificij conſonā quadraturā, audiſti à Moſe, quomodo facta ſit uiſibilis creatura, audiſti & à Dauid, quomodo & intellectualis illa cœleſtis atq; inuiſibilis creatura ſit, dicente: Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mādauit & creata ſunt. Simili modo & in nouo teſtamento uerbū dei audis exponi uiſibilium & inuiſibilium conditorē. In principio fecit deus cœlum & terrā. Sermo hic quidem breuis eſt, & ſimplex, ſed omniū aduerſariorum ſubruere machinas poteſt. Deniq; conſidera quomodo Manichæo aſſerenti quòd infecta ſit materia, & deo coæterna, occurrit & dicit: In principio fecit deus cœlum & terram: & omnem ſtructurā falſæ eius doctrinæ ſubuertit. Sed non credit Manichæus ſcriptu-

Pſal. 148

Eſa. 1

Coloſſ. 1. c

Acto. 17. f

Ioan. 1

Eſa. 43. d

ſcripturæ noſtræ: ergo & propter hoc ipſum uitandus nobis eſt, & alienus penitus habēdus. Qui enim non credit deo, & ueritatem mendaciū ponit, nō tam errare, quàm inſanire iudicandus eſt. Sed quomodo, inquit, ex nihilo fieri aliquid potuit? Dic mihi & tu quomodo ex materia aliquid fieri potuit? Certum eſt enim quòd de terra factū hominem uterq; noſtrum credit, licet tu ipſam terram neges à deo factā. Dic ergo mihi, quomodo de terra facta eſt caro? De terra enim lutū fieri uidemus, aut laterem, aut tegulam, uel aliquod tale figmentum, carnem uero de terra nullus unquā fieri uidit. Quomodo ergo facta eſt natura carnis, quomodo oſſa formata ſunt, quomodo nerui & uenæ, quomodo cutis, & membra uiſcerum ſecretorum, quomodo ungues, & capilli, & ſingulorū uarietas diſtinctioq; membrorum, quomodo iſta diuerſitas ex una terræ natura formata eſt? Sed certum eſt quòd dare non poteris rationem: quomodo ergo cum iſta quæ apertiora ſunt & facilio ra explicare non poſsis, de difficilibus & ineffabilibus pronuntiare auſus es? Vis adhuc & facilio ra tibi proponam, atq; ea quæ per momenta habemus in manibus? Panē quotidie ſumimus, & exinde corporalis uitæ ſubſtantiam cōſeruamus. Dic ergo mihi, quomodo natura panis intra nos mutat̄ in ſanguinē? Quomodo ex ipſo phlegma, ex ipſo etiam fellis ſubſtantia fiat, & diuerſi humores generentur? cum utiq; natura panis denſa quædam ſit & compacta, hæc uero in quæ mutatur, remiſſa ſint, & fluida: tum deinde color panis uel candidus eſt, uel ad frumenti ſpeciem redactus: color uero ſanguinis rubens, & fellis nigri uel flaui, cæterorumq; humorum longe diuerſus, & uarius. Quomodo ergo fiūt hæc, dic mihi, & horum redde rationem. Sed certum eſt, quòd non ſolū hæſitabis, ſed & tacebis: rectum'ne tibi uidetur, ut cum rationem eorum quæ quotidie in nobis ſunt inueſtigare non uales, diuini operis, & cōditionis dei audeas ſecreta diſcutere, & contradictionē impoſsibilitatis oſtēdere? Si noſtri ſimilis eſt deus, bene operis eius ſecundum cōmunem ſenſum expetis rationem. Quinimò nec ſic quidem. Multa enim ſunt quæ arte quidem hominum fiunt, quomodo tamen, uel qua ratione fiāt, explicare non poſſumus. Verbi gratia, quomodo de uenis terræ aurum fiat: hoc fieri quidem uidemus, rationem uero immutatæ glebæ reddere nō ualemus: ſed & ex arena arte hominum fit uitrum luciduſsimū, & multa alia his ſimilia humana quidem experientia fiunt, qua tamen ratione fiant, mortalis ſermo nō explicat: dei uero opus, quem utiq; humanas artes innumerabiliter præcellere etiam tu fateris, cuius uirtutem & potentiā abſq; ulla cōparatione, non ſolum inter homines eſſe, ſed inter cœleſtes uirtutes nemo unquam dubitauit, quomodo in ſingulis quibuſq; figmentis ſuis diſcutiendum credis, & humanæ artis infirmitate penſandum? quin potius derelinquentes hæc quæ abiectæ & fragiles cogitant mentes, redeamus ad illam ſtabilem robuſtamq; ſententiā quæ dicit: In principio fecit deus cœlum & terrā. Sta ſuper illud fundamentum, ne commouearis, nec in cogitationum fluctus, atq; animorum turbines corruas. Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ adinuentiones earum. Noli ergo derelinquere quæ firma ſunt, & cōuerti ad infirma & incerta, atq; his ſalutē animæ tuę credere: ſed permane in his quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, & dic: Quia in principio fecit deus cœlum & terrā: etiā ſi tibi Manichæus occurrat, etiamſi Valentini diſcipulus, tu ſemper utere hoc ſermone: etiāſi illi irrideant, tu eos ut inſanientes defleto. Sint licet pallentes in uultu, & triſtes ac ſeueri uideant̄, atq; obductis ſupercilijs: ſint licet ſermonum uarietate ſubtiles: ſed tu noli aſpicere ad iſtam quæ extrinſecus eſt ouium pellem, ſed conſidera & intuere lupū qui intrinſecus latet: & propterea maxime eum execrari debes, quia ad conſeruū ſuum mitem ſe ſimulat, & humilem: ad dominū autem omnium noſtrum canis eſt rabidus, in cœlum latrans, & ipſi quodammodo diuinitati inferēs bellum. Negat enim creatorem deum, ſed aliū neſcio quem contrariū prædicat. Fuge ergo ab his talibus, & uita tenditulas: uita huiuſmodi uerbū, tanquam uenena. Cuſtodi hæreditatē quam à patribus ſuſcepiſti per fidem, & doctrinā ſcripturæ diuinæ, quæ dicit: In principio fecit deus cœlum & terram. Cur autem primū cœlum fecit, deinde terram, ante tectum, q̄ ſolum? Vides in hoc nihil eſſe ſimile humanis artibus, nec hominū regulis uoluntatem ſeruari diuinam. Apud nos adminiculis & fulcimentis opus eſt, ibi uero uoluntas opus efficit, & præbet ſermo uirtutē. Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita. Quàm ob cauſam cœlum perfectum condidit, terrā uero paulatim compoſitam eſſe refert Moſes: ut audiens tu quia melioribus elemētis perfectum extitit opus eius, certus ſis, quia & terram perfectam poterat producere, ſicut & cœlum: ſed propter tē, & propter ſalutem tuam non fecit. Si requiris, quomodo? auſcultа. Patriā tibi & nutricem, & matrem, & menſam, & domum poſuit terram: ſed & ſepulchrum tibi hanc eandē dedit. Nam & corpora noſtra ex ipſa ſunt, & ex ipſa etiā corporum nutrimenta, & ex ipſa quoq;, & ī ipſa noſtra habitatio eſt, & poſt mortē in ipſam rurſum redimus: ne forte ergo ex his omnibus quæ ex ea uideris conſequi beneficijs, fragili & lubrica cogitatione in impietatem delapſus, ipſam eſſe uitam putares, & uituperes autorem: propterea imperfectam eam atq; incompoſitam producit, ut tu intelligens quòd indiguit etiam ipſa opere & beneficio conditoris, cultum uenerationemq; diuinam creatori omniū referas deo, & glorifices eum qui ad uſum miniſterij humani generis tanta parauit ac talia. Verū dei cultus non ſolum in fide recta, ſed in optima conuerſatione cōſiſtit. Ait enim dominus: Luceat lux ueſtra inter homines: ut uidētes opera ueſtra bona, glorificent patrem ueſtrū qui in cœlis eſt. Et ideo uelim ad ea quæ dicta ſunt, addere aliqua de opere miſericordiæ, niſi ſuperfluum uideretur uos do-

Matt. 6. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere, qui alios operum uestrorum docetis exemplis: maximè cum medius omnium nostrũ sedeat pater communis & magister noster, cuius domus (tanquã ad hæc relicta etiã maioribus suis) peregrinis & aduenis patet: omnes qui undiq; uel ad tribulationes abijciendas, uel ueritatis discendæ causa conueniunt, hanc sibi hospitam domũ inueniunt, hanc ministrã, & ita in omnibus famulantem, ut nesciam utrum huius an peregrinorũ magis dicẽda sit domus. Imò uero propterea magis huius est, quia peregrinorũ est: nã & omne quod nostrũ est, tunc magis nostrũ erit, si sit nobis commune cum fratribus. Melius enim seruatur pecunia quæ in dextera pauperis collocat. Hanc mihi non calumniator extorquebit, non inuidus crimi
B nabitur, non latro auferet, non fur nocturnus diripiet, non seruus fugã meditans uastabit, sed semper est tuta, semper integra, semper salua. Nullus alius locus ita munitus est ad cõseruandam pecuniam, sicut pauperum uenter. Deniq; frequenter etiamsi extrinsecus quis potest damna uitare, aut effugare calumnias, effugere tamen in pecuniam domesticas insidias non ualebit: quanuis claustra postis ualida, quamuis signacula exquisita circumdent, seruile tamen ingenium non euadet, & ideo certissimum est illam nobis magis seruari pecuniam, quam pauperibus commendamus. Non solum enim salua nobis manebit reposita in talibus claustris, sed & fœnore multiplicato reddet. Ingẽtes enim reditus cõferet pecunia largita pau
C peribus. Nam si hominib. in fœnus dederis eam, centesimã tibi reddent: si uero dei pauperibus fœneretur, centuplum restituet, insuper & æternam confert uitam. Quid ergo mauis agere de pecunia tua, centesimã ab hominibus, an centuplum recipere à deo, imò quod est super omnem pecuniam, uitam æternam pro misericordia, & immortalem beatitudinem consequi? Vide ergo ubi magis uelis congregare fructus tuos. Si in terra semines, quãdo feliciter, decuplũ colliges, & hoc cum multo labore, cum multis molestijs: in cœlo autẽ seminanti, qua neq; bobus, neq; aratro, neq; colonis, aut alijs huiusmodi laboribus opus est: ibi nõ grando metuitur, non solis adustio, non rubigo consumens, non locustarum exercitus formidan
D dus est, non uicini prauitas, non potentis depræ-
datio, nõ exactoris iniuria: sed seminum tuorum seges tuta & illæsa consurget, afferens fructũ immortalitatis, & lætitiæ sempiternæ fructũ, quem oculus non uidit, nec auris audiuit, necin cor hoi. Cor. 2. c minis ascendit. Quomõ ergo non extremæ ignauiæ est, certa relinquere, & incertis adhærere: maiora deserere, & minora sectari: tuta & tranquilla non exequi, periculosis & fragilibus assidere? Et quæ erit uenia hæc agentibus? Quæ excusatio tã iniquo iudicio uiuẽtibus? Quòd si quis forte pauperem se dicat, certus sum quòd quamuis ille sit
Mat. 12. d Luc. 21. a pauper, nõ erit pauperior uidua illa, quæ duo minuta sola habebat, & ipsa obtulit deo. Imitemur ergo & nos diuitias eius, diuitias dico, nõ census, sed mentis: non pecuniæ, sed fidei: & magnanimitatem eius sequamur, ut possimus & meritis eius adiuuari per gratiam dñi nostri Iesu Christi, cum quo est deo patri cum spiritu sancto gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

QVOMODO PRIMVS HOMO OMNI prælatus sit creaturæ, Sermo.

DIgnitas humanæ originis facile agnoscitur, considerata sublimitate autoris: neq; enim facile poterat esse uel leue, quod manus sacra cõfinxit, & cœlestis flatus in uitalem substantiam animauit: maxime cum idem artifex deus potestatem suã in omnem fabricã eidem homini fuerat traditurus: ut quem secundũ præsidem post se facere disponebat, eun dem faceret plenum atq; perfectum, habentem in
B sese & dignitatem qua præcelleret, & potestatem qua cunctis animantibus imperaret: soli seruiens illi, à quo ei cuncta fuerant subiugata, ut imperaret mundo, seruiret deo, creatorẽ suspiceret, creaturam sibi parere compelleret: tantumq; ditionis sese domino debere perspiceret, quantum ipse à creatura exigeret, habens in propria potestate & obedientiam, & contemptum: obedientiam, qua uiueret: contemptum, quo digne pro meritis interiret. Vnde effectum est, ut contemnendo mortem incideret, qui obediendo uiuere posset: unde potestatem concessam dum in contemptum protulit, & uitæ priuilegium perdidit, & mortis sibi sententiam acquisiuit. Et tamen adhuc creatura
C eius seruat imperium, licet ipse creatori suo deneget obsequium. Vnde apparet quid suę felicitati detraxerit, quum peccatorum merita eius statum adhuc mutare non possint. Grauaris homo, iustè grauaris, & inexcusabili pœna astringeris: cõtemnis creatorem, & eius imperas creaturæ: despicis dominum, & de eius creatura exigis obsequium: beneficijs dei perfrueris, & eius potentiã non extimescis. Et cum tibi per eum cuncta deseruiant, solus ipse illi non seruis. Bis delinquis, & geminũ ac duplex crimen incurris, dum nec pro conditione, ut seruus obsequeris, nec pro potestate data domino famularis. Tibi cœlum in die lucis splendore uestitur, & solis fulgoribus decoratur: in nocte clarissimo lunæ speculo, & astrorum fulgore uario polus ipse illustratur, ut diei noctisq; uicissi
D tudine & numerositas temporum dignoscatur, & post diurnum laborem requies miseris mortalibus præbeatur. Tempora alternis uicibus immutantur, frondescunt syluæ, amœnantur campi, prata uirescunt, animantia cuncta diuersis usibus procreata ædunt fœtus, parẽt imperio, obsequia seruant, scatent fontes, amnes fluunt, institutis terminis maria coercẽtur. Gaudet post hyemem uerna temperies, æstatis flagrantia decoquit messes, autumnitas temulenta suas exhibet ubertates, hyeme maturantur hymbribus terræ, suis institutis cuncta deseruiũt, solus homo deo non seruit. Quid si tibi uniuersa natura constanter edicere: ego tibi à domino rerũ parere præcepta sum, ego circa te iussa implere, instituta seruare, nascentia cuncta tribuere genitoris imperio iussa sum:

Vide tomo ultimo, Homilia VII. ad populum Antiochenũ, super illud In principio fecit deus cœlum & terram

deniq; pareo, obtempero, seruio, & cum mutato non mutor. Pareo inquam, rebelli, obtempero procaci, deseruio contemptori. Cæterum si mihi instituta mutare, iussa peruertere, necessaria denegare, rerum dominus præcepisset: creatura cuncta uiduata homine remaneret, nec qui contemneret ulterius esset, quia cõtemptor homo digne de merito interiret: deniq; quis talis es, qui in hoc contemptu consistis: qui creaturæ imperas, & creatori non seruis: qui dominatum exerces, & dominum non agnoscis? Time dominum patientem, ne seuerum sentias iudicem. Corrigat te dilatio differentis, ne censura puniat iudicantis: Facile enim obsequio tuo facies deum propitium, si conuersus iam mutaueris uitium. Vsurpatum em
B redditur, quicquid dilatione temporis fœneratur: necesse iam præterit impunitũ, cui mora temporis non potuit dare remediũ. Quid retribuam domino? si humana conditio genitori quid debeat, noscat, atq; eius beneficiorum innumerã multitudinẽ momentis omnibus retractando intelligat, inueniet suæ seruitutis obsequia cõtinuis laudibus, iugi gratulatione æquare non posse. Neq; enim beneficia ab eo præstita atq; collata, uel modum poterunt habere uel numerum, certe nec terminum: quippe cum nec sensus ad inuestigandũ sufficiat, nec scientia suppetat ad laudandum: immensitas enim beneficiorũ superat cogitationes sensuum, & innumera multitudo donorũ uincit uolubilitatem uerborũ. Nec si totũ uitæ tempus
C oris obsequia occupent, laudes teneãt, gratiarum actiones insistant, poteris pensare quod debes. Qua in re danda nobis est opera, ut totis uiribus deuotio mentis in diuina obsequia exerceatur, & laudum glorias os nostrum per omne tempus frequentare cogatur, nõ quò in istis debitũ compensetur, sed ut nostræ deuotionis uoluntas his conatibus dignoscatur: ut quicquid fragilitas detrahit ad complendum, hoc deuotio conferat ad promerendum, ut iam quia uis, nõ quia perficis, expungaris: nec quia debita compensas, sed quia parere desideras. Velle enim expungit, quia per immensitatem rerum id ipsum quod cupimus explicare non datur. Quid retribuã, inquit, domino pro o-
Psal. 115. a mnibus quę mihi retribuit? Quærit Propheta sanctissimus, quibus meritis beneficia diuina com-
D penset, quo famulatus genere munera percepta coæquet, quibus obsequijs tantis possit muneribus respondere, quo seruitutis genere innumera debeat dona, & infinita beneficiorũ genera comparare. Sit licet excellens hominum meritum, sit naturæ iura conseruans, sit legum iussis obtemperans, impleat fidem, iustitiam teneat, uirtutes exerceat, damnet uitia, peccata repellat, semet exemplum imitantibus præbeat: si quid gesserit, parũ est: quicquid fecerit, minus: omne enim meritum breue est cõparatione donorum. Numera beneficia, si potes, & tunc cõsidera quid mereris. Cum beneficijs cœlestibus tua facta perpende, cum diuinis muneribus actus proprios meditare: nec dignũ te iudicabis eo quod fueris, si intelligas quid

Chryſ.

mereris. Igitur de beneficijs innumeris diuina in
A te pietate collatis, elige quod libuerit unum, hinc tuũ cõpensari totũ nõ poterit meritũ. Cæterũ obtundit sensus, cõfundit animus, spiritus perturbatur, ut ab homine deus noscat, nec humana poterunt pensari obsequia, si diuina beneficia comparentur: & tamen de illo loquimur, qui semet peccare non patitur, qui iudicium suæ mentis examinans contendit, ut placeat: ut promereatur, instat: ut seruiat, elaborat. Cæterum quem peccare delectat, aut propria mentis segnitia, aut inconsiderati actus, aut uanitas uitæ sic mancipat uitijs, ut sit materia delictorum, minister culparum, seminarium peccatorum: is in se duplex scelus, & geminum crimen admittit, & quòd debita domi-
B no seruitutis non reddit obsequia, & quòd innumera beneficia peccando eius pensare nitit contumelia. Quare nitatur iustus merita propria beneficijs cœlestibus coæquare, nitatur & peccator uitia quæ exercebat, horrere. Ille incrementis sanctæ uitæ increscat, hic peccata damnando, iustitiam quam non amabat, exerceat. Ille bonis tribuat salutare exemplum, hic malis ostendat correctionis remedium. Ille præmia meriti sancti expectet, hic supplicia semet corrigendo declinet. Sic fit ut & iustus gloriam bene uiuendo acquirat, & peccator correctus indulgentiã diuina pietate percipiat.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Adam & Heua, Homilia.

DEVS institutor mundi, omnia ex nihilo
C faciens: qui dixit, & facta sunt: manda Psal. 32. b
uit, & creata sunt: fecit cœlum & terram, & omnia quę in eis sunt. Perfectis Gen. 2. a
omnibus atque ordinatis, fecit hominem ex limo terræ, sufflauit in animam uiuentem, & factus est homo. Et ne solus habitaret in terra, fecit illi adiutorium: euulsa costa è latere, impleuit carnem: applicuit ad Adam, ut ei nomen imponeret. Tanta fulgebat in ruditate primi hominis gratia, ut nomen illi imponeret, & futura prophetaret, dicẽs: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc uocabitur Heua, id est, mater uiuorum. Erantq; ij homines, scilicet masculus & fœmina, nudi in paradiso, & non confundebantur. Vbi simplicitas regnabat, malitia ibi locum non habebat. Deus præscius futurorũ, dedit præceptum, ut ex omni ligno paradisi manducarent, ex arbore dignoscentiæ boni & mali ne tangerent, & in qua die tetigissent, morte morerentur. Serpens ille diabolus uenenosa astutia sua, persuasione callida, sexum fragilem fœmineum, falsa suggerens, decepit dicens: Quod uobis dixit Gen. 3. b
deus, de arbore hac non tangatis, ideo præcepit, ne aperirentur oculi uestri, & essetis sicut dij. Illa audiẽs & uidens speciosum esse oculis ad uidendum, & dulcem fructũ ligni ad escã, & esse uolẽs sicut deus. Licet ipse inde deceptus est, quia ipse uoluit esse ut deus dicens: Ponam sedem meã ab Esa. 14. d
Aquilone, & ero similis altissimo. Ex ipso ergo ueneno male persuadẽs propinauit mulieri. Ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tollens de fructu arboris dedit Heuæ, Heua Adæ A uiro suo. Aperti sunt oculi eorum, & cœperunt confundi, quia nudi erãt. Consuerunt folia ficus, fecerunt͡q; sibi succinctoria. Ideo ergo cõfusio facta est, quia cupiditas, quæ est radix omnium malorum, in cor eorum uenerat. Et ipsa transgressio peccati totum labefecit mundum, factum alumnum peccati: quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Omnis quoq; homo de eo natus, natus est illi obnoxius, quia seruus seruum generat. Et nisi per illum liberatorem acciperet genus humanum libertatem, omnes in seruitute hucusRom. 5.b que detinerentur, sicut ait Apostolus: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines
Psal. 50.b pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Nam un- B de est illud, quod clamat Propheta, dicens: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis mater mea in utero me habuit? De isto peccato uenit, de quo dixit uerus dei cultor, homo sine querela, abstinẽs se ab omni malo, cui nemo similis super terram: Non esse sine peccato, nec infantem
Iob 25.b unius diei natum super terram. Dicit item: Graue iugum super filios Adæ, à die exitus de uentre matris eorum, usq; in diem sepulturæ, quæ est mater
Iob 14.d omnium. Insuper ipse alibi dixit. Quomodo potest mundus esse de immundo conceptus semine? Quid agimus? ipse ecce Apostolus assumpsit personam ipsius primi hominis, ut totum obligatum in peccatis demonstraret mundum, dicens: Con-
Rom. 7.b cupiscentiam nesciebã, nisi lex diceret: Non con- C
Exod. 20 cupisces. Lex ergo erat quando audijt primus ho-
Deut. 5.c mo: Ex omni ligno paradisi edes, ex arbore au-
Gen. 2.c tem dignoscentiæ boni & mali ne tetigeris. Hoc
Rom. 7.b est dicere, nõ concupisces, Occasione autem accepta, peccatum per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, quam præcepit Deus Adæ, & mandatum sanctum & bonum & iustum. Hoc Apostolus dicit in persona primi hominis. Quod ergo bonum est mihi, mors factum est? Absit: sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Id est, ut diceret: Aperientur oculi uestri, &
Gen. 3.b eritis sicut dij. Per hoc bonum operatũ est ei mortem, ut fiat supra modum peccator, ut ipse diabolus esset supra modum peccator, ut in eo cade- D ret peccatum per mandatum. Et fortè dicturus est aliquis: Ergo Deus non est præscius futurorum? Nesciebat posse per mandatum cadere rudem hominem? Vnde oportuerat, ut eum permitteret non cum præcepto, sed simpliciter uiuere in paradiso, ut non peccatum committeret per mandatum. Et nos contra calumnias eorum hæc dicimus: quia deus sciuit posse tangere primum hominem de arbore prohibita. Sed quia undiq; confitetur uniuersa lingua deum præsagum esse futurorum antequàm essent uniuersa quæ in mundo sunt, præsciuit præuaricaturum primum angelum, & primum hominem. Angelos ergo fecit in spiritu sine carne, præceptum dedit eis nullum. Vnus angelus primus, qui Sathahel dictus est, malignam & nephariam præsumptionem assumens dixit: Pono sedem meam in Aquilonem,
Esaiæ 14.d & ero similis altissimo. Et ita pro tali præsumptione cecidit irreparabiliter, ut angelus primus præcipitatus de culmine angelico, diabolus nominaretur. Ecce sine præcepto ita cecidit irreparabiliter, ut consequentes sibi hodie, hodieq; occidat. Sed æquè dicturus est aduersarius fidei catholicæ, Et in ipso angelo præscius non erat, qui hanc præsumptionem assumere habebat? Nos nunc respondemus ei: Omni ratione sciuit futurum irreparabilem casum eius, sicut sciuit quanta bona facturus esset de malo eius. Nam tolle persecutores, & non erunt martyres: tolle ebriosos, & non laudamus sobrios: tolle tenaces, & non præferi- B mus in eleemosynis largos. Ex cõparatione ergo
Gen. 1.b peioris oboritur laus melioris. Deus noster faciens hominem ad imaginẽ & similitudinem suam, dedit præceptum in creatura: id est, in arbore, eligens ut per transgressionem in creaturam peccaret, quàm sine mandato in creatorem offenderet. Et sicut angelus qui sine præcepto elatus cecidit, ita & homo si præceptum non acciperet, æquè & ipse diceret: Pono sedem meam in Aquilonem, & ero similis altissimo: & caderet irreparabiliter. Præuidit per omnia deus, quanta habuit facere bona de transgressione primi hominis. De ipso ergo peccato transgressionis pullulant omnia peccata. Cum ergo dicitur homo tradi desiderijs suis,
Rom. 1.d ex ipsa propagine sit reus: quia desertus à deo, cedit cupiditatibus, atq; cõsentit, uincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est: & fit ei peccatum consequens præcedentis pœna peccati. An non
Rom. 1.d est peccatum & pœna peccati, ubi legitur: Domi nus enim immisit eis spiritum erroris, ut faciant quæ non conueniunt, sicut seducitur ebrius? An
Esaiæ 93.d non est peccatũ, pœna peccati, ubi deo dicit propheta: Quid errare fecisti nos de uia tua, obdurasti corda nostra, ut non timeremus te? An non est peccatum & pœna peccati, ubi dicitur deo: Ecce tu iratus es, & nos peccauimus: ꝓpterea erraui mus, & facti sumus sicut immũdi omnes? An non est peccatum & pœna peccati, ubi legitur de
Iosue 10.c gentibus, quas debellauit Iesus Naue, quia per do minum factum est confirmari cor eorum, ut obuiam irent ad bellum Israel, ut exterminarẽtur? An non est peccatum & pœna peccati, quòd non au
3. Reg. 12.c diuit Roboã rex plebem bene monentem? quia sicut scriptura loquitur, erat conuersio à domino, ut statueret uerbum suum quod ei locutus est in manu propheræ. An non est peccatum & pœna peccati, in quo scriptum est: Amasiam regem Iuda noluisse audire regem Israel bene monentem, ne procederet ad bellum? Sic enim legitur: Et nõ
2. Paral. 25.d audiuit Amasias, quia à deo erat ut traderetur in manus eius, quoniam quæsierat deum Edom. Et multa alia commemorare possumus, in quibus liquido apparet, occulto dei iudicio fieri peruersitate cordis, ut non audiant quod uerum dicitur, & inde peccetur, & sit ipsum peccatum præcedentis

dentis etiã pœna peccati. Nã credere mendacio, A & non credere ueritati, utriq; peccatũ est. Venit tamen ab ea cæcitate cordis, quia occulto iudicio dei (sed tamen iusto) etiã pœna peccati monstratur, quale est illud, quod ad Thessalonicenses scri
2. Thes. 2.c bit Apostolus: Pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierent: & ideo mittit illis deus operationem erroris, ut credant mendacio. Ecce peccati pœna peccatum est, utrunq; claret, breuiter dictum est, aperte dictum est. Ab eo dictum est, cuius alia uerba in ueritatis sententiã frustra hæretici retorquere conant. Ergo ideo prędicat ecclesia catholica ubiq; diffusa, debere paruulos baptizari propter originale peccatũ, quia filios procreare ex præcepto dei uenit: cupiditas uero quæ facit filios procreare, ex pœna peccati B uenit. Ideoq; ille clamabat sanctissimus, & bene
Psal. 50.b clamabat: In iniquitatibus conceptus sum: quia sine cupiditate nullus hominum concipitur. Bona sunt ergo coniugia & sancta, & à deo ordinata, ut crescant homines & multiplicentur, & impleant terram. Sed quia ipsa conceptio sine carnis cupiditate non fit, ideo dixi de transgressione peccati: uenio in originale cupiditatis, ut baptismus paruulorum abluat omne originale peccatũ. Accepta ergo gratia, crescit cum hominibus cõpunctus: demonstrante gratia, ex lumine sapientiæ efficitur homo castus. Pugnat contra cupiditates carnis, pugnat contra transgressionẽ Adæ: quia spiritus concupiscit aduersus carnem, caro aduersus spiritum. Hæc enim inuicem aduersan- C
Ephe. 2.b tur. Et ne in ipsa uita bona extollatur genus humanum, & proprijs uiribus uictoriam sibi uindicet, in eo quod superat affectus carnis, æquè redarguit Apostolus, dicens: Gratia salui estis per fidem, & hoc non ex uobis, sed donũ dei est. Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Aequè alio loco dicit: Quid habes, quod non accepisti? Itaq; & si accepisti, quid gloriaris, quasi bene uiuens acceperis? Nam quis castum se gloriatur habe-
Ioan. 15.a re cor, aut mundum se esse à peccatis? Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quia quod
Matth. 19.b ipse dominus dicit: Sine me nihil potestis facere. Aequè dixit: nemo uenit ad me, nisi pater traxerit eum. Item dixit: Non omnes capiunt uerbum, D sed quibus donatũ est: æquè dixit: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quia sic fuit placitum ante te. Item
Matt. 13.b dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, illis aũt non est datum. Sed ne aliquis dicat, quod non accepi, quid à me exigit deus? non habet excusationem, quia omnis accipiens gratiam, iam in eadem gratia accipit & lumen. Quòd si malè fecerit, assignet sibi: si autem benefecerit, assignet
Iaco. 1.b deo, à quo uenit omne donum optimum, & lumen perfectum. Cum enim sanctæ plebis sacerdotes per mandata sibimet data legatione funguntur apud diuinam clementiam, humani generis causam, totamq; secum ecclesiam aggregantes, atq; congemiscentes postulant & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut ab idololatria & impijs erroribus liberentur, ut Iudæis ablato cordis uelamine, lux ueritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum rediuiuæ charitatis accipiant, ut lapsis pœnitentiæ remedia conferantur: catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cœlestis misericordiæ aula reseret. Hæc non inaniter à domino peti, rerum ipsarum monstrat esse
Coloss. 1.b effectus: quandoquidem ex omni errorũ genere plu-
Rom. 9.d rimos dignatur deus attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, transfert in regnum filij charitatis suæ: & ex uasis iræ facit uasa misericordiæ: quod adeò totũ diuini operis esse sentitur, ut hæc efficienti deo gratiarũ semper actio, laudisq; confessio pro taliũ correctione referatur. Illud etiam quod circa baptizandos in uniuerso mundo sancta ecclesia, siue sint paruuli, siue iuuenes uniformiter agit, nõ otiosos contẽplemur intuitu. Quòd cum ad regenerationis ueniunt sacramentũ, non prius fontẽ uitæ ingrediuntur, quàm exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, & deinceps uasa eius eripiantur, in possessionem translata illius uictoris, qui
Psal. 67.d captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. His ergo ecclesiasticis regulis & diuina sumptis autoritate documentis, ita adiuuante domino, confirmati sumus, ut omnium bonorum effectuum atq; operum, & omnium studiorum, omniumq; uirtutum, quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum profiteamur autorem, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita prouenire: per quem item fit, ut aliquid boni & uelle inueniamur, & facere. Quo utiq; auxilio & munere dei non aufertur liberum arbitrium: sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta enim est erga omnes bonitas dei, ut nostra uelit esse merita, quæ sunt ipsius bona: & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit daturus. Agit quippe in nobis, ut quod uult & uelimus & agamus. Nec otiosa in nobis esse patiatur, quæ exercenda, non negligenda donauit: ut & nos cooperatores gratiæ dei simus, & in his quæ in nobis ex nostra uiderimus remissione languere, ad illum solicite recurramus, qui sanat omnes languores nostros, & redimet de interitu uitam
Matt. 6.b nostrã, cui quotidie dicimus: Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos à malo. Profundiores uero difficiliores q; partes incurrentiũ quæstionũ, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, non necesse habemus astruere: quia ad confitendam gratiam dei, cuius operis digni, nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quicquid secundum prædictas regulas apostolica scripta nos docuerunt, ut prorsus non opinemur catholicum, quod apparuerit præfixis sententijs esse contrarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Geneſi, & interdictione arboris ad Adam, Sermo.

TVBETVR Adam de interdicto arboris fructu non tangere, iubetur ab unius ligni naſcẽtibus abſtinere: una arbor excipitur, ſed uniuerſæ diuinitus tribuuntur. Pars ſubtrahitur, ſed totũ quod deus fecerat, famulatur. Idem prohibet, qui cuncta conſtituit: idem imperat, qui uniuerſa donauit. Qui dedit, adimit: qui plantauit, ſubtrahit: qui cõdidit, interdicit. Sed dicet aliquis: Vt quid plantauit, qui interdixit? Non enim debuit interdicere qui plantauit: cũ poſſet nõ plantare, qui interdicturus fuiſſet, ne fruſtra interdiceret, quod plantaret. Quaſi bonum enim plantauit, & quaſi non bonũ interdixit: cum poſſet nec plantare, nec interdicere, ne plantatio & interdictio quæſtionem aliquam haberet. Sed qui mouetur, quærat: & qui quærit, oret ut inueniat. Et qui inuenit, cum deo metu qđ inuenit, exerceat: ne arrogantia turbet, quod dei pietas reuelauit. Igitur propter hoc & plantauit, & interdixit: ut poſſet eſſe, per quod uoluntas hominis monſtretur. Dat mandatum, ut probet obſequium: imponit legem, ut exploret hominis uoluntatem: inſinuat præceptum, ut eius noſcat arbitrium. Stabat ergo arbor in medio, hominis uoluntatem explorans. Explorabat enim, an homo dominum cõmunicantem, cũ diabolum perſuadentem audiret. Non enim in arboris fructu, ſed in hominis contemptu mors ipſa pendebat. Stabat & homo inter dominũ & hoſtem, inter uitam & mortem, inter interitũ & ſalutem. Nunc deus cõminatur, ut ſaluet: nunc ſerpens perſuadet, ut uexet. Nunc per deum, ſeueritas uitam: nũc per diabolũ, blanditia mortẽ intentat. Et utiq; (proh nephas) minatur deus, & cõtemnitur: perſuadet diabolus, & auditur. Apud deũ eſt ſeueritas, ſed benigna: apud diabolum autem blanditia, ſed nociua. Deniq; diabolus aut blandimẽto perſuadet, ut noceat: aut crudelitate deterret, ut perdat. Sic enim deus Adam cum diabolo certare uoluit, ſic eum uictoriã perpetrare optauit: ut maiora præmia uictor acciperet, cũ acceperat à deo formatus: ut qui ſine certamine mundũ poſſederat, poſt certamen regna cœleſtia poſſideret. Fuerat enim condignũ, ut talis circa creatorem homo fuiſſet, qualem ſe eius creaturam agnoſceret: ut pareret deo, qui illi cũcta parere præceperat: ſeruiret dño, qui illum dominũ mundo effecerat: certaret cum hoſte, ut inimicũ deuinceret: deniq; præmia deo reddente perciperet. Torpeſcit enim uirtus, ubi certamen defuerit: & facile hoſtis malitia coaleſcit, ſi pigreſcat animus repugnantis. Sine labore autem uincitur inimicus, ſi ſit, qui dimicat, uigilans & intentus. Adeo roborantur uires exercitatione frequenti. Cæterũ laboris deſidia, inſoleſcit hoſtis ſæuitia. Inimicus enim citò deuincit, ſi qui dimicaturus eſt, prælia meditat. Nemo enim unquam non ſolicitus hoſtem deuincit: nemo ſine certamine uictoriã perpetrauit. Adam enim protoplaſtus nec ſtuduit ſeruare iuſſa, nec uigilauit, ut ſerpentis malitiã præcaueret. Simplex tantũmodo fuit, aſtutus contra diabolũ non fuit. Dum eĩ diabolo perſuadenti, cũ domino cõminanti conſenſit: ſic & uitã quam habuit, perdidit: & mortẽ quam ignorabat, accepit. Digne quidẽ homo delapſus in mortem eſt: qui & dñm prouidentẽ contempſit, & diabolo nocenti cõſenſit. Nemo itaq; nemo protoplaſti culpã in deum cõuertat: nemo contemptũ hominis deo genitori adſcribat. Diabolus enim perſuadere homini potuit: aſſentiẽdi uoluntatem dare nõ potuit. Nam manifeſtum eſt deum Adam noluiſſe peccare, ſi uoluit eum ante delictũ præſtruere: quia & Adam potuit ſerpentem contemnere, qui deo noluit obedire. Potuit Adam & deo parere, quod noluit qui conſentire diabolo maluit. Vtrunq; enim in ſua habuit poteſtate, & deo parere quod noluit: & diabolo non conſentire, quod uoluit: unde & uitæ gloriã perdidit, & mortis periculum acquiſiuit. Sed deceptum Adam & diaboli fraudibus circumuentum clementiſsimus liberat deus: ut per Chriſtum credendo acciperet, quod per diabolum cõtemnendo amiſerat: & quibus modis mors in ſeculum uenerat, iiſdem modis uita ſeculo proueniret. Lignum enim per Adam operatũ eſt mortem: lignũ per Chriſtum operatum eſt uitam. Et quem diabolus perſuadẽdo deiecit, eum dominus liberando ſaluauit. Sed diuerſis temporibus iſta omnia geſta ſunt, principio & fine, initio & ultimo, primo & nouiſsimo, & in exordio & ſupremo. Seruitus initio, libertas in ultimo: luctus principio, gaudium in poſtremo: in primo mors, in nouiſsimo uita: in exordio interitus, gloria in ſupremo. Per Adam & Chriſtum, per Heuam & Mariam, per ſerpentem & angelum. Mors per Adam, uita per Chriſtum: Heuã ſerpens ſeduxit, Maria Gabrieli conſenſit: ſed ſeductio Heuæ attulit mortẽ, conſenſus Mariæ peperit à ſeculo ſaluatorem. Reſtauratur per Mariã, quod per Heuam perierat: per Chriſtum redimitur, quod per Adã fuerat captiuatum: per Gabrielem promittitur, quod per diabolum fuerat deſperatum. Deniq; peccatũ aboletur per Chriſtum, quod per Adam fuerat ante contractum. Redditur per Mariam uita, quæ per Heuam fuerat interempta. Adeo nũc effectus eſt homo ex reo iudex, ex abiecto filius, ex hoſte amicus, ex alieno proximus, ex mortuo ſuſcitatus: ut iam angelos iudicet, qui ab angelo fuerat iudicatus. Vnde cœleſtia iam & terrena lætantur: quia redemit Chriſtus, quem captiuauerat diabolus: uiuificauit deus, quem occiderat inimicus: reducitur ad paradiſum uictor, quem uictum de paradiſo ſerpens eiecerat: aſcendit in cœlum, unde hoſtis nocendo deiectus eſt: perimitur ſententia diabolus, qua hominem iamdudum peremerat: recepit gloriam Adam, quam per hoſtem amiſerat: gaudent ſancti oẽs, quia redempti triumphãt, quòd & hoſtis perierit diabolus: & quòd Adam, qui perierat, diuina ſit indulgentia reſtitutus.

DE LAPSV

DE LAPSV PRIMI HOMINIS HOMILIA PRIMA

Super illud Geneſeos ca. 3. b Adam ubi es, Vide tomo ultimo Homilia VII. ad populum Antioch. & ibid. Homilia ſeq. nempe VIII. ma, ſuper illud. Deambulabant in horto in meridie, in paradiſo.

DEVS ſine initio ſempiternus, ſine fine perpetuus, præſcius omnium futurorum, nõ ab initio aliquid facere inchoauit, quod antea non diſpoſuerit: ſed ita omnis creatura in eius fuit diſpoſitione, ut initium ea quæ facta ſunt in deo non habeant: quia ſemper fuit in dei diſpoſitione, quod poſtea factum eſt in operatione. Fecit ergo deus angelos miro & ineffabili modo, dicẽte Propheta, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentẽ. Factis ergo angelis, præceptum eis nullum dedit. In quibus angelis Sathahel angelus principatum tenebat. Hic ex defectu boni fecit initium mali, quia malum deus non fecit. Ergo quando ei obortum eſt, ut diceret, Pono ſedem meã in Aquilone, & ſimilis ero altiſsimo: receſsit à bono, ut faceret, ut dixi, initium mali. Pro tali errore & tyrannica præſumptione præcipitatus, cecidit irreparabiliter. Deus æquè præſcius futurorum, fecit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, dans ei præceptũ, præuidens de eius tranſgreſsione quãta bona facturus eſſet. Nam tolle perſecutores, & non erunt martyres: tolle congeriem malorum, & non erit plenitudo uirtutum: tolle adulteriſ amatores, & nõ erit perfectio caſtorum. Ergo ex cõparatione malorum fit laus bonorum. Quòd ſi ei præceptum non daret, ſine dubio & ipſe diceret, Pono ſedem meam in Aquilone, & ero ſimilis altiſsimo. Ergo dedit ei præceptum in arboris creatura, præſcius quia etiã exinde tangere habuit. Elegit dato præcepto, ut peccans in creaturam eſſet unde ſanaretur, cũ non dato præcepto ſuperbia elatus ita caderet, ut non eſſet per quod repararetur. Præterea ille callidus ſerpentina cogitatiõe diabolus in ſpecie ſerpentis aſſumens mendacium, Quia ſemper & ab initio mendax fuit ad fragilem ſexũ, rudem & incautum, dicens ei: Quod uobis dixit deus, nolite tãgere ex iſta arbore: ideo uobis hoc dixit, ne aperirẽtur oculi ueſtri, & eſſetis ſicut diĩ. Et decerpſit de fructu arboris, & dedit mulieri. Et uidit mulier, quia ſuaue eſt lignum ad eſcam, & ſpecioſum oculis ad uidendũ, & comedit, & dedit uiro ſuo. Et utriq; manducauerunt, & aperti ſunt oculi eorum. Quaſi ante clauſi erant, antequã de arbore prohibita tangerent. Patebãt, ſed in bono, clauſi erant ad concupiſcendum malũ: quando tetigit, aperti ſunt oculi ad cupiditatẽ, & facta eſt ex ea cupiditate confuſio, ita ut folia ficus conſuerent, & cooperirẽt uerenda ſua. Et in iſto tranſgreſsionis peccato in lumbis eius totus eſt uitiatus mundus, & in illo peccato primi hominis facta eſt de una cupiditate trina cupiditas: ita ut omne quod eſt in mundo, ut ait Apoſtolus, cõcupiſcentia ſit uentris, quod eſt lignũ ſuaue ad eſcã: cõcupiſcentia oculorũ, quod eſt ſpecioſum oculis ad uidendum: & ambitio ſeculi, qđ eſt, eſſe ut deus. Ergo quia per unũ hominẽ peccatũ in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo oẽs peccauerunt. Quia ſicut in Adam omnes moriũtur, ſic & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Aduenientes ergo dñs noſter Ieſus Chriſtus, uoluit ſanare labem primi hominis, in quo principale peccatũ ceciderat. Nam cum ieiunaret quadraginta diebus & quadraginta noctibus, cũ eſuriret, diabolus acceſsit tentare eum, æſtimans q̃ ſicuti primi hominis rudimenta deceperat, ita Chriſtũ deĩceret. Nam qui tentat, ad perfectum neſcit quid ſit uerum. Credo, apud ſe dicebat inueteratus: Iſte quis eſt, qui uenit non per regionem meã? ego cupiditatem in amplexu maris & fœminæ miſi, iſtum uideo naſci quomodo nullus hominũ natus eſt. Ne forte ipſe eſt Chriſtus, de quo ora prophetarum in toto mundo clamitarunt: Accedo, tento eum. Aut iſte eſt ut primus homo, & decipio eũ: aut ſi ipſe eſt Chriſtus, confuſus recedo. In tantũ dubius erat quis eſſet, ut diceret, Si filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Et ille ut deĩceret tentationes eius, & ſanaret primi hominis peccata, quæ eſt concupiſcentia uentris, repulit eum, dicens: Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit ex ore dei. Secunda itidem tentatio oboritur, ita ut leuare eum in montem excelſum ualde, oſtendens ei omnia regna mundi, & ait ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi proſtratus adoraueris me. Hæc tentatio dicitur concupiſcentia oculorũ. Et ille repellens etiam iſtam tentationem, ait, Vade retro ſatana, ſcriptum eſt: Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Tertia in elatione, quod eſt eſſe ut deus, eſt ambitio ſeculi: leuauit eum ſimiliter in pinnã templi, & ait ei: Mitte te deorſum, quia angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiĩs tuis: in manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Et reſpondit ei dominus. Nõ tentabis dominum deum tuum. Ecce trinam tentationẽ iſtam uicit ſaluator mundi, ubi primus homo peruerſa ſuaſione male deceptus erat. Nam quomodo ille deceptus eſt, qui ſuaue lignũ ad eſcam oſtendit: ſic Chriſtus uicit, dicens: Non in pane ſolo uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit ex ore dei. Ille ſpecioſum putauit oculis ad uidendum, Chriſtus regna mundi & diuitias cõtemnens, uicit in quo ille uictus eſt. Quod illi perſuaſit eſſe, ut deus, hoc iſti dictũ eſt: Angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiĩs tuis: in manibus tollẽt te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Iſta omnia facta ſunt in primo homine decepto, ut impleretur quod ait Apoſtolus: Vbi abundauit peccatũ, ſuperabundauit & gratia.

Matth. 4. a

Deut. 6. c

Pſal. 90. c

Rom. 5. d

DE LAPSV PRIMI HOminis. Homilia II

NEMO qui neſciat principio hominẽ ſic à deo plaſmatũ, ut inſtrueretur prudentia, conſilio formaretur, rationis capax diuina prouidentia redderetur. Inſtrueretur, inquam, prudentia, qua hoſtis callidita-

Esa. 14. d

Ioan. 8. f

1. Ioan. 2. c

Rom. 5. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnoſceret. Etenim dominus deus uidens hominẽ A quem fecerat innocentẽ, inſtruxit, monuit, & armauit: quippe qui cum diabolo fuerat pugnaturus, uelut quibuſdã armis, hoc eſt, prudentia, conſilio, ratione fuerat inſtruẽdus. Addidit præterea legem, qua dei uoluntatẽ agnoſceret, & quid contemnẽti euenire poſſet, addiſceret. Qui quidẽ homo incautus, dum diabolo perſuadenti, q̃ deo iubenti cõſenſit: ſic & uitam quam habuit perdidit, & mortem quã ignorabat accepit. Stabat Adam inter uxorem & diabolũ, inter Heuam & hoſtẽ, inter mulierem & ſerpentem: diabolus perſuadet ut noceat, Heua cõſenſerat ut pareat: diabol⁹ mulierem aſtutia fallendi circũuenit, mulier incauta ſerpentinũ uirus accepit. Diabolus q̃ⁿ per ſenõ potuit per uxorem Adam Protoplaſtum circum- B uenit: Adam uero per uxorem inuenit interitum, quam à deo acceperat in auxiliũ. Proh dolor proſpera in contraria cedunt, utilia perniciem operantur. Deniq; plus Adã domeſticis, q̃ inimici iaculis lædit, plus proprio q̃ hoſtili enſe perimitur, plus mulieris q̃ externo gladio uulneratur. Acceſſit enim ſerpens ſubtilis ut falleret, & acceſſit nõ ut uiro, ſed ut mulieri ſerpentinũ uirus infligeret. Acceſsit, inquã, ut unius conſenſu utriq; nocere poſſet. Soli perſuadet, quod ambobus obeſſet: utriq; obfuit, quod unius animũ malitia ſerpentis infecit. Deniq; cõſentiens mulier, talis circa uirũ extitit qualem circa ſe malitiã ſerpentis inuenit, adeo perſuaſa eſt, & perſuaſit: infecta eſt, & infe-
Gen. 3.c cit: decepta eſt, & decepit. Quæ quidem mulier ſe C ritur ſentẽtia duplici, altera propria, altera cõmuni: ppria, qua filios parere in dolore præcepta eſt: communi, qua cum uiro morti addicta eſt. Altera quia ſerpẽti aſſenſit, altera quia marito perſuaſit. De conſenſu eñ mortis ſententiã incidit: de perſuaſu, in dolore filios parere meruit. Hanc igitur ſententiã, & qui nõ nouit, dum patiẽ diſcit: & qui neſcit, dum expungiẽ ſentit: & qui ignorat, dum experitur agnoſcit. Proh nefas, præceptũ domini contemnitur, & perſuaſio ſerpentis auditur: deſpicitur deus prouidens, & ſerpens audiẽ decipiens. Spernunt̃ ſalutaria monita, & recipiunt̃ uenenata colloquia. Vnde addicitur homo ex cõtemptu morti, qui maluit obedire ſerpenti. Spoliant̃ glo-
D ria, dignitate priuantur, facti ſunt quod nõ erant, dum amittunt quod fuerãt. Adeo gaudet ſerpens perpetraſſe quod uoluit, lætat̃ hominem amiſiſſe quod optauit: exultat malitiæ effectus hominis deceptionẽ impleſſe, & neſcit infelix uulneratum ſemet, dum uulnerat: trucidatũ, dum trucidat: dũ hominẽ perimit, ſeipſum eſſe peremptũ. Cõtriſtatus eſt deus hominẽ ſententiã mortis meruiſſe q̃ uitã, meruiſſe interitũ quàm ſalutẽ, gloriã cõtempſiſſe q̃ mortẽ: ſed tamen plus malitia ſerpẽtis, q̃ hominis contemptu cõmotus eſt: plus fallaciam diaboli, quàm hominis perfidiã denotauit: adeo dominus deus & fæuitiam execratus eſt hoſtis, & caſum miſeratus eſt hominis. Crudelitatem hoſtis exhorruit, & deceptũ hominem paterna pietate condoluit: inimici atrocitate permotus eſt, & hominem clemẽter doluit, qui deceptus eſt. Deniq; dominus deus, Vbi es, inquit, Adam? Ad confeſſionem prouocat, dum interrogat. Vult eum fateri peccatum, dum ab eo inquirit admiſſum. Quærit miſereri, dum cum reo de culpa colloquit. Veniam cogitat, qui cauſam contemptæ legis incuſat. Obiurgat culpam, ut poſsit retribuere ueniã, ut quos formare inſtruendo non potuit, eos poſſit confitendo purgare. Accipiũt indumenta pellicea, ut qui cõfeſsi iam delictum fuerant, ueniam cultus humilitate perciperent. Oſtendit dominus quibus poſsint officijs delicta purgari, confeſsione, & deformitate cultus ueniã poſſe facilime impetrari. Vt enim contumacia eſt celare, quod deo teſte cõmiſeris: ſic periculoſum ſi ſplendore cultus, animi innocentiã mentiaris. Nemo itaq;, nemo peccator uitia deſperata lætitia contegat, nemo infectus delictis, animo diſſimulationis uirus infundat. Animi uitia corporis mœrore mõſtrentur. Si uexatus eſt animus, lugeat corpus: quoniã quoties corpus in cauſa eſt, animus mœſtitia condoleſcit. Certè corporis uitia ſine animi ſcim⁹ cõpaſsione eſſe non poſſe, animi uitia ſine corporis cõpaſsione non priuari: pariter contriſtent̃, ut ueniam pariter conſequantur: quoniam utroſq; ſimul aut beneficio foueri, aut iniuria uexari neceſſe eſt. Nec enim aliud homo eſt, quàm corporis animiq; concretio. Hæc enim duo quantũ definitionibus differunt: tantũ hominem dum iunguntur, efficiũt. Vt enim in uita ſeparari non poſſunt, ita nunquam boni maliq; merito ſeparant̃. Vt enim non poteſt à corporis bonis animus ſeparari, ita ab animi malis corpus non poteſt diſſociari. Si enim in dei iudicio utræq; ſubſtantiæ aut ſupplicio, aut præmio cõpungentur: cur nõ & in iſto ſeculo pariter aut mœſtitia, aut lætitia perfruuntur? Vnde tibi Chriſtiane excuſatio nulla eſt, qui poſt ſeruitutẽ liberatus es, poſt captiuitatem redemptus, poſt uexationem curatus, poſt interitum reſtitutus: habes in monitis quod exerceas, habes exempla quæ timeas. Adam enim nec fallaciam diaboli norat, nec decepti cuiuſquam cauſam defleuerat. Qui quidẽ forſitan poſſet euadere, niſi prior cum hoſte dum conſligit, occũberet. Te iam inſtituit dñs, tibi geſtorum exemplo proD poſuit. Ecce, inquit, ſanus factus es, noli iam am- Ioan. 5.c plius peccare, ne quid tibi deterius fiat. Noli, inquit, peccare poſt ueniam, noli uulnerari poſt curam, noli ſordidari poſt gratiam. Cogita, inquit, ô homo gratiorem culpam eſſe poſt ueniam, renouatum uulnus peius dolere poſt curã, moleſtius hominem ſordidari poſt gratiam. Quare indulgentiæ ingratus eſt, qui poſt ueniam peccat: ſanitate indignus eſt, qui ſemetipſum poſtquam curatus eſt, uulnerat: nec mundari meretur, qui ſeipſum poſt gratiam ſordidat: Porrò qui poſt abſolutionem non peccat, meretur & præmium: qui poſt curam cautus eſt, ſanitatis poſsidet donum: qui gratiã illæſam tenuerit, æternitatis accipiet regnũ. Graue eſt enim hominẽ inſtructũ delinquere, grauius abſolutũ peccare. Seruo peior eſt qui patronum

patronum poſt datam libertatem offendit. Bene- A ficijs ingratus eſt, qui datorem tumoris arrogantia deſpicit. Quare aut ſalutem de exemplo acquire, aut de conſortio ſimilem ſententiam metue, ne ſeuerum ſentias iudicem qui benignum contemperis perſuaſorem.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de Adam, Sodomitis, Achab, & pœnitentia, Sermo.

QVotiens mecũ temporis curſum, uitæq; huius quotidianum defluxũ recogito, uitæ lobi tragœdia mentem meã ſubit, quam ipſe de ſemetipſo in ſuis calamitlob 9.c tibus clamabat. Vita mea, inquit, curſore leuior. Nam curſor interdũ diuertit, ſed curſus uitæ curſor eſt non requieſcens. Quis nõ miſeretur eorũ, B qui per huius uitę ſpatiũ de anguſtia uitę, & quòd quaſi in morte ſint, diſputant: & non cogitant, q̃ in uſuram uitã acceperint, ut ſorte præſentis temporis futuras diuitias lucrifaciant, & nec ſaltẽ uel hac doctrina utunt̃? Fœnerator longanimis quidem eſt, ingratitudinem aũt noſtrã expertus, durus. Itaq; manifeſta quidem eſt eius lenitas, & uel ex his ſaltem initijs, quæ humano generi dedit primo homini, & legiſlator ab illo contemptus eſt, non fulmine illum ultus eſt, nõ induxit quã minatus eſt ſententiam: ſed finxit quaſi indignabũdus ſtrepitũ, ita ut Adam celeris fugæ tẽpus haberet, interrogationiſq; actus inſtitueretur. Itaq; cum in media fuga C eſſet, adſtans deus clamabat: Adam ubi es? Simu-
Gen. 3.d lat ſe non uidere quẽ fugarat. Vbi es? ubi imago mea primũ formata? ubi paradiſi pretioſiſsimus ornatus? ubi manuũ mearum artificiũ? ubi imago regni mei nuper depicta? ubi nunc familiaris meus amicus? Cõparere non audentẽ animat, mortuũ ad uerba adhortat̃. Cogitur uocans, ut reſpondeat. Palpat uoce quaſi febre laborantẽ, ut dicto morbo, ualetudinario ſe cõmittat. Nomine uocat occultatũ, ut uocationis manſuetudine animetur, & timore mortuus cogitationes refocillabundas aſſumat. Adhuc mihi ſermone cõmunicat? adhuc uoce me dignatur? adhuc mẽ, ut pater aduocat, & ut præuaricatorem non perdit iniudicatũ? Non-
D dum implet ſententiam, quam antea minatus eſt, ſed dat reſponſis locũ? Quid igit̃ manifeſtatus nõ reſpondebo? Quid non dicã quod contigit ut mirabile? Propter hoc figura huius interrogationis, qua ſimulat ſe neſcire quod factum eſt, deus utitur: ut cum ſeipſum redarguat ille, diſcat domini ſuauitatem, à ſeipſo quidem amictus nuditate, à domino autem tecta eius turpitudo. Et quid diuinam bonitatem, quæ ſe in omnia ſecula & populos effundit, in unum tempus concludo? Manſuetus enim eſt, & etiam inimicis miſericors. Et alicubi prior etiam occurrit, ut conciliet inimicos: & ut ament hi, qui impegerant, ſtudet artibus quibuſdam efficere. Ex multis autem unam hanc narrabo. Iſraelitas electos uarijs miraculorum operationibus fouebat, & præclaros præ omnib. monſtrabat: omnem (ut ita dicam) creaturam propter illos alterans, & elementorum myſteria mutans, tranſiri faciens nauigabilia, defluã oſtendens petram, præparans terram in abſorptionem, retrocedere faciens Solem ad occaſum feſtinantem, regulas naturæ nouas præſcribens: eaq; omnia in gloriam ingrati Iſraelis. Cum uero idolis ſeruire cœperunt, peſsimè retribuentes deo, habuit quidem ad ultionem fulmina, ſed natura ad mititudinem uergebat. Abſtinebat quidem ab ultione omnium, ſed curabat ut amaretur ab his qui offenderant. Hieremiam mediatorem facit. Vade, in- Hiere. 3.d quit, & lege ſermones illos, & dices eis: Conuertere ad me peregrinatio Iſrael, & non iraſcar uobis in æternum. Promittit per mediatorem & donum, ſi obtemperent, ut ſecum pacem habeant. Tantum apud illum eſt miſericordiæ pelagus, ſed longanimis quidem, ut exordiens dicebam: ingratitudinem autẽ expertus, durus: ſicut bonus gratis, ita ab ingratis rationem duram exigit, & dona ſua aufert. Dederat uitam ad uſuram Sodomitis, terram in illorum uſum, creaturas in agricultura conduxerat: illi autem neq; mercedis, neq; uitæ conceſſæ curam habentes, diſperſerunt in luxum tempus, inſumpſerũt in delitias dies, prodegerunt uitam in uoluptates, luxuriæ impenderũt uiuendi ſtatuta tempora. Bonus autem fœnera- Gen. 19 tor adhuc ferebat ingratitudinẽ, & mittit ad eos, ut memores faciat debitorum. Lot enim erat pietatis memor, operibus ſuis docens, quantum debebant deo. Vt autem ulcus luxuriæ manſit immedicabile pharmaco longanimitatis candẽti ferro, quaſi putredo eguit, & omnem ignem ſtatim & flammam ſuſcepit. Fumigabat cœlum igniferum, fluebant ex aere ſcintillæ, incendebant fulgura quicquid tangebant: ſtrepebat fundamentum tactum, in carbones redigebantur tecta, ſcrutatio fiebat fundamentorũ, fugientibus occurrebat ignis, latentiũ ueſtigia inueſtigabat. Oblãbebat undiq; agros, pecora tota incendebat, deuorabat pueros, incinerabat aduleſcentes, omnium erat incendium quaſi lignorũ, ſpectaculum horribile & admirabile. Ignis eructans hymbrẽ, hymber caminũ, manans flamma in flumen ſoluebatur, & pluuia flamma reaccendebat̃. Retributionem enim erroris ſui in ſeipſis recipiebant. Erat aũt iuſta quædam retributio his, qui naturæ ſubuerterant leges, fœminas in maſculis quærentes, ut inuertatur & in eis naturæ ordo, & fiat eis naufragium ex igni quaſi ex aqua. Idq; futurum erat, igne quaſi ſuccendente Sodomitas, cũ nõ ſolum hi qui tunc erant perderent̃, ſed & locus in perpetuum corrumperetur. Deuorat enim omne quod uidebatur. Terræ uteros perdit, tantum ſibi uſurpans profunditatis, quantum quis fodiendo capiat. Non ſolidat fundamentũ ædificijs, ita ut ubicunq; eſt Sodomitarum terra non poſsit agri cultura eſſe, utpote in cineroſa terra: neq; domus utpote fundamentum ad ædificium non habente. Quia enim incultas animas ad pietatẽ præbuere, quia ad uirtutẽ uiſi ſũt inædificabiles, ea ipſa paſsi ſunt, quæ fecerũt, & ob ſua mala cõdemnati ſunt.

Vnicuiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnicuiq; enim deus quam seminauit messem red
3.Reg.21 dit. Rapuit Achab uineam, & alienos uindemiauit labores: uidit iniustitiam deus, tulit misericorditer. Nam qui correptus deplorauerat, & ut lachrymauit, ueniam obtinuit. Contentus enim est iudex misericors & lacrymis, sed Achab conuersus est ad cœnum pristinũ. Quid igitur, qui cum innocente innocens, cum peruerso peruertens, conuersus est ipse in uindictam? Et uide quomodo retributio peccato par. Filij, inquit, Achab erant septuaginta uiri, & occiderunt septuaginta, & posuerunt capita eorum in corbes, & miserũt
4.Reg.10.b eos in Iesrael. Profecto iustus es domine, & rectũ
Psal.118.s iudicium tuum. In Iesrael Nabutha occisus est, in
3.Reg.12.d eundem locũ occidentis genus occisum missum est in sportis. Achab Nabuthę peccauit botris ali B quibus in corbes coniectis. Tale est enim peccatorum debitum, ut si soliciti simus, ad soluendum leue sit: sin negligentes, erit grauissimum. Totam enim simul mergit debentium substantiam. Non curabant Sodomitæ debita, neglexerunt quotidie: neglectu crescente, creuit debitũ. Repetitionis chirographum auctum est, fœnora peccati aucta sunt, factum est tempus repetitionis. Non habuerunt aliquid in promptu quod redderẽt, non erant soluendo. Imperauit dominus debiti, ut ipsi traderentur igni, & mulieres eorum, & filij eorũ, & omnia quæ habuerunt in satisfactionem cede-
Rom.2.a rent. Nõ enim mendax Paulus qui testimonium præbet: Benignitas dei ad pœnitentiam te ducat. C Secundum duritiam, & cor pœnitere nesciũ, thesaurizas iram in die iudicij. Vitam laudatam agamus, cohibeamus animę negligentiã, germanam teneamus pietatem: spe detineamur iudicij, proba ornemur uoluntate, uitæ opera operemur, thesaurizemus uirtutis fiduciam, materiam gehennę ne demus, bonitatis æternæ operarij constituamur: repellamus peccatum adulationis, memores simus domini iudicantis peccatum, quiq; reddet unicuiq; secundum opera sua: cui gloria in secula seculorum, Amen.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOstomi super illud Geneseos, Inimicitias ponam inter te & mulierem.

Gen.3.c CHristiano cum hoste certamen in origine ipsa monstratur, & in ipsius mundi D exordio inuenit, dum diabolus serpens deceptor hominis, prævaricator mundi, origo mortis, delicti materia, seminarium sceleris, culparum genus, inuentor pœnæ, uitæ ablator cœlesti sententia addicit, & inter ipsum & mulierem, & inter utriusq; semen inimicitiæ diuina autoritate firmantur, ut exinde homo sociare cognoscat cum hoste amicitias non debere, nec fœdera cum serpente coniungere, nec amoris cum inimico cõsortia copulare. Nunquam enim cum hoste concordia iungit, nisi Imperator proprius offendatur: nec imperatoris aliter iussa seruãtur, nisi hostis decreta soluantur. Vnde qui amicitias cum hoste coniungit, & Imperatoris uoluntatem offendit, & inimico sese ipse addicit: renuntiat enim A amicitijs Christi, qui se amicitijs coniunxerit diaboli: & diabolum habebit perditionis autorẽ, qui Christũ circumscripserit saluatorem. Inimicitias, inquit, ponã inter te & mulierẽ, & inter semen tuũ & semen illius. Male cũ hoste coniungit, qui separari sententia diuina præcipitur: nec sine utilitate ab inimico separatur, qui perniciose hosti coniungitur. Duplex enim malum in ipso cõtemptu consistit: quòd separari iussus se hosti coniungit, & quòd adiũctus hosti sine periculo esse nõ poterit. Certè quale est, ut diuersa ista hominũ peruersitati conueniant, ut & charitas cum dño fœderata rumpatur, & amicitiæ hostiles diuinitus interdictæ pernicioſa concordia copulentur? Nam & si nunquã nobis hostilis malitiæ nocuisset audacia, domini tamen fuerant obseruãda præcepta, aut si parentibus, id est Protoplastis, serpens tantũmodo nocuisset, & nobis nocere nõ posset: pro affectu, pro charitate, pro ipsa deniq; causa naturę, inimicitijs & simultate, parentum fuerant iniuriæ uindicandæ. At cum nos cũ parentibus nostris occidit, nec ulli nostrum aliquando pepercit, cur inimicũ, cur hostem diligimus, cur cum serpente antiquo fœdera illicita cõmiscemus? Nam si separamur ab illo, & nocet: qualis erga nos esse poterit, si ei contra interdictũ domini copulemur? Nullus inimicum suum homo hominem diligit: nullus odientem se pia benignitate assumit. Nam & si diligere inimicos præcipimur: tamẽ eos, ut caueamus, admonemur. Tunc enim inimicus dilgitur, cũ eius blandimenta seruantur, & iussa cœlestia contemnuntur. Nunquam enim contraria impunè iungunt, nec diuersa sine pernicie copulant. Vt enim neq; lupus agnũ, aut hœdum pardus patitur: ita nec peccator fert iustum, neq; pauperẽ diues. Siquidem hæc aut separata durant, aut fortiora infirma dilaniãt. Cogita homo principia ipsa. Inde quid declines, inuenies. Nonne cũ mulierem interrogat serpens, & mulier serpenti respondet, familiaritate sermonis mulier afflata decipit, & colloquendi consortio iugulatur? Cuius si colloquia mulier deuitasset, & serpens fallendi astutiã perdidisset, & mulier mortis sententiã declinasset. Colloquium serpentis, uenenũ fuit mulieris. Vt enim conceptum uirus in fœminam colloquendo serpens effudit: sic mulier uirum persuadendo contraria, decepit. Neq; enim in uirum aliud mulier posset effundere, nisi quod eam constat serpentis colloquio cõcepisse. Vnde iam cum hoste inimicitiæ constitutæ, ut amor dei præceptorũ obseruantia teneatur. Si me amatis, inquit dñs, mea præce
Ioan.14.b pta seruate. Nemo se fallat, nemo se decipiat, dñs. & diabolus ab uno pariter amari nõ possunt: aut enim diabolus oditur, ut dñs diligatur: aut si diligitur diabolus, dominus necesse est contemnat?
Luc.16.c Non potestis duobus dominis seruire. Quid actu rus es homo, si instructus contẽpseris, qđ in origine mulierem instructam decepit: aut deceptus, quõ te uindicabis, qui ne decipiaris, instrueris? Pendet edictũ, inimicitias cum hoste, & simultates cum serpente firmari. Cur iungis, quod dñs separauit

separauit: aut cur nõ separas, quod dominus iun- A
gi uetuit: aut cui tutum est iungere, quod constat dominum in origine separasse? Adeo inimicitiarum istarum pugnã dominus incontinenti prosequitur: & certamen atrox inter mulierem & serpentem sua autoritate præfatur. Nam postq; dixit ad serpentem, Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: addidit, di-
Gen.3.c cens: Illa tuũ obseruabit caput, & tu obseruabis eius calcaneum. Magnum inter mulierem & serpentem certamen attendo, magnum bellum dispositum esse considero, magnam solicitudinem habendã esse cognosco. Directa est inter utrunq; acies, paratũ bellum, certamen compositũ. Statur comminus, propius consistitur, ab utriſq; intentio prouocatur, ut cautela adsit, solicitudo intenB dat, securitas conquiescat. Stat eñ mulier in procinctu, serpentis caput & obseruãs & uitans: obseruans ut calcet: uitãs, ut serpentis morsus declinet. Adest paratus & serpens, callidus & subtilis. Callidus, ne mulieris pede calceẽ: subtilis, ut eius morsu incauta mulier prosternatur. Hanc pugnã lætus aspicit deus, libenter attendit dñs Christus: si tamen illæsa mulier serpentem calcando deuincat. Sed hoc præliũ ad te iam Christiane cõuerte, quod mater ecclesia in filijs quotidie gerit, in confessoribus uincit, in martyribus triumphatrix existit. Hac intentione etiam ipsi momẽtis omnibus dimicamus, assiduè congredimur, continuatim ac iugiter præliamur, ut cum uictoribus in Christo, in æterna secula triumphemus.

DE FIDE ABRAHAM, ET DE imolatione Isaac, Sermo.

Gen.15.b FIDES est religionis sanctissimæ fundamentum, charitatis uinculum, amoris subsidium. Hæc sanctitatem firmat, castitatem roborat, dignitatem exornat. In pueris splendet, in iuuenib. floret, in perfectis apparet: gubernat sexus, gradus prouehit, officia cuncta custodit: in paupere grata est, in mediocri læta, in locuplete honesta. Fides amicitias seruat, collegia copulat, artes commendat: nullum despicit, nullum contemnit, nulli deest, nisi qui ei forte desuerit. Fides mandata tenet, præcepta seruat, promissa cõsummat. Fides familiares efficit deo, amicos constituit Christo. Neq; enim quisquam D fidei promissa percipiet, nisi professionẽ actibus seruet: aut præmiorũ potest compos existere, qui promissam fidem conseruare noluerit, ut iam aut impletæ fidei merces homini recompensetur, aut uiolatæ pœna competens tribuatur. Huius fidei Abraham ducamus exordium, qui cum in occidua constitutus ætate, filium à deo promissum se crederet acceptu rum, & fidei pretium in filio conspexit, & in stellarum suam sobolem numerum redundantem, fide comparauit eadem: deniq; unus filius Abrahæ exoptatur, & immensa ei multitudo promittitur: solatium unius hæredis conquiritur, & innumerabilis soboles destinat. Nescis, inquit dominus, nescis Abraham quid destinatũ sit tibi: sed idcirco nescis, quia quid merearis non respicis. Tantũ enim de me tua meruit fides, tantum tua obsequia ualuerunt, ut & quid desideres norim, & facere quod mereris decreuerim. Nãq; tibi nascetur filius, cuius semen diffunditur in milia, ut & similitudini syderum coæquetur, & arenæ immensitatibus comparetur. Credo, inquit Abraham, domine, credo quia potes, facturum te confido quod spondes. Nec enim confectam senectutem marcescentis meæ ætatis cõsidero, aut Saræ coniugis sterilem effœtamq; conditionem attendo, sed tuæ maiestatis potentiam tracto: nec cui talia promittãtur, sed à quo promittant, agnosco. Generare enim filios senilis ætas nõ patitur, sed tua domine iussione completur. Steriles filios habere nõ possunt, sed hoc posse tuæ uirtutes effi
ciunt. Natura quidem negat, sed potentia imperat: ætas prohibet, sed tua potestas ostendit. Impossibile quidem istud uidetur nobis, non tibi: homini, non tuæ domine maiestati: naturæ, nõ deo: seruis, non domino. Vnde credo pater, credo domine istud te facturum quod dicis, quia his uirtutibus cunctis gentibus innotescis. Tunc Sara concepit in utero, & peperit filium, patrem multarum gentium destinatum. Nascitur Isaac ornamentum generis, parentum gloria, propinquorum lætitia, familiæ decus, hæreditatis spes, fidei pretium, promissæ sobolis testimonium. In cuius natiuitate & dominus promissum reddidit, & Abraham uotum quod optauit accepit: gaudent omnes, cuncti lætantur. Fit enim Isaac dulcis cum
C nascitur, dulcior cum nutritur: nec enim poterat esse non dulcis, quẽ & patris fides, & propria innocentia commendabat. Fit & Sara exsterili mater, fœcunda in filio, fœcũdior futura ex ipso. Redit iuuentus in senem, marcens ætas reparatur in iuuenem, & manente senectutis ætate, iuuenilia geruntur à matre: deniq; blanditur, nutrit & lactat, & consequentia cõplet officia, quæ iam forsitan obliuisceretur, si suo tempore Saræ parere concederet. Tunc locutus est dominus ad Abra-
Gen.22.a ham, dicẽs: Accipe filium tuũ quem diligis Isaac, & uade in unum montium, & offer mihi illum in sacrificium. Mox Abraham tam celeriter decernit iussis cœlestibus esse parendum, quàm fuerat diuinitus imperatum. Verebatur ne uotum mora offenderet, aut iussionem tarditas impediret. Denique properat quod iussum est perficere, festinat quod præceptum est adimplere. Fuit enim lætus cum eum acciperet, lætior cum eum immolandum dominus postularet. Ostendit Abrahã charissimum quidem sibi esse filium, sed multo chariorem filio existere dominum: nec dulcedinem, aut affectus pignoris respiciebat, qui iussionem ut perficeret cogitabat. Totum affectus conuertit in deum, cui iam se nouerat mancipatum. Denique illã fidem seruabat in sese, cum filiũ iuberetur offerre, qua deum promeruerat, cum eum mereretur accipere. Adest Isaac patri quidẽ ætati dissimilis, sed fide ac deuotione æqualis. Adest, inquam, Isaac, qui si quid pater disponeret, ipse fieri libẽter optaret. Ita eñ filius paruit patri, ut pater diuinæ

obtem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

obtemperaret iussioni, ut de consensu filij pater A securus existeret, uoluntati patris sese filius manciparet. Erat enim utriscq; unus animus, par sensus, & similis circa deum affectus, ut generositatem patris in filium transfusam cõspiceres, & innocentiam filij patri non deesse uideres: ut & paternæ fidei particeps filius extitisset, & simplicitati filij patris sublimitas redundaret. Qua securitate Abraham fretus, sternit sibi asinam, ad sacrificium ligna cõcidit, pueros secũ adducit. Cumq; ad ciuitatem uenissent: estote isthic, inquit, ego & puer iste ibimus soli: & cum adorauerimus dominum, reuertemur ad uos. Statim pater cum filio proficiscitur solus. ad quem idem filius: Pater, inquit, ligna uideo, cultrũ & ignem uideo, hostiam quã immolaturus es quæro. Desine, inquit, istud B quærere fili, quod sibi dominus ad horam procurabit: desine quærere, quod sibi dñs iam prœuidit. Magnum præsagium promittentis, magna innocentia inquirentis. Isaac hostia, de hostia patrem interrogat, sacrificij effectus desiderat. Ouis abeo quæ deerat quæritur, ne ipse qui loquitur, immoletur. Ast ubi ad locum uentũ est, uterq; montem ascendit. Aram pater extruxit, ligna composuit, filium colligauit: Patere mi, inquit, fili, patere uotum perficere: patere, inquit, per te iussionem domini explere. Deus enim qui te condidit, expetit: quæ dedit, quærit: qui te creauit, te sibi desiderat immolari: non est enim hoc parricidiũ, non est crudelitatis admissum, quia uotum est, nec tibi fili à genitore mors miseranda infertur, sed C utriscq; nobis salubriter prouidet. Tanto eris acceptabilis hostia, quanto libenter gloriosæ mortis exceperis beneficia. Quod iussus pater es, perfice inquit: quod disponis, constanter adimple. Ego enim nec renuo, nec recuso: quod uolueris, uolo: quod optas, exopto: quod desideras & ipse desidero. Deniq; eo uoto istã mortem excipio, quo te eam mihi inferre uelle cognosco. Hęc & si uterq; non dixit, tamen cuncta ista in actu ostẽdit. Mox pater extensa manu gladium sumit, dexteram erigit, iugulare filium, sacrificium perficere, iussa domini uoluit deuotus implere, & pendente iã atq; imminente mucrone, parce, inquit dñs, parce, fidem tuam quæsiui, non filiũ ut iugulares optaui: nec amabile pignus tibi subtrahere, sed deuotio- D nem tuam uolui pertentare. Nunc cognoui, quia amas dominum magis, q̃ filium: imò magis amas filium, quia diligis dominũ: quia dum non pepercisti filio propter deum, eundem tecũ constituisti domino gloriosum: quare te benedictionibus cumulem, & infinitam filiorũ multitudinem ex eo tibi prouenire confirmẽ. Statim procurat aries, qui pro Isaac sanctissimo mereretur occidi. Nec enim fas erat, ut Isaac, qui typũ Christi portabat, â patre hoc in tempore mactaretur: quia perfecti sacrificij hostia Christo domino seruabatur. Procurabatur, inquã, aries, qui pro Isaac mererẽ occidi, ut & promissum patris de hostia cõplereẽ, & perfecto sacrificio patri Isaac incolumis redderẽ. Tunc uterq; lætus de monte descendit: pater, q sacrificij uotum saluo filio perfecerit: filius, quòd iussa patris libenter optasset. Gaudet de patre filius, de filio pater. Gaudẽt propinqui, familia cuncta lætatur: gaudent, inquam, quòd & opus tantum perfectum sit, & quòd patrem cum filio incolumes illis dominus reuocarit.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de habẽda cura salutis proximi, & quare Abram uocatus sit Abraham. Homilia.

FAVD difficile foret ex consequẽtia nuper dictorum, præsentis sermonis sumere prœmiũ: siquidem uobis possibile esset scire, quid nuper à nobis dictũ, & quõ finitus fuerit sermo. Verũ quia pleriq; ex his, qui nuper affuere, hodie non B assunt, & ex his qui nunc assunt, nuper non affuere, cogit auditorũ uarietas, ut repetenda sint, quæ nuper dicta. Vnde & hi, qui prius sermonem audierunt, melius dictorum memoriã firmẽt: & his qui abfuerunt, non tam damnosum sit abfuisse, si & ipsis innotescat doctrina prídẽ habita. Et fortasis dicẽt, qui semper sunt præsentes, quòd propter illos nuper dicta nõ sint resumenda, ut hi qui cum alijs conuenire contempserunt, hoc damno emendentur, & fiant posthac diligẽtiores. Equidem laudo, quòd fratrum doletis ignauiã, & admiror zelum. Vellem au ẽ nos zelum temperare misericordia. Zelus enim ueniam negans, potius furor est q̃ zelus: & admonitio misericordia carens, tortura quædã est: Quapropter magis uos obsecro, ne amare uicinorũ iudicetis peccata. Nã sicut is qui absq; compassione uulnera fratrũ spectat, nullũ inueniet qui se dignẽ ueniã, si quando & ipse peccauerit: ita qui cũ misericordia lapsum proximum iustificat, si quando & ipse supplantabitur, multos uidebit manũ porrecturos. Et hæc dico, non quòd uelim eorum qui raro huc conueniunt negligentiam augeri, sed quòd maiorem honestioremq; curam nostram erga illos cupiam, ita ut cum ratione & amoris affectu geratur. Alioquin & nos superioribus diebus multos & lõgos sermones aduersum illos pronũtiauimus, & neq; hominum nomine dignos diximus: sicut meministis nos in hoc produxisse Prophetas duos præcipuos contra illos, quorũ unus dicit: Veni, & non *Esaiæ 65.c* erat homo: uocaui, & non erat qui audiret. Alius *Hier. 6.b* autẽ declamat & dicit: Cui loquar & testificabor? incircumcisæ aures eorum, & nõ possunt audire. Quibus uerbis mentem eorũ satis acriter perstrinximus, nũc uero iterum obsecramus. Sic enim & *2. Tim. 4.d* Paulus iussit: Argue, ingt, increpa, obsecra. Neq; enim hoc semper solum agere oportet, neq; semper illud solum: sed utrunq; alternis uicibus, quò maior inde sequat utilitas. Nam si semper arguemus, impudentiores illi fierent: si semper obsecraremus, ignauiores redderentur. Quapropter & medici non solum secant, sed & uulnera obligant: neq; semper amara, sed nonnunq; & lenia pharmaca infundunt: ut per priora purificent sanies & putredo, per posteriora autem mitigetur dolor. Et idcirco & alibi inquit Paulus: Fratres si

præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos A qui spirituales estis corripite illum: cõsiderans temetipsum ne & tu tenteris. Optima admonitio, perfectũ consiliũ, quod paterna uiscera declarat, & eius qui magnã nostri curã gerit. Verè linguæ Paulinæ uerba, Fratres. Satis eximio nomine beneuolum reddidit auditorẽ: quasi dicturus: Eiusdem uteri partu & doloribus prognatus es, eundem habuisti patrẽ, ijsdem alimentis educatus es, cõmunicasti ei in natiuitate spirituali, cognationem & fraternitatem hanc etiam in corrigendis proximi erratis declara. Si præoccupatus. Nõ dixit, si peccet, sed ad genus peccati confugit, quod maiorem meretur ueniã. Si præoccupatus fuerit, si grauiter tentatus succubuerit, si errauerit: neq; eum qui dedita opera peccauit dicit, sed eum qui B studuit bene agere, supplantatus tamẽ est à potestate diabolica & uictus. Nam talis nõ tam accusationem q̃ ueniam meretur. Si præoccupatus fuerit homo. Iterum ad aliam ueniæ speciem confugit, nempe naturæ infirmitatẽ, quam nomine hominis insinuat. Sicut & magnus Iob ueniã à deo *Iob 7.d* impetrare uolens, dicebat: Quid est homo quòd reputas eum & uisitationẽ peccatorũ eius facere? Sic & nos faciamus, quando cũ peccatore aliquo expostulatur, cõtinuò dicamus, Homo est: & naturæ recordatione ad misericordiã stomachantes prouocemus. Et ea de causa Paulus ad naturã & eius infirmitatẽ confugit, cum dixit: Si & præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Non simpliciter magna peccata dicit, quæ maiora q̃ ut cõ C passionem & misericordiã mereri uideantur, sed parua & deordinata. Vos q spirituales. Is qui peccat, homo: qui uero bene operãtur, spirituales dicuntur. Hic uirtutis uocabulum posuit, illic naturæ nomen dixit. Multum autem differt homo, & spiritualis. Vos qui spirituales. Si spiritualis es, ostende mihi uirtutẽ tuam: non à tua, sed mea salute, sed à subsidio quod lapso fers. Hoc enim spiritualis est, non despicere sua mẽbra periclitantia. Instituite talem. Facite, ait, ne capi possit, ne certando defatigetur, ne præliando aduersus diabolum succũbat. Considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Hoc summũ consilium est, & admonitio maximè cogens. Etiamsi saxeus fueris, & audias, D uerbũ hoc, sufficiet ad terrendũ, & prouocãdum, quò feras auxiliũ lapso. Non uis, ait, ut frater misereri, nõ uis ut hominibus concedere ueniã, nõ uis ut spiritualis manũ porrigere, considera cõditionẽ tuã; neq; indigebis cõsiliario, sed per temetipsum iacentẽ iuuabis, & à temetipso admoneberis. Quo pacto & quo modo? Considera temetipsum ait, ne & tu tenteris. Non dixit: Nam omino & tu peccabis, ne molestior esset: sed quomodo dixit? Ne quãdo & tu tẽteris. Fieri em̃ potest, ut pecces: fieri etiã potest, ut non pecces. Et quia incertum est futurũ, para tibi misericordię sportulas, quas illi dones, ut per illa quæ proximo impendis, si & tu aliquando lapsus fueris, inuenias promptuaria cõpassione & miseratione referta. Non dixit, ne quãdo & tu pecces, ne quãdo & tu

cadas. Attendite diligenter ad uim uerborũ suorum. Sed ne quando & tu tenteris. Quo simul indicatur, quòd habemus inimicum tẽtatorem. Et tentator nõ statim insidiandi tempus habẽt. Plerunq; enim nobis dormientibus, & negligẽtibus imponit: & idcirco præoccupatus ille magis dignus est ut ei cõdonetur, quoniam à tentatore captus est. Non em̃ erat ei manifesta pugna, neq; cõdictus dies belli, sed per ignorantiã deceptus & superatus est. Sic nautæ quoq; faciũt cum per magnum & spatiosum mare nauigant: licẽt nauis secundo uento feratur, licẽt omni fruantur securitate, cum tamẽ uiderint alios uel à longe naufragium facere: non ad propriam spectantes utilitatem, illorum contemnunt calamitatem: sed sistunt nauem, & eijciunt ancoram, detrahunt uela, eijciunt funes, proijciunt tabulas, ut ille qui à fluctibus mergitur, fortè aliquo illorum arrepto, emergat. Imitare & tu nautas homo: nã & tu mare nauigas magnũ & spatiosum, nẽpe uitæ præsentis mare, quod multas habet beluas, piratas, petras, & latẽtes scopulos, crebrisq; turbaf fluctibus, & in eo naufragãtur plurimi. Cum igitur uideris nauigantiũ aliquẽ diaboli insidijs circũuallari, & amittere diuitias salutis, natare in fluctib. & iam submergi, relictis negotijs tuis, statim illius prouide saluti. Neq; em̃ morã sustinet, neq; dilationẽ, qui submergi incipit. Igitur statim accurre, & quãtocyus è fluctibus eũ eripe. Agè & moue, quicquid ei prodesse credis, atq; ita ipsum ex C profundo interitus extrahas, etiãsi te plurima negotia aliorsum uocent, & trahant, nihil ducas magis necessariũ salute sic laborãtis. Nam si parũper differre uolueris, perdetur tẽpestate rapida. Vnde in tantis periculis magna acceleratione opus est & studio. Audi quomodo Paulus, uiso homine quodã, qui in profundũ rapiebaf, solicitus & anxius erat, & alios excitabat. Valeat in illũ cha- *2. Cor. 2.b* ritas, inquit, ne fortè tristitia abundantiore absorbeaf ille. Et propter hoc iubet statim præbere manũ, ut ne interim dum differimus, præuentus ille absorbeatur. Curam igitur geramus fratrum nostrorũ. Hæc summa uitæ nostrę est. Hoc signo internoscimur an Christiani simus, cũ non solũ quę nostra sunt spectamus, sed & membra nostra per D uersa corrigimus & instruimus. Hoc maximũ in- *Ioan. 13.d* diciũ fidei. In hoc cognoscẽt omnes, inquit, quòd discipuli mei estis, si diligitis mutuũ. Charitatẽ autem synceram declarat nõ cõmunio mensæ, non breue colloquiũ, non uerborum adulatio, sed studium & sedulitas in cõsiderando, quid proximo conducat, ut erigatur qui cecidit, & porrigatur lapso manus, ut ante bona propria, inquirãtur quę proximi sunt. Hæc est germana charitas. Nã cha- *1. Cor. 13.b* ritas non spectat quæ sua sunt, sed prius uidet ea quæ proximi, q̃ quæ sua. Et ego nunc non propter memetipsum tam prolixis sermonibus utor, sed propter uos. Igitur & uos audite, nõ propter uosmetipsos, sed propter alios à uobis erudiendos. Quippe ecclesiæ corpus per membrorũ cohærentiam, & mutua subsidia nutritur & seruatur: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur: & ſicut membrum quod apud ſeipſum cibos omneis reſeruat, uicinoq; non communicat, & ſe ipſum offendit, & reliquũ corpus corrũpit: ut de ſtomacho uidemus. is enim ſi cibum ſolus continuerit, & reliquum corpus fame corrũpit, & ſeipſum ſua inexplebili improbitate perdit: ſi autẽ acceperit quantum pro ſua portione ſatis, & reliquum aliis mẽbris tranſmiſerit: & ſeipſum & reliquum corpus in bona ualetudine cõſeruat. Ita & tu nũc, ſi ea, quæ à nobis audis, detinueris, aliisq; non cõmunicaueris, & illum incommodabis, & teipſum iam corrupiſti: quia ignauiæ & inuidiæ grauiſſimos morbos foues. Satis eñ ad perditionem tuam fuerit, uel ob malitiã, uel ob inuidiam, uel etiam ob ignauiam nõ cõmunicare aliis. Contrà, ſi citra inuidiam, & ad alios tranſmiſeris alimoniã, & tibiipſi & aliis profuturus es. Et de his dictum eſt ſatis. Nunc operæpretium fuerit, uenire ad contextum eorũ quæ nuper dicta fuerunt. Quæ erãt ergo illa? De Saulo & Paulo tunc exquirebamus, quare aliquãdo Saulus, & aliquando Paulus uocatus ſit. Et inde digreſsi ſumus in multorum nominũ hiſtoriam. Verum quia ſemel hinc ſoluimus nõ uidetur dignũ eſſe, ut cum utilis adhuc occurrat negotiatio, temerè eam prętereuntes, negligamus. Nam licet per Paulũ in hoc argumentũ deuenerimus, nihilominus & aliorũ nominũ rationes hac negotiatione inuenire poſſumus: Sicut & mercatores, qui mare nauigant, & propter minuta quædam in longinquas terras proficiſcuntur: cum uenerint in petitam ciuitatẽ, & uiderint copiã aliarum rerum ſibi conducibilium, præter eas propter quas à patria exierunt, multa plura q; decreuerant mercantur, ſic dicentes: Longa uia uenimus, multas tempeſtates multaq; pericula pertulimus. Quid igitur uetat negotiationem noſtrã fieri ampliorem? Talia utiq; & nobis dicere licet. Nã inquirentes de nominibus Pauli, inuenimus cõſequenter & nũdinationem
Matt. 4. c aliorum nominũ. Nempe Petrũ antea Simonem
Marc. 3. b dictum: & filios Zebedæi Ioannem & Iacobum, filios tonitrui nuncupatos. Inuenimus & in uete-
Gen. 32. f ri, Abraham, qui anteà Abram uocatus fuit: & Iacob Iſraelem nominatum: & Sarai Saram. Inuenimus autem quòd & alij non fuerint agnominati, ſed à principio ſibi indita nomina retinuerint, ſicut Ioãnes Baptiſta, Iſaac & Adam. Abſurdum igitur fuerit, & extremæ deſidiæ tantum è manibus theſaurũ abijcere. Nam propterea lõgiorem fecimus ſermonẽ, & quia nuper diximus de his, qui ſuum primũ nomen retinuerũt, hodie de dionymis dicere mẽs eſt. Quorũ unus eſt Abraham. Adam eodẽ ſemper nomine uocatus eſt. Et Iſaac quoq; aliam appellationẽ non accepit, ſed ab initio uſq; ad finem ſemper Iſaac dictus eſt. Pater autem Iſaac Abram & Abraham dictus fuit. Dixit enim ad eum deus: Non erit ultrà nomẽ tuũ Abram, ſed Abraham uocabitur nomẽ tuũ. Etenim Abram uocabatur prius: ſed hoc nomen non eſt Græcũ, neq; noſtra, ſed Hebræorũ lingua ſic uocatur. Quid igitur ſonat nomẽ hoc cum interpretatur? Tranſitor. Nam Abrãm Syrorũ uoce idem eſt quod trans, uel ultrà. Et ſciunt qui linguæ eius periti ſunt. Magna quoq; Syrorum cum Hebræa lingua cognatio eſt. Sed dicis, quare tranſitor uocabat? Iudæa regio, hoc eſt, Palæſtina omnis quę ab Aegypto uſq; ad Euphratẽ è regione iacet Babylonię, unde erat Abraham: et fluuius cõmunis terminus utriuſq; terræ, medius utramq; ſecat. Et quia Abraham non Palæſtinus erat, ſed ab ulteriori ripa fluminis uenerat, nempe à Babylonia: ideo à loco & facto nomen accepit, & dictus eſt Tranſitor: quia à loco ulteriori fluminis uenit. Quare autẽ fluuiũ tranſiit? quia deus iuſſerat. Et quare deus iuſſit? ut oſtenderetur obedientia iuſti. Et quomodo oſtenſa fuit obedientia iuſti? quia propter præceptũ dei domũ ſuam quam reliquit, pro aliena cõmutauit. Vides quãta catena rerum in appellatiõe iuſti nectatur? Vides q; ingens hiſtoriarum pelagus nomen hoc nobis aperiat? Diſce igitur eius nomen primũ, ut cum uideris eum Palæſtinã incolentẽ, appellatiõe nominis in memoriam patriæ eius, & cauſę propter quã eam reliquit, manuducaris, & ita ad imitãdum eum admoneare. Ecce enim uir ille ante legem, & ſub lege uitam agens, philoſophiam quoq; quæ nobis tempore gratiæ tradita, ſuſcepit implendã, & ante tẽpus gratiæ fecit, quod poſteà diſcipulis Chriſtus dixit: Amen dico uobis, quòd nullus eſt qui Matt. 19. c relinquit aut domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrẽ, qui non centuplum accipiet, & uitam æternã poſſidebit. Non ſolum aũt hinc apparet, q; ſapienter uixerit iuſtus, ſed etiam dei promiſsio hoc declarat. Veni enim, inquit, in ter- Gen. 12. d ram, quam monſtrauero tibi. Nam tametſi utręq; illæ regiones, Chaldæa & Palæſtina, erãt corporales, illa tamen ſua erat, hęc aliena: illa certa, hæc incerta: illa in manibus, hæc in ſpe: ipſe autem relictis certis, manifeſtis, & his quę in manu erant, feſtinauit & tranſiit ad incerta, incognita, et ad ea in qbus nõ licebat ſibi dominari, ut perſuadeat, erudiatq; neq; contradicendũ, neq; cũctandum, quãdo deus certa relinquere iubet. Non eñ tam certa quæ in manibus, atque ea quæ in ſpe. Non ſic manifeſta eſt præſens hæc uita, ut futura illa. Hãc enim uidemus noſtris oculis, illam uidemus oculis fidei: hanc uidemus in manibus noſtris poſitam, illam uidemus in manibus dei cuſtoditam. Promiſsiones autẽ dei multo certiores ſunt, q; quæ in noſtris ſunt manibus. Vis diſcere quomodo hæc quidem uita incerta ſit ſemper, futura autem illa, quæ uidetur incerta eſſe, hac præſenti certior ſit & ſolidior. Inquiramus, ſi placet, quæ ſunt illa prędentis uitæ prędara. Diuitię? gloria? potentia? magnũ exiſtimari ab hominibus? ſed uidebis nihil illis eſſe incertius. Quid enim in fidelius diuitijs, quæ ſæpe nec uſq; ad ueſperã nobis permanẽt, ſed ſicut ingratus trãsfuga, ab hoc ad illum, & ab illo ad aliũ ſubinde tranſeũt? Quid & gloria minus eſt fidele? ſępenumero qui clarus erat & nobilis, repẽtè contemptibilis fit, & ignobilis: & è diuerſo quoq;, ſæpe obſcuri ſubito clarescunt

reſcunt. Et ſicut uideri nequit in rota, quæ continuò uerſatur, aliqua pars eius, eo quòd crebra circunferentia ſemper ſumma fiunt ima, & ima ſumma: ita & noſtrarũ rerum impetus, dum cõtinuò uertũtur, ſumma facit infima: ut uidere licet in diuitijs, potentijs ac alijs. Nunq; enim in eodem ſtatu manent, ſed ſemper inſtabiles, fluminũ fluxus imitantur. Quid igitur his incertius, quæ tam crebrò transferuntur, & priuſquam rectè appareãt, auolant: priuſquam aduenĩãt, reſiliunt? Vnde & propheta de delicijs & diuitijs talibus diſſerẽs, & ſpectans uacãtes talibus quaſi permaneãt, dicit: Reputarunt quaſi ſtantia, & non quaſi fugientia. Non dixit, quaſi prætereũtia, ſed quod multo minus, quaſi fugiẽtia. Non eñ paulatim recedunt, ſed mira celeritate. At Patriarcha ille nõ ſic egit, ſed relictis illis oñibus, tantum ad promiſsiones dei ſpectauit, uiam nobis parans ad futurorum fidem: ut cum promiſerit tibi deus futura, & quæ non uidentur, ne dicas quòd hæc incerta ſint, & obſcura. Incerta enim illa, certiora ſunt his quæ uidentur, modo oculos fidei habeamus. Quid autem, quòd ipſa non uidemus? Deus ea promiſit, & pollicitus eſt. Quando deus promittit, nulla uariatio promiſsionibus adiungit̃, atq; adeò illa ma-
Ioan. 10. f ximè manent, quæ in manu dei ſunt. Ex manu enim dei, inquit, nullus rapere poteſt. Igitur quia nullus rapere poteſt ex manu dei, certus ille theſaurus ſemper manet. Præſentia autem omnigenis uariationibus & uiciſſitudinibus ſunt obnoxia, & propterea pro eis ſępe laborẽ ferimus, & fine eorum fruſtramur. In his autẽ quæ ſperamus nõ ita eſt, ſed is qui laborauit, neceſſariò coronas & præmia conſequitur. Nam ſpes nõ pudefacit, quia dei eſt promiſsio: & dona promiſſa ſequuntur eius naturã qui promiſit. Relictis igitur incertis, apprehẽde ea quæ cõſpicua ſunt: Conſpicua autẽ ſunt non præſentia ſed futura. Iam quòd aliqui ad præſentia ſpectant, & futura reſpuũt: non ideo reſpuunt, quòd obſcura & incerta, ſed quòd ſublimia ſunt & ſupra ſuam imbecillitatẽ. Conſidera igit̃ quãta ſit uirtus iuſti. Promiſerat ei deus corporalia, & ipſe ſpiritualia quærebat. Vbi dices, promiſit ei deus corporalia, & ipſe ſpiritualia
Gen. 12. d quę? iuit: Egredere, inq;, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrã, quã mõſtrauero tibi. Corporalis erat terra prior, ſed & futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? imò non illum, ſed Paulũ audiamus de illo dicentem. Nam licet hanc promiſerat deus, relictis tamen præſentibus, feſtinabat ad futura. Quid igi-
Heb. 11. c tur Paulus dicit: Iuxta fidẽ mortui ſunt hi oñes, cum nõ accepiſſent promiſsiones, ſed procul eas uidiſſent. Quid dicis? Non obtinuit Abrahã promiſsiones? non uenit in Palæſtinã? Falſa ergo ea quæ dicta ſunt. Venit quidem in Palæſtinã, non hanc autem ſpectauit, ſed aliã quæ in cœlis, deſiderauit. Cuius rei & Paulus teſtis, cũ adijcit: Et cõfeſsi ſunt ſe hoſpites & peregrinos in terra. Hoſpes ne eſt, qui tantã accepit patriam & tantam regionem? dic obſecro. Nõ enim hanc, ſed cœlum

ſpectauit. Nam qui hæc dicũt, inquit, declarant, quòd aliam inquirãt patriam, cuius artifex & opifex eſt deus, illam, inquã, Hieruſalem cœleſtem, & quæ ſuprà eſt. Vidiſti quomodo promiſerit illi deus corporalem, & ipſe quæſierit ſupernã Hieruſalem? Itaq; corporalis eſt promiſsio, ſpirituale aũt iuſti deſiderium. At nos planè diuerſa facimus. Deus illi promiſerat Palæſtinã, ſed ille ſpectabat cœlum. Nobis promiſſum eſt cœlũ, & ad terram tendimus. Hæc lucra ex Abrahã nobis contigerunt, quia nomen eius didicimus, & quare Tranſitor dictus ſit, & quòd relicta terra ſua in alienã conceſsit, prætereitisq; certis ad incerta ſe conuertit, & abiectis his quæ in manibus & corporalibus, aſpirauit ad ea, quæ ſpe concipiebat: idq; ante gratiam, & ante legem, atq; ante prophetarum doctrinã. Vnde manifeſtum, quòd præceptore caruerit, ſuffeceritq; ei natura mouẽs cogitationes conſcientiæ eius, ut ſic inueniret opificem uniuerſi, & propter hoc dicebatur Abram, quod nomẽ ei & parentes ea de cauſa indiderũt. Sed fortè ſtatim dixerit aliquis: Mendacium hoc eſt, & confictum. Parentes enim Abrahæ iniuſti fuerunt, & neq; placuerunt deo, neq; ſciuerunt futura, neq; pollicitationẽ à domino dandã prænouerũt. Certè impij erant & idololatræ, & Barbaris magis Barbari. Scio & ego, & propterea laudo iuſtum, quòd tales parẽtes habens, talis ipſe factus ſit. Etenim ualde rarũ & admirabile eſt, ex agreſti radice dulcẽ fructum produci. At non acculandi ſunt ob parentũ malitiam filij piè uiuentes, ſed & ut admirabiles habẽdi, eo quòd cum pietatẽ à parentibus nõ acceperunt, nec habuerunt qui manuducerẽt, quaſi in eremo & inuio euntes, uiam quæ in cœlum fert, inuenire potuerint. Non igitur crimen eſt, habere patrẽ impiũ, ſed imitari patris impietatẽ. Et crimen eſt maximum, nõ quòd habemus improbos parentes, ſed quòd illorum non agimus curã, & nõ afferimus omnia, quę ab eis habemus, ut ab impietate ſua eos eruamus. Hæc autẽ dixi, ut ne turberis dilecte, cum audis quòd Abrahã impium patrem habuerit. Nam & Timotheus impiũ patrẽ ſortitus fuit: filius enim Iudææ mulieris erat fidelis matris, patris autem Gentilis. Et q; pater eius manſerit in impietate,
D & non fuerit cõuerſus, manifeſtũ eſt ex hoc. Laudans enim Timothei fidem Paulus ſic dicit: Quę 2. Tim. 1. b habitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunice, confido autẽ quòd & in te. Nuſquã hic patris nomen legitur. Et quare? quia in impietate perſeuerans, non erat dignus qui cum filio numeraretur. Et Apoſtolos malos habuiſſe patres manifeſtauit Chriſtus, cum dixit: Si ego in Beelzebub eĩcio Matt. 12. c dæmonia, filij ueſtri in quo eĩciunt? propter hoc ipſi erũt iudices ueſtri. Sed ne turbet hoc neq; offendat. Nam ex hoc diſcimus, quòd non naturæ, ſed uoluntatis eſt uitiũ & uirtus. Enimuero ſi naturæ eſſet, omnino mali malos parerent, & boni bonos: Sed quia electionis & uoluntatis eſt probum uel improbũ eſſe, idcirco ſæpe malis patribus boni filij, et ignauis filijs ſtudioſi patres, ſunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut non naturæ, sed uoluntati semper illa imputemus. Verũ cum parentes Abrahę, ut dixi, fuerint impij, quomodo ei hoc nomen indiderunt? Fuit hoc opus diuinæ sapientiæ per incredulã linguã dispensantis, ut puero nomẽ imponeretur, habẽs in se futurorũ historiam. Sicut eandem uirtutem & in Balaam declarauit, cogens eum futura prædicare: quo manifestat, quòd nõ solum in suis, sed & in alienis dominari potest. Et ut discas, quòd parentes etiã nõ ualde pij, sæpius nescij imponũt nomina filijs, quæ multã futurorũ dispẽsationem declarent, docebimus etiã alio exemplo. Lamech qui fuit pater Noe, nõ erat gratus deo. Nã si fuisset probatus apud deũ, nõ dictũ esset, Noe solum perfectũ inuentũ in generatiõe sua. Neq; nos transiuissemus iusti patrem in cõmemorandis nominibus, si iustus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomen puero, quod præcipuam futurarũ rerum haberet historiã, eratq; appellatio iusti prophetia.

Significabat enim nomen eius futurum diluuiũ.

Gen.6.b Nomẽ eius Hebraica lingua uocauit Noe, quod interpretatum est, quies. Niah enim, Syrorũ uoce quies est. Sicut igitur Abraham ab abar quod est trãs uel ultrà dicitur: & Adã ab Aedem, quod est terra, dictus eo quòd sit terrenus: ita & hic à Niah uocatus est Noe, hoc est autor quietis: declarat autem hoc & adiecta particula. Vocauit em eum Noe, dicẽs: Hic nos quiescere faciet. Quietem diluuium uocans, eo quòd sub illo futurũ diluuium. Diluuium autem mors fuit: Mors uero quies uiro est. Et idcirco hominem, sub quo diluuium factum, quietis autorem uocauit. Et quòd non torqueam scripturas, ex scriptura ipsa audia

Gen.5.d mus hoc. Vixit Lamech annos centũoctoginta, & genuit filium, & uocauit nomen eius Noe, dicens: Hic nos quiescere faciet. Et quare nõ dixit, Hic occidet nos, hic faciet diluuium fieri: sed dicit, Hic faciet nos quiescere? Creatura omnis resoluitur, abyssi desubtus erumpunt, cataractæ superius aperiũtur, omne pelagus erat mirũ & admirabile & horribile, & in luto quasi in cõmuni sepulchro promiscua hominũ, & equorũ ac ferarum corpora occultabantur: & tantã calamitatẽ, tãtaq; mala quietem uocas? Profectò dicit: Nam homines in magna malitia uiuebant. Diluuiũ autem quia malitiam resecuit, ideo liberati illi à ma D litia, quiescere dicuntur. Generationem enim illorum quasi corpus incurabiliter languescens, & malis multis nullam consolationẽ admittentibus obnoxiũ, superueniens diluuium eripuit, & quiescere fecit. Nam si mors uiro quies, multo magis his, q̃ inemẽdabiles in malitia uiuunt, mors quies est, liberãs eos à laboribus, nec sinens ulterius in iniquitatis consuetudinem progredi. Non est enim grauius ingestabiliusue pondus, q̃ peccati natura: nihilq; ita labores & erumnas nobis affert, ut malitiæ species & delicta. Et propterea Christus

Matt.11.d his qui in peccatis uiuunt, dicebat: Venite qui laboratis & onerati estis, & ego uos quiescere faciã. Et idcirco Lamech diluuium quietem appellauit, eo quòd superueniens malitiæ finem impositurum erat. Volebam sermonem hunc prolixiorem facere: multa enim omitto, quæ ad nomen Noe pertinent: sed hæc nunc memoria retinete, & fratrib. uestris qui absunt, dicite: ut ne cogamur iterum productioribus uti proœmijs, & dictorũ repetere consequentiã. Sermonẽ in precibus finiamus, gratias agentes deo, qui hæc ut dicerem, dedit, Cui sit gloria in secula seculorũ, Amen.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOstomi de Iacob & Esau.

Gen.25 Portabat Rebecca gemínos in utero fratres, ante ortus principia bellatores: certantes filios mater antè sentit, q̃ nouit: antè patitur, quàm uidet: antè sustinet, q̃ agnoscit. Licuit B filiorum bella sentire: quos nondum licuit generare. Certamen inter fratres in utero geritur: bellum inter natos cõmittitur. Materna uiscera quatiũtur, nec ad ortus principia properatur: sed ante principia, noua certamina celebrantur. Velim causas tanti certaminis nosse, uelim istius pugnæ negotia tractare. Quid intercesserat, qd factum fuerat, quæ pugnandi ratio, quæ causa uincendi, quo spectatore id geritur, quo iudice celebratur, quid uictori promittitur, qd uicto è contrario denegat? Quis certare docuerat: quis pugnare mõstrarat? Sed notum est cũctis, istorum certamine fratrum, causas duorũ exprimi populorum. Vult enim deus antè ostendere futura q̃ ueniãt: antè, uentura mõstrare, quàm fiant. Etenim præiudica C re nõ potest pugna, si pugnæ non cõsentiant merita. Sed futurorum præscius deus qui monstruosum certamen uoluit exerceri: dat certandi affectus, uincendi uota ostendit, & spectatorẽ se constituit, se iudicem demonstrauit. Adeò certamen geritur præsente domino, qui genuit: & matre teste, quæ sensit. sed mater certamen sentire potuit, uidere non potuit. Deniq; interrogat dominum: Quid est, inquit, domine quod geritur? quid est, quod in utero meo te teste tractatur? Quid facturi sunt nati, qui sic luctantur innati, aut quæ nato rum uota suscipiam, cũ sic in luctamine nondum natorũ concutiar? Duo sunt, inquit dominus, populi in utero tuo: & duæ gentes de uentre tu diuidentur. Et populus populum superabit, & maior seruiet minori. O ueneranda prescietia dei. Desi D gnantur in utrisq; fratribus gentes: in singulis populi declarantur, immo ipsi gẽtes & populi nuncupantur. Futurarum sobolum nomina in natos conferuntur: & adhuc innatorũ nomina ignorantur. Dicuntur enim parẽtes, qui necdum filij nomen acceperãt: appellantur patres, qui nati non fuerant: ut fierent genitores, antequã filij fierent: patres, anteq; nati. Ostenduntur amborum merita: & operationis nõdum est causa. Quid quisq; mereatur, educitur: & meritæ causæ silentur. Sententia à deo profertur: & adhuc qui meretur, non nascitur. Iudicium diuinitus celebratur: & adhuc in utero, qui iudicatus est, detinetur. Precedit mores iudicium, sentẽtia actibus prior est. Non expectatur tẽpus, ut merita dispungãtur: quia dispunctoris potentia antè nouit omnia, quàm nascantur. Interea certamen nec nascẽtibus defuit: dum maioris plantæ innixus, aut prior nasci desiderat, aut se uictorem tali gestu demonstrat. Maior tamen properat in lucem, & adhuc tenetur in uentre: quærit prior nasci, ne & in hoc possit à fratre deuinci. Cupit pudorem properantia tegere, desiderat ignominiã festinatione mutare, timet uideri uictus, anteq; natus: sed iam matri prouentus certaminis iudicauerat deus. Iudicat & nascentiũ ortus: unde dignè Iacob supplantator uocitatus est. Sed diuidit in amorẽ uterq; parens utrũq; nascentem: sic pater maiorẽ, sic mater minorẽ assumit. Pater in utero uictum amore solatur: mater uero uictorem diligit, quem pugnantem non uidit. Optat pater uictori uictũ æquari: si uicti mo B res possent à malitia immutari. Sed iam seruatur sententia, quia sententiã prouocauerãt causę, nec in aliquo potuit bonitas in innocente corrũpi: ut malitia in reo nõ potuit immutari. Igitur properant impleri prædicta: festinant geri, quæ fuerant diuinitus nuntiata. Deniq; coquit Iacob pulmentum cõstitutus in domo, desiderio rapitur ueniẽs Esau de cãpo. Sed malè desideratur, quod in damnũ salutis assumit: quia contrariè esuritur, quã do salus mãducando deperdit, aut in uitæ interitum ordinat. Molesta em̃ est fames, quæ ad hoc saginatur, ut perdat: pernicioſa esuries, quæ idcir co excluditur, ut peior in homine nutriatur. Quo niã damnosa mercatio est: si salus pro cibo impenditur, aut magnis uilia comparantur. Adeò Esau C

Primatus pluralí num. primatus desiderio lẽtis addixit, eosdemq; Iacob intẽperantia desiderantis accepit: quandiu Esau possidere nõ potuit, quod in utero cõstitutus amisit. Denique reddit Esau aliena, Iacob recepit sua. Fit Iacob benedictione iam primus, qui fuerat natura postremus. Primatus reddidit causa, quos negauerat aliquando natura, Nec diu eius gratiã indignus potuit usurpare, quam Iacob meruit, anteq; nasceretur, accipere. Interea hereditaria benedictio à patre in Esau disponit, & ab eo

Gen.27.d ciborũ delectatio postulat. Facito, inquit, mihi filii cibos, quos amo: ut manducãs benedicã te anteq; uita ista decedo: sed ignorat Esau illum placitum in cibo, qui iam placuerat merito: nescit eum benedictioni aptissimũ, cui tradiderat ipse primatum. Deniq; pergit uenatũ, ut imperata perficeret: remorat, & tardat. Fit difficile, quod quærit: ut in Iacob paterna benedictio cõpleretur. Quærit Esau inuenire, quod pater fastidiat: desiderat capere qd genitor iam saginatus exhorreat. Hortatur & mater Iacob amantissimũ filium, narrat uerba patris ad fratrẽ, refert imperata ciborũ, benedictionis promissæ cõpotem dicit: si quæ fieri iussa sunt, implere festinet. Cogitur Iacob profiteri, quod nõ erat: mẽtiri, quod fuerat. Cogitur, inquã, simulare se fratrẽ, mentiri maiorẽ. Adeò pergit ad gregẽ, duos hœdos adducit: quorũ pellib. brachia nudamq; ceruicẽ absconderet, & hirsuti fratris præsentiã simularet. Itaq; parat cibos delectabiles mater, infert filius patri: pater mirat ad

uentũ tam celerẽ filij. Quid est hoc, inquit, quòd tam cito ueniſti fili? Quod dominus dedit, ait, attuli tibi. Surge, mãduca quod desiderasti, ut bene dictionẽ cõteras quã promisisti. Accede, inquit, ad me fili, ut palpẽ te, & uideã si tu es Esau filius meus. Accede, inquit ad me, ut sentiã tactu, quod oculis uidere non possum: palpando intelligam, quod uisu nõ cerno. Duo sensus, id est auditus & tactus, in patre sancto cõtendunt, quisnam eorũ qd latebat ostenderet: sed auditus indicat, quod tactus ignorat. Fallit enim habitus patrẽ, sed uox indicat ueritatẽ. Refert uox, quod habitus refelle bat: nudat lingua, quod tegmina simulabant. Indumento quidem fratrem mentit: sed uerborum sonitu, qui fuerat, indicatur. Vnde & Iacob sanB ctissimus diuiditur apud patrẽ in duo, dum mentitur aliũ habitus, sed uox indicat uerũ. Vestitus maiorẽ simulat, sed sermo minorem nõ celat. Ita enim alienum est, quod simulatur: & propriũ est, quod per uocem dignoscitur: ut benedictione sit dignum, quòd est propriũ: exhæredari enim meruerat, quod fuerat alienum.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOstomi Constantinopolitani, de Ioseph, ubi à fratribus uenditur.

Gen.37.c Illij autem Iacob pascebant oues patris sui in Sichem: & dixit Iacob ad Ioseph filium suum minorem: Vade fili, & uide, quomodo se habeãt fratres & oues: & renuntia mihi. Ioseph autem abijt. Illi aũt cum C uiderent eum uenientẽ dixerũt: Ecce somniator ille uenit. Venite, occidamus eum: & uideamus, quid significent somnia eius. Mittitur à Iacob patre sanctissimo Ioseph sanctus ad fratres, qui salutem patris ad illos, et ipsorum ad patrem afferret: ut inter absentes medius utriusq; salutis nuntius existeret: ut quod per semetipsos absentes scire non poterant, Ioseph referente, cognoscerent: & disiunctos huius relatio iungeret, quos locorũ diuersitas separauerat. Quẽ cum uenientẽ de longè conspicerẽt: ecce, inquiũt, ecce somniator ille: uenite itaq;, & occidamus illũ: & uideamus, quid portẽdant somnia eius. O nefanda rabies iniquorum. Non licet, Ioseph, non licet, inquã, impunitum esse quòd bonus est? Non licet meliorem tuD tum esse cũ malis, et quasi inuidi aliquid perdant, aut dispẽdium alicuius rei incurrãt: sic bonorum uita detrimentũ est pessimorum. Zelant mansuetum inuidi, modestũ superbi, probũ improbi, mitem tumidi, inimica æmulatiõe lacessunt. Patitur Ioseph sanctus innocentis uitæ inuidiam, & emulos in se fratres sancta excitat uita. Bonũ mali uidere non possunt: deniq; uenientẽ ad se, lacerant, sæuiunt, necare festinãt. Nolunt meliorẽ uiuere, ne degeneres ipsi possent impropería sustinere. Cur innocentẽ zelas inimica fraternitas? Cur inuides bono? Cur pati simplicem non potes? Cur modestum persequeris? Cur probum nõ diligis? Cur rea innocentis sanguinis inueniris? Saltẽ distractus aliquatenus uiuat, ne in te accusator innocens sanguis, ut in Cain, aliquãdo existat. Ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ua tibi, ſerua inimica fraternitas uiuũ, quem ſen- A
tias aliquando placatum. Serua incolumẽ, quem
neceſsitatis tẽpore inuenias prouiſorẽ. Forſitan
enim aduenìat tempus, quo cum ſeruũ feciſſe pœ
niteat quidem, parricidiũ perpetraſſe minus colli
beat. Leuius crimen eſt ſanctum ſeruituti addici,
grauius nihil eſt innocentẽ animã iugulari. In ſer
uo quod curetur, inuenies: in parricidio non repe
ries, quod excuſes. Multis prouides, ſi iſtũ diſtra-
xeris: tibi nocueris, ſi innocentẽ animam iugula-
ris. Diſtractus igit̃ Ioſeph ſanctus in Aegyptum,
accepturus totius prouinciæ dominatum, uenun
datur in ſeruũ, in famulum addicitur, in innocen
tem fraterna crudelitas operatur. Suſcipit ſeruí-
tutis notã, quam dominus præparabat ad gloriã.
Humiliatur ad tempus, imminenti neceſsitate re B
gnaturus. Miniſtrat ut ſeruus, ut famulus paret,
domeſtica cõplet officia: nec obſequẽdo deeſt in
aliquo: ut humilitate perciperet, quicquid illi in-
genuæ neceſsitatis præſtitiſſet. Adeò tantũ ſubli-
matur in domo, tantũ famulis cunctis præfertur,
tantũ à ſeruis oĩbus honoratur: ut quantũ ei do
minus, tantũ ipſe familiæ imperaret. Fit rector &
præpoſitus domus, ſit cunctis imperans: ſolus ſit
domeſticæ curæ aptiſsimus. Sed his bonis cœle-
ſti dono cõceſsis, tentatio inimica non defuit, Pu
dicũ iuuenem matrona appetit impudica: ut dia-
Gen. 39. c bolus, qui in eius necẽ fratres armauerat, contra
eum armaret & fœminã. Sed tam hæc dei iudicio
concidit, q̃ fratres deus ab eius parricidio ſepara
uit. Deinde ſolũ ſola aggreditur: & cũ caſto pue- C
ro inceſta mulier fabulatur. Tandem, inquit, quæ
rens optatũ tempus inueni: & ad cupiditatẽ uolu
ptatis implendę aptiſsimũ ſilentiũ reperi. Nullus
inter nos arbiter teſtis exiſtit, nec maritus domũ
repetit, nec familia recognoſcit, nec aliquis de ex-
ternis interuenit. Inter nos ſolummodo cauſa eſt.
Nullus poteſt exiſtere, qui poſsit, quod gerimus,
indicare. Fac, quæſo, quod peto. Exple animũ cu
pientẽ tui, ut poſco. Deſiderãtis preces, ne aſper-
neris, exoro. Ego te muneribus honorẽ, marito
cõmendem, ego te libertate condonem: nec quiſ-
quã mihi te charior poterit inueniri, ſi mihi, quod
deſidero, cõtigerit adipiſci. Fruſtra, inq̃t Ioſeph,
fruſtra mentis inimica tentatio: fruſtra me inno-
centẽ appetis: fruſtra mihi caſtiſsimo laſciuiæ uer D
ba immittis. Ego eĩm, quod loqueris, fugio: quod
queris, nolo: quod deſideras, perhorreſco. Solum
metuo in cœleſtibus deũ, cuius diſciplinã ſeruo,
integritatẽ diligo, caſtitatẽ cuſtodio. Si enim do-
mus totam poteſtatẽ accepi, ſi nihil mihi præter
te, meus dominus denegauit: quomodo faciam
iſtud, quod dicis, ut dominatorem dominũ & pa
tronum tam liberalem offendam? Nam ſi in me
per mendacium crimen conuerteris, & quod no
lo, me uoluiſſe cõtenderis: dei erit liberare, quem
in præſenti deſidero non offendere. Igitur poſtq̃
Ioſeph & mulieris blandientis illecebras & ſer-
pentini oris colloquia aſpernatus, reſpuit: deten
tus ab eadem, relictis ueſtibus fugit. Quæ cum ſe
publicatã conſpiceret, uociferata clamauit: & fa-
cinus, quod uitioſa mente cõceperat, in innocen
tem ipſa cõuertit: & eum uoluiſſe, quod ipſa non
potuit, accuſauit. Fugit igitur Ioſeph, inquã nu-
dus, pudicitia & caſtitate ueſtitus: fugit relictis
ueſtibus, innocẽtia, qua uicerat, tectus. Et cui im
pudica mulier indumenta detraxerat, eum ſancti
tas ipſa tegebat. Habe tu mulier deteſtanda, ueſti
mẽta quæ tenes: habe exuuias, quas in argumen
tũ defenſionis falſę tuliſti. Habe apud te teſtimo-
nium pudici uictoris. Confinge falſa, calumnias
necte, marito perſuade. Conſcientiã tuam nõ fal-
lis, qua ſuperatã te ab innocente cognoſcis. Lætа-
baẽ interea Ioſeph pudicitiæ perfeciſſe bella, per-
egiſſe caſtitatis prælĩũ, pugnã innocẽtia ſuperaſ-
ſe: in qua pugna laſciuia uincitur, calcaẽ petulan
tia, omnis impudicitia detruncatur, triumphat ca
ſtitas, integritas gaudet, uictrix innocentia collæ
tatur. Sed poſtq̃ maritus aduenit: deteſtanda mu
lier, quam libido nuper in pernicĩẽ innocentis ac
cenderat, in eius mox accuſationẽ exurgit. Geſta
bat namq̃ in facie teterrima mulier dubios & an
cipites uultus, & alterna coloris intentio, rubor
pallori immixtus, diuerſos mẽtis æſtus uerbis tre
mentibus præferebat, ut uideres & conſcientiam
uicti facinoris aperiri: & innocenti acuſationem
rabido furore aptari. En, inquit, quem nobis ſer-
uũ intuleras, en cui uniuerſam domũ & oĩa tua
gubernan da credideras. Hic mei pudoris latro,
hic pudicitiæ hoſtis, hic caſtitatis prædo extitit:
quem uix luctando expuli, uociferando caui, pu
gnando deuici. Putauit me quoq̃ ſibi denegan-
dam non eſſe: cui totum, quicquid poſsides, tradi
diſti. Tunc maritus furias in ſe inceſtæ transfert
mulieris, tunc inflammatur inſania, tunc ſæuitia
excitatur. Vix ab iniuria abſtinet manus, uix ſeſe
regit, uix cohibet. Cogitat digna cauſæ tormenta:
meditaẽ conueniẽtia ſceleri tanto ſupplicia. Ob-
tinet apud eũ falſitas, ueritas exulat. In cuſtodia
innocens, quia reus eſſe noluit, religatur. Cur in
innocentẽ graſſaris importuna tentatio? Cur ap-
petis iuſtum? Cur ſanctũ perſequeris? Ioſeph eĩm
innocentia reus eſt, nõ culpa: caſtitate, nõ adulte
rio offendit. Cuſtoditi pudoris, nõ uiolati hoſtis
eſt. Vim paſſus eſt ipſe, non fecit: iniuriã accepit,
nõ irrogauit. Peccauit, quia peccare noluit, non
quia peccauit: quiuimo pœnã meruit, quia pec-
care pertimuit. Eat licet in carcerẽ, iuſtus cõſcia-
tur in uincula, in cuſtodiã religeẽ: iniuria iniuria-
ſi eſt, nõ innocentis: pœna lædentis eſt, non læſi.
Supplicĩũ ſi merui, patior: ſi nõ merui, ille patitur
qui irrogauit. Reus quem peccatũ non pœna ca-
ſtigat, ſpectat ſuũ ſupplicĩũ. Qui quod patitur nõ
mereẽ, ſine pœna torqueẽ: quia tormentũ non me
retur, quod patiẽ. Adeò tormentũ quod irrogas,
pateris: quod tribuis, ſentis: quod inſers, ipſe tor-
queris. Nec ulla tibi ſolatia poterũt ſubuenire, ni-
ſi iuſtũ à pœna uolueris reuocare. Interea Ioſeph
in carcerẽ tradiẽ, in cuſtodia religatur, exultat &
gaudet. Exultat, inquã, uictor & liber. Exultat do
meſticã calcaſſe calumniã: exultat pudicitiæ obti
nuiſſe victoriã. Licet in carcere morari illæſum,
quem

quem laſciua mulier fecerat reum. Licet hic ſine A
periculo diuerſari, quoniã apud ſuos nõ licuit do
mi. Fit Ioſeph in cuſtodia tutus, in carceris loco
ſecurus. Domi enim nõnunq̃ calumnia aptatur,
in cuſtodia innocenti ſecuritas inuenitur. In car-
cere enim nullus appetitur, nullus alieno crimi-
ne oneraẽ: innocens iſthic tempus expectat, reus
iudicium. Nec aliena quenquam opprimunt cri-
mina: quia nec bona malis, nec mala bonis depu
tãtur aliena. Intrat Ioſeph ſanctiſsimus cuſtodiã,
uiſitator magis quàm reus, prouiſor non ſocius,
medicus non ægrotus, Adeò fit cunctorum præ
poſitus, ſit prouidens oĩbus ſolus, ſit in reorum
ſolatium procurator. Gaude innocẽtia & exulta.
Gaude, inquam, quia ubiq̃ illæſa es, ubiq̃ ſecu-
ra. Si tentaris, proficis: ſi humiliaris, erigeris: ſi pu B
gnas, uincis: ſi occideris, coronaris. Tu in ſeruitu
te, libera es: in periculo, tuta: in cuſtodia, læta. Ti-
bi oĩs reatus addiciẽ: tibi uniuerſa militia ſubiu
gatur. Te potentes honorãt, ſuſcipiũt principes,
magnates exquirunt. Etiam illi te inquam, de-
ſiderant, qui impugnant. Tibi boni parent, mali
inuident: zelant æmuli, inimici ſuccumbunt. Nec
unquam poteris uictrix non eſſe, etiam ſi tibi in-
ter homines iudex iuſtus defuerit.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSO-
ſtomi in Ioſeph, de continentia.

VIhi quidem ſemper utiliſsimus uidetur,
& Chriſti ſeruis dignus ſermo de conti
nentia, maximè autem tempore hoc,
quãdo Chriſtum induti pueri eccleſiæ C
præ aliis bonis continentiã poſsidere maximè de
bent. Nemo inſuſtè uel intempeſtiuè, de fortitu-
dine & certamine factum dixerit ſermonẽ, cum
athletæ iuxta olympicas leges exercẽtur. Itaq̃ &
nos nunc, athletas Chriſti quos uidimus accepiſ-
ſe uirtutẽ à ſpiritu propter diuina ſacramenta, ad
agonem ſpiritualem miſſurſ, meritò de continen
tia diſſerimus. In mundanis enim certaminibus
poſt uictoriam coronæ, in Chriſti autẽ ſtadiis an
te uictoriam coronæ. Quare autem coronatos in
agonem mittit nos Chriſtus? ut metũ incutiat ad
uerſarijs: ſenſuſq̃ noſtros erigit, ut ad honorem à
deo nobis datũ ſpectãtes, nihil indignũ domino,
uel loquamur, uel faciamus. Nã ſi rex aliqs pur-
pura amictus, coronaq̃ caput ornatus, & uictus D
naturę affectionib. indignũ quiddã regia maieſta
te fecerit, mox ut in regiã ſtolam aſpexerit, emen
dat ſe, operamq̃ dat ne poſthac à fœdis uincatur
cupiditatibus. Et tu quoq; indutus Chriſtum, uí-
ſa turpis animæ concupiſcentia, ad diuinã ſtatim
ſtolam reſpice, meliorq̃ ſtatim eris, neq; maligni
artibus offenderis. Igitur pulchrũ quidem conti-
nentiã cõmendare laudibus, pulchrius autẽ poſ-
ſidere. Et ſanè nõ parũ ad continentiã incitantur,
qui multũ de ea loquunt & audiunt. Atq̃ eam ob
rem uirtutes ſanctorũ celebrare ſacris ſcripturis
uoluit deus, ut omnes homines in illorũ trahan-
tur imitationẽ, ueſtigiaq̃ illorũ diligenter ſequen
do, perſuaſi continentiã pareẽt. Etem ſi in gymni-
cis certaminibus pleriq̃ uiſis athletis coronatis,
accenſi, etiã ipſi ſe exuerunt, & multos ſudores la
boresq̃ pertulerunt, ut ramis, uel oleæ, uel lauri
coronarentur: quanta ergo nos conuenit alacri-
tate pro continentia ſudores ferre, quando alios
à deo coronatos uidemus, ut cœleſtibus redimia-
mur coronis; propter bona ſalutariaq̃ facinora?
Quomodo nõ graue & multa ira dignũ, ſi athle-
tas alleẽet foliũ lauri uel oliuæ, & gloria tranſito
riæ huius uitæ: nos aũt nihil moueant Chriſti mu
nera, ut omnẽ uoluptatẽ amoueamus, & timorẽ
dei præferamus cõcupiſcentijs? Porrò nõ in ſolis
hominibus uidemus ſimiliũ imitationẽ, ſed & in
brutis. Nã & colũbæ ſæpe uiſa una auolante, ſta-
tim ſequunt̃ omnes. Et pullus generoſus in equo
rum armẽto exiliens, ſecũ rapit oĩe armentũ. Et
inter uos, ut in armẽto Chriſti, bonus eſt pullus, B
Ioſeph cõtinentiſsimus cœleſtibus exultationib.
ad ſui imitationẽ nos cõſeruos uocans. Saltemus
igitur cum bono adoleſcẽte ſpirituale choream,
laudantes ipſius continentiã, nõ uerbis ſolũ, ſed
& operũ imitatione. Ille igitur, ille erat diligẽs &
perpetuus cõtinentię cuſtos, cũ poſſet reginę ipſi
imperare, & in delitijs atq̃ luxu diuitẽ & uolupta
rium agere. Veruntamẽ quãuis taliũ & tãtorum
dominus futurus, cũ cogitaſſet quòd diuitiæ qui-
dem et potẽtia ac gloria cũ preſenti uita trãſeant:
& temporaliũ lucrũ duntaxat habeant, ſolius au-
tem uirtutis nullus ſit finis, ideo uoluptatibus ti-
morẽ Chriſti, ut frenum quoddam iniecit. Diui-
tias aũt & delitias, ac promiſsiones dominæ deri
ſit, miſeriã in carcere dulciorem cenſens præcla-
ris domicilijs, tametſi his qui excellenter formoſi
ſunt, difficile eſt imperare uoluptati. Hic aũt tan-
tam ſpeciem exhibuit continentiæ, ut pulchritu-
dine animæ pulchritudinẽ corporis occultaret,
ſtellæ cuidã pulchræ formoſitate corporis, ange-
lis autẽ uenuſtate animæ cõferendus. Nos autem
decet admirari, non ſolũ adoleſcentis continen-
tiã, ſed & pericula, quæ pro illa ſuſtinuit, qui mor
te grauius ac terribilius iudicauit ſeruire uolupta
tibus. Admirabitur autẽ, qui uirtutem ipſius dili
gẽter cognouerit, & tẽpora expẽderit, in quibus
animã puram ſeruauit. Nam priuſquã in terra &
dominus & opifex uniuerſi apparuit, libertatem
cuſtodiuit mentis. In domo impiorũ educabatur,
multos habebat ad deteriora adhortantes, care- D
bat continentiæ magiſtro. Omnes uoluptati ſer-
uiebant, uentri indulgebant, nihil piũ, nihil ſan-
ctum faciebãt: attamen in tantorũ taliũq̃ impio-
rũ corona, uidens dominã intemperantẽ iacere,
cœleſtium theſaurorũ proditor nõ eſt factus, ſed
ſpiritus templum indepredabile cuſtodiuit, ma-
lens mori q̃ ſeruire uoluptatibus. Non audierat
Paulum dicentẽ, corpora noſtra membra Chriſti 1. Cor. 6. ii
eſſe: & priuſquam audiret uocem diuinam nõ mi
nor apparuit his, qui cœleſtibus promiſsionibus
honorati ſunt, docens nos in eccleſiis quàm opor
teat nos certare, & incorruptã ſeruare animam.
Nam ſi ego, dicere poteſt Ioſeph, qui ante na-
tum Chriſtũ fui, nec audiui excelſum apoſtolum
Paulum clamãtem, corpora noſtra membra eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi, putaui dei seruos decere ut imperent uoluptati: nec inuentus sum continentiæ decoctor, quanuis multa pericula parata uiderem: Quantum uos conuenit cũ timore & tremore uiuere in continentia, ut ne appareatis indigni honore, & ne mẽbra Christi fiant membra scorti? Hoc uerbum potest omnẽ animã continẽtia munire, hoc uerbũ ardentes concupiscentias facile restinguit. Neq; hymber in ignẽ cadens, ita facilè flammam deprimit, ut malas cõcupiscentias marcescere facit sermo ille in animã admissus. Eosdẽ sermones nobis loqui & magnus Iob potest, qui nõ solũ diligens continentiæ fuit exercitator, sed & legem oculis suis posuit, ne in uirginis uiderent faciẽ, ne forte mentẽ illius irradians raperet pulchritudo: quanuis quis non admiraretur & obstupesceret, Iob 3.d uidens uirũ hunc cum diabolo quidẽ uiriliter certare, & omes maligni machinas uincere, uirginis autem faciẽ fugere, & à formosæ puellæ aspectu oculos subducere. Diabolum quidem uidens, accedentẽ nõ fugit, sed mãsit sicut leo uirib. fidens: uirgine autẽ uisa non stetit, neq; moratus in contuenda pulchritudine, sed statim secessit. Censebat nimirũ in prælio contra dæmones uirili & audaci animo opus. In continentiæ autem præparatione uictoriã concedi: non ex uirginum consuetudine, sed secessu. Quisquis igit promittit uirginitatẽ, accipiat consilia continentissimi omnium hominũ, qui et ipse ante Christum incarnatũ tam diligens continentiæ fuit custos. Neq; enim negligenter audiendũ, quòd ante Christũ incarnatum apparuerint iusti tantũ continẽtię specimen exhibentes. Non enim erat quod tanta ui ad uirtutem illam urgeret, neq; uirginibus crimen erat, neglecta continentiæ possessio. Quomodo autẽ hoc? quia huius causæ gratia deus excelsus uniuersorum opifex nostram accepit formam, ut angelorum sanctimoniã ex cœlo deduceret. Quãdo igitur homines post tantũ honorem uoluptatibus se mancipant, dici negt temeritatis magnitudo, qua membra Christi membra meretricis facientes, domini misericordiam afficiunt, & quantũ in eis est uanã reddunt. Audiunt dęmones & timent, quia deus non conniuet ut coniungantur sibi, nos autem sibi adiũgat. Et audent fidelium quidam abscindere se à Christo, & se iungere meretricibus? D Non tantum est malum è cœlo in lutum cadere, quantũ malum fuerit membrum Christi factum à diuino honore excidere, & membrũ fieri scorti. Quando igitur cõcupiscentia mala inflammat animã, statim recordare Christi, cogita adstare tibi Paulũ adhortantẽ, ac dicentẽ: Nescitis quòd 1.Cor.6.d corpora uestra mẽbra sunt Christi? Gerens membra Christi, faciẽsne membra scorti? Si illorũ uerborum fueris recordatus, statim fugientem uidebis uoluptatẽ. Nã si ancillas domina casta & pudica turpitudini dedítas statim solo aspectu pudicas facit, quid mirũ si titillantẽ uoluptatẽ Christi memoria statim sopit? Semper crucẽ habe ante oculos tuos radiantem, & purus à peccatis per id tẽporis abibis. Nam sicut columna nubis figura nostræ crucis, Hebræorũ multitudinem protegebat, ne quid mali ab Aegyptijs pateretur: ita crux ante oculos uisa, omnẽ statim abigit malam uoluptatẽ. Hæc enim salus est animæ, fœdarũq; cõcupiscentiarũ salubre antidotũ. Etenim infirmitates corporis medicorũ artes sanant, animã autẽ egro tam curãt statim eloqa Christi. Eapropter & eos qui peccarũt, & adhuc carnis seruiunt uoluptatibus, oramus & precamur, ut excitentur ac resipiscant, ne omnino ab affectionibus uincant, neue impetu ferantur, neue in amarã seruitutẽ spõtè se subijciant, sed se in acie proponãt, & timore Christi mentẽ corroborent, ac ejciant ex arce grauem dominã: ut abiecta omni macula, & peccantium turba, cum sancta & incorrupta anima possimus accedere ad diuina, & reuerenda sacramenta magni dei & saluatoris Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOstomi Constantinopolitani, de Moyse.

TAbat Moyses in monte non armis, Exod.17.c.d sed precibus pugnaturus: stabat extentis manibus ad cœlum, deuoto orans affectu, non de terra, sed de cœlo auxiliũ postulabat. Pugnabat cum hostibus absens, cũ externis sine bello decertat: ut quem loci diuersitas ab inimicis seiunxerat, orationis effectus, bellatorem præsentem hostibus exhiberet. Fit Moyse orante occulta pugna, sed manifesta uictoria: latenter dimicat, ut euidenter C deuincat. Solus orat, ut multi saluentur. Stabat Moyses in monte proximus iam cœlo, iam uicinus syderibus. Et quanto eum sublimitas montis extulerat: tanto oratio deo proximũ exhibebat. Fit Moyse orante uictoria, cessante mœstitia: potentior hostis efficit, iusti corpore defatigato. Desinit Israel uincere, Moyse desistente in prece: ut dum diuersa populis exhiberentur, orationis potẽtia nobis mõstraretur. Deniq; tandiu ista diuersitas ualuit, quãdiu oratio defuit: perseuerãte prece, perseuerãs uictoria roboratur. Iam geritur pugna cũ hoste, iam Amalech precibus debellatur. Commendatur Hebræorũ populus deo, quẽ hostilis immanitas prouocarat ad bellum. Oratio in ultionẽ inimici dirigitur, cuius scelera iam interitum prouocabant: ne dum Moysi oratio circa uictorię effectus minus ualeret, inimici uirtus in populum dei potentior esset: & nõ iam cœleste, sed humanũ certamen ab omnibus putaretur. Quis enim iustorũ nõ orando, pugnauit? Quis hostem *Orationis efficacia* non orando deuicit? Orationib. Danieli uisa pandũtur, sopiuntur flammæ, feræ hebetescunt, cadunt hostes, inimici uincũtur. Quanto eñ purior frequentiorq; fuerit celebrata oratio, tanto celerior ueniet inimico uindicta. Licet colloqui cum deo orãdo, licet cũ eo fabulari cũ uelis: licet precibus mercari quod optas. Et quãuis uocẽ eius audire nõ possis: tamen dum id, quod petis, accipis: colloqui tecum, etsi non uerbis, tamen beneficijs dignatur. Et factũ est, inquit, cum leuaret manus Moyses, prævalebat Israel: ubi autem submiserat manus

manus, inualescebat Amalech. Bellũ Christianis A indictũ, hoc exẽplo mõstratur: belli effectus, orationis instãtia aperitur. Orat eñ Moyses, & uincit: cessat, & uincit. Didicit Christianus q̃d gerat, inuenit quid fugiat. Didicit, inquã, unde aut uincatur, aut uincat: quãuis instantius Christiano orãdum sit: & quia periculosior hostis est, & pro se ipso, nõ pro altero pugnat. Moyses enim & contra hominẽ, & pro alijs orando pugnabat: Christianus uero & pro seipso, & contra diabolũ pugnat. Nec quisq; poterit excusari, qui hostem uincere noluit, dũ orando cessauit. Et tamen in Moyse corpus deficiebat: nõ uoluntas aliquando cessabat. Si ergo fragilitatis causa in Moyse excusari non potuit: quẽadmodum in nobis uoluntas poterit excusari? Vnde apparet uires hosti illum da- B re qui cessat: & sese illi subijcere, q̃ non orat, quod totum est odisse sua, & diligere aliena: sibi ipsi hostem existere, dum contra hostẽ nolit iugiter exorare. Hostis enim, dum oras, premitur: dum cessas, erigitur. Iniuriam nobis ab homine nõnunq; illatã impatienter, quod nõ licet ferimus: & maiorem contumeliã in illum, qui intulit, reuocamus. Tu contumeliã tuam à te tibi illatã, quomodo in te ipsum poteris uindicare, qui ab alio illatam nõ potes sustinere? Aut tu in te ultionẽ cui mãdabis: cum cõtra te ipsum hostem erigis, dum eum in te non orando admittis? Oratio iugis, infirmitas hostis. Cæterum ipse contra se tela ministrat, qui hostem precum instantia non fatigat. Quare oratio C nis instantia, hostis sæuitia debelletur: non resumat uires, dum parcimus: nõ erigat, dum aliquã- Luc.18.a do cessamus. Oportet, inquit, semper orare, & nõ deficere. Dum oportet dicit, necessitatẽ inducit. Necessitas autem tanta ui astringitur, ut quod ne cesse est, & si nolis, præterire non possis. Deniq; manducãdi, bibendi, uestiendi, necessitas à natura illata præteriri nõ potest: sine quibus geri uita ista non poterit. Aut prętermitte ista, & uiue: sine quibus uiuere non potes, si prætermittis. Igitur si prætermitti ista nõ possunt, sine quibus uita ista nõ potest celebrari: quemadmodũ tutus ab hoste esse poterit qui, quod oportet semper, orare con- tempsit? Petite, inquit, & dabit uobis. Optat da- Luc.11.b re, qui præcipit petere: beneficia ingerit, qui posscendi hortamẽta exprimit: cupit largiri, qui desi- D derat postulari: ille suadet, qui præstat: ille hortatur, qui donat: occasiones ille dandi exquirit, qui beneficia tribuere cõsueuit. Petite, inquit, quod uultis, & faciã: postulate, quod desideratis, ut cõpleã. Talẽ me sentietis in dando, qualem nunc in promittẽdo cõspicitis. Magna felicitas hominis, si beneficijs respõderit creatoris. Habe fiduciam Christiane, ut petas: pete quod desideras, ut accipias: si tamẽ te actus indignũ non faciãt: si facta, quod uocaris, ostẽdant. Deus eñ tibi & petẽdi fiduciã tribuit, & uoluntatẽ dandi se habere ostendit. Cæterũ cessant beneficia, ubi mala nõ cessauerunt facta. Tunc eñ tribuit, quod optatur, si bonos actus morũ probitas comitet. Ipse se amabilem facit, qui causas, quibus obsequat, inquirit. Etenim odio dignus est, qui aliud, q̃ quod proficiat, exercet. Sed si peccatorẽ se quispiã nouit: dãnet uitia, delicta horreat, peccare desistat. Plus enim deus unius pœnitẽtia cõmouetur, q̃ iustorum merito delectatur. Sic erit gaudiũ in cœlo, Luc.15.b inquit, super uno peccatore pœnitẽtiam agẽte: q̃ super nonaginta nouẽ iustis, quibus nõ est opus pœnitẽtia. Nemo ad eum aliquãdo flens accesit: qui nõ, quod postulauit, accepit. Nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui nõ impetrauit, quod uoluit. Ipse est enim, qui cõsolatur flentes, dolentes curat, pœnitentes informat. Detestare peccata, si officia pœnitentis inuadis. Aut si peccare delectat: quare sic pœnitentiã, quam profiteris, insamas? Contumaciæ crimen est: quod oderis, facere: quod damnaueris, uelle: quod horrueris, exercere. Amare probatur, qui quod odit, exercet: & odisse uicissim, qui quod se amare mẽtitur. Neq; enim poterit excusari, cuius uerba aliud sonãt, & aliud facta demõstrant. Doleat peccator aliud se esse, quod fuerat: lauet lachrymis, quod delictis infecit: curet fletibus, quod peccãdo uexauit: gemitibus purget, quod cõtemnendo commisit. Si pœnitet, corrige: si dolet, quiesce. Curet pœnitendo, quod fecit: ut possit recipere, quod amisit.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN lectione Iudicum capite undecimo: Iepthe perrexit ad pugnã, & uotũ uouit domino dicẽs: Si reuersus fuero in pace, &c. Homilia.

DEus qui uoluit nihil abscõdi à populo suo, quod erat uelatũ in lege, in Euangelio reuelauit. Omnia enim patribus 1.Cor.10.c quæ contingebant, in figura contingẽbãt. Scripta sunt autem ad eruditionem nostram, in quos finis seculi obuenit. Nunc aggrediamur lectionem ex libro Iudicum, quæ nobis à lectore apposita est, & ex ferculo oris sui aures nostræ pulsatæ sunt. Hæc lectio de Iepthe lecta est, ubi iudex populi factus perrexit ad preliandum pro uictoria populi, proponens propositum, ut regrediens gloriosus uictor, si quid ei occurreret primum, offerret deo. Hic unicam filiam habẽs, occurrit ei præ nimio gaudio exultans, q̃ patrem Iudic.11.f susceperit sospitem, uictoremq; populi. Iste cum uidisset pignus unicum uiscerum suorũ, scidit uestimenta sua, dicens: Heu filia mea decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meũ ante dominum, ut si quid mihi occurrisset de prælio reuertenti, immolarem domino. Et illa obtemperãs patri, postposita dulcedine præsentis uitæ, ait: si aperuisti os tuum, fac & imple quod promisisti, Sed tantũ obsecro te, ut dimittas me duobus mẽsibus plangere uirginitatẽ meam. Transactis ergo ijs diebus oblata est domino. Ista secũdum historiam lectionis facta. Sed in sinu secreti habebant difficultatem interpretatiõis, quod dominus aperiet mihi & uobis, orãtibus uobis pro nobis. Ergo unusquisq; nostrum debemus esse Iepthe, qui deuictis inimicis cupiditatum nostrarũ, & uoluptatis carnis nostræ, offeramus unicã animã nostram, de qua dicebat Propheta: Erue à framea animam Psal.21.d meam

Universidad de Deusto
Biblioteca

meam, & de manu canis unicam meam. Occisis in nobis omnibus delectationibns carnis, uicto res redimus ad deũ, offerentes (ut dixi) animam nostram, quę est singularis & unica. Sed scisis uestimẽtis malarum cogitationũ temporalium quæ uelant animã, offeramus illam occidẽdam in malis, uiuificandã in bonis. Vnde dicebat dominus
Matt.16.d in Euangelio: Qui perdiderit animã suam, inueniet eam. Nam sexaginta dies plangere uirginitatem: quid significabat, nisi congeminatus trigenarius numerus demõstrat nobis baptismũ Christi, qui triginta annorũ baptizatus est, & alius trigenarius numerus pertinet ad ecclesiam in trinitate baptizans, decalogum implens? Nam ipse sexagenarius numerus cõquadratus & bis trigeni sexagies facit, & ter uigeni sexagies facit, & quater quindeni sexagies facit, et sexies deni sexagies. Ergo iste cõquadratus numerus demõstrat nobis planctũ presentis uitę, dicẽte domino: Beati qui lugent, quoniã ipsi cõsolabũtur. Desertũ ergo plãgimus huius mũdi. Desertũ enim dicit res ubi nõ manet. Quia ergo hic nõ permanetur, desertũ dicit. Sed tales sunt conserui nostri cultores dei, filij sapiẽtię, germen bonitatis, qui nobiscũ unũ & unicũ amãt, quos una uulua fontis ex semine uerbi in fide baptismi produxit. Ideo ergo qa sexagenarius iste sacratus semper inuenitur, eo quòd per sex dies deus constituit omnia quæ in mũdo sunt: & sex ætates esse uoluit, id est, infantiã, pueritiã, adolescentiã, iuuentutem, grauitatẽ, & senectutẽ. Quę infantia agnoscitur ab Adam usq; ad Noe: pueritia à Noe usq; ad Abrahã: adolescentia ab Abraham usq; ad Dauid: iuuentus à Dauid usq; ad transmigrationẽ Babylonis: grauitas à transmigratiõe Babylonis usq; ad Ioannem Baptistã, & incarnationem domini: senectus usq; ad finem mundi. Nam & generis humani sex ætates agnoscũtur, hoc est ut dixi superius, infantia, pueritia, adolescẽtia, iuuentus, grauitas, & senectus. Decalogũ ergo omes ætates implentes omnibus diebus nostris, quia sexies deni sexagies facit: & quia uidenẽ duo menses impleri, & bis trigeni sexagies: ideo duplex iste numerus pertinet ad duo testamẽta, uel dilectionẽ dei & proximi. Plangendũ est ergo in uita ista caduca ruinis plena, casibus obuoluta: ut cũ plangimus, suscipiat deus immolationẽ animæ nostræ, & unicã offera
1.Tim.4.b mus uictores, dicẽtes cũ Apostolo: Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui: de cætero supereſt mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus iustus iudex in illa die: nõ tantum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationẽ eius. Adhuc istum Iepthen existimo esse dominũ nostrũ Iesum Christum, uictorẽ mundi, qui obtulit filiam suã unicã, ipsam ecclesiã tempore persecutionis malis pontificibus, non agnorũ,
Matt.10.b sed luporũ, dicente ipso: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Obtulit ergo ecclesiam per immolationẽ martyrum tempore persecutionis, et uictima unica oblata est deo, ut sacrificium acceptabile esset patri ex lucris unigeniti. Offert unicus unicã, sponsus spõsam, pater filiam. Quid enim potest inueniri fortius integritate & uirginitate ecclesiæ, quæ concipit in corruptiõe, creat in integritate? Virgo est ista, quæ uirum non nouit. Plangit autẽ sexaginta diebus uirginitatẽ suam, id est, omnibus diebus suis. Nec emi mittit ad dominũ, qui in ipsa proficiunt, nisi ex magna tribulatione, nisi ex magno planctu & fletu & lachrymis. Hæc ecclesia cultoribus suis lætitiã nõ promittit, neq; in præsenti seculo securitatem: quia re uera omnis lætitia periculosa est, omnis securitas casibus plena, omnis iocunditas laqueis impeditur. Gaudete ergo, quia dominus noster reuelauit nobis, quod absconditum Iudæis inimicis suis
Matt.13.& Luc.8.b esse uoluit. Si enim uellet manifestare secreta eis, in parabolis non loqueretur: sed ideo locutus est Iudæis in parabolis, qa præsciuit eos futuros crucifixores suos. Et nec alius ordo erat, quo transiretur ad nos, nisi ut animã nostram offeramus cõ tribulatam: quia propè est dominus, qui cõtritos
Psal.33.d corde, & humiles spiritu saluabit. Nullus asperã habeat præsentis uitæ tristitiã, quia sola est quæ in futuro repræsentat perpetuã lætitiã. Vos qui fortes estis, infirmitatẽ infirmorum tolerate, & proinuicẽ ut saluemini orate. Charitatem diligite, pa
Iaco.5.d cem possidete, iram temperate, oculũ pudicicius agite: humanã gloriam appetere nolite, innocentes & recti in deo permanete: ut ibi de uobis gaudeat mater ecclesia, quæ deo quotidie mittit profi cientium lucra, ut ueniens in sanctum locũ illum secretum tribunalis Christi, dicat de uobis filijs: Ecce ego & pueri quos dedisti mihi.

De Iepthe, tract. de, in tom. ille. ad populũ Antiochenũ, Homilia XIIII.

Quinq; homilias de Anna Chrysostomus habuit: harum prima in Græco exemplari periit exceptis paucis uersibus finalibus: secundam & tertiam uertit Erasmus: quartam & quintam nunc primum ex Græcis adiecimus.

DE FIDE ANNAE, DEQVE PHILOsophia, hoc est, animi moderatione, de humanitate, de honore deferendo sacerdotibus, & quòd tum in initio tum in fine prandij sit orandum, Homilia II. Des. Erasmo interprete.

VLLA profectò res est charissimi, quę possit æquari deprecationi, nec quicq; est fide potentius. Vtrũq; uobis heri declarauit Anna: cũ his emi mu neribus accedens ad deum, omnia quæ uoluit effecit. Siquidem & naturã mãcam ac sterilẽ correxit, & uuluã quæ erat concluſa aperuit, & probrũ sustulit, & conuicia æmulæ dissoluit. Secq; ipsam ad magnã restituit fiduciã, dũ è petra infrugifera spicã messuit comantẽ. Omnes audistis, quomodo fleuerit, quomodo precata sit, quomodo orarit & exorarit. Concepit, peperit, educauit, & consecrauit templo Samuelem. Itaq; nequaq; aberrarit, qui hanc mulierẽ pueri simul & matrem & patrem appellarit. Quanquã enim & uir addiderat semen, huius tamen deprecatio uim efficaciamq; semini præbuit, effecitq; ut Samuel auspicatioribus exordijs nasceret. Neq; emi quemadmodum in ceteris hominibus somnus & congressus tantũ parẽtum, uerumetiam preces, lachrymæ fidesq; fuerũt huius generationis principia. Eoq; cæteris illustriorẽ habuit ortum, Propheta propter matris fidem factus. De hac mulie
Psal.125.a re forsitan aliquis non absurdè dixerit: Qui seminant in lachrymis in exultatione metũt. Hanc æmulemur uiri, hãc imitemur fœminæ: nã utriusq; sexus magistra est mulier. Quæ steriles sunt ne desperent: quæ matres sunt, sic educent natos liberos. Sed omnes simul imitemur mulieris philosophiam, quã habuit ante partũ, fidem quã habuit in partu, curã studiumq; quod habuit post partũ. Quid enim esse possit illa muliere magis philoso- B phicum animiq; moderatioris, quæ calamitatem adeò intolerabilem, placidè fortiterq; tulit, nec prius destitit, donec eam molestiam discussit, maliq; finẽ repperit, tum admirandum, tum incredibilem, nullo è terrenis accito adiutore & opitulatore? Nouerat enim humanitatẽ domini, eoq; sola illum adijt, & quicqd uoluit impetrauit. Neq; enim humanũ auxilium, sed diuinã gratiã requirebat, illius desperatiõis correctio: quòd ea nõ nascebaẽ ex iactura pecuniarũ, ut aliquis allato auro, diluere possit angorẽ: neq; ex aduersa corporis ualetudine, ut accitis medicorũ filijs morbum posset abigere. Natura erat maledicto obnoxia, cœlestem manum desiderans. Eoq; sanè prætermissis omnibus terrenis ad naturæ dominũ cõsu C git, nec prius destitit, eq; illum flecteret exoraretq; ut orbitatẽ tolleret ac uuluam aperiret, eq; sterili faceret matrẽ. Itaq; beata est & ob hoc, non quod mater facta sit, sed quòd quum nõ esset, facta sit. Siquidem illud est naturæ commune, hoc autem erat eximiũ fœminæ meritum. Beata quidem igitur & propter nixus illos, nihilominus tamẽ beata, propter omnia illa quæ partũ præcesserũt. Scitis enim profectò omnes, siue mulieres, siue uiri, nihil grauius aut intolerabilius accidere posse fœminæ, q; ut liberis careat, adeò ut si mille prosperitatibus alioqui fruatur, dolorẽ ex hoc uulnere natum haud unquam ex animo ualeat depellere. Quòd si id nunc post Euãgelij lucẽ adeò est intolerandum, quum ad maiorẽ philosophiam uocati D sumus, quumq; ad cœlum tendentibus nullus est rerum præsentiũ respectus, sed ad alteram uitam adornamur, quumq; multis laudibus effertur uirginitas: cogita quãtæ infelicitatis ea res uisa tum fuerit, quum futurorum nulla esset spes, ac ne cogitatio quidẽ, ueteris illius legis alumnis, sed omnia fierent rerũ præsentium gratia: quum id temporis sterilem & orbam esse fœminam, execrabile quiddam erat ac damnabile. Nemo possit eloqui, nec ullo sermone consequi, doloris magnitudinẽ ex hoc uulnere uenientis. Testes uero sunt fœminæ, quæ quũ in ceteris omnem præstiterint philosophiã, hanc infelicitatem non pertulerunt æquo animo, sed quædã maritis indignatæ sunt, aliæ sibi uitã iudicarũt esse iniucundam. Hanc ue

A ro fœminam, non anxietas modò à sterilitate proueniens, uerum & aliud quoddam obsidebat malum, ira uidelicet, propter æmulæ opprobria. Et quemadmodũ uentis ex aduerso inter sese cõcurrentibus, mediãq; scaphã dum inter se depugnãt, corripiẽtibus, ac multis fluctibus partim à prora, partim à puppi insurgentibus, gubernator clauo assidẽs seruat nauim, undarũ incursus gubernandi prudentia depellẽs: sic & mulier tũ illa, quũ ira & angor in animũ ipsius facerẽt impetũ, rationẽ illius perturbantes, multosq; fluctus excitarent, non iam biduum aut triduũ, aut dies uiginti, sed ad totos annos (nam hoc, ut ait scriptura, ex mul 1.Reg.1.a to tẽpore factum est) fortiter pertulit tẽpestatem, nec passa est rationẽ demergi. Siquidẽ dei timor tanq; nauclerus gubernaculis assidens, persuasit B eam tempestatẽ magno animo perferẽdam esse, nec prius destitit mẽtem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portũ, onere plenam, hoc est, uterum pretioso thesauro onustum. Neq; enim aurum argentũue portabat, sed prophetam, sed sacerdotem. Eratq; gemina eius uteri sanctificatio, & quòd tali puero prægnans esset, & quòd conceptionis initiũ, per deprecationem ac cœlestem gratiam accepisset. Onus autẽ illud non solum erat inopinatũ & admirabile, uerum & importationis modus fuit admirabilior: neq; emi illud hominibus ullis uẽdidit, aut negotiatoribus, sed protinus ut exposuerat è scapha, deo uẽdidit. Tantum autẽ hac negotiatione lucrum fecit, quan C tum facere par est eam quæ cũ deo habuerit commercium. Etenim posteaq; eum fœtum acceperat deus, reddidit illi alterum filium: Imò potius, non unum, neq; duos, neq; tres, neq; quatuor tantum, sed his multò plures ut iam usura sortẽ excederet. Talis emi est negotiatio cõmerciumq; quod cum deo geritur. Non ille quantulamcunq; sortis partem, sed multis partibus conduplicatam reddit. Neq; solum dedit illi proles fœmineas, sed ex utroq; sexu lucrũ illius cumulauit, ut illi iam plenum ac perfectum contigerit gaudium. Hæc eò cõmemoro, nõ ut laudemus tantum, sed & æmulemur huius mulieris fidem ac tolerãtiam, quam ex parte quidem audistis hesterno die. Verum ut reliquias persoluamus, concedite mihi pauca commemorare de sermonibus post primã deprecationẽ cum sacerdote eiusq; ministro habitis, ut perspiciatis mitẽ ac placidum huius mulieris animum. Et factum est, inquit, quũ multiplicaret precationem in conspectu domini, Heli sacerdos observauit os illius. Geminam scriptor hic uirtutem in fœmina suo testimonio cõprobauit: in precib. assiduitatem instantiamq;, & animi uigilantiam: illam quidem quũ ait, multiplicauit: hãc, quũ addit, in cõspectu domini. Nã omes quidẽ oramus, sed nõ omnes in cõspectu domini. Etemi quũ corpore in terra prostrato, et ore frustra delirãte, mẽs ubiq; per domũ ac forũ circũuagat: quo ore talis posset dicere, quòd orauerit in conspectu domini? Nam in cõspectu dei orat, qui orat undiquaq; colligens suam mentem, nihil habens cum terra com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

commercij, sed ad ipsum deum totus cõmigrans, A
oñi cogitatione humana ab animo depulsa. Quẽ
admodũ id temporis fecit hæc mulier: totã enim
sese collegerat ac mentẽ intenderat, atq; ita deum
inuocauit, animo dolente. Sed quomodo dicit q;
multiplicauerit precationẽ, quando exiguus est
modus precatiõis quam fudit mulier? Neq; enim
in longum produxit sermonẽ, neq; in multũ tem
poris extendit supplicationem, sed pauca nudaq;
1.Reg.12.b uerba proloquuta est. Adonai domine, eloi Sa
baoth, si respiciẽs respexeris ad humilitatem an
cillæ tuæ, meiq; memor fueris, nec oblitus ancillę
tuæ, dederisq; ancillæ tuæ prolem masculam, ofte
ram illam dono in conspectu tuo, usq; ad diẽ mor
tis ipsius. Vinum & quicquid inebriat, nõ bibet,
& ferrum nõ ascendet super caput eius. Quæ est B
hic uerborũ multitudo? Quid igitur innuit, quũ
ait, Multiplicauit? assiduè sonabat eadem, nec de
stitit ijsdem uerbis iterandis multum temporis ab
sumere. Ad hunc modum & Christus in Euange
Matt.6.a lio docuit orare. Quũ enim iussisset discipulis ne
more gentium orarent, utentes multiloquio, e
tiam modum precatiõis docuit: ostendẽs ut exau
diamur, nõ esse situm in uerborum mul itudine,
sed in uigilantia mentis. Quomodo igitur dixerit
aliquis, si paucis orandum est, parabolam eis pro
Luc.18.a posuit, admonentẽ semper esse orandum? Vidua
quædam erat, quæ assiduè appellando crudelem
& inhumanum iudicẽ, neq; deum timẽtem, neq;
homines reuerentẽ, frequẽter adiens flexit. Quin
Rom.12.c nos & Paulus hortatur dicens: precationi instan C
1.Thes.5.c tes. Ac rursus, indesinenter orate. Vtrunq; facien
dum est, ut nec in longum uerba proferamus, &
tamen assiduè deprecemur. Hoc, inquies, cum il
lo pugnat, sed nõ inter se pugnant ista. Absit hoc:
sed magnopere inter se congruunt. Siquidem &
Christus & Paulus iussit breues, sed crebras fieri
precationes ex paucis interuallis. Nam si in lon
gum extenderis uerba, quum frequenter parum
sis attentus, multam audaciã diabolo suppedita
sti, ut accedat supplãtetq;, ac mentẽ ab his quæ di
cuntur auocet. Quòd si frequẽter ac subinde ora
ueris, tẽpus omne crebris dirimens interuallis, fa
cilè poteris esse sobrius ac uigilans ut precationẽ
multa cum attẽtione perficias. Quòd sanè hæc fe
cit, dum non sermone prolixo, sed crebris ac fre D
quentibus precibus adijt deum. Deinde posteaq;
sacerdos illi occlusit os: nam hoc est quod ait, ob
seruabat os eius, & labia eius mouebãtur, uox au
tem illius non audiebatur: coacta est obedire sa
cerdoti, & ab orando desistere. Et uox quidem il
li intercluſa est, at non excluſa fiducia, sed uehe
mentius etiam cor clamabat intus. Nam illa po
tissimũ est deprecatio, quum ab intimis uoces sur
sum feruntur: hoc præcipuè mẽtis est exercitatæ,
non intentione uocis, sed animi feruore precatio
Exod.14.d nem absoluere. Sic orauit & Moses: cui quum ni
hil uoce resonaret, deus tamen quid, inquit, cla
mas ad me? Homines quidem externã hanc uo
cem tantum audiunt, at deus & ante hanc intus
inclamantes audit: Itaq; fieri potest, ut etiam qui

non clamant audiantur, ut per forum ambulans
quis oret accuratissimẽ, ut in consessu amicorum
aliorumq;, quiduis aliud agens uehementi clamo
re inuocet deum, clamore, inquã, interno, etiam
si nihil faciat, quod à quoquã præsentium sentia
tur. Quod sanè tum hæc fecit mulier: uox, inquit,
illius non audiebat & exaudiuit illam deus. Tan
tus erat illius clamor internus. Et dixit illi puer
Heli, quousq; eris ebria? Discute uinũ tuum abs
te, & recede à cõspectu domini. Hic potissimum
licet huius mulieris philosophiã perspicere: Do
mi exprobrabat æmula, uenit in templũ, & sacer
dotis puer afficit illã contumelia, & increpat ipse
sacerdos. Effugerat domesticã tempestatẽ, uenit
in portũ, & rursus inuenit undas, uenit acceptu
ra medicamen, & uulnus exasperatum est. Scitis B
quomodo animi in mœrore constituti, aduersus
contumelias & conuitia sint affecti. Quemadmo
dum acerba uulnera ne leuẽ quidem manus con
tactum ferunt: sic & animus perturbatus difficili
lis est ac morosus, & ad omnia indignatur, quo
uisq; uerbo mouetur & offenditur. Verũ hoc nõ
accidit huic mulieri, ne tum quidem quum à pue
ro conuitijs peteretur. Nam si sacerdos fuisset cõ
uitiatus, nõ erat perinde miranda tolerantia, pro
pterea quòd dignitatis magnitudo, ac magistra
tus autoritas uel inuitam illam cõpulisset ad mo
destiam. Nunc uero nec aduersus sacerdotis pue
rum indignata est: quo magis etiã sibi conciliauit
deum: Sic eñ res habet, quoties opprobrijs mil
leq; malis affecti, conuitiãtes excelso ferimus ani C
mo, maiorem nobis à deo beneuolentiam conci
liamus. Et unde hoc liquet? ex his quæ euenêre
Dauidi. Quid autẽ illi euenit? Exulabat aliquãdo
ẽ patria, simul & de libertate & uita sua periclí
tans, & exercitu aduersus intemperantẽ illum iu
uenem tyrannũ ac patricidam instructo, errabat
in desertis. Nec tamen indignatus est, nec despõ
dit animũ apud deum, neq; dixit: quid tandẽ hoc
rei est? permisit, ut filius insurgeret aduersus illũ,
à quo progenitus est: qui etiã si quid haberet, de
quo iustè queri posset, non oportuit tamẽ id face
re. Nunc uero nec in paruo nec in magno læsus à
nobis, obambulat cupiens dextram paterno san
guine polluere, & deus hæc uidẽs patitur. Sed ni
hil horũ dixit. Quin quod profectò maius est & 2.Reg.16.b
admirabilius, errantẽ & undiq; expulsum Semei
quidam uir improbus ac sceleſtus infectatus est,
homicidio pollutũ & impiũ appellans, alijsq; in
numeris conuitijs impetens. At ne sic quidẽ fuit
exasperatus. Quòd si quis dixerit: Quid miri? si
non ultus est, quũ propter imbecillitatẽ ulciscen
di potestatem non haberet? Primũ illud dixerim:
Non perinde mirarer eum, si diadema gestans &
regno potiens, inq; throno sedens conuitiantem
pertulisset, ut nunc illum laudo & admiror tẽpo
re calamitatis philosophantẽ animoq; moderan
tem. Nam illic & imperij magnitudo, & cõuitian
tis uilitas, sæpenumero persuasit, ut cõtumeliam
negligerent. Multi reges frequenter similem ani
mi moderationẽ præstiterunt, qui insignem con
uitian

uitiantium insaniam acceperũt pro excusatione. A
Neq; enim æquè nos in rerũ prosperitate atq; in
aduersis opprobria mordere solent. Sed ubi con
cidimus, tunc magis pungunt nos, acriusq; mor
dent conuitia. De hoc porrò, & aliud quiddam li
cet cõmemorare, uidelicet quòd illi fuerit in ma
nu uindictam sumere. Atq; uti perspicias eam ani
mi moderationem non fuisse impotentiæ, sed pa
tientiæ, quum id princeps exercitus cuperet sibi
committi, ut ad conuiciantem transiret, eiusq; ca
put amputaret, non solum non permisit Dauid,
uerumetiã indignatus est, dicens: Quid mihi te
cum fili Seruiæ, sinite illum maledicere, ut uideat
dominus humilitatem meam, & reddat mihi bo
na pro maledictis huius in die hoc. Quod quidẽ
& euenit. Vides q; iustus intellexit, magno ani- B
mo perpeti conuicia, occasionẽ esse maioris pro
bationis. Hanc ob causam & Saulem aliquando
nactus inter geminum parietem, quum esset oc
cidendi facultas, pepercit, idq; quũ comites hor
tarentur stringeret gladiũ. Sed neq; tã prompta
occidendi facultas eũ permouit, neq; comitũ qui
aderãt, uocatio, neq; multarũ iniuriarũ, quas per
pessius fuerat memoria. Neq; enim illum perin
de miror, priusquam esset ab uxore instigatus, ut
post illud pernicioſum consilium. Verum ne cui
uideat incredibile quod narro, frequenter quos
ipsa rerum natura non subuertit, uerbum corru
ptaq; exhortatio deuicit. Quod quum non igno
raret diabolus, post inflictum uulnus ipsa malo
rum experientia, etiam per sermones fecit insul- C
tum. Nimirum hoc est quod fecit in Dauide. Po
steaquàm enim uidit illum infracto animo tulisse
filij rebellionem, & impiam illius tyrannidem, uo
lens supplantare Dauidis mentẽ, atq; ad iracun
diam perpellere, aggressus est illum amarulentis
Semei uerbis, hoc agens ut morderet & exaspe
raret animum illius. Hoc ipsum & in beatum Iob
astu molitus est. Vt enim perspexit & illũ sua de
ridere iacula, neq; secus atq; turrim quandam ada
mantinã aduersus omnia fortiter consistere, ob
armauit in eum uxorem, quò uidelicet, non esset
suspectum consilium, & uenenum uerbis fœmi
næ texit, calamitatem exaggerans. Quid igitur
beatus ille ac magnanimus? Quur loquuta es, in
quit, sicut una de stultis mulieribus: Si bona acce D
pimus de manu domini, mala non excipiemus?
Nam si non esset, inquit, dominus, neq; tanto no
bis excellentior, sed amicus aliquis pari loco &
conditione: quam haberemus excusationẽ, si tot
tantisq; affecti beneficijs, diuersa nolimus perfer
re? Vides ut uir deum diligens, excelso est pecto
re, nec effertur animo, nec gloriatur, quòd plagas
illas humanam naturam excedentes fortiter tole
ret, neq; suæ sapientiæ tribuit, non insolescit tam
insigni tolerantia, sed perinde quasi debitũ exol
uisset, nihilq; præter æquum accidisset, ita ex su
perfluo mulieri os occlusit. Idem factũ est in hac
muliere. Nam simul ut Satanas perspexit eam
magno animo ferre sterilitatem, adijt sacerdotis
puerum, qui magis illam exacerbaret. At nihil ho
rum accidit mulieri. Sed domi præparata ad per
ferenda maledicta, æmulaq; conuicijs exercitata,
intrepide iam aduersus eiusmodi assultus collu
ctabatur. Quapropter & in templo multam præ
stitit humanitatẽ, admodũ uiriliter magno animo
scõmata perferẽs, dũ audit temulenta ac uinolen 1.Reg.1.c
ta. Nihil autem uetat & ipsa mulieris audire uer
ba. Quum enim puer dixisset, digere uinũ tuum
abs te, & recede à conspectu domini: respondit
Anna & dixit, nequaquam domine. Qui contu
melioſe loquutus fuerat, eum appellat dominum.
Non dixit quod plerique solent homines, Istáne sa
cerdos? Ista qui alios docet temulentiam ac mihi
exprobrat? Sed illud spectabat, quomodo suspi
cionem depelleret, licet falsam. Nos contrà, si B
quando conuitijs appetimur, quum oporteret
excusare & in gratiam referre, frequenter exci
tamus incendium, ac ferarum in morem insili
mus in conuiciatores, præfocantes, obstricto col
lo trahentes, pro dictis supplicium reposcentes.
Atqui his ipsis factis suspitionem de nobis con
firmamus. Nam si cupis exprobrantibus ostende
re, te non esse temulentum, ostende per manſue
tudinem, ostende per humanitatem, non per con
tumelias & conuicia. Nam si percusseris eum qui
te affecit conuitijs, temulentiam tuam condem
nauerit sunt omnes: Sin magno pertuleris animo,
factis ipsis depuleris malam de te suspicionem: id
quod tum hæc fecit mulier. Quum enim diceret,
nequaquam domine: re nimirum ipsa declarauit, C
falsam esse illius suspicionem. Vnde autem uel su
spicari potuit sacerdos? Neq; enim ridentem uí
dit, neq; saltantẽ, neq; uertigine cõcidentem, non
audiuit ullum uerbum obscœnum, aut illiberale
sonantem. Vnde igitur concepit hanc suspicio
nem? Haud ille quidem temere nullaq; de causa
conceperat eam: sed ex diei tempore, erat enim
meridies quum precaretur illa. Vnde hoc liquet?
Ex his quæ locum hunc præcedunt. Surrexit, in
quit, Anna, postquam illi comederant & bibe
rant in Silo, & cõstitit in cõspectu domini. Quod
omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tem
pus deprecationis: post conuiuium accurrens ad
supplicationem, fontes lachrymarum emisit, men
temq; præ se tulit sobriam ac uigilantem: ac post
epulas adeo intente orauit, ut donum acciperet
supra naturam, solueretq; sterilitatem, ac naturæ
imbecillitatẽ corrigeret. Hoc igitur à fœmina lu
cro consequuti sumus, ut sciamus & post conui
uium orare. Quisquis enim ad hoc præparatus
fuerit, nunquam in ebrietatem aut uinolentiam
incidet, nunquam edacitate distendetur: sed quo
niam expectationem precationis habet pro fre
no impositam animo, conueniente mensura at
tinget ex omnibus quæ fuerint apposita, multaq;
benedictione tum animam tum corpus imple
bit. Siquidem conuiuium quod à precatione cœ
ptum, in precationem desinit, nunquam deficiet,
sed quouis fonte uberius nobis omnia adferet bo

Universidad de Deusto
Biblioteca

na. Ne igitur tantum negligamus lucrum. Absit A dum enim fuerit, si quum famuli nostri, si quando partem aliquam eorum quæ nobis apposita sunt acceperint, nobis gratias agant, benecp nobis precantes abeant: nos quum tot tantisc̄p fruamur bonis, ne hoc quidem honoris deo persoluamus, præsertim quum hinc multam simus assequuturi securitatem. Vbi enim precatio & gratiarū actio, eò sancti spiritus aduenit gratia, abiguntur dæmones, & omnis aduersaria potestas diffugit ac discedit. Qui se conuersurus est ad orandum, non audet quicquam absurde loqui, ne in medio quidem conuiuio: aut si loquutus fuerit, mox resipiscit. Proinde oportet, tum in initio tū in fine conuiuij gratias agere deo, ob hāc præcipue causam, quòd quemadmodum dicere cœperam, haud fa- B cile prolabemur in ebrietatem, si nosipsos in hāc consuetudinem constituerimus. Quin si quando surrexeris crapula potuc̄p grauatus, ne sic quidē abijcies consuetudinem: sed quamuis habeamus grauatum caput, quamuis uertigine circumferamur, & concidamus, nihilo secius tamen orabimus, nec abolebimus consuetudinem. Etenim si præcedenti die ad hunc orueris modum, postridie corriges dedecus pridie cōmissum. Quoties igitur prandebimus, meminerimus huius mulieris, & illius lachrymarum, necnon præclaræ eius ebrietatis. Nam ebria erat mulier, non è uino, sed ex abundantia pietatis. Etenim si post prandium talis fuit, qualis erat sub auroram? Si tam instanter orauit post cibum & potū, qualis erat ieiuna? C Redeamus igit denuo ad uerba illius, uerba multæ plena philosophiæ, multac̄p referta mansuetudine. Quum enim dixisset, nequaquam domine, subtexit: Mulier in duro die sum ego, uinum & quod inebriat nō bibi. Obserua quomodo nec hic commemorat æmulæ conuicia, necp traducit illius malitiam, nec domesticam calamitatem exaggerat euulgans, sed hactenus aperit suam anxietatem, ut tantum sese apud sacerdotem purgaret. Mulier in duro die ego sum: Vinum & quicquid inebriat, non bibi, sed effundo animam meam coram domino. Non ait deprecor dominum, sup- 1.Reg.1.c plico domino, sed effundo animam meam coram domino: hoc est, meipsam totam conuerti ad dominum, mentem meam exinaniui apud illum, D toto animo totac̄p uirtute precationē meā peregi. Deo narraui calamitatem meam, ostendi uulnus, ille potest dare remedium. Ne des ancillam tuam in faciem, in filiam pestilentem. Rursus ancillam appellat seipsam, multam adhibens curam, ne à sacerdote malam referat opinionem: nec apud se dixit: Quid mihi curæ est istius calumnia? ignoranter ac temere accusat, suspicatur ubi nihil erat opus. Mea cōscientia pura esto, & omnes me traducant: sed apostolicā illam impleuit legem, quæ 2.Cor.8.d iubet ut prouideamus bona, non tantum coram domino, sed etiam coram hominibus. Atc̄p omni modo suspitionem depulit, quum ait, ne des ancillam tuam in faciem, in filiam pestilentem. Quid autem est, in faciem? Ne me existimes effrontem & impudentem esse. Angoris non uinolentiæ est hæc audacia, mœroris nō ebrietatis. Quid igitur sacerdos? Considera & illius prudentiam. Non inquisiuit curiose de genere calamitatis, nō exactius scrutatus est angoris causam. Sed quid ait? Vade in pace, dabit tibi dominus deus Israel omnem petitionem, quā ab eo petisti. Mulier ex accusatore fecit patronum. Tanta res est humanitas ac mansuetudo. Pro contumelia, copioso accepto uiatico discessit, eumc̄p nacta est propugnatorem & intercessorem, quem habuerat obiurgatorem. At ne sic quidem destitit, sed rursus ait: Inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis: hoc est, utinam è fine rerumc̄p exitu discas, quòd hanc de precationem obsecrationemc̄p fecerim non ex ui- B nolentia, sed ex angore. Et quum abisset, inquit, non amplius concidit. Vides mulieris fidē? priusquam acciperet quod postularet, perinde confisa est quasi iam accepisset. In causa erat, quòd oraret multo cum feruore, multoc̄p studio citra omnem hæsitationem aut dijudicationem. Hanc ob rem abijt animo pacato, quasi totū impetrasset. Quin insuper deus iam totam anxietatem illi excussit ex animo, largiturus donum quod petebat. Hanc fœminam imitemur & nos, & in omnibus afflictionibus ad deum confugiamus. Et si nobis non fuerint liberi, ab illo postulemus: quos si acceperimus, multa cura educamus: adolescentes quum ab omni uitio seuocemus, tum præcipue à lasciC uia, quod hoc difficile sit bellum, nec alia res molestior est illi ætati, quàm hic morbus. Vndic̄p igitur circumuallemus illos consilijs, adhortationibus, terroribus, minis. Si hanc deuicerint concupiscentiā, nec ab alijs facile expugnabūtur, sed & pecunijs erunt superiores, & temulentiā uinolentiamc̄p superabūt, & improbos cōuictus omni studio discutient, & amabiliores erūt parentibus, & omnibus hominib. magis reuerēdi. Quis em̄ non reuereatur iuuenem castè sobriec̄p uiuentē? Quis non amplectatur, exosculeturc̄p eum qui cupiditatibus frenum imposuit? Quis non uel è numero prædiuitum multa cum gratia uolet illi locare filiam suam, etiam si fuerit omniū pauperrimus? Sicut è diuerso, luxuriose uiuentem, etiam si fuD rit omnium opulentissimus, nemo tam miser est, nemo tam abiectæ fortunæ, ut sibi generum uelit ascíscere. Contrà, nullus adeo stultus est, ut sobrium ac pudicum reijciat, & hoc honore iudicet indignum. Vt igitur filij nascantur & hominibus reuerendi, & deo amabiles, exornemus illorum animos, cumc̄p pudicitia ad coniugium perducamus. Hoc enim modo tum illis uelut è fonte prouenient omnia, & deum habituri sunt propitium, denic̄p tum huius præsentis tum futuræ uitæ gloria perfruentur. Quam assequi contingat nobis omnibus gratia & bonitate dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

EIVS-

EIVSDEM DE ANNA, DEQVE A Samuelis educatione & quòd utilis sit in pariendo tarditas, & quòd periculosum sit liberos negligenter habere, Hom. III Desiderio Erasmo interprete.

NISI uideor aliquibus fastidio esse satietatem adferens, uolo idem argumentum rursum attingere, quo de uobis heri disserui: uosc̄p ad Annam introducere, atque in pratum uirtutum illius inducere sermonem, pratum inquam, non quod rosaria profert aut alios flores qui marcescunt, sed quod deprecationem, ac fidam magnamc̄p tolerantiam. Siquidem hæc sunt longè uernis floribus redolentiora, ut quæ non aquaB rum fontibus, sed lachrymarum hymbre rigantur. Necp enim perinde amnium fontes, floridos reddunt hortos, ut plantam deprecationis fontes lachrymarum irrigantes faciunt in summam altitudinem excurrere. Quod huic contigit mulieri. Simul enim ut loquuta est, subuolauit in cœlum eius deprecatio, ac fructū ipsi produxit tempestiuum, sanctum uidelicet Samuelem. Nolite igitur molestè ferre, si rursus idem argumentum tractare incipimus. Necp enim uetera dicemus, sed noua quædam ac recentia. Nam in conuiuio corporali, ex eodem obsonio multa eduliorum genera potest aliquis conficere. Quin & aurifices uidemus ex eadem auri massa, & armillas, & inaures, aliasc̄p multas res aureas fingere: quanquā enim eiusdem generis est materia, ars tamen est C uaria, nec coarctatur similitudine materiæ subiectæ, quòd ipsa sit copiosa, uariic̄p artificij: multo uero magis spiritus gratia. Nā quòd gratiæ mensa sit uaria, multiformis, & opipara, audi Paulum dicentem: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij uero sermo cognitionis, alij rursus fides, alij uero dona sanationum, subuentiones, gubernationes, genera linguarum. Hæc autem operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsum cuic̄p ut uult. Multa, inquit, flumina, sed unus est fons. Varia sunt edulia, sed unus est conuiuator. Ergo quum tam magna tamc̄p multiplex sit spiritus gratia, ne defatigemur. Scimus eam fuisse sterilem, scimus eam factam matrem, scimus lachrymasse, scimus gauisam esse. Ac tum simul cum il- D la indoluimus, simul cum illa gaudio afficiamur Rom.12.c & hodie. Sic & Paulus iubet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Id uero faciendum est, non solum super his qui nostris uiuunt temporibus, uerumetiam super his qui olim nati fuerūt. Ac ne quis mihi dicat, quid fructus capiā ab Anna, & ab illius commemoratione? Siquidem & orbæ hinc poterunt discere, quomō ualeant fieri matres: rursus matres scient, quæ sit optima ratio liberos educandi. Nec fœminæ tantum, sed & uiri plurimum ab hac historia fructus auferent, si hinc didicerint placido mitic̄p erga uxores esse animo, etiam si sterilitatis uitio laborent, quemadmodum Helcana erga Annam fuit affectus. Nec uero hoc solum, sed & aliud quiddam boni lucrifacient, & quum didicerint patres omnes oportere liberos qui nati fuerint educare deo. Ne igitur, quoniam pecunias & argentum accipere ex hac narratione non licet, existimemus sermonem nobis infrugiferum esse: sed ob id ipsum arbitremur lucrosum & utilem, quòd non aurum argentumue sed quod his longe maius est, animi pietatem, cœlestesc̄p thesauros nobis ostendit, docens quo pacto periculum omne depellamus. Siquidem præbere nummos & hominibus in procliui est: cæterum corrigere naturam, ac talem mœrorem excutere, talem animi cruciatum tollere, animum iamiam collapsurum erigere, nulli quidem hominum, sed soli naturæ domino in manu est. Tu uero si quum morbo laborares insanabili, percursa tota ciuitate, pecunias impendisses, pluribus utens medicis, nec ullum mali solatium reperisses: incideres in mulierem quæ cum eodem morbo teneretur, liberata sit, haudquaquā desineres obsecrare, rogare, exhortari, ut eū tibi commonstraret cuius opera fuisset sanata. Nunc uero quū uideas Annā in medio stantem, suumc̄p morbum enarrantem, & eiusdem remedium cōmemorantem, ac medicum ultrò commonstrantem, nullis obsecrationibus, nullis precibus adductam, non accedes acceptura remedium? Nec audies tota cum attentione historiam? Hoc si piget, quid unquam boni poteris consequi? At alij frequenter magna etiam emensi sunt maria, longinquas peregrinationes susceperunt, pecunias impenderunt, labores perpessi sunt, ut medicum commonstratum in peregrina regione conspicerent, idc̄p quum non admodum certa esset fiducia, ut prorsus à morbo liberarentur. At tu ó mulier, quum non sis initura profectionem transmarinam, nec ultra patriæ fines demigratura, nec ullum laborem similem perpessura: & quid dixi, ultra patriæ fines, quum nec ipsum domus limen trāsire cogaris, sed uel in ipso thalamo possis conuenire medicum, citrac̄p internuntiū ullum cum illo colloqui de quibuscunc̄p uolueris, (deus omnium, inquit, appropinquans ego sum, & non Hier.23.c deus procul) differs & cunctaris? Et quam habitura es excusationem, quam cōsequeris ueniam, si quum procliuem & undiquac̄p facilem uiā inuenire possis, qua ab urgentibus malis libereris, per socordiam tuam ipsius salutem prodideris? Hic enim medicus non sterilitatem, sed & omne morborum genus, tum corporis, tum animi sanare potis est, si uelit tantum. Necp id solum mirandum est, quòd citra laborem sine peregrinatione, sine impendijs, absc̄p intercessoribus curationem adhibet, uerumetiā quòd citra dolorem. Necp em̄ ferro igniue nouit tollere malum, quem admodum cæteri medici faciunt: sufficit uel simplex nutus, ac protinus omnis angor, omnis dolor, omne malum fugit, atc̄p exulatum abit. Ne cunctemur igitur ac procrastinemus, licet pauperes simus, & ad extremā redacti egestatem. Necp enim

Chryſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim hic numeranda est pecunia, ut inopiã possi A
mus obtendere. Hic nimirum medicus non ar-
gentum pro mercede petit, sed lachrymas, pre-
ces, ac fidem. Hæc si portans ad illum accesseris,
quicquid omnino postularis accipies, multóque
cum gaudio discedes. Atq; id sanè quum multis
ex rebus cognoscas licet, tum uero præcipuè ex
hac muliere, quæ non aurum non argentum ex-
hibuit, sed preces, fidem & lachrymas obtulit,
atq; ita quicquid petijt consequuta discessit. Pro-
inde ne putemus hanc narrationem nobis infru-
giferam esse, quandoquidem scriptura hæc com-
memorat ad correptionem nostram, in quos fi-
1.Cor.10.c nes seculorum deuenerunt. Sed adeamus eam,
discamus quomodo liberata sit à malo, & quid
egerit morbo leuata, & quo pacto fuerit usa mu- B
1.Reg.1.d nere à deo dato. Sedit, inquit, & lactauit Samue-
lem. Ergo conspiciebat deinceps infantem illum,
non tantum ut infantem, uerumetiam ut rem deo
consecratam: eoq; matri geminus amoris stimu-
lus insit? est, alter à natura, alter à gratia. Ac mea
quidem sententia, etiam reuerebatur puerum su-
um. Etenim si qui phialas poculáue aurea deo di
caturi sunt, posteaquàm ea iam confecta acceperint, domiq; reposuerint, nequaquã ea quasi pro-
phana uasa intuentur, sed tanquam deo sacra, nec
audent ea temere citraq; causam attingere, quem
admodum cætera: multo magis hæc mulier simi-
li animo attendebat ad puerum etiam priusquam
illum in templum induceret: & diligebat impen-
sius, tanquam filium, & curabat tanquam deo di- C
catum, existimans se per illum sanctificatum iri,
quando domus ipsius iam erat facta templum, ut
quæ prophetam ac sacerdotem intra se contine-
ret. Non solum autem eo quòd illum deo spopon
dit, uerumetiam ex hoc quòd non ausa sit ascen-
dere in templum, priusquam ablactasset infan-
tem, fœminæ pietatem licet perspicere. Ait enim
uiro suo, non ascendam donec ascendat puer me-
cum: Quum autem ablactauero illum, offeretur
in cõspectu domini, & sedebit illic in æuum. Non
existimabat esse tutum relicta domo ascendere in
templum, quod quum accepisset donum, non su-
stineret absq; dono comparere. Rursus adducto
illo ac mox recepto, descendere uerebatur. Eoq;
tanto tempore remansit, ut cum dono compare- D
ret. Adduxit, ac reliquit, nec puer à mamma di-
uulsus molestè tulit, quum sciatis quàm soleant
indignari pueri quoties à lacte depelluntur. Ve-
rum nec ipse puer ægrè tulit à matre diuulsus, sed
ad dominum respexit, qui matrem creauerat: nec
ipsa mater doluit à puero seiuncta: propterea
quòd naturalem affectũ uicit interueniẽs gratia,
& uterq; se alteri conuiuere existimabat: quem-
admodum eodem in loco fixa uitis, in longum
producit palmites, & uua multo interuallo pen-
dens, cum radice habet commercium: Itidem &
in hac accidit fœmina, quæ in urbe manens usq;
ad templum extendit suum palmitem, atque illic
uuam suspendit maturam: nec interuallum illud

ullum attulit impedimentum, quum charitas quę
secundum deũ est, puerũ matri copularet. Quan-
quam enim puero ætas erat immatura, uirtus ta-
men aderat matura: nam ascendentibus in tem-
plum omnibus multæ religionis ac pietatis magi
ster factus est. Siquidem illi dum inquirunt di-
scuntq; modum natiuitatis illius, abundè magnũ
solatium accipiebant spei quæ est erga deũ. Neq;
quisquam uiso puero tacitus descendebat, sed o-
mnes glorificabant illum à quo præter spem da-
tus erat. Hanc ob causam Deus distulit partum,
ut hanc augeret uoluptatem, ut mulierem red-
deret illustriorem. Nam quicunq; calamitatem
eius nouerant, ij testes facti gratiæ dei: & quòd
longo tempore mansit in orbitate, effecit, ut &
ipsa multis esset notior, & ab omnibus beata præ
dicaretur, essetq; apud omnes in admiratione.
Postremo in causa fuit, ut per illam deo gratias
agerent quamplurimi. Hæc ideo loquor, ut etiam
si nos fœminas sanctas nouerimus in orbitate de-
gentes, ne molestè feramus, neue indignemur,
neq; ita loquamur apud nosipsos. Quare tandem
deus despexit mulierem, tanta pietate præditam,
nec dedit prolem? Neq; enim ista sunt negligen-
tis, sed hoc nobis expedire, melius scientes quàm
nosipsi scimus. Ascendit igitur in templum, &
agnellum induxit in ouile, ac uitulum perduxit
ad armentum, & in pratum deduxit rosam à spi-
nis liberam, rosam, inquam, quæ nunquam mar-
cescit, sed floret perpetuo, quæq; posit ad ipsum
usq; cœlum exilire, cuius fragrantia in hodier-
num usque diem iuuantur, ac reficiuntur omnes
qui terrarum incolunt orbem: tantus annorum
numerus præterijt, & tamẽ uirtutis illius fragran
tia semper augescit, nec tanta temporis magnitu-
dine facta est languidior. Talis enim est rerũ spi-
ritualium natura. Ascẽdit igitur præclarum illud
germen transplantans: & quemadmodum indu-
strij agricolæ, primum semen in terram deponũt,
cupressi, aut aliarum arborum similium: deinde
ubi conspexerunt è semine factam arborem, non
relinquũt in eadem terra, sed inde reuulsam plan
tulam in aliud transferunt solum, ut terra in re-
cens gremio suo exceptam illius radicem, puram
& integram uim suam proferat, ad nouam educa
tionem: Itidem & hæc fecit mulier, quæ puerum
præter spem proseminatum in illo utero, à domo
transtulit, & in templum transplantauit, ubi per-
petuæ sunt fontium scatebræ & irrigationes spiri
tuales, ut uidere licuerit illud propheticum in illis
impleri, quod Dauid dixit ita canens: Beatus uir
qui non ambulauit in consilio impiorũ, & in uia
peccatorum non stetit, & super cathedram pesti-
lentiæ non sedit: sed in lege domini uoluntas eius,
& in lege eius meditabit die ac nocte: & erit tan-
quam lignum quod plantatum est secus decursus
aquarum, quod fructum suum dabit in tempore
suo. Neq; enim post malitiæ experientiam uenit
ad malitiæ remissionem, sed ab ipsis cunabulis
ad uirtutem transilijt, non habuit cõsortium cum

consessibus

consessibus iniquitati obnoxijs, neq; communio A
nem habuit cum conuenticulis impietate plenis:
sed prima statim pueritia, à mamma matris uenit
ad mammam spiritualem: Et quemadmodum ar-
bor perpetua irrigatione in magnam excrescit al
titudinem: sic & hic diuinorum eloquiorum do-
ctrina assidue irrigatus, ad uirtutis fastigium per-
1.Reg.1.d uenit. Age uideamus quomodo illum plantarit,
assectemur mulierem, simul cum illa templũ in-
grediamur. Ascendit, inquit, cum illo in Silom,
in uitulo triennante. Iam geminum fit sacrificiũ:
& erat uitulus hic irrationalis, ille rationalis: & il-
lum quidem sacerdos immolauit, hunc uero dedi
cauit mulier. Eratq; mulieris uictima melior q̃ ho
stia, quam obtulit sacerdos, propterea quòd hæc
suorum uiscerum facta est immolatrix. Imitata B
est Patriarcham Abraham, cumq; illo certamen
suscepit: Sed ille quidem filiũ receptũ reduxit de
monte, hæc uero reliquit in templo, ut illic perpe-
tuo maneret. Quin potius ille quoq; totum dedi-
cauit, caue iam illud spectes quòd nõ occidit, sed
quòd animo totum peregerit. Vidisti fœminam
cum uiro decertantem: Vidisti nihil à sexu uetu-
tam quò minus æmularetur Patriarcham. Sed ui
deamus quomodo illum consecrauit: Adijt, in-
quit scriptura, sacerdotem, ac dixit illi: In me do-
mine. Quid tandem est istud, in me? Ausculta, in-
quit, diligenter quæ loquar. Quoniam multum
temporis iam intercesserat, studet illa quæ prius
dicta fuerant in memoriam reuocare. Eoq; dicit:
In me domine. Viuit anima tua. Ego sum mulier C
quæ constiti in conspectu tuo, deprecans domi-
num pro puero hoc. Effudi preces ad dominum,
& ille dedit mihi petitionem quã petebam ab eo.
Et ego commodo illum domino, ut seruiat domi-
no omnibus diebus uitæ suæ. Non dixit, ego sum
illa mulier cui tu exprobrasti, quã maledictis im-
petiuisti, quam uelut temulentam & ebriam deri-
sisti, eoq; deus tibi declarauit me non esse uiolen-
tam, te uero crimen hoc temerè mihi impegisse: ni
hil huiusmodi uerborum asperorũ dixit, sed mul-
ta cum mansuetudine loquitur: quanquam quum
haberet rerum euentum sibi patrocinantem, iure
potuisset exprobrare sacerdoti, quòd id tempo-
ris ipsam temere ac citra causam incusasset: nihil
horum facit, sed tantum commemorat dei erga se D
beneficentiam. Considera uero gratũ ac pruden-
tem ancillæ animum. Quum affligeretur, nemini
suam aperuit calamitatem, ne sacerdoti quidem
dixit: æmulam habeo mulierem, quæ mihi expro
brans conuiciansq; chorum habet liberorũ, ego
uero quæ modestiam mansuetudinemq; colo, ad
hunc usque diem nondum potui fieri mater: sed
deus cõclusit uuluam meam, quumq; uideret af-
flictionem meam, non est misertus. Nihil horum
dixit, sed suppresso calamitatis genere, tantũ indi
cauit se animo angi. Dicens, mulier in duro die
ego sum, ne illud quidẽ dictura nisi sacerdos huc
compulisset, suspicans eam esse temulentam. At
posteaq; id uulnus sustulit, deo dante quod postu

larat, tum demum dei beneficentiam aperit sacer-
doti, cupiens illum in agendis gratijs habere con
sortem, quemadmodum prius habuerat in pre-
cando, Aitq; ꝓ puero hoc precabar, deditq; mihi
dominus petitionem meã quam petebam ab eo.
Et nunc commodo eum domino. Vide quàm sit
modesta. Ne putes, inquit, me magnam rem aut
admirandam facere, quòd infantem dedico, non
ego huius benefacti sum autor, sed persoluo de-
bitum. Depositum accepi, & hoc ei restituo qui
dedit. Atq; hæc dum loquitur, seipsam quoq; de-
dicauit cum puero, quasi solido quodam naturæ
affectu seipsam templo alligans. Etenim si ubi est Matt.6.c
thesaurus hominis, illic est & cor eius: multo ma-
gis ubi puer mulieris, ibi & mens illius erat, atq;
uterus illius rursum implebat benedictione. Nã
simul atq; hæc dixerat, oraueratq;. Audi quid lo- 1.Reg.2.b
quatur sacerdos Elcanæ: Reddat tibi dominus se
men alterum ex muliere ista pro fœnore quod do
mino fœnerasti. Initio nõ dixerat, reddat tibi: Sed
quid? Det tibi dominus quicquid postularis. Ve-
rum posteaquam illa deũ fecerat debitorem, ait:
reddat tibi, bonam de futuris spem præbens. Ete
nim si dedit, quũ nihil deberet, multo magis red-
diturus est postquã accepit: & hic primus ex præ-
dictione, & post hunc cæteri è benedictione du-
xerunt originem, totus autem mulieris fructus
sanctificatus est. Atq; hic primogenitus fœminæ
uirtuti debebatur, alter uero mulieris ac sacerdo-
tis erat communis, nec secus quàm terra pinguis
ac fertilis, postquam accepit felicia semina, often
dit nobis segetes: sic & mulier hæc quoniam cum
fide excepit uerba sacerdotis, alias nobis lætas ari
stas produxit, ueteremq; maledictionẽ Heuę mu
tauit, pariens ex deprecatione ac benedictione.
Et tu igitur ó mulier hanc æmulare, & si sterilis
fueris, talem precationem exhibe, sacerdotem ac-
cerse, ut tecum suscipiat apud deum legationem.
Omnino si cum fide uerba exceperis, patrum be-
nedictio in fructum exibit præclarum ac matu-
rum. Quòd si mater fueris, ad huius exemplum
consecra filium tuũ deo, & in templum adducito.
Quin ipsum potius tẽplũ deo regale para. Mem- 1.Cor.6.d
bra, inquit, uestra corpus Christi sunt, ac tẽplum 2.Cor.6.d
sancti spiritus qui est in uobis. Ac rursus, inhabi-
tabo, inquit, in uobis & inambulabo. An nõ ab-
surdum est nos domum ueterem, ruinam minan-
tem fulcire, pecunias impendentes, fabros acces-
sentes, denicq; nihil non facientes: domũ aũt dei,
nam dei domus esse debet adolescentis anima, ne
uulgari quidẽ dignari cura. Vide ne idem audias
quod olim audiere Iudæi. Nam illi posteaq; è ca-
ptiuitate templum materiale conspicientes negle
ctum, priuatas ædes suas exornarunt, adeo deum
exasperarunt, ut mitteret eis Prophetam, qui fa-
mem minitaretur, magnamq; rerum necessariarũ
penuriam, atq; hãc cõminationis causam eloque
retur. Vos quidẽ in domibus undiq; habetis man
siones, domus aũt mea deserta est. Quòd si illius
templi neglectus tantã excitauit iram numinis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

multo magis huius templi neglectus ad iracundi A
am prouocabit dominũ. Siquidem hoc templum
tanto est illo honoratius, quò plura habet sancti-
moniæ symbola: caue igitur committas, ut tem-
plum dei fiat spelunca latronum, ne & alteram au
dias obiurgationem, qua Christus obiurgauit Iu
Luce 19.8 dæos, dicens: Domus patris mei, domus depre-
cationis est, uos autem fecistis eam speluncam la-
tronum? Sed quomodo fit spelunca latronum?
Quum patimur illiberales ac seruiles cõcupiscen
tias intrare, sedemq; figere in adolescentulorum
animis. Tales em̃ cogitationes grauiores ac per-
niciosiores sunt latronibus, quæ puerorum inge-
nuitatem uertunt in seruilitatem, ipsosq; brutis
cupiditatibus dedunt in seruitutem, undiq; con-
fodientes illos, ac mentem illorum multis implen B
tes uulneribus. quapropter super his quotidie di-
spiciamus, & uerbis pro scutica utentes, omnes id
genus affectus ab illorũ animis depellamus, quò
uidelicet filij nobiscum cœlestis ciuitatis ualeant
esse participes, & uniuersum cultum qui celebra-
tur illic ritè peragere. An non uidetis frequenter
quòd qui in uribus uersantur, pueros nuper à la
cte depulsos faciunt, Thallophoros, aut Agono-
thetas, aut certaminũ præfectos, aut chorearum
magistros faciunt? Idem & nos faciamus, à pri-
mis statim annis inducamus eos ad disciplinam
Reipub. cœlestis. Siquidem hæc terrena, quum
impendium adferat, fructum tamen nullum ha-
bet. Nam, quæso te, quis fructus esse possit è po-
pulari applausu? Simul ut uespera nos occupa- C
rit, ilico plausus ille totusq; tumultus emarcescit;
ac festo peracto, perinde quasi in somnis fuerint
delitiati, ita omni uoluptate destituti consistunt,
dum nec à corona, nec à magnifica ueste, nec à re
liquo fastu uniuerso conceptam uoluptatem, si
quærant inuenire ualeant, quod omnia illa quo-
uis uento celerius prætercurrãt. Cæterum in cœ-
lesti politia omnia secus habent, citra impendium
lucrum adferunt & copiosum & stabile. Nam il-
lic non homines ebrij, sed angelorum populus iu
giter applaudit rem gerenti. Sed quid dixi, ange-
lorum populus? ipse angelorum dominus lauda-
bit & comprobabit illum. Nec uno alteróue die
aut tertio, sed in æternum triumphat illic, gestans
coronam, nec unquam caput illud uidebis ea nu- D
datum gloria: neq; enim illius celebritatis tẽpus
certis diebus circũscriptum est. Huic cultui nun-
quam paupertas esse possit impedimẽto, sed usq;
ad futuri seculi immortalitatem extenditur. Ve-
rum & pauperi licet hoc celebrare festũ, imò pau-
peri maximè, quippe qui ab omni mũdi fastu stre
pitúq; sit liber: neq; enim opus est pecuniarũ im-
pendijs & opulentia, sed animo puro ac mente so
bria. Hæc enim est quæ illius politiæ uestes texit
animæ, hæc quę coronas concinnat: quæ nisi uir-
tutis officijs fuerit exornata, nulli usui fuerit auri
magna copia: sicut è diuerso nec damno erit pau-
pertas, si diuitias intus habebat repositas. Hanc
celebritatem non modò masculi liberi, sed & filiæ

nobis celebrẽt: neq; enim quemadmodum in ex-
terna administratione uiris tantũ imperatum est
hoc festum peragere, uerum & fœminas illud re-
cipit theatrum, & senes & iuuenes, & seruos &
ingenuos. Vbi enim animi spectaculum est, ibi
non sexus, non ætas, non dignitas huius seculi,
non aliud quicquam impedire potest. Eoq; uos
omnes exhortor, ut à teneris statim annis, & fi-
lios, & filias, huiusmodi functionibus dedatis: &
huic admirationi congruentes diuitias eis adda-
tis, non aurum defodientes, non argentum con-
gregantes, sed modestiam, sobrietatem ac pudi-
citiam, reliquasq; uirtutes omnes in animis eo-
rum reponentes. Hos enim sumptus exigit illa
functio. Si hanc igitur opulentiã tum nobis, tum
filijs collegerimus, & in præsenti uita multũ splen B
doris consequamur, & in futura uita beatam il-
lam uocem audiamus, per quam Christus omnes
qui ipsum professi fuerint, suo ornat præconio.
Professio autem non tantum fit per fidem, ue- Tit. 1.d
rumetiam per opera: adeo ut si hæc absint, uenia-
mus in periculum ne cum abnegantibus pœnas
luamus. Neq; enim unus est abnegandi modus,
sed multi ac multiplices, quos Paulus nobis de-
scribens ita loquitur: profitentur se nosse deum, Gal. 6.c
sed factis negant: & rursus: Si quis suorum & ma Coloss. 3.d
xime domesticorum curam non habet, fidem ab-
negauit, & est infideli deterior. Et iterum: Fuge
auaritiam, quæ est idolorum cultus. Quum igitur
tot sint abnegandi modi, manifestum est totidem
esse profitendi, ac multo etiam plures, quibus o-
mnibus profiteri studeamus, ut & ipsi in cœlis ho
norem consequamur, munificentia & bonitate
domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo
patri gloria, simul cum sancto spiritu, in secula se-
culorum, Amen.

EIVSDEM AD EOS QVI COMMV
nione relicta ad theatra concurrunt: & quòd
non solũ utilius sit in ecclesia uersari quàm in
theatro, sed etiã iucundius: & de secũda parte
precationis Annæ: quodq; indesinenter & in
omni loco precari oporteat, uel in foro, uel in
uia, uel in tecto, Homilia IIII Sigismundo
Gelenio interprete.

HAVD scio quibus uerbis debeam uti
hodie, cum enim uideam cõmuniones parum frequentari, Prophetas affici contumelia, apostolos despici, patres contemni, eamq; contumeliã qua seruí appetũtur ad ipsum eorum dominũ per tinere, libet quidẽ incusare, sed qui accusationem hanc audire deberent, nusquam hic apparẽt: uos soli adestis quibus hac admonitione nihil opus est. Veruntamen ne sic quidem silendum est nobis. nam & indignationẽ quã nobis mouerũt re-leuabimus, unaq; cum uerbis eijciemus: & illos ipsos ad uerecundiã ac ruborem cõpellemus, tot in eos accusatoribus immisis, quot nunc in hoc auditorio adestis. Si em̃ huc uenissent, nostras so-lum obiurgationes audirent: nunc fugitantes no

stram increpationẽ, eadem hæc à uobis audituri A
sunt omnia. Sic & amici faciunt: postq; non inue-
nerunt quibus cum expostulare uolebãt, illorum
amicos compellant, ut illos cõueniant, & eis quæ
audiuerunt dicant. Idem hoc etiã deus fecit: omis-
sis qui in se peccauerunt, insontem Hieremiã ap-
pellat dicens: Viden' quid mihi fecerit insipiens
filia Iudæ? Hac sanè de causa nos quoq; illos accu
sando uos oratione conuenimus, ut hinc profe-
cti eos corrigatis. quis enim tantum neglectum
ferat? Semel in hebdomada hic colligimur, & ne
hac quidem die seculares curas posthabere susti-
nent. & si quis id obijciat, ilico paupertatem præ-
textũ, ac uictus parandi necessitatem urgentesq;
occupationes, defensionem adferẽtes quauis ac-
cusatione turpiorem. quid enim hoc ipso crimine B
peius esse potest, quòd aliquid aliud quàm diuina
negocia magis urgens nobis uidetur, magisq; ne
cessarium? Ergo etiamsi maxime uerũ hoc esset,
hæc ipsa defensio esset accusatio, ut dixi: ut autem
sciatis quòd ista causatio sint ac prætextus ad ob-
tendendũ segnitiæ, uel me tacente tertius ab hinc
dies omnes tales causationes redarguet, cum ciui
tas uniuersa migrauerit ad circum, & domus ac
fora nefarij illius spectaculi gratia euacuata fue-
rint. Et hic ne sua quidem ecclesiæ loca compleri
uidemus: at illic & cœnacula & domus, & tecta,
& abrupta pleraq; occupãtur: ac neq; paupertas,
neq; occupatio, neq; debilitas corporis, non pe-
dum infirmitas, non aliud quicquã tale remora-
tur insaniã nulla retinacula non abrumpentem; C
sed homines senio confecti iuuenibus ac uigenti-
bus auidius illuc concurrunt, caniciem suã dede-
corantes, grandeuitatemq; traducẽtes, & senectu
tem ipsam præbentes deridendam. Et huc qui-
dem uenientes, cum fastidio ac perturbatione su-
pini sermones diuinos audiunt, angustias & æ-
stum similiaq; ægre ferentes: at illic dum & solem
nudo capite excipiunt, & proculcãtur, & protru-
duntur, & magna ui cõprimuntur, & infinita alia
patiuntur incõmoda, non secus q̃ in amœnissi-
mo prato deliciari sibi uidentur. hæc est nimirum
illa ciuitatũ publica corruptela, quòd tam nequã
sint qui iuuentuti præire deberent. quo enim pa-
cto poteris adolescentem lasciue ac præter deco-
rum se gerentem ad modestiã redigere, cum ipse D
in canicie tam iuueniliter te geras? cum ipse post
tot temporũ curricula satietate insuauissimi illius
spectaculi nondũ capiaris? quomodo poteris filij
mores componere, quomodo in seruum peccan-
tem animaduertere, quõ amico in officio cessanti
consulere, cum ipse sic in extrema senectute ine-
ptias? Et si quidem à iuuene senex contumeliam
patiatur, ilico ætatem ei obijcit, & reperit qui una
stomachentẽ. at quando opus est iuuenem ad pro-
bitatẽ reducere, seq; illi uirtutis ceu regulã quan-
dam exhibere, tũ uero cessat ætatis grauitas, sed
maiore q̃ hi ipsi insania ad illicita illa spectacula
feruntur. Hæc autẽ dico, senesq; taxo, non quòd
iuniores à noxa absolua & crimine, sed ut hos per

illos cõmonitos habeam. nam si senes hoc facere
non debent, multo magis ne iuuenes quidem. illic
enim maior derisio ac turpitudo, hic autem tanto
grauior pernicies profundiusq; præcipitiũ, quan
to concupiscentiæ maior uis in iuuenibus, quan-
toq; flamma inest eis uehementior: quę incendijs
miscet omnia, si uel minimum alicunde sit nacta
fomitem. procliuior enim ad concupiscentias est
iuuentus, eisq; longe facilius capitur: quapropter
etiam maiore opus habet custodia, acriore freno,
tutiore munitione ac obstaculo. Nec mihi illud
obijcias ó bone, quòd uoluptatẽ habeat hoc spe-
ctaculum: sed hoc potius doce, an nullum hæc uo
luptas damnum afferat. quòd enim ne cum uo-
luptate quidem hæc res cõiuncta sit, hinc tibi per
spicuum esse potest. cum à circensibus reuerteris,
occurre eis qui ab ecclesia redeunt, & considera
diligẽter, uter tandem maiore uoluptate perfrua
tur: is'ne qui prophetis auditis, & benedictione
ac doctrinæ fructu percepto, simulq; deum pro
suis peccatis deprecatus & conscientia per con-
fessionem reuelata, ab hoc insuper de quo loqui-
mur crimine alienus est: an tu qui matrem cõmu
nem deseruisti, prophetas contempsisti, deum af-
fecisti contumelia, cum diabolo choreas duxisti,
maledicentibus inter se ac conuiciantibus aures
præbuisti, temporis deniq; iacturã grauissimam
fecisti, ut qui nec spirituale, nec seculare ullum lu-
crum inde domum reportare ualeas. Itaq; uel uo
luptatis gratia hic adesse oportet. illic enim con-
tinuo te sequitur animi delectio, conscientia ac- C
cusatrix, dedecus & opprobrium, ut uix oculos
attollere audeas. hic uice uersa omnia contrario
modo se habent, fiducia & oris libertas, & cum o-
mnibus colloquendi facultas de omnibus quæ-
cunq; hic audita sunt. Quando igitur in forum te
contuleris, & uideris omnes ad spectandum con
currere, tu ad ecclesiam te confestim recipito, &
in ea paulisper commoratus, perpetua diuini uer
bi uoluptate fruere. si enim turbæ impetu abstra-
ctus illuc peruenerís, breui uoluptatula delini-
tus, male habebis per totam sequẽtem diem, atq;
etiam plures deinceps, tuumipsius factum con-
demnans. quòd si paulisper te cohibueris, inte-
gram & securam in reliquum diei uoluptatem ha
bebis. id enim non hic tantum, sed etiã in alijs re- D
bus usu uenire solet. Vitiũ enim momentaneam
habet uoluptatem, dolorem uero perpetuum. uir
tus contrà laborem breuem, fructum uero cum
hilaritate indesinentem. Verbi gratia: depreca-
tus est aliquis deum, lachrymas fudit: is modico
tantũ tempore se afflictauit. Alius tota die se ob-
lectauit, deinde eleemosynã dedit, iciunauit, aliud
aliquid boni fecit: aut cõtumeliã passus nõ reges-
sit conuicia: is postq; unico tẽporis momẽto per-
durauit ac iram cõpressit, in posterũ memoria re-
cte factorũ gaudet ac lætatur. at in uitijs contra-
rium accidit. Intulit quispiã iniuriam, aut etiã re-
tulit. deinde domũ reuersus arrodit cor suũ curis
dum uerba sua reputat, propter quæ toties grau

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter mulctatus est. Quapropter si uoluptatem sectaris, fugito ineptas ac iuueniles concupiscentias, & temperantiam exerceto, auscultationique uerbi dei attentus esto. Hæc ideo uobis dicimus, ut uos eadem illis dicendo, & talibus uerbis obtundendo, abstrahatis eos ab omni mala consuetudine, utq; omnia rationis potius ductu agant, persuadeatis. alioqui ne diligentia quidem uestra probanda est, si temere & nullo delectu adhibeatur: id quod uel ex hac quæ instat communione satis apparet. dum sanctam pentecostes celebritatem agimus, tanta concurrit multitudo, ut magna hic locorum angustia laboretur. nec tamen hunc conuentũ magni facio, quandoquidem magis ex more fit quàm religionis ergô. Quid igitur illis miserius, quorum & negligentia tot referta est criminibus, & diligentia nullam laudem promeretur? quisquis enim zelo pietatis ad hunc cœtum sobrie cupideq; accedit, sine intermissione hoc facere debet: & non quàm primum publica celebritas uenerit ad illam pecudis in morem cum cæteris abduci. Equidem poteram sermonem hũc diutius extendere, uerum quoniam scio uos ultro, ita ut uobis dignũ est, plura etiam dicturos, ne molestus sim illorum obiurgationibus immorando, reliqua uobis committens, ad solitam doctrinã reuertor. Neq; miremini quòd adhuc in eodem argumento hæremus. nec enim possum mulierem hanc ex animo meo eximere: usq; adeo formam animæ eius ac pulchritudinem admiror. adamo enim oculos nunquam non inter precandum lachrymantes, & os labiáque non accersitis fucis rubricata, sed gratijs deo agendis ornata, qualia erant huiusce mulieris cuius philosophiam tantopere admiror. admiror autem eo magis, quòd mulier cum esset, ad hunc modum philosophata est. mulier inquam, quæ multum & à multis male audit. A muliere, inquit, initium peccati, & per eam omnes morti obnoxij sumus. Et iterum: Parua est quælibet malicia, si ad mulieris maliciam conferatur. Et Paulus dicit: Adam enim non est deceptus: mulier autem decepta, constituta est in pręuaricatione. Hoc est cur illam maxime admirer, quòd hanc crimínationem diluit, quòd hanc accusationem reiecit, quòd cum esset ex infami & criminoso genere, opprobria ista omnia discussit, reçq; ipsa docuit quòd & illæ non natura tales fuerũt, sed uoluntate propriaq; segnicie, & quòd huic quoq; sexui ad uirtutis fastigium licet pertingere. contentiosum enim est hoc animal, auidumq; uictoriæ: & siue ad malitiam declinet, magna mala patrat: siue ad uirtutem se applicet, anima citius eam destituat, quàm propositum mutet. Sic igitur hæc quoque naturam suam superauit, necessitatem peruicit, & assiduitate precandi uuluæ sterili prolificã uim obtinuit. Quapropter rursum ad preces confugit, etiam post impetratam gratiam ad hunc modum loquens: Confirmatum est cor meum in domino, exaltatum est cornu meũ in deo meo. Quid significat hæc uerba, Confirmatum est cor meum in domino, nuper me apud charitatem uestram dísseruisse scitis: superest nunc ut ea quæ deinceps sequũtur interpretemur. Cum enim dixisset: confirmatum est cor meum in domino, mox subiunxit: exaltatum est cornu meũ in deo meo. Quid est cornu meum? etenim scriptura hac dictione sæpe uti solet: sicut quando dicit, exaltatũ est cornu eius, & exaltatum est cornu Christi eius. quid igitur tandem cornu nominat? Potentiam, gloriam, claritatem, nimirum à brutis animantibus hanc translationem mutuatus. nanq; deus ornamenti ac teli uice cornua illis addidit, quibus abiectis præcipuam uirium partem amittunt: & quemadmodum inermis miles, ita & taurus absq; cornibus perfacile capitur. Nihil igitur aliud dicit hæc mulier, quàm exaltata est gloria mea. & quomodo exaltata? In deo meo, inquit. Hinc etiã in tuto est hæc celsitudo, ut quæ firmam atq; immobilem radicem habeat. gloria enim quæ est ab hominibus, glorificantium utilitatem imitatur: unde fit ut non magno negocio subuertatur. at non sic Dei gloria, sed immobilis manet in perpetuum, atq; hæc utraq; propheta declarans, tam illius labilitatem, quàm huius durabilitatem, in hunc modum loquitur: Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis tanquam flos fœni. exaruit fœnum, & flos eius decidit. De dei autem gloria non sic. at quomodo? Verbum autem dei in æternum manet. id quod uel in hac muliere patet. Reges enim & imperatores & reguli qui nihil non tentarunt ut immortalem post se relinquerent memoriam, & monumenta sibi splendida exædificauerunt, & statuas atq; effigies multas multis in locis posuerũt, & rerum gestarum cõmentarios non paucos reliquerunt, nunc tacentur & ne nomine quidem noti sunt. hæc autem mulier ubiq; gentium nunc celebratur: & siue in Scythiam proficiscaris, siue in Aegyptum, siue in Indiam, siue ad ipsos orbis terminos, omnes audies bene facta eius decantantes: deniq; quantum terrarum à sole illustratur, totum hoc Anna sua gloria occupat. Nec hoc solũ admiratione dignum, quòd ubiq; terrarum hæc mulier canitur, quin hoc quoq; mirabilius, quòd sapientiam eius & longanimitatem & tolerantiam omnes norunt, in oppidis, in agris, in domibus, in castris, in nauibus, in officinis, deniq; nusquam non laudes eius audies. quoties enim clarũ aliquem reddere deo uisum fuerit, etiamsi mors interueniat, aut longitudo temporum, aut quidquis aliud, manet tamen gloria illius perpetuo florens, & claritatem eius obscurare poterit nemo. hanc ob rem & ipsa erudiens totum hoc auditorium, quòd non sit confugiendum ad ista temporaria, sed ad eũ à quo certissima bona speramus, autorem huius suæ gloriæ indicat. Cum enim dixisset: Confirmatum est cor meum in domino, subiunxit, exaltatum est cornu meum in Deo meo: duplicia nobis his uerbis subindicans bona quæ non temere simul uni contingunt. nam & à iactatione

iactatione, inquit, liberata sum atq; ignominia, & securitatem atq; honorem consecuta sum. hæc autem utraq; non facile inuenias in unum conuenire. multi enim à periculis liberantur, glorioſam tamen uitam non habent. alij contrà gloria quidem & claritate fruuntur, periculis tamen ob hanc gloriam non carent. Verbi gratia, multi sæpe in carcerem coniecti sunt, adulteri, uenefici, sepulchrorum perfossores, alijsq; similibus criminibus obnoxij, deinde iubente regia clementia dimissi sunt inde: hi à pœna quidem liberati sunt, cæterum probra sua non aboleuerunt, & dedecus eos nusquam non consequitur. alij uiri militares ac generosi, conspicuam ac glorioſam uiuendi rationem amplexi, bellicis periculis sese obiectantes multa sæpe uulnera accipiunt, & postremo immatura morte absumuntur: atque hi præ gloriæ amore securitate seipsi priuauerunt. Huic uero mulieri utraq; hæc abunde contigerunt, ut quæ & gloria simul & securitate potita est. Idem & tribus illis pueris accidit. nam & periculum euaserunt è rogo liberati, & hoc ipso illustres sunt facti, quòd supernaturali modo huius elementi potentiam superauissent. ad hunc sanè modum dei beneficia se habent. simul enim & tutam & illustrem largitur uitam, quod quidem utrunq; hæc ipsa innuens dicebat: Cõfirmatum est cor meũ in dño, exaltatũ est cornu meũ in deo meo. nec simpliciter dixit in deo, sed in deo meo, sibi ipsi usurpans eum qui toti orbi communis est. hoc autem fecit non illius dominium diminutura, sed suum desiderium indicatura ac consolatura. Sic enim amatores solent, non ferũt unà cum multis amare, sed eximium quendam ac peculiarem amorem præ se ferre uolunt. Sic & propheta dicebat, Deus deus meus, ad te mane uigilo. nominata enim cõmuni eius dominatione, addidit & eam qua peculiariter sanctorum dominus est. Et rursum, deus meus intende in me, quare dereliquisti me. Et rursum, Dicam deo, protector meus es. animæ enim feruentis accensæq; desiderio sunt hæc uerba. idem & hæc mulier fecit. Cæterum homines ita facere nihil mirum: Cum uero deum hoc ipsum facere uideris, tum uero merito obstupefias. quemadmodum enim hi non in commune illum inuocant, sed proprium faciendo suum eum esse deum uolunt: ita & ipse non solum communiter unà cum alijs eorum etiam deum se profitetur, sed priuatim ipsorum. qua propter dicebat, Ego sum Deus Abraham & Isaac & Iacob: non contrahens suum imperium, sed extendens potius: quod non tam multitudine subditorum quàm eorum uirtute censeri uult. neque enim tantum Deus cœli & terræ & maris, & eorum quæ in eis sunt appellari gaudet, quantum si Deus Abraham & Isaac & Iacob uocetur: & quod in hominibus non solemus, id in deo uidere licet. apud homines enim à dominis serui appellationem sumunt, & ita omnes ex more loquimur: ille uel ille procurator aut dispensator illius uel illius Ducis aut præfecti. Nemo autem sic loquitur, ille uel ille Dux aut præfectus illius uel illius procuratoris aut dispensatoris: sed minores à maioribus semper denominare consueuimus. de deo autem contrà fit. non solum enim Abraham dei dicitur, sed deus etiam Abrahami, atq; ita dominus à seruo denominatur. hoc idem igitur & Paulus subindicans dicebat, Quamobrem non erubescit Deus uocari Deus ipsorum. non erubescit, inquit, dominus à seruis appellationem sumere. Quare non erubescit? dic rationem. Nimirum ut & nos eum imitemur. Quia hospites sunt, inquit, & aduenæ. Atqui uel ob hoc ipsum erubescere oportebat. Hospes enim uilis & contemnendus esse uidetur. At illi sancti non eo modo hospites erant, quo nos putamus, sed alio quodam minime uulgari. nos enim hospites eos appellare solemus, qui relicta sua patria in alienam regionem perueniunt. illi uero non ita erant hospites, sed quòd orbem uniuersum despicerent, & paruí facientes terram ad cœlestem illam ciuitatem respiciebant, non arrogantia, sed magnanimitate, non insolentia, sed propter sapientiæ studium. postquã enim contemplati sunt terrena uniuersa, & animaduerterunt fluxa esse & mortalia, nec quicquam hic firmum ac stabile, non diuitias, non potentiam, non gloriam, non uitam ipsam, sed singula finem habere & ad suũ quodq; properare terminum: cœlestia uero non talia, sed infinita immortaliaq;, maluerunt hospites esse in rebus fluxis & præter labentibus, ut permanentes illas tandem assequi possent. hospites igitur erant, non quòd patriam non haberent, sed quòd sempiternam illam patriam desiderarent. quod quidem & ipse significando dicebat: Qui autem talia loquuntur, patriam se requirere ostendunt. Quam patriã obsecro, num priorem illam quam reliquerunt? Minime, inquit. Si enim illius recordabantur, integrum eis erat illò redire, nunc aũt meliorẽ desiderant, hoc est cœlestẽ cuius opifex & fabricator deus est. ideo non erubescit deus uocari deus ipsorũ. Hos igitur nos quoq; imitemur, despiciamus præsentia, concupiscamus futura. utamur hac muliere magistra, & ad deum semper confugiamus, ab illoq; omnia deposcamus. nihil enim æque pollet ac deprecatio. hæc enim est quæ ex impossibilibus possibilia facit, ex difficilibus facilia, & ea quæ minus recte habent corrigit. Ideo beatus quoq; Dauid dicebat: Septies in die laudaui te, propter iudicia iustitiæ tuæ. Quod si homo rex, infinitis curis immersus, & in tam uaria distractus, toties in die deprecabatur deum, quam defensionem aut ueniã habere poterimus nos, qui in tanto ocio degimus, & tamen illi non assidue supplicamus? idq; cũ inde tantus fructus sit nobis propositus. Impossibile eñ impossibile est inquã, hominẽ qua decet alacritate precantẽ, & assidue deum orantẽ, unquã in peccatũ incidere. Id qua ratione fiat, iam dicturus sum. Qui mentem suam accendit, & animam erexit tanquã ad

cœlestia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœlestia migraturam, atq; ita dominum suum in-
uocauit, peccatisq; in memoriam reductis de eo-
rum remissione cum illo collocutus est, obsecrās
ut placatus ac propitius sibi esse dignetur: is post
tales orationes omnem præsentis uitæ curam
abiicit, alasq; sibi comparat, quibus supra omnes
humanas affectiones extollitur: & siue inimicum
post precationem uiderit, iam non tanquam ini-
micum aspiciet, siue mulierem formosam, inuio-
latus ab eius aspectu permanebit, durante adhuc
igniculo per precationem intus accenso, & om-
nem absurdam cogitationem à se propellēte. Sed
quoniā homines cum simus facile ad segnitiem
relabimur, exacta una alteráue aut tertia post pre
cationem hora, ubi senseris pristinum illum fer-
uorem paulatim frigescere, recurre quantocius
ad preces, frigescentemq; mentem rursus accen-
de. id si per totam diem feceris, per interualla cre-
bris precationibus teipsum accendens, non da-
bis occasionem diabolo, aut ullum ad tuas cogi-
tationes aditum. Et quemadmodum in apparan-
do prandio, quoties calidæ potu opus est, si aqua
parum caleat, ad focum admotam recalfacimus:
ita & hic faciendum est, & os nostrum ad preca-
tiones quasi ad prunas admouendum, ut hoc pa-
cto mens ad pietatem rursum accendatur. Imi-
temur etiam fabros cæmentarios. hi enim quo-
ties lateritius paries ædificandus est, in recenti
etiam tum structura eum longuriis interfulciunt,
idq; non per longa interstitia, sed per modica, ut
compages laterum tutior sit ob lignorū frequen-
tiam. idem ipse quoq; facito, & quemadmodum
illi adstringendo ædificio ligna inserunt, ita tu se-
cularibus negotijs precationes crebras interpo-
nens, uitam tuam hoc pacto sepito. quod si fece-
ris, etiamsi plurimæ procellæ ingruant, siue ten-
tationes, siue mœstitiæ, siue cogitationes mole-
stæ, siue quiduis aliud, nihil deijcere poterit do-
mum tam crebris precationibus suffultam atque
munitam. Dices: quî fieri potest ut homo secula-
ris forensibus negocijs affixus tertia quaq; diei
hora precetur, & ad ecclesiam currat? Potest, &
facile est. Licet enim ad ecclesiam currere non sit
commodum, potes inibi in foro curiæq; uestibu-
lo hærens nihilominus precari. ad hoc em̄ mente
opus est magis quàm uoce, animi cōtentione ma
gis quàm manuū extensione: nec tam refert quo
corporis habitu id facias, q̄ quo animæ affectu:
quandoquidem & ipsa Anna non ob intensam
uociferationem, sed ob internum cordis clamo-
rem exaudita est. Dicit enim scriptura: Vox eius
non audiebatur, & dominus exaudiuit eam. Hoc
& alij multi sæpe fecerunt: & intonante intus ma
gistratu, minante, exasperato, furente, ipsi pro
foribus curiæ stantes postquàm se sacro signo mu
nissent, & pauca in animo precati, introgressi ad
eum mutauerunt hominem, ac mitigauerunt, &
mansuetum ex aspero reddiderunt: neq; illis aut
locus aut tempus aut ipsorum silentium ad pre-
candum fuit impedimento. Hoc etiam tu facito.

A ingemisce amare. in memoriam reuoca tua pecca
ta. suspice in cœlum. dic in mente, Miserere mei
Deus. & absoluisti precationem. qui enim dicit
Miserere, confessionem offert, & peccatum suum
agnoscit. lapsorum enim est misericordiam requi
rere. Qui dicit Miserere mei, remissionem delic-
torum accepit. qui enim misericordiam consecu
tus est, non punitur. Qui dicit Miserere mei, re-
gnum cœlorum obtinuit. quem enim deus mise-
ratur, non à pœna solum liberat, sed futurorum
etiam bonorum possessione dignatur. Ne igitur
excusationes quæramus dicendo non esse pro-
pinquam precationis ædem. nos enim ipsos, si so
brij fuerimus, templa faciet diuini gratia spiritus:
ut magna undiq; nobis precandi facultas affluat.
B neq; enim talis est apud nos diuinus cultus, qua-
lis quondam apud Iudæos erat, multum habens
sensibilium ceremoniarum, multáque operatio-
ne indigens. illic precaturum oportebat ad tem-
plum ascendere, turturem emere, ligna & ignem
ad manus habere, arrepto cultro altari assistere,
aliaq; multa præcepta perficere. hic nihil tale: sed
ubicunque fueris præsto tibi est & altare & cul-
ter & uictima. tuipse & sacerdos & altare & uicti-
ma es. ubicunq; enim fueris potes erigere altare,
si sobriam modo uoluntatem afferas, nec te aut lo
cus aut tempus impedit. sed etiamsi nec genua fle
ctas, nec pectus pulses, nec manus ad cœlum ten
das, si mentem solum afferas feruidam, nihil tibi
ad absolutam precationem deerit. Licet etiā mu-
C lieri colum tenenti aut telam texenti suspicere in
cœlum, ac ardenti pectore deum inuocare. licet
etiam uiro in foro uersanti aut iter facienti atten-
te precari: alteri itidem in officina sedenti ac co-
ria suenti animam ad dominum erigere. licet ser-
uo obsonanti ac sursum deorsum cursitanti, uel
in culina, si non uacet adire ecclesiam, precatio-
nem intentam ex imo pectore ciere. non pudet
loci deum. Vnum postulat, mentem feruentem
animamq; modestam. Et ut scias quòd nō habitu
corporis aut locorum temporumue oportunita-
te sit opus, sed animo probo ac excitato, Paulus
supinus in carcere iacens, non erectus stans, (ne-
que enim compes lignea permittebat) quoniam
magna alacritate precabatur, iacēs carcerem con
cussit, eiusq; fundamenta uacillare fecit, & optio
D nem terruit, ac mox initiatum ad mysteria nostra
perduxit. Rursum Ezechias ille, nō erectus stans,
neq; genibus flexis, sed supinus in lecto cubans
per infirmitatem, uersa ad parietem facie, quoni-
am ardenter & humiliter deum inuocauit, senten
tiam aduersus se latam reuocauit, magnamq; sibi
gratiam conciliauit, & insuper in pristinam resti-
tutus est sanitatem. nec solū magnis & sanctis ui-
ris hoc contigisse uideas, sed malis etiam. nam &
latro ille nō stans in oratorio aut genua flectens,
sed in cruce distensus, paucis uerbis cœlorum re-
gnum impetrauit. Alius in lacum cœnosum con-
iectus, alius in fouea bestijs obiect⁹ alius ceti aluo
cōclusus, inuocato deo mala instātia discusserūt,
diuinamq;

diuinamq; sibi conciliarunt beneuolentiam. Hoc A
sermone hortor ut continue frequentetis eccle-
sias, & domi cum magna quiete precemini, per
otiū genua flectentes manusq; attollentes. Quod
si tempus aut locus nos in multitudine hominum
deprehendat, nō est ob hoc à cōsuetis orationib.
cessandum, sed ita ut uestram charitatem monui,
precamini & inuocate deum, certi nihilo minus
tali precatione optata uos impetraturos. Nō hæc
ideo dicta sunt ut applaudatis & admiremini, sed
ut opere ea præstetis, & ut tam nocturnum quàm
diurnum tempus operandi tempus faciatis, uotis
ac deprecationibus illud occupantes, ut & præ-
sentem uitā tutò transigamus, & cœleste regnum
assequamur, quò nobis omnibus peruenire de-
tur gratia, &c.

B EIVSDEM ADVERSVS EOS QVI
tantum in festis conueniunt, & quidnam
sit festum. item aduersus eos qui incusant
diuinam prouidentiam, eo quòd in hac ui
ta quidam sint diuites, quidam pauperes:
& quòd paupertas plus uoluptatis ac se-
curitatis habeat quàm diuitiæ, itemq; de
Anna Hom. v. Sig. Gelenio interprete.

RVSTRA ut uidetur, eos qui nuper
adfuerunt comunioni nobiscū hor-
tati sumus, ut in paterna domo per-
manerent, & non unà cum festis die
bus accederent ad nos ac rursum de
cederent. imò uero non frustra. nam & si nemini
C ex eis persuasum esset oratione nostra, nobis ta-
men merces integra manet, paratamq; habemus
apud dominum defensionē. Quamobrem opor-
tet concionatorem, etiamsi nemo attendat, semi
na iactare, & pecuniam deponere, ut postea do-
minus nō ab illo, sed à mēsarijs rationē reposcat.
quod sanè etiā nos fecimus, arguendo, increpan-
do, obsecrando, admonendo. In hoc enim uobis
commemorauimus filium illum paternarum fa-
cultatum absumptorem tandem ad paternam do
mum postliminio reuersum, uniuersamq; eius mi
seriam, famem, dedecus, opprobria, & quicquid
apud exteros pertulit adduximus in medium, ut
hoc exemplo ad sobrietatem uos redigeremus.
neq; hic sermonem finiuimus, uerumetiam pater
D nam erga eos pietatem exhibuimus, nō negligen
tiæ pœnas exigendo, sed obuijs manibus eos ex-
cipiendo, & ueniam delictorum concedendo, &
aperta domo mensam apponendo, & doctrinæ
stola eos amiciendo, cæteramq; omnem curam
ipsis adhibendo. Illi aūt filium illum non sunt imi
tati, nec eos relicti patris pœnituit, neq; in pater-
na domo manserunt, sed denuo se abalienauerūt.
Vestrum igitur erat, uestrum inquam qui semper
nobiscum estis, reducere ipsos, persuadereq; ut
nobiscū per singulas cōmuniones uelint festi esse
participes. quamuis enim pentecoste præterijt, fe
stum tamen non præterijt. omnis enim conuen-
tus festum est. Vnde hoc patet? Ex ipsis Christi
uerbis dicētis: Vbicunq; fuerint duo uel tres con-
gregati in meo nomine, ibi sum in medio eorum.
quoties autem Christus interest in medio cœtus,
quod amplius quæris festi argumentum? Vbi sa-
cra doctrina & preces, ubi patrum benedictiones
& diuitis legis auditorium, ubi conuentus fra-
trum & germanæ charitatis uinculum, ubi cum
deo colloquium & cum hominibus sermo, qui fie
ri potest ut ibi non sit festa celebritas? Festa enim
non multitudo conuenientium facere solet, sed
uirtus, non sumptuosus uestitus, sed pietatis or-
natus, non mensæ dapsilitas, sed cura animæ. Ma
ximū enim festum est conscientia bona. Et quem-
admodum in externis celebritatibus is qui nec ue
stem habet qua induatur splendidam, neq; men-
sam qua fruatur lautam, sed uiuit in paupertate,
B fame, extremaq; miseria, non afficitur festo die,
etiamsi uniuersam urbem choreas agitare uideat,
sed hac ipsa de causa magis angitur ac dolet: di-
ues uero delicatus, mutatorijs uestibus abundās,
& in summa prosperitate uiuens, etiam extra fe-
sta tempora festum agere sibi uidetur: ita & in spi
ritualibus rebus usu uenit. qui uiuit in iustitia &
operibus bonis, uel absq; festo festum agit, since-
ram uoluptatem ex bona conscientia percipiens.
qui uero in peccato & malitia degit, multorum
malorum sibimet conscius, etiam cum maxime
festum est festo caret quàm qui maxime. quapro-
pter licet nobis, si uelimus, per singulos dies fe-
stum habere, si uirtutem exerceamus & consci en
tiam purificemus. qua enim re præterita cōmu-
nio præsenti hac est potior? tumultu tantum &
strepitu, & nulla re alia. quādo enim & sacramen
torum perceptio, & aliarum spiritualium rerum
cōmunio, puta precationum, auscultationum, be
nedictionum, charitatis, cæterorumq; omnium
eadem est etiam hodie, nulla in re hæc dies supe-
ratur ab illa, quantum uel ad uos, uel ad me con-
cionantem attinet. nam qui tunc nos audiebant,
hi nunc quoq; audituri sunt: & qui nunc absunt,
ne tunc quidem aderant, etiamsi corpore adesse
uidebantur. non audiunt nunc: imò tunc minus
audiebant: nec solum non audiebant, sed etiam
audientibus obstrependo molesti erant. quapro-
pter & tunc & nunc æquale mihi præsto est thea-
trum, idemq; auditorum conuentus, nec ulla in
re altero illo inferior. imò si mirum aliquid dicere
permittitis, hic illo est præstantior: quòd & sine
strepitu sit sermo, & sine tumultu doctrina, &
cum maiore intellectu auscultatio, nullo tumul-
tu auditum nostrū interrumpente. Hæc autē dico
non quòd contemnā multitudinem illius conuen
tus, sed ut uobis persuadeā ne doleatis neue con-
tristemini ob paucitatem eorū qui nunc huc con-
uenerunt. non enim personarū sed auditorū mul-
titudinē in ecclesia requirimus. Quandoquidem
igitur ijdem conuiuæ qui tunc etiā nūc nobis ad-
sunt, pari alacritate hodie quoq; conuiuiū uobis
exhibebo, ad argumentū reuersus, quod nobis fe
stum pro tempore interrupit. quemadmodū enim
in pentecoste intempestiuū erat omissa beneficio-

rum per

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum per id tempus in nos collatorum cõmemora A tione inceptum antea contextum continuare: ita nunc exacta pentecoste oportune historiã in manus resumptã prosequemur, pristinũ de Anna argumentum tractaturi. non enim refert quàm multa iam dicta sint, sed quantũ supersit ad hoc argumentum absoluendum. nam & qui thesaurũ inuenerunt, licet plurimas inde capiant diuitias, non prius absistunt cẽ totum exhauserint: ut quos nõ tam iuuat multa accepisse, quàm nihil reliquum fecisse. quod si hi qui in pecunias insaniunt, tanto rerum perituraru nec mansuraru tenentur studio, multo magis hoc nos in diuinis facere thesauris oportet, nec prius absistere quàm totum hoc quod ibi uidemus exhauserimus. Dixi aũt, quod ibi uidemus, quia uniuersum exhaurire non datur. Fons enim est perenniter manãs diuinarum uis sententiarum, nunquam deficiens, nunquam interquiescens. Itaq; ne defatigemur: nõ enim de uulgaribus rebus nobis est oratio, sed de precatione spe nostra: precatione per quam sterilis mater est facta, & numerosæ prolis parens quæ filijs carebat, & ex mœrente læta: per quam uitiosa reparabatur natura, & clausa referabatur matrix, & impossibilia quæq; fiebant possibilia. quapropter omnia paulatim perscrutemur, per singulas explicantes dictiones, ut ne minimũ quidem nos quantum fieri potest, effugiat: siquidem propterea duas integras dissertationes in duo sola eius dicta insumpsimus, primum confirmatum est cor meum in domino: & quod mox sequitur, Exaltatum est cornu meum in deo meo. Consequens igitur est hodie ad tertium uenire. quod uero hoc est? Dilatatum est os meum super inimicos meos. Animaduertite accuratã orationem. non dixit, Exacutum est os meũ super inimicos meos: non enim ad conuitia & dicteria præparatũ erat, non ad accusationem & opprobria, sed ad consilium & admonitionem, ad correctionem & institutionem: propterea nõ dixit, Exacuta est lingua mea super inimicos meos: sed, dilatatum est os. Relaxatione, inquit, fruor, libere loqui possum: iam pudore discusso ad libertatẽ redij. ac ne nũc quidem mulierem æmulam nominauit, sed simpliciter indefinita nuncupatione, quasi quadam persona tantæ tristitiæ autorem abscondit. Non dixit D ut multæ dicunt mulieres, Confudit eã deus, dissipauit & deiecit scelestam, & arrogantem & magniloquam: sed simpliciter, Dilatatũ est os meũ super inimicos meos, lætata sum in salutari tuo. Vide quomodo eandem legem per totam precationẽ seruat. sicut enim in principio dicebat, Confirmatum est cor meum in domino, exaltatum est cornu meum in deo meo, dilatatum est os meum super inimicos meos: ita & hic Lætata sum in salutari tuo. Non simpliciter in salutari, sed in salutari tuo. Non enim quoniam seruata sum, sed quoniam per te seruata sum, propterea lætor & exulto. Tales sunt sanctorum animæ. Deo magis lætantur autore munerũ quàm ipsis muneribus. non enim eum propter dona ipsius, sed dona propter illum diligunt. Hoc seruos gratos decet, hoc famulos agnoscentes beneficij magnitudinem, ut delicet rebus suis omnibus præponere dominũ. Sic etiam nos affecti simus. cum peccauerimus non doleamus quia punimur, sed quia dominum offendimus: & si quod bene factum nostrum est, non gaudeamus propter regna cœlorũ, sed quia rem cœlorum regi gratam fecimus. qui enim sanæ mentis est offensam dei magis timet quàm ullam gehennam, & beneuolentiã eius pluris æstimat quàm ullum regnũ. Nec mireris si erga deũ esse sic affectum oportet, cum erga homines multi sic affecti sint, siquidem non raro qui germanos liberos habent, si uel inuiti eos læserint, à seipsis B pœnas reposcunt: & in amicis idem facere solemus. Quòd si amicos aut filios offendere multo grauius putamus quàm pœnas luere, multo magis erga deũ sic affici decet, & omni gehenna grauius putandum est aliquid fecisse quod illi displiceat. Talis erat beatus Paulus, propterea dicebat, Certus sum quòd nec angeli, neque principatus, neque potestates, neq; præsentia, neque futura, neq; altitudo, neque profundum, nec alia creatura poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Quin & martyres cum mactos uocamus, ob uulnera primum prædicamus, mox ob præmia, prius ob plagas, & tum demum ob coronas repositas. præmia enim propter uulnera contingunt, & non C uice uersa. Ita beatus quoq; Paulus non tam repositis sibi bonis, quàm molestijs propter Christum perferendis gaudebat, clamabatq; dicens: Gaudeo in passionibus pro uobis. & iterum, Non solum autem, uerum & gloriamur in tribulationibus. & rursum, Quoniam uobis donatũ est à deo, ut non solum in eum credamus, sed etiam pro eo patiamur. Est enim gratia uerè maxima dignum censeri propter Christum aliquid pati, & corona uere perfecta, & merces futura retributione non minor: & hoc norunt, qui legitime ac feruenter Christum diligere sciunt. Talis erat & hæc mulier, ardentissimum habens in deum desiderium, & ignitũ amorem, propterea dicebat: lætata sum in salutari tuo. Nihil enim ipsi cum terra fuit cõmune, sed omne humanum auxiliũ despiciebat, & erat eleuata spiritus gratia & sublimis, & in omnibus ad deũ respiciebat, & ab urgentibus molestijs liberationẽ illius beneficium esse rogabat. nouerat enim, planè nouerat, quòd humana quidem, qualiacunq; sint, dantium imitantur naturam. nobis autem diuino semper opus est auxilio, si uelimus ancoram in tuto firmare. quapropter ad deum semper cõfugiebat, & accepta gratia, quòd deus autor eius esset, magis gaudebat, & gratias agens dicebat: Non est sanctus, ut est dominus: & non est iustus, sicut deus noster. Et non est sanctus præter te. Etenim irreprehensibile, inquit, iudicium eius, & incorrupta infallibilisq; sententia. Vidisti gratæ animæ cogitatum?

Non dixit

Non dixit intra se. Quid magnum, aut quid præ A alijs accepi? Quod æmulæ meæ iamdudũ copiose contigit, id ego uix tandem magno conatu, & lacrymis, & precibus, & indefessis supplicationibus impetraui. Sed quoniã bene sentiebat de dei prouidentia, rationem beneficentię non reposcit à domino, quod multi faciunt, per singulos dies dominũ iudicando. si uiderint hunc prædiuitem, alium inopem, nõ desinunt aduersum eius prouidentiã obloqui. Quid facis ó homo. Conseruum te iudicare nõ sinit Paulus dicens: nolite ante tẽpus iudicare donec ueniat dominus: & tu dominum in iudiciũ trahis, & rationẽ ab eo exigis, nec exhorres aut expauescis? & quã speras ueniam, obsecro, quã excusationẽ? cum per singulos dies, imò uero singulis horis experimẽtum prouiden- B tiæ capias, tamen ob inæqualitatẽ, quæ inter diuites & pauperes uidetur, omniũ rerum bonam ordinationẽ damnas, idq; iniuste. Si enim ita ut decebat cum magna mentis intentione hæc scrutari uoluisses, etiamsi nullum aliud diuinæ prouidentiæ argumentũ habuisses, certè ex diuitijs & paupertate eam deprehendere potuisses. paupertate enim sublata, uitæ totius constitutio tolleretur, & omnis uiuẽdi ratio perturbaret. nã neq; nauta erit neq; gubernator, nõ agricola, nõ cẽmẽtarius nõ textor, nõ sutor, nõ materiarius, non ærarius, non coriarius pistórue, nec alius ullus opifex: quibus si nobis carendum sit, omnia pessum ibunt. nunc enim, quasi magistra quædam optima, necessitas paupertatis singulos ad opera uel inuitos C perurget. quòd si omnes essent diuites, omnes etiam in otio uiuerent, atq; ita omnia corrumperentur, & nihil non periret. præterea suis ipsorũ uerbis conuinci possunt & ad silentium redigi. Cur eñ, quæso, dei prouidentiã accusas? nẽpe quòd alius plus, alius minus, pecuniarũ possidet. Quid tum? si in maioribus rebus, & quibus uita nostra constat, pares esse omnes homines ostendam. necesse erit ut per omnia diuinam prouidentiã approbes. nam si inde colligis nullã esse prouidentiam, quòd una in re potior sit diuitum conditio, uidelicet pecunijs: si compertum fuerit omnes æqualiter potiri, non una re neq; tam uili, sed pluribus & multo maioribus, perspicuũ est quòd inde uel inuitus dei prouidentiæ cogeris astipulari. A- D ge ad ea, quibus nostra uita constat, sermone progrediamur, eaq; diligenter inquiramus, & uideamus an in illis plus paupere diues habeat. Puta diues habet Thasium, & alios multos fictitios potus, & ad uoluptatem conditos: at fontes aquarum omnibus pariter sunt propositi, tam pauperibus cẽ diuitibus. Ridebis fortè, audiens hanc æqualitatẽ. Audi igitur quanto præstantior sit quo uis uino aquę natura, magisq; necessaria et utilis: & reuocabis tuam sententiam, uerasq; pauperum diuitias intelliges. nam uino quidem sublato non magnum fuerit detrimentũ, præterq; infirmis solis: Siquis aũt fontes sustulerit & aquarũ elementum, uitam omnẽ nostram subuerterit, & omnes perdiderit artes: ac ne biduum quidem durare po-

Chryſ.

terimus, sed statim omnes moriemur morte quadã miserabili atq; grauissima. In necessarijs itaq; rebus, quibus uita cõstat, pauper nõ est inferior, imò si mirum quiddam dicendum est, superat etiam diuitem. multos enim diuites cernimus propter delicias ualetudinarios, ut plurimũ aquæ potu abstinere: pauper aũt per omnẽ uitã his fluentis libere fruit, tanq; ad mellis fontes sic ad aquarum currẽs riuulos, sinceram inde & purã percepturus uoluptatem. Quid aũt ignis natura, nónne quibusuis thesauris utilior, humanisq; diuitijs omnibus? & hic quoq; thesaurus ex æquo diuiti pariter ac pauperi propositus est. Quæ uero nascitur ab aere corporib. nostris utilitas, & lux solaris nũquid diuitibus magis cẽ pauperibus exhibetur, & eam illi quatuor, hi duobus tantum oculis uidẽt? sed neq; hoc quisq; dicere potest. utriq; enim pari mensura ea perfruunt: imò uero & hic pauperum partes sunt potiores, quanto & sensus habent uegetiores, & acutiorem oculum, & uim percipiẽdi præstantiorẽ. quapropter & ueriorem hauriunt uoluptatem & creaturarum contemplatione magis delectantur. non in solis aũt elementis, sed in omnibus alijs naturæ muneribus, multam uidebis æqualitatem, imò prerogatiuã etiam pauperum. nam somnus omnibus delicijs suauior magisq; necessarius, omniq; utilior nutrimento, pauperibus est cẽ diuitibus facilior, atq; sincerior etiam. Illi enim ut qui in delicijs degunt, cibo famem, potu sitim, somno dormiendi necessitatem præueniunt, atq; ita omnẽ uoluptatẽ sibimetipsis intercipiunt. nõ enim perinde in natura istorum, ac in usu necessario, uoluptas cõsistit. non ita placentas edere iuuat, sicut esuriendo quẽuis cibum sumere: non ita molli recubare strato, ut oppressum somno ubiuis iacere: quę omnia magis apud pauperes sunt cẽ apud diuites. Quæ uero pertinẽt ad corporis ualetudinẽ, & omnem aliam bonam habitudinem, nónne communia sunt diuitibus iuxta ac pauperibus? nemo dicere potest aut ostendere, quòd pauperes soli ægrotent, diuites semper prospera utãtur ualetudine. Contrarium quidem uidere licet, pauperes nõ facile insanabilibus morbis capi, sed eos passim in diuitum corporibus prouenire. certè podagræ, grauedines, dissolutiones neruorum aut contractiones, uarij fluxus uitiosi ac corrupti, delicatos illos magis infestant, eos qui unguenta olent, non eos qui laborant & exercent, & quotidiana opera uictum sibi cõparant. quapropter mendicis etiã miseriores sunt quotquot in delicijs uiuunt, id quod nec ipsi inficiari possunt. frequẽter quippe diues mollí lectulo cubans inter omnimoda seruorũ ac ancillarum obsequia, audito mendico per uicũ clamore panem petente ingemuit, & cum lacrymis precatus est, ut talis fieret dummodo sanus, potiusq; in diuitijs aduersa laboret ualetudine. Nec tantum ualetudinis prosperitate, sed prolis etiam felicitate, diuites nihilo potiores uideas cẽ pauperes, sed utrobiq; indifferenter aut nullam aut numerosam sobolem: quin potius & hac parte diui-

tom. I C tem ui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem uideas inferiorẽ. pauper enim licet pater nõ A fiat, haud multum sentit dolorẽ: diues autẽ quanto magis auctam rem uidet, tanto magis orbitate angitur, hæredis desiderio nullam sentiens uoluptatem. Et pauperis quidem hæreditas, licet sine liberis decedat, cum propter exilitatẽ non sit contentione digna, ad amicos trã sit atq; cognatos. diuitis autem eo quòd multorũ undiq; ad se allicíat oculos, non raro ad inimicos defuncti deuenit. Quòd cũ ille uiuẽs in alijs fieri uideat, uitã degit morte molestiorẽ, in se quoq; expectans idem factum iri. Quod aũt ad mortẽ attinet, nónne et hic eadẽ æqualitas? nónne tã diuitibus q̃ pauperib. immaturæ mortes accidunt? atq; etiã post mortẽ nónne tam his q̃ illis omnibus similiter corpus dissoluit, fauillaq; fit & puluis, & uermes gignit? B At funeralia nequaq; similia. at quæ utilitas? cum enim defuncto multã inculcaueris uestem pretiosam & auratam, nihil aliud nisi maiorẽ inuidiam & criminationẽ attuleris, et aduersus defunctum omnium ora reseraueris, & innumeras ei paraueris maledictiones, dum singuli rumpuntur indignatiõe, & mortuũ execrantur, qui ne post obitum quidẽ insanire in pecunias desiuerit. huc accedit aliud malum, quòd furum oculi irritantur. itaq; quo maius est officium, eo maioris illi fit occasio contumeliæ. pauperis enim cadauer nemo spoliare curat, ipsa indumentorũ uilitate tutum. hic autẽ obices & seræ, fores atq; custodes, omnia incassum adhibentur, cum pecuniarum auiditate nihil non audeant qui talibus maleficijs sese assue C fecerunt. itaq; maior honor defuncto maiorẽ infert iniuriam. & cui uilia funeralia contigerunt, iacet inuiolato sepulcri honore: cui uero pretiosa, is spoliatur ac illuditur. aut si hoc ludibriũ euadat, ne sic quidem potior erit, nisi quod maior corruptio fiet, largiusq; uermi pabulum. Hęccine sunt quæso ob quæ beatos prædicemus? & quis est adeo miser ac erumnosus, ut ob hæc hominem existimet inuidiosum? Verum & alia singula percurrentes, diligẽterq; scrutãtes, pauperes diuitibus præponendos comperiemus. Hæc igitur diligenter considerantes, & omnia reliqua percurrentes (dicitur enim, Da sapienti occasionem, & erit sapientior) & illud continue retinentes memoria, quòd pecuniarũ copia nihil amplius affert pos- D sessoribus q̃ curas, solicitudines, timores & pericula, nihilo deteriorem q̃ diuitum nostram conditionem putemus. si enim aduigilauerimus, potiores etiam partes habebimus, tam in huius seculi rebus quàm in diuinis. nam & uoluptatem & securitatem, bonamq; opinionem ac ualetudinem, tum rectam uiuendi rationem, spem in futurum bonam, minoremq; peccandi occasionem, apud pauperes magis q̃ apud diuites inuenias. Absit igitur ut more seruorum ingratorum murmuremus, aut uituperemus dominum, sed pro omnibus rebus gratias agamus, nihil malum ducentes nisi peccatum, nihil bonũ nisi iustitiam. Si sic sentirimus, non ægritudo, non inopia, non ignominia, nihil denique simile molestum nobis erit; sed puram ex omnibus rebus percipientes uoluptatem, futura cõsequemur bona, gratia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI Episcopi Constantinopolitani Homilia de Dauid & Saule, deq; tolerantia, & quòd oportet inimicis parcere, nec de absentib. malè loqui. Domine miserere. Des. Erasmo interprete

De tonathe & Saule, uide in ulti. tomo ad populum Antiochenum Homilia XIIII.

QVoties diutina quæpiam ac dura insultatio corporibus inhæsit, tum & longo tempore, multoq; labore, & multa sapientia in admouendis remedijs est opus, ut collectus tumor, absq; uitę periculo dissoluatur. Idem uidere est in anima. Quoties enim alí quis morbũ qui iam radices egit in anima, multoq; tẽpore cõcretus sit, radicitus euellere uoluerit, non satis est ad correctionẽ unius duorúmue dierũ admonitio: uerũ oportet frequenter ac diebus cõpluribus in hac cura uersari: si modo nõ in ambitionem ac uoluptatẽ, sed ad fructum, & utilitatem munus hoc publicũ gesturi sumus. Eoq; quemadmodum de iurando fecimus, multis ordine diebus uobis de eodẽ differentes argumẽto: itidem de ira nunc faciemus, continuamq; de ea faciemus exhortationem pro nostra quidem uirili. Nam hic mihi uidetur optimus esse docendi modus, si non prius desistamus cõsulendo quacunq; de re, q̃ uiderimus admonitionẽ ad effectum peruenisse. Etenim qui hodie de eleemosyna, cras de C orando, perẽdie de humanitate, deinde rursus de animi modestia disserit, nihil horũ in auditorum animis perficere rectè poterit, ab hoc ad illud, rursus ab illo semper aliò transiliens. Sed necesse est, ut qui uelit orationẽ in auditorũ animis fructum destinatũ assequi, non ante desistat ijsdẽ de rebus admonẽs cõsulensq;, nec prius ad aliud quippiã transiliat, q̃ conspexerit superiorẽ admonitionẽ in eis bene fixam ac radicatã. Idem hoc facere solent præceptores. Non prius ad syllabas, hoc est, literarũ cõiunctionẽ adducũt pueros, q̃ elementorum cognitionẽ in eis uiderint rectè confirmatam. Hesterno igitur die parabolam uobis de decem denarijs, ac decem milibus talentorum enarrantes, ostendimus quãtum esset malum, iniuriarum meminisse. Quem enim decẽ milia talentorum non perdiderant, hunc centũ denarij exitio demerserunt, ac ueniam pro debitis cõcessam, in irritũ reuocarunt, debitęq; pecuniæ condonationem dissiparunt: eumq; qui fuerat à criminibus liberatus in iudicium retraxerunt, atq; ipsum debitorem in carcerẽ coniecerunt, deniq; immortali supplicio tradiderunt. Sed hodie de diuerso argumento dicere tentabimus. Oportuit enim de humanitate ac mansuetudine uerba facientẽ, è domo atq; ex sese istius præclarę philosophiæ exempla prębere, atq; ita demũ simul & uerbis eam docere, & factis ad eam instituere. Quoniam autem nos ab hac uirtute longo absumus interuallo, uno quopiã è numero sanctorum in mediũ producto, oculisq; uestris subiecto, perspicuã quandam ac poten

ac potentem uobis admouebimus exhortationẽ, A admonẽtes ut dum uelut ad archetypi cuiusdam æmulationem adhortamur, admoneamus & nos ipsos. Quis igitur in medium proferendus est, de humanitate dicturo? Quis uero alius, quàm is qui cœlesti testimonio laudari meruit, ob hoc ipsum maximè suspiciendus? Inueni, inquit, Dauid filium Iesse, uirum secundum cor meum. Porrò posteaquã deus pronuntiauit, nulla cõtradicendi relíqua est occasio. Nam illius calculus incorruptus est, eò quòd deus nec ad gratiã, nec per odiũ iudicat, sed pro mera animi uirtute fert suffragiũ. At non ob id tantũ hũc in mediũ produximus, quòd numinis suffragio fuerit laudatus, uerumetiam q̃ sit de numero eorũ qui sub uetere lege sunt educati. Siquidem sub lege gratiæ extitisse quempiã ab B ira purũ, & inimicis delicta cõdonantem, ac parcentem ijs à quibus fuerit molestia affectus, nihil sanè mirũ: uidelicet post Christi mortẽ, posteaq; ille tam clemẽter nobis omnia peccata remisit, post tot præcepta referta euangelicæ philosophię. Cæ- Exod. 21.c terũ in uetere testamento quũ lex permitteret oculum pro oculo effodere, ac dentẽ pro dente extundere, eũq; qui læsisset talionis æquilibrio ulcisci, aliquẽ extitisse qui præceptorũ fines transilierit, atq; ad apostolicã peruenerit philosophiã, quem hominũ si audierit, non adducet in stuporẽ? Quẽ si quod audiuit, nequaquã imitẽr, nõ priuet omni uenia omniq; excusatione? Sed ut exactius pleni usq; huius Dauidis uirtutẽ cognoscatis, cõcedite mihi ut orationẽ paulò altius repetã, eiusq; bene- C facta cõmemorem quæ beatus ille uir in Saulem contulit. Nam nõ ulcisci eũ qui simpliciter inimicus læsit, nihil miri est. Atqui hominẽ à se multis affectũ beneficijs, sed qui ꝑ benefactis beneficũ semel atq; iterũ imò frequenter interficere conatus sit, posteaq; in manus incidisset, ut iam liceret occidere, sustinuit non ipsum dimittere tantũ, uerumetiã ex aliorũ insidijs eripere, præsertim quũ sciret illum pòst eadem moliturũ, quid is reliquũ fecit, quod ad summã philosophiã possit adiungi? Quibus autẽ beneficijs Dauid affecerit Saulem, quando, & quo pacto, paucis enarrantem me sustinete. Quũ aliquãdo ludæi bello difficilimo prementur, adeo ut oẽs pauore essent consternati, D nec quisquam auderet erigere caput, sed in extrema desperatione esset ciuitas, singulis mortẽ præ oculis habentibus, quotidieq; mortem expectantibus cunctis, ut uitã agerent miseriorem ijs qui degunt in teterrimo carcere, hic ab ouibus ueniens ad exercitum, quũ per ætatem nec artem bellandi callere posset, ac laborum militarium rudis esset, ipse pro uniuersis bellum in se recepit, ac feliciter rem gesit, suprà quàm quisquam sperasset. Quanquã etiã si uirtuti defuisset euentus, tamen ob solam animi promptitudinẽ egregiumq; propositum coronandus erat. Iam si quis è numero militũ ætate uigens facinus hoc designasset, nihil fuisset mirũ, uidelicet id postulante militari lege. At hic qui usq; adeo nullã uidebat necessitatem huc adigentem, ut multos etiam haberet dehortantes: Nam & frater illum increpauit, & rex perspiciens illum nondum ætate maturum ac periculis inhabilem cohibuit, ac manere iussit dicens: Non poteris ire, quoniã puer es: ille uero est uir bellator ab adolescentia sua: attamen quum nulla illum prouocaret occasio, suapte sponte & ex sese diuino accensus zelo, patriæq; charitate, perinde quasi oues cerneret uerius q̃ homines, & quasi canes inuasurus esset, potiusq̃ tam numerosum hominum exercitũ, adeo intrepidè ad Barbaros cucurrit: idq; temporis tantam erga regem solicitudinem declarauit, ut illum etiam ante præliũ ac uictoriam in faciem prostratũ erexerit. Neq; eñ factis modo iuuit illum, sed ante factum etiã uerbis hortatus est bono animo ut esset, ac persuasit, B utq; de euentu bonam conciperet spem effecit, ita loquens: Ne cõcidat cor domini mei in ipso, quo- 1.Reg.17.d niam seruus tuus ibit, pugnabitq; cum alienigena hoc. Quæso num hoc parum uidetur, nulla necessitate compulsum, suam ipsius uitam prodere, & in eorum utilitatem à quibus nihil unquã acceperat beneficij in medios hostes irruere? An non par erat, hunc post tale facinus ornare titulo domini columnis inscripto, & publicũ ciuitatis seruatorem appellare? qui & regni decus, & ciuitatum fundamenta, & omniũ uitam opitulante dei gratia seruarit? Quod esse poterat aliud beneficium hoc maius? Neq; enim in gloriam aut potentiam, sed in ipsam ipsius uitam beneficiũ hoc contulit, & ab ipsis mortis portis reuocauit. Atq; hoc beneficiũ peruenit ad hominem. Per illum deinde uicit rex, ac principatũ obtinuit. Et postea, quã illi reposuit gratiã? Nam si quis perpendeat præclarè gestorum magnitudinem, etiam si rex à suo capite detractam coronã Dauid capiti imposuisset, nunquam parem retulisset gratiã, sed ampliorem debuisset. Hic enim & uitam & regnũ illi donauit: ille uero huic regnum tantũ erat cessurus. Verumetiam cõsideremus relatã pro benefactis gratiam. Quæ tandem erat illa? De cætero & ab illo die suspectum habuit Dauid, & ab illo metuit sibi. Quur, & quam ob causam? Nam & suspicionis causa cõmemoranda est. Neq; enim protinus quicquid aliquis dixerit, idẽ dicet esse iustũ. Quanquam erga eum qui animam impendit, uitam dedit, quæ poterat esse iusta suspiciõis causa? Sed tamen ipsam inimicitię causam inspiciamus, ut aliquid discatis, quòd nec ipsa uictoria sit inferius: quodq; Dauid sit honore dignus, ob ea ipsa propter quæ deinceps uenit in suspicionẽ & insidijs appetitus est. Quæ igit erat suspicionis causa? Posteaquam Barbari illius caput abstulit, & spolia gestans redijt: Exierũt, inquit, mulieres canentes ac dicentes: Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decem milibus suis. Et iratus est Saul, & suspectũ habuit Dauid ab eo die ac deinceps. Cuius obsecro rei gratia? Etiam si hæc præter meritum fuissent dicta, ne sic quidem oportebat hostilem in Dauidem gerere animum. Sed posteaq; ex rebus gestis, illius erga se beneuolentiam habebat compertam, quippe qui nullo cogente aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

compellente, suapte benevolentia tantũ subiisset A
discriminis, non oportebat deinceps quicquã de
illo suspicari mali. Nunc aũt ecce etiam ipsa laus
dabatur pro merito, & si fas est uera proloqui, in
Saulis gratiã illa dicta sunt potius q̃ in Dauidis.
Debebat autem esse sua laude cõtentus, quòd illi
tribuissent mille. Quur igit̃ indignatus est, quòd
Dauidi tribuerint decem milia? Etenim si rex ad
bellum finiendum uel paululum aliquid momẽti
contulisset, recte tum dictum fuisset, Saul in mil-
libus, Dauid in decem millibus. Quòd si ipse quidẽ
pauidus ac tremẽs domi desedit, in singulos dies
mortem expectãs, hic aũt totum facinus peregit:
an non absurdum erat eum, qui nihil ad depellen
da pericula contulerat, ob id indignari quòd hic
plus laudis tulisset? Nam si indignandũ erat, Da- B
uidem potius cõueniebat indignari, quòd quũ so-
lus totum gessisset, alterũ haberet laudis partici-
pem. Sed horũ nihil dico. Verũ illud dixerim: ut
donemus non recte fecisse mulieres, easq̃ fuisse
crimini obnoxias & accusatiõe dignas: quid hæc
ad Dauidem? Neq̃ enim ipse cõposuerat cantio-
nem, neq̃ illas iusserat ea dicere quę dicebãt, neq̃
adornarat illũ laudationis modũ. Proinde etiamsi
indignandũ erat, mulieribus oportuit indignari,
non publicitus de Rep. benemerito, & infinitis
digno coronis. At Saul omissis illis in Dauid fere
batur. Iam si ea laude sublatus ille beatus inuidis-
set rerum potienti, fuissetq̃ in illum contumax, &
aspernatus fuisset eius imperium, forsitan aliqua
fuisset inuidẽdi causa. At si fact⁹ fuit humanior ac C
modestior mitiorq̃, si in subditorũ ordine se cõti-
nuit: quæ tandẽ erat iusta dolẽdi causa? Siquidem
cum is qui honore afficit̃, attollit̃ aduersus eum à
quo prouectus est, nec desinit in illius cõtemptũ
honore abuti: habet dolor nonnullam excusatio-
nem. Cæterum ubi persistit in honorando illum,
aut potius magis obsequitur cedit q̃ in omnibus,
quem postea potest habere prætextum inuidiæ?
Itaq̃ etiam si nihil aliud præclarè gestum fuisset,
ob hoc ipsum tamen magis erat diligẽdus, quòd
quum tantam nactus esset occasionẽ occupandi
regni, perstiterit in sua modestia. Neq̃ enim quæ
prius gesta sunt tantum, uerum nec ea quæ conse
quuta sunt superioribus illis multo præclariora,
1.Reg.13.b sustulerunt illi animos. Quæ tandẽ illa? Erat, in- D
quit, Dauid prudens in omnibus uijs suis, & do-
minus omnipotẽs erat cum eo, uniuersusq̃ Israel
& Iuda diligebat Dauid, quoniam ipse ingredie-
batur, & egrediebatur ante conspectum populi,
& Melcho filia Saul & uniuersus Israel diligebat
illum, & sapiebat super omnes seruos Saul, & ho-
norabatur nomen illius ualde. Et Ionathas filius
Saul diligebat Dauid uehementer. Veruntamen
quum uniuersum populum ac regis familiam sibi
conciliatam haberet, quum ubiq̃ in bellis uince-
ret, nec usquã frustraretur successu, quumq̃ pro
bene gestis rebus illis, talem gratiã reciperet: non
erexit ceruicem, nec regnũ affectauit, nec hostem
ultus est, sed perseuerauit in benefaciendo & in
bellis pro rege feliciter gerendis. Quis est tam es-

feratus & crudelis, cui ista nõ fuerint persuasura,
ut inimicitiã deponeret, & inuidiã abijceret? At
crudelem illum & inhumanũ nihil horum flexit,
sed ad hæc omnia cæcus, & inuidiæ permittẽs ani
mum, conatus est illum è medio tollere: & quid,
obsecro, facientem (nam id maius est, ac stupen-
dum) canentẽ cythara & ipsius insaniã sedantẽ.
Dauid, inquit, psallebat manu sua quotidie, & ha 1.Reg.19.b
sta in manu Saul: ac sustulit Saul lanceã dixitq̃,
infigam in Dauid, & fixit in parietem: & declina
uit Dauid à facie eius bis. Age, potest'ne huic ma
litiæ quicquã adiũgi? Qui nuper hostes abegerat,
per quem ciuitas sibi fuerat reddita, cũctis pro ui-
ctoria uictimas immolantibus: Saul benemeritũ
& seruatorem, ac bonorũ illorum autorẽ conatus
est interficere, id q̃ psallentẽ: ac ne beneficiorum B
quidem memoria furentẽ illum ac delirantẽ coer-
cuit, sed iterũ atq̃ iterũ torsit in illum lanceã, cu-
piens occidere. Et huiusmodi mercedem illi pro
suspectis periculis reposuit. Id q̃ fecit nõ uno die,
sed sæpius. At sanctus ille post hæc omnia perseue
rauit curare regis negotia, proq̃ salute illius susci
pere pericula, & in acie stare in prælijs omnibus,
suoq̃ periculo seruare trucidatorẽ suũ: deniq̃ nec
dictis nec factis cõtristauit immitem illam bestiã,
sed cõcessit in omnibus, dictoq̃ audiẽs fuit. Cũq̃
uictoriæ præmiũ non accepisset, sed omniũ illorũ
periculorũ mercede fraudatus esset, ne uerbo qui
dem expostulauit unquã, nõ cum militibus, non
cum rege: propterea quòd hæc non gessisset spe
mercedis, cœlitus expectans retributionem. Nec
id solum est admiratione dignũ, quòd non popo-
scit præmiũ, sed quòd etiã quum dareẽ, ob eximi-
am animi modestiã recusauit. Siquidem posteaq̃
Saul, omnia molitus, & omnibus tentatis, nõ po-
tuit illum interficere, consuit illi dolũ per nuptias,
ac nouam quandam dotis ac dotaliũ formã com-
mentus est. Non enim cupit, inquit, rex dotẽ, sed
ut centũ pręputia exoluat ab hostib. regis. Quod
sentit tale est: Occide mihi, inquit, centũ uiros, atq̃
hoc erit mihi dotis uice. Hæc aũt dicebat, cupiens
illum obtentu coniugij hostibus obijcere. Nihilo
secius Dauid pro sua modestia res æstimans, recu
sauit coniugiũ, nõ deterritus periculis aut hostiũ
metu, sed quòd existimaret sese indignum affini-
tate regia. Atq̃ his uerbis respondit ad seruos il-
lius: An leue est in oculis uestris me facere gene-
rum regis, quum ego sim uir humilis & inhonora
tus? Atqui debebatur hoc honoris, ut merces ac
pensatio laborum. Verum usq̃ adeo cor habebat
contritum, ut post tot res cum laude gestas, post
adeo splendidam uictoriam, post expressam pro-
missionem, indignum se iudicaret, qui debitã re-
ciperet mercedem, id q̃ quum denuo esset se peri-
culis obiecturus. Posteaquam aũt hostes deuice-
rat, ac filiam regis acceperat, rursus psallebat Da-
uid, & quærebat Saul eũ lãcea percutere: Dauid
autẽ declinauit, & hasta impacta est parieti. Quẽ
non ista uel exacte philosophiæ gnarum animiq̃
moderatissimi ad iracundiã excitassent? Quẽ, ut
nihil aliud, certè quo familiæ suæ incolumitatem

prouidentia

prouidentia tueretur, nõ perpulissent ad occiden A
dum præter meritum insidias molientem? Neq̃
iam res intra metum constiterat. Etiamsi cõstitis-
set, sic quoq̃ uindictæ modum à lege præscriptũ
Exod.21.e mansuetudine superasset. Nam illa oculũ pro ocu
lo iusserat effodere. Saul autem occidebat etiam, ut
Dauid pro tribus homicidijs, unũ fuerit exactu-
rus, pro tribus, inquam, homicidijs, nulla proba-
bili de causa tentatis. Nihil tamen horũ tentauit
Dauid, sed potius habuit fugere, & à patrijs ædi-
bus exulare, atq̃ erronem profugumq̃ agere, &
in calamitate sibi necessarium parare uictum, q̃
regi cædis occasionem dare. Nec enim eò spectа-
bat, ut seipsum ulcisceret, sed ut illum ab eo malo
liberaret. Hanc ob causam ab oculis inimici sub-
duxit sese, ut subsidere faceret uomicã, contrahe- B
retq̃ tumorem hulceris, & inuidiã mitigaret. Sa-
tius est, inquit, me miserum esse, innumeraq̃ pati
acerba, q̃ hũc apud deũ de innocentis cæde con-
demnari. Hæc non audiamus tantũ, uerumetiam
imitemur, nihil nõ tum faciamus, tum patiamur,
ut inimici simultatẽ erga nos deponant: nec illud
inquiramus, utrum meritò an immeritò maleuo-
lum animum erga nos gerant: sed hoc modo spe-
ctemus, quî fieri possit, ut nobis inimici esse desi-
nant. Siquidem hoc spectat medicus, ut morbo li
beret ægrotum, non utrum meritò an immeritò
sibi morbum contraxerit. Tu quoq̃ igitur medi-
cus esto ei qui te læsit, unum hoc quære, quo pa-
cto illi morbum adimas. Id quod fecit hic bea-
tus, ægestatem præ diuitijs, solitudinem præ pa-
tria, labores periculaq̃ præ delitijs ac securitate,
perpetuũ exilium præ terrarũ orbe elegit, ut Sau-
lem ab illo in ipsum odio maleuolẽtiaq̃ liberaret.
At ne sic quidem melior factus est Saul, sed perse-
quebatur, sed ubiq̃ circumibat quærens eum, qui
non solũ nihil læserat, sed quũ esset læsus, tum ma
xima, tum innumerabilia pro iniurijs bona repen
derat. Ac Saul imprudẽs post incidit in retia Da
uidis. Erat em̃, inquit, ibi spelũca, & ingressus est
Saul ut exoneraret aluũ. Dauid aũt cum comiti-
bus suis in interiore spelunc̃ parte sedebat. Dixe
runtq̃ uiri Dauid ad illũ: Ecce dies de quo dixit
dñs: Tradam inimicũ tuũ in manus tuas, faciesq̃
illi quod placitũ erit in oculis tuis. Et surrexit Da
uid, sustulitq̃ laciniã chlamydis Saulis clanculũ. D
Et post hæc percussit Dauidem cor ipsius, quòd
abstulisset laciniã chlamydis, dixitq̃ Dauid ad ui
ros suos: Auertat à me dñs, ne faciã uerbum hoc
domino meo, Christo dñi, mittamq̃ manũ meam
in illum, quoniã Christus domini est. Vidisti tensa
retia, uidisti uenatũ insidiantem, uidisti uenatorẽ
erectum, uidisti oẽs adhortantes, ut ensem in ho-
stis pectus immergeret? Nunc mihi spectа philo-
sophicã animi moderationem, spectа luctã, uicto
riam, coronã. Nam spelunca illa campus erat, in
eo lucta quædam admirabilis dictuq̃ incredibilis
facta est. Luctatus est Dauid, pugilẽ egit iracun-
dia. Saul positus erat certaminis materia, Agono
thetes erat deus. Quin potius, non ipsi modo ad-
uersus seipsum, propriãq̃ cupiditatẽ erat prælijs,

sed & aduersus milites qui aderant. Et enim si uo-
luisset animo moderari, ac parcere ei qui læserat,
consentaneum erat, ut & illos metueret, ne forte
ipsum contrucidarent in spelunca, tanq̃ qui illo-
rum salutẽ prodidisset, exitiumq̃ attulisset, ac pu-
blicum ipsorũ hostem seruasset. Probabile em̃ est
illorũ unumquemq̃ dolore percitũ, hæc suo cum
animo dicturos fuisse: Errones exulesq̃ facti su-
mus, domo, patria, cæteris q̃ omnibus excussi, o-
mniumq̃ difficultatũ tuarũ cõsortes sumus. Et tu
eum qui horũ malorũ tibi est autor, in manus tuas
traditũ cogitas dimittere, ne nobis unq̃ liceat ab
his calamitatibus respirare, ac proditis amicis ho
stem seruare studes? Et quo pacto ista sunt æqua?
Nam si tuã ipsius salutẽ negligis, nostræ certè ui-
tæ parcas. Non tibi dolent anteacta, neq̃ memor
es eorũ quæ ab illo perpessus es mala: certè ob ea
quæ futura sunt tolle hostẽ, ne maiora & acerbio-
ra perpetiamur mala. Hæc ut uerbis nõ sint pro-
loquuti, tamen animo secũ uoluebant, quũ ista, tũ
istis etiã alia maiora. Verũ nihil horum iustus ille
apud se perpendebat, unũ illud spectãs, quõ pos-
sit redimiri tolerantiæ corona, ac nouã quandam
admirabilemq̃ philosophiam philosophari. Neq̃
enim perinde mirũ erat, si quũ esset solus & abs q̃
comitibus pepercisset illi à quo fuerat læsus, atq̃
nunc est quòd hoc idem alijs præsentibus fecit, eo
quòd militũ illorum præsentia geminum adferat
obstaculum iræ moderandæ. Nobis ipsis frequen
ter euenit, ut quũ statuerimus uindictã remittere,
C & cõmissa cõdonare, pòst ubi uiderimus aliquos
nos irritantes, & ad ultionẽ cõcitantes, mutemus
sententiã, & illorũ dictis obtemperemus. Verum
hoc nõ accidit huic beato, sed etiã post illorũ con-
siliũ & exhortationẽ, perseuerauit animi sui de-
creto. At ne hoc quidem tantum est admiratione
dignum quòd nec aliorũ admonitu dimotus est à
proposito, quod q̃ non est illos ueritus, sed quòd
peregit, ut & illi eandem animi moderationẽ su-
merent. Magnum quidem, si quis suis cupiditati-
bus imperet: sed multò maius est & alijs persua-
dere posse, ut & ipsi mentẽ eandem sumant cum
ipso: alijs, inquam, qui nec modesti sunt homines,
neq̃ temperantes, sed milites, qui multis difficul-
tatibus iam in desperationem erant adducti, à qui
bus paululum respirare cupiebãt, haud ignari nõ
modò totã malorũ dissolutionẽ in hostis nece sitã
esse, uerumetiã plurimorũ bonorũ acquisitionẽ,
quando nihil obstabat quo minus illo trucidato
protinus regnũ transiret ad Dauidem. Attamen
quum essent tam multæ res quæ milites irritabant,
tantũ ualuit ille generosus, ut satellites his omnib.
fuerint superiores, hostiq̃ parcerent. Operæpre-
tium uero est, etiam ipsorum militum audire con-
sultationem, eo quòd exhortationis uersuta ma-
litia, illustrat iusti mentem solidã & inconcussam.
Non em̃ ita loquuti sunt: Ecce qui multa in te mo
litus est mala, qui necem tuã concupiuit, qui nos
immedicabilibus uallauit difficultatibus: Sed ubi
perspexerũt quòd hæc omnia negligeret Dauid,
nec magnã haberet rationem in se cõmissorũ, alle

Universidad de Deusto
Biblioteca

gant illi diuinam autoritatem, deus, inquientes, illum tradidit, quò uidelicet iudiciũ à deo profectum reueritus, promptius iret ad homicidium. Non enim, inquiunt, tuã ipsius uicem ulciscéris, deo subseruis, ac minister es, illius sententiã comprobas. Sed quo magis hæc illi dicebant, eò magis hic pepercit hosti. Intelligebat em quòd deus ideo tradiderat eum, ut ipsi maiores occasiones probãdæ uirtutis suppeditaret. Proinde tu quoq; si quando hostis tuus inciderit in manus tuas, caue putes esse datã ulciscendi opportunitatem, sed seruandi hostis oblatam occasionẽ. Eoq; tum maximè parcendum est inimicis, quũ illi forte uenerunt in potestatem nostram. At hic fortasse dixerit aliquis: Et quid magni, aut quid miri, parcere ei quẽ habes in tua potestate? Cõplures enim & alij reges ad principatum euecti, sese indignũ iudicarunt in tanto regni fastigio ab ijs pœnas exigere, à quibus olim fuerant offensi. Nam ipsa potentiæ sublimitas causam adfert reconciliationis. Verũ in hoc negocio tale nihil posis dicere. Neq; enim Dauid ad principatũ euectus, neq; regnum adeptus, ac Saulem in manibus habens, ita demũ illi pepercit, ne quis causari posit regni magnitudine dilutam fuisse iram: sed quum sciret, fore, ut ille seruatus rursus ad eadẽ rediret, & ipse in grauiora pericula coniiceretur, ne sic quidẽ occidit. Profecto hunc cum illis ne conferendũ quidem duxerimus. Siquidem illi quoniã habent certum tutumq; pignus futuræ deinceps securitatis, meritò parcunt. Hic uero quũ sciret se hostem in suã ipsius perniciem amittere, ac salutem dare inimico, haud tamen illum occidit, idq; quum haberet multa ad eam cædem impellentia. Etenim solitudo regis ob absentiam eorũ qui possent Sauli esse auxilio, dein exhortatio militum, præterea antectorum memoria ac futurorũ metus: Ad hæc q; si interfecisset inimicum, non posset damnari cædis, quodq; post cædem peractã liceret ipsi uiolare legem: Hæc, inquã, cumq; his alia plura urgebant cõpellebantq; gladiũ in illum stringere. Ast horum incitamentorum nulli cesit, sed adamantis inuicti more perstitit, philosophiæ moderationisq; legẽ seruans. Cæterum ne dicas illum nihil eorum sensisse affectuũ quales nos illi per coniecturã tribuimus, sed id quod accidit nõ fuisse philosophiã sed stuporem: considera, q; uehementer exasperatus, sibi temperarit. Siquidem quòd iracundiæ fluctus in animo illius intumuerint, multaq; cogitationũ iactatio concitata fuerit, sed eam tempestatem refrenarit timore dei, animosq; represserit, ex ijs quę facta sunt perspicere licet. Surrexit, inquit, & abstulit orã chlamydis Saulis clanculum. Vides quãta iræ tempestas coorta fuerit? At non processit ulterius, neq; fecit naufragiũ, eo quòd gubernatrix illicò sentiens periculum, uide licet pia ratio, tempestatem uertit in tranquillitatem. Percussit em inquit, Dauidem cor ipsius, ac uelut equũ subsilientem ac ferocientẽ, reuocauit iram. Huiusmodi sunt sanctorũ animæ, priusquã concidant, resurgũt: priusquã ad peccatũ perueniant, refrenant, eo quòd sobriæ sint, semperq; uigilent. Et tamen quantulũ erat interuallum inter corpus & clamydem? Attamen ille seipsum cohibuit, ne progrederet ulterius. Quin insuper & ob hoc ipsum grauiter seipsum cõdemnauit. Percussit em, inquit, illũ cor ipsius, quòd abstulisset extremum chlamydis, dixitq; ad uiros: Nequaquã hoc mihi sit à dño: propitius, inquit, sit mihi, si hoc uoluissem. Ne concedat, unquã ut hoc faciam deus, neq; permittat me ad tantũ deuenire scelus. Quoniam uidebat hanc philosophiã superare pene naturam humanã, cœlestiq; opus habere momento, secq; propemodum collabefactũ ad cædem, precatur ut dñs conseruet illi manũ impollutam. Quid tandẽ hoc animo possit esse mitius? An hũc post hac dicemus hominẽ qui in natura humana uitã præstitit angelicã? Verũ id non passuræ sunt diuinæ leges. Quis enim, obsecro te, facilè sustineat à deo eiusmodi petitionẽ petere? Quid dixi, huiusmodi? Quis sustineret, non precari aduersus eum qui molestus fuisset? Quis hoc, quæso, facile perferret? Nam plericq; mortales eo feritatis abrepti sunt, ut quũ sint adeo imbecilles, ut non queant eum à quo lacessiti sunt ullo incõmodo afficere, deum ad ultionem inuocent, obsecrantes ut ipsis donet ijs à quibus læsi sunt manus inijcere. Hic uero illis omnibus uelut ex diametro cõtraria precando, rogat ne permittat ut manus inijciat, loquens hunc in modum: Ne mihi hoc accidat, ó domine, ut inijciam manũ meã in illum: perinde quasi de filio, ita de hoste loquitur, quasi de prole germana. Neq; pepercit tantũ, uerum & excusationem pro eo componit. Vide uero q; prudenter quamq; sapienter. Siquidem quũ uitã Saulis perscrutans nihil inuenisset boni, ut dicere posit, nõ sum ab illo læsus, nec affectus incõmodo: (protinus enim his reclamaturi erant milites qui aderant, regisq; malitiam experimento cognouerãt) alia ex parte circumibat studens probabilem inuenire excusationẽ. Id quũ nõ posset, nec ab illius uita, nec à factis, ad dignitatem illius confugit dicens: Quoniam Christus domini est. Quid ais, inquiunt? quòd scelestus, quòd sceleribus opertus, ac uitijs innumerabilibus refertus, & in nos extrema cogitans? Non. Sed rex est, sed princeps, sed præsidentiã in nos susceptt. Neq; tamẽ dixit, rex est, sed Christus dñi est, non ab humano honore, sed à cœlesti iudicio sumpto honorifico testimonio. Contemnis, inquit, conseruum tuũ, reuerere dominum. Aspernaris electũ, metue eum qui elegit. Etenim si uulgares istos principes ab imperatore designatos, etiamsi sint improbi, si fures, si prædones, si iniusti, si deniq; quodcũq; aliud fuerint: timemus cũ horrore, nõ propter malitiã despicientes eos, sed propter dignitatẽ illius à quo electi sunt, reuerẽtes: multo amplius id facere cõuenit, in his quos elegit Deus. Nondum, inquit, deus abdicauit illũ principatu, nondũ fecit eum ex rege priuatũ. Itaq; ne inuertamus ordinẽ, neq; rebellemus deo, apostolicũ illud dictũ factis præstantes: Quoniã quisquis resistit potestati, dei ordinationi

1. Reg. 24. b

Rom. 13. d

dinationi resistit. Quicunq; autem resistunt, sibi ipsis accipient damnationem. Non solum appellauit illum, Christũ: hoc est, unctum & regẽ, uerumetiã suũ dominũ uocat. Non est profectò mediocris philosophiæ, hostem honoris & obsequij uocabulis appellare. Atq; id rursus q; sit magnũ, ex his quæ cæteris accidunt, queat aliq; perspicere. Plericq; siquidẽ inimicos suos ne nudis quidẽ ac simplicib. nominib. appellare sustinẽt, sed alijs uocabulis accusationẽ habentibus eos nominãt: puta illum impium, illum insanũ, illum mente captum, illum delirum, illum pestilentẽ, aliaq; multa contexunt, hisq; notis designant hostem. Id esse uerum, exẽplo non eminus petito, sed è proximo sumpto docebo: nimirum ab hoc ipso Saule: qui iustum hunc ob uehemẽs odiũ non sustinuit proprio uocare nomine, sed quum aliquando festum quoddã celebraretur, requirens eũ dicebat, ubi est filius Iesse? Sic aũt appellauit eum, partim odio proprij nominis, partim genitoris humilitatem notãs, sperãs fore, ut hoc pacto iusti fama cõtaminaretur, haud intelligẽs hominẽ nobilẽ illustremq; reddi solere nõ progenitorũ claritate, sed animi uirtute. At non itidem fecit beatus Dauid. Neq; em patris cognomento uocauit illũ, quanq; is quoq; fuit admodũ humilis & cõtemptus: neq; nudo simpliciq; nomine designauit, sed dignitatis & principatus titulo: Vsq; adeò purũ ab omni maleuolentia gerebat animum. Proinde tu quoq; charissime, hunc imitans, illud in primis discito, ne unq; inimicũ famosis nominibus, sed honorificis potius appelles. Etem si os assueuerit eum qui lęsit, honoris obsequijq; nominibus appellare, & animus hæc audiens à lingua doctus, nõ refugiet cum illo redire in gratiam. Nam ipsa uerba remedium erunt optimũ hulceris in corde tumescentis. Hæc nunc loquutus sum, non tantũ ut laudemus Dauidem, sed ut emulemur quoq;. Hanc igitur historiã in suo quisq; corde sibi depingat, contẽplatione ueluti manu assiduè proponẽs oculis, speluncã illã, illã chlamydẽ, ipsum Saulẽ intus dormientẽ somnoq; perinde ut catena uinctum, eumq; qui grauissimè læserat dextræ subiectum, Dauid imminentẽ dormienti, præsentes milites & ad cędẽ adhortantes, beatũ illum philosophantem: hoc est, & illorũ animos, & suã ipsius irã cohibentẽ, eumq; qui tã multa peccauerat excusantem ac defendentẽ. Hæc, inquã, non solum in animo depingamus, uerumetiã in confessibus inter nos assiduè loquamur: has apud uxorem, has apud liberos frequẽter renouemus narrationes. Etenim siue de rege loqui uoles, ecce rex: siue de militibus, siue de re familiari, siue de publicis ciuilibusq; negotijs, uidebis in scripturis horũ omnium magnã copiam. Huiusmodi commemorationes maximam afferunt utilitatẽ. Impossibile est enim, impossibile, inquam, est, animum in hoc genus historijs uersantẽ, à cupiditatib. superari. Ergo ne tempus inutiliter cõsumamus, neue uitam nostrã frustra teramus, in nugis ineptis ac supernacaneis, sed fortiũ uirorum discamus res gestas. De his assiduè disseramus. Quòd si q̃s uoluerit, aut de spectaculis aut de cursu equorũ, aut alioqui de rebus nihil ad te pertinentibus uerba facere: ab illa materia fac eũ reuoces, & in huiusmodi narrationem inducas, quò simul & purgatis animis, & uoluptate q̃ periculo careat delectati, de nicp ipsi mites ac placabiles erga cũctos malè de nobis meritos facti, ex hac uita migremus, & in futuro seculo nullũ habẽtes inimicũ bonis etiam æternis perfruamur, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in omne æuũ, Amen.

MAGNVM ESSE BONVM, NON TANTUM exercere uirtutẽ, uerumetiã laudare, quodq; Dauid magnificentius trophæũ erexerit, parcendo Sauli, q̃ prostrato Goliath: quodq; hæc faciẽs magis profuerit sibi quàm Sauli, deq; excusatiõe ipsius apud Saulem. Des. Erasmo interp.

VOs quidẽ hesterno die laudastis Dauidem ob malorũ tolerantiã, ego uicissim admirabar uestrã erga Dauidem beneuolentiã ac charitatis affectum. Non em oportet expetere modò & æmulari uirtutem, uerumetiã eos qui uirtutem amplectuntur laudibus uehere, & admirandos prædicare, nobis fructum aliquẽ eumq; haud uulgarem affert: Quẽadmodum ex aduerso praui tatem non æmulari tantum, uerumetiam in ea uiuentes laudare, supplicium haud mediocre nobis conciliat: & si fas est quiddam nouũ & admirandum dicere, grauius supplicium manet q̃ illosipsos qui male uiuũt. Id declarãs Paulus postea q̃ omnẽ malitiæ speciẽ enumerasset, accusassetq; oẽs qui leges dei cõculcãt, de illis ipsis mox subijcit, Qui quum dei iustitiã nossent, quòd qui talia faciunt, digni sunt morte, non solũ ea faciunt, sed & cõprobant illa facientes: demonstrans hoc esse grauius illo. Nam collaudare insuper delinquentes, quod ad supplicij pertinet æstimationẽ, longè plus est q̃ delinquere. Idq; iure optimo, propterea quòd hoc suffragium proficiscatur ab animo planè corrupto, & insanabili morbo laborãte. Siquidẽ is qui dum peccat, cõdemnat interim peccatũ suũ, poterit aliquãdo tẽporis progressu ad se redire: cæterum qui laudat malitiã, is seipsum priuauit curatione quã adfert pœnitentia. Proinde meritò Paulus pronũtiauit hoc illo esse grauius. Itaq; sicuti qui praua nõ tantũ faciunt, uerumetiam tales collaudant ac prædicant, eandem aut etiã grauiorẽ pœnam sortiunt: ita qui bonos laudibus uehunt ac suspiciunt, coronarũ illis repositarum fiunt participes. Quod ipsum ita esse, è scriptura licet perspicere. Deus enim ita loquitur Abrahæ: Benedicentibus tibi benedicã, & maledicẽtibus tibi maledicã. Idem in Olympiacis certaminibus accidere uidebit aliquis. Neq; em athleta tantũ coronã gestans, quiq; laborẽ ac sudorem pertulit modò, uerũ et is qui admirat uictorẽ, nõ minimã laudis illius ac uoluptatis partẽ decerpit. Quapropter et ego nõ solũ generosum illũ ac magnanimũ ob animi moderationẽ effero beatũq; prædico, uerũ & uos ob beneuolũ erga illum ani-

Gen. 12. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum. Ille quidē certauit ac uicit, coronāq; tulit: A uos autē quia victoriam collaudastis, non medio crem coronæ laudis q; partē uobis tulistis. Vt igi tur uberior sit uobis ista uoluptas, ac fructus abū dantior, agedū reliquas quoq; huius historiæ par tes uobis persoluamus. Quū historiæ scriptor cō 1.Reg.24.b memorasset uerba, quibus Dauid abhorruit à cæ de, subiecit: Non permisit illis ut surgerent & oc ciderent Saul: simul & illorum animos ad cędem promptos, & huius fortitudinē demonstrare uo lens. At isti sanè qui uidentur per philosophiā ha bere moderatos affectus, etiā si ipsi in se non reci piunt homicidiū, uolunt tamē alios occidere pa rantes cohibere. At nō ita Dauid, sed perinde ac si depositū ac pignus aliquod suæ fidei concredi tum accepisset, pro quo rationē foret redditurus: B ita nō tantū ipse non attigit inimicū, uerūetiam a lios occidere uolētes coercuit, satelles optimus & corporis custos pro hoste factus. Itaq; nequaquā aberrarit à uero qui dicat, Dauidem id tēporis in grauius incidisse discrimē, q; ipsum Saulē. Neq; enim leue certamen periculumq; sustinebat, dum omnibus modis conaē illum ab insidijs eripere, quas ei parabant milites: neq; perinde metuebat, quū ipse esset occidendus, ac formidabat, ne quis militū iræ obsequens perderet hominē: eamq; ob causam eiusmodi cōmentus est excusationē. Atq; illi quidem accusabant, accusabatur aūt Saul dor miēs, sed defendit inimicus, Deus uerò iudex e rat, ac Dauidis sententiā confirmauit. Neq; enim absq; dei præsidio ualuisset illos furentes deuince C re: sed hæc erat dei gratia, in prophetæ labijs resi dens, quæ ueluti suadelā quādam addebat illius uerbis. Tametsi nō leue momentū & Dauid huc attulit, qui quoniā illos superiore tēpore sic instituerat, idcirco in articulo certaminis paratos il los ac morigeros reperit. Præfuerat em illis non ut belli dux militibus, sed ut sacerdos, iamq; spe lunca illa erat ecclesia. Neq; em aliter atq; aliquis episcopi sortitus munus, ad illos concionē habe bat: ac peracta hac cōcione sacrificiū obtulit, idq; admirabile quoddā dictuq; incredibile: haud qui dē mactato uitulo, aut occiso agno, sed quod his erat multo honorificētius, mansuetudinem & hu manitatē offerēs deo, atq; irrationabili animi mo tu mactato, occisaq; iracūdia, uidelicet mortifica- D tis mēbris quæ sunt super terrā. Et factus est idē, tum uictima, tū sacrificus, tum altare. Siquidē & ratio quæ offerebat mansuetudinē atq; humani tatem, & ipsa humanitas ac mansuetudo, deniq; cor in quo offerebantur, omnia erant eiusdem ho minis. Posteaquā igitur hanc immolasset præcla ram uictimā, posteaq; victoriam tulit, neq; quic quam prætermisit quod ad trophæū faciebat, sur rexit tandem horū certaminū materia Saul, & e gressus est è spelūca ignarus omniū quæ gesta fue rant. Egressus est aūt post illum & Dauid, liberis deinceps oculis cœlum intuens, ac tum temporis magis exultans, q; quum Goliath deiecisset, ac Barbari caput amputasset. Siquidem hæc illa ma gnificētior erat uictoria, hæc magnificētiora spo- lia, hæc præda illustrior, hoc glorioſius trophæū. Siquidem illic & funda & lapidibus & acie habe bat opus. Hic uero cūcta prudentia rationeq; per acta sunt, ac sine armis contigit uictoria, atq; in cruentū trophæū erectum est. Itaq; redijt, nō Bar bari illius caput gestās, sed animi commotionem mortificatam, sed iram eneruatam. Neq; hæc spo lia reposuit Hierosolymæ, sed in cœlo inq; supe na illa ciuitate. Nūc haudquaq; in choris obuiam ueniebant fœminæ excipiētes illum cū laudibus: sed angelicus populus è sublimi applaudebat, ad mirans eius philosophiā & humanitatē. Ascēdit enim hoste uulneribus innumeris sauciato, ut qui tametsi seruasset Saulem, tamen illum reuera hos tem diabolum multis plagis confixit. Quemad modum enim nobis per iracundiā inter nos pu- B gnantib. & mutuo conflictu collisis, ille tum gau det, tum floret: ita nobis pacem habentibus & cō cordibus, iræq; moderantibus, rursus cōtrahitur ac dejcitur, nimirū hostis pacis, inimicus cōcor diæ, & inuidiæ pater. Egressus est igitur Dauid, dextrā illam totius orbis pretio parē, simul cū ca pite coronatā gestans. Quemadmodū enim sæpe numero fit, ut imperatores eorū qui egregiè sese in pugilū certamine, aut in reliquis certādi gene ribus gesserunt, ante caput coronēt dextrā: ita & deus manū illam coronauit, quæ gladiū purū po tuerit educere, ensemq; deo nullo sanguine cōta minatū ostendere, deniq; aduersus tantā iracūdię procellā resistere. Nō egressus est gestans Saulis C diadema, sed egressus est gestans coronam iusti tiæ. Non egressus est gestans regis purpuream ue stem, sed egressus est amictus humanitate, natu rā humanā superante, quod palliū est quauis sto la magnificētius. Egressus est è spelunca, tanta cū gloria, cū quanta tres pueri egressi sunt è camino ardente. Nā quemadmodū illos nō exusit ignis, ita hic nō cōflagrauit iræ incēdio. Et illis quidē fo ris nihil ignis in quo uersabanē nocuit: hic uero quū intus haberet carbones accēsos, quū foris ui deret diabolū caminū incēdentē, idq; uarijs mo dis, ab inimici cōspectu, ab exhortatiōe militū, à facilitate perficiēdi cædem, à solitudine eorū, qui Sauli possent auxiliari, à præteritorū memoria, à futurorū periculorū metu: siquidē hæc & sarmen tis, & stipulis, ac cæteris omnibus quibus caminus ille Babylonius incendebatur, lucidiorem excita bant flammā: tamen nō exarsit Dauid, neq; ullo pacto sic fuit affectus, quēadmodū cōsentaneum erat hominē affici tot modis iritatū: sed exiuit pu rus, & intuitus inimici faciē, hinc maximè sum psit animū fortē ac philosophicū. Cum enim uide ret illum manere immobilē, neq; quicq; posse fa cere, cū animo locutus est Dauid. Vbi nunc ille furor? ubi illa malitia? ubi tot technæ, tot insidiæ? Abierunt omnia illa, perierūtq; exigui somni in cursu. Iacet alligatus rex, quum nihil horum nos neq; cogitauerimus, neq; perfecerimus. Consp- ciebat illum dormientē, ac de morte omnibus cō muni philosophabatur. Somnus em nihil aliud est, quàm mors tēporaria, & unius diei interitus.

Haud

Haud intempestiuum fuerit, si quis hic memine- A
Dan.4.c rit etiam Danielis. Quēadmodum em ille ascēdit è lacu superatis feris leonibus, itidem hic è specu prodijt, alijs bestijs longè sæuiorib. deuictis. Nam sicut iusto illi leones hinc atq; hinc dissidebāt, ita hunc omnibus leonib. efferatiores ac ualidiores a nimi motus inuaserūt, hinc indignatio de præteri tis, hinc futurorū metus: uerū horū utrūq; hic co ercuit, ora bestijs occludens, ipsis factis docēs, ni hil esse tutius q; parcere inimico. Contrà nihil pe riculosius, q; uelle ulcisci ac uindictā sumere. Al ter igitē qui statuerat inuadere, nudus & inermis, omnibusq; destitutus auxilijs, non aliter q; capti uus in manus inimici traditus iacebat: hic uero dum cedit, & ubiq; dat locum, dumq; ne iustè qui dem uult manus inijcere, sine machinis, sine ar- B mis, sine equitatu, sine militibus, hostem in pote statē suam recepit, & quod est omniū maximum, deum erga se beneuolentiorē reddidit. Nō enim eò beatū prædico sanctū illum, quòd hostem ui derit sub pedibus suis iacentē, sed quòd illi in ma nus dato pepercerit: quorū alterū fuit opus diui næ potentiæ, alterū Dauidicæ philosophiæ. Quo modo milites deinceps illum obseruasse cōsenta neū est, quāta erga illum beneuolentiæ fuisse affe ctos? Nā si mille habuissent uitas, an nō prompte impendissent pro suo duce, iam ex reuerentia q; hosti præstitit re ipsa perspectū habentes, q; bene uolum animū gereret erga suos? Cæterū qui mi tis ac mansuetus est in eos à quibus molestia affe- C ctus est, multo magis erit erga beneuolos eum af fectum gesturus: quæ profectò res fuit illi maxi mum securitatis pignus. At non in ipsum modò beneuolentiores erāt, uerūetiam aduersus hostes prōptiores: quòd scirēt se deū habere propugna torē, qui semper adesset duci, omnes illius actiones prosperans. Idcirco postea Dauid, non iam ut ho mini, sed ut angelo parebāt. Itaq; Dauid & priusquā deus ipsi mercedem repēderet, etiā in hac ui ta maius accepit præmium, ac illustriorē tulit uictoriā seruato Saule, q; si eum mactasset. Quod enim tanti pretij lucrifecisset præmium occiso ho ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Hæc igitur & tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te læsit, mul to esse maius ac lucrosius parcere q; perdere. Si quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se D se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam, dumq; in singulos dies, & singulas horas, à pec cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre uiq; tempore uicit affectus suos, pòst exultat ac delectatur optima spe fultus, ac tolerantię brabia expectans à deo. Quòd si quādo in aliquod acer bum inciderit, multa cum fiducia præmium à deo reposcet: quemadmodum & hic magna miraq; in hostem exhibitæ reuerētiæ præmia deinceps diui nitus recepit. Sed quæ sequuntur uideamus. Exi uit Dauid è spelunca, post Saulē, clamauitq; post
1.Reg.24.b illum ita dicēs: Domine mi rex. Et respexit Saul post tergum suum, & uidit Dauid in facie prostra tum in terram, & adorauit eum. Hæc non minus adferūt ornamēti Dauidi, quàm seruatus hostis. Neq; enim uulgaris erat animi, non inflari bene ficijs in proximum collatis, perinde ut mancipia superciljs adductis despiciędo quos beneficio iu uarint. At nō ita beatus Dauid, quin potius, post 1.Reg.18.b impensa beneficia, pleniore mensura effudit be neficentiā. Nihil autem eorum quæ præclarè ge sta fuerāt suæ ipsius industriæ ferebat acceptum, sed totū diuino muneri adscribebat. Eoq; qui ser uarat, idem adorabat seruatum: rursumq; regem nominat, uidelicet ob illius dignitatem animi tu morem reprimens, iramq; mitigans, & inuidiam submouens. Audiamus porrò & excusationem ipsam. Quur audis uerba populi dicentium tibi, ecce Dauid quærit animā tuā? Et tamen qui hanc conscripsit historiā prius dixit, quòd totus popu- B lus esset cum Dauid, quodq; gratiosus esset in o culis seruorum regis, & quòd principis filius uni uersusq; exercitus animo starent à Dauide. Quo pacto igitur hic ait fuisse qui deferrent ipsum, ac Saulem in eum prouocarent? quum nō aliorum instinctu, sed ipse ex propria mente malitiā hanc peperisset, ut bellum gereret cū iusto: idq; decla rauit qui uolumen conscripsit, quum ait, è laudi bus Dauidis natam esse inuidiā, quodq; progre diens creuisset indies. Quā igitur ob causam, cri men transtulit in alios, dicens: Quur audis uerba populi tui, dicētium, ecce Dauid quærit animam tuam? nisi ut illi præbeat occasionem excutiendi malitiam. Hoc nimirum & parētes sæpenumero faciunt erga filios, dum quispiā corripiens filium suum corruptū, multaq; operatū mala, quanuis si C bi persuasum habeat, illum ex propria malitia ad perditos mores exorbitasse, frequēter tamē in a lios culpā reijcit, ita loquēs: Noui nō fuisse tuum delictum, sed alij te corruperunt ac seduxerūt. Il lorum est totū hoc peccatū. Nam hæc audiens fi lius poterat paulatim à malitia respiscēs facilius ad bonā frugem reuerti, dum pudefit erubescitq;, hac laude uideri indignus. Idem fecit Paulus scri bēs Galatis. Post multos illos ac prolixos sermo nes, postq; non cōmemorādas accusationes, qui bus illos accusarat, sub epistolæ finem uolens ab illis amouere culpā, ut aliquātulum à crimínibus recreati ad excusationē uenire queant, hūc in mo dum loquitur: Ego confido de uobis, quòd nihil Gal.5.b aliud sentietis. Cæterum qui uos perturbat, feret iudiciū quisquis ille fuerit. Itidem fecit & Dauid 1.Reg.24.b hic: cū enim ait, Quur audis uerba populi dicen tis, ecce Dauid quærit animā tuā, indicat, alios es se qui prouocarent, alios qui animū illius infice rent, modis omnibus studens illi porrigere excu sationis occasionē. Mox suā ipsius causam agens ait: Et ecce uiderūt oculi tui hodie, quòd tradide rit te dominus in manus meas in spelūca, quodq; noluerim occidere te, sed pepercerim tibi dixe rimq;: Nō inijciā manū meā in dominū meū, quo niā Christus domini est. Illi quidē, inquit, uerbis calumniantē, at ego re ipsa me purgo, ipsisq; factis depello crimē. Mihi nihil opus est uerbis, quum ipse rerum exitus quauis oratione clarius possit te docere. Qui porrò illi, & quis ego? & qūo facta

est ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est aduersum me mẽdax delatio & calumnia? Ha A rum rerũ non alium, sed temetipsum testẽ inuoco, teipsum, inquam, qui meo beneficio seruatus es. Sed quomodo potuit Saul harũ rerũ esse testis, qui quũ hæc fierent dormiebat, ac neq; uerba audiuit, neq; Dauidẽ uidit tum præsentẽ, neq; cũ militibus colloquentẽ? Quomodo igit ut euidẽs esset declaratio, ad testimoniũ nõ citat eos, qui id tẽporis cũ ipso fuerant? Nã Saul suspectũ habuisset eorum testimoniũ, eosq; iusto gratificantes ea loqui putasset. Quòd si ratiocinationibus ac probabilibus argumentis tentasset excusare sese, futurũ erat ut minus ipsi crederet, quippe iam corrupto iudicis animo. Quomodo em̃ is qui tot beneficijs affectus nihilo secius bello persequebat nihil cõmeritum, suspicari potuisset, quòd aliquis B iniuria affectus, eum qui fecerat iniuriã nactus in manus, pepercisset? Plerunq; enim uulgus hominum ex suo animo de alijs iudicat: Velut qui assiduè inebriat, haud facile credere posset esse quẽ piam hominẽ sobriè frugaliterq; uiuentem. Qui scortis indulget, etiam pudicè uiuẽtes habet pro incontinentibus. Rursus qui res rapit alienas, nõ facile persuadebitur, esse homines qui sua quoq; profundant. Similiter & hic semel occupatus ira, haud quaquã facilè credidisset esse hominẽ usque adeò suis affectibus superiorẽ, ut nõ modò nihil læderet, uerũ & eum qui leserat seruaret. Quoniã igitur & animus iudicis erat corruptus, & testes si producti fuissent in suspicione erant futuri, cõ- C silio prudenti reperit probationẽ quandam, quæ posset & uehementer impudentibus obturare os. Quẽnam est hæc? Lacinia chlamydis quam indutus dicebat, ecce lacinia chlamydis tuæ in manu mea, quam abstuli, nec occidi te. Mutus quidem testis, sed omnibus uocẽ habentibus euidentior. Neq; em̃ si non fuissem, inquit, proximus, ac corpori tuo uicinus stetissem, potuissem chlamydis amputare partẽ. Vides quantũ sit ortũ boni ex eo quòd initio cõmotus fuerat Dauid? Nisi enim ad iram cõmotus fuisset, neq; philosophiã hominis cognouissemus, sed plerisq; quod accidit, stupor potius fuisset uisus q̃ clementia, neq; chlamydis partẽ amputasset. Quòd si nõ amputasset, nõ poterat alijs argumẽtis inimico fidẽ facere. Nunc uero, quoniã & cõmotus fuit, & amputauit, fuę pro D uidẽtiæ certissimũ præbuit argumentũ. Quoniã igitur hunc in modum uerũ & indubitabile testimoniũ exhibuit, ipsum mox inimicũ, & iudicẽ & testem facit suæ erga regẽ reuerẽtiæ, loquens hũc in modũ: Cognosce & uide hodie quòd nõ est in manu mea iniquitas, neq; contemptus tui, & alligas animã meã ut capias eam. Hinc uel maximè quis admirari debeat illius magnanimitatẽ, quòd non sumit excusationẽ nisi ab ijs quæ eo die acci- 1.Reg.24.c derãt. Nam hoc innuit quũ ait, Cognosce & uide hodie. Nihil em̃ loquor de anteactis: Mihi ad probationẽ satis est hic dies: tãetsi poterat multa magnaq; enumerare beneficia, quæ prius in illũ contulerat, si uoluisset: poterat cõmemorare singulare certamen, quod cum Barbaro susceperat, ac dicere: Quũ bellum Barbaricũ ceu diluuiũ quoddam uniuersam ciuitatem esset dissipaturũ, consternatis uobis ac metu trepidis, quotidieq; mortem expectantibus, ego accedens adeò nemine compellẽte, ut tu quoq; prohiberes ac retineres, dicẽs: non poteris ire, quoniã puer es, ille aũt uir bellator à iuuentute sua: non me continui, sed unus pro om̃ibus insilij, hostem excepi, caput amputaui, ac ueluti torrentis impetũ quendã, Barbarorũ illorũ insultus depuli, rempublicã uacillantẽ constabiliui, ac per me tu quidẽ regnũ ac uitã, cæteri uero omnes præter uitã, ciuitatem ac domos, liberos & uxores obtinent. Ac post illud rursus trophæũ, & alia bella quæ fortiter ac feliciter gesserat commemorare, hoc non inferiora. Adhæc B quòd quũ semel atq; iterum, imò sæpius tentasset ipsum è medio tollere, lanceamq; in caput illius torsisset: nõ tamẽ meminit malorũ, neq; refricuit, quòd post illa gesta, quũ Saul deberet prioris pugnæ reddere præmia, poposcit dotẽ, non aurum, non argentũ, sed cędem & exitiũ ipsius. Ac ne id quidẽ abnuit Dauid. Nec ista tantũ, sed his etiam multo tum plura tum maiora dicere poterat. Verũ nihil horũ dixit, neq; ei erat animus illi exprobrare benefacta, sed tantũ persuadere, se esse unũ ex eorũ numero, qui ipsum & amarent & reuerentur, nõ qui rebellionẽ aut insidias moliretur. Eoq; prætermissis illis om̃ibus, tantũ quod eo acciderat die, in excusationẽ adduxit. Vsq; adeò purus erat, & ab omni inani gloria immunis, nec a- C lió respexit, q̃ ad unius dei uoluntatem. Deinde ait, Iudicet dominus inter me & te. Hoc uerbũ dixit, nõ quòd cuperet puniri Saulẽ, aut de illo pœnas sumi, sed ut illi formidinẽ iniiceret, uẽturę cõdemnationis cõmemoratione: neq; ut timorẽ incuteret tantũ, uerũ ut seipsum à criminis suspicione purgaret. Præcipuam quidem, inquit, probationem ex ipsis habeo factis: quòd si non credis, ipsum deum inuoco testem, qui & cuiusq; mentis arcana nouit, & scrutari potest consciẽtias. Hęc autẽ locutus est, declarans, quòd nequaq̃ auius fuisset appellare iudicẽ illum cui nõ potest impothough, & in sese condemnationẽ accersere, nisi certissimũ haberet, quòd ab omni insidiarũ crimine purus esset, quodq; ea quæ dicebat non essent cõiecturæ, sed simul & sese purgare cupiens, & illum ad sobrietatem reuocare, illius iudicij fecit mentionem. Atq; illa quidem quæ iam gesta fuerant, suffecissent ad innocentiæ declarationẽ: non minus autẽ his & illa quæ postea acciderunt, huius rei fidẽ facere possunt. Nam quũ rursus Saul incidisset in manus ipsius, post datã salutẽ imminens illi, & occidere uolens, quumq; posset hostẽ cum uniuerso exercitu cõcidere dimisit illũ integrũ & incolumẽ: tidq; quum sciret morbũ regis immedicabilem esse, neq; illum unquã hostilem in se animum positurũ, submouit sese ab oculis illius, & apud alienigenas ac Barbaros uitam agebat, seruitutem seruiẽs, honore priuatus, pudore suffusus, labore ac miseria sibijpsi parans ad uictũ necessaria. Atq; nõ hoc tantũ est quod miremur, sed illud quoq;

quoq;, quòd posteaq̃ audierat regem in acie ceci A disse, & discidit uestimenta sua, & cinere conspersus est, & eo luctu luxit, quo quis lugeret amisso primogenito germanoq; filio: subinde nomen illius inclamans, unà cum filij nomine, compositio etiã in defuncti laudem encomio: ac uoces acerbi doloris testes emittens, impastus durauit usq; ad ueſperam, execrans & ipsa loca, quæ Saulis san- 2.Reg.1.d guinem exceperant. Montes, inquit, Gelboe, ne cadat super uos neq; ros neq; pluuia, mõtes mortis, quoniam illic sublata sunt tabernacula potentium. Quod sæpenumero patres faciunt, ut domum etiam auersenẽ, & limen dolenter aspiciant per quod extulere filiũ: hoc & hic fecit, eos montes deuouens, qui cædem illam acceperant. Odi, inquit, ipsum etiã locũ, propter mortuos illic pro B stratos. Ne igit irrigemini posthac cœlestibus pluuijs, quia semel irrigati estis amicorũ meorũ sanguine: eaq; nomina subinde repetebat ita loquẽs: Saul & Ionatha, amabiles ac speciosi, qui ut in uita sua non fuerant disiuncti, ita nec morte sua separati sunt. Quoniã enim præsentia illorũ corpora nõ licuit amplecti, nomina illorũ cõiuncta cõplexus est, suũ dolorẽ hisce modis quatenus licuit leniens, & calamitatis magnitudinẽ mitigãs: præterea quoniã uulgo malũ putabat insanabile, ambos eodem cecidisse die, hoc ipsum arripuit in cõsolationis argumentũ. Nam quod ait, in uita sua non fuerant disiuncti, nec in morte sunt separati, uerba sunt nil aliud agentis, q̃ ut hoc cedat in solatiũ doloris. Iam em̃, inquit, nõ potest dici, quòd C filius orphanũ esse se lugeat, neq; quòd pater orbitatẽ suam deploret. Verũ quod nullis, inquit, obtigit, illis contigit, uidelicet uno eodemq; die è uiuis eripi neutro alteri superstite. Existimabat enim uitã iniucundam fore, si alter ab altero fuisset diutulsus. Commouemini ne nunc, lachrymamini ne nunc, & animo perturbamini? Equidem usq; ad lachrymarũ effusionẽ mutabiles facti sunt oculi uestri. Nunc mihi quisq; recordetur inimici qui læsit, dolore etiamnũ in animo æstuante, atq; hunc & uiuũ obseruãtia prosequat, & uita defunctum deploret, haud quidẽ ad ostentationẽ, sed ex animo ueroq; corde, etiã si quid perferendũ sit incõmodi. Ne quid offendat eum qui læsit, om̃ia D tum faciat, tum patiatur, magna à deo expectans præmia. En hic noster Dauid, etiã regnũ adeptus est, nec tamẽ inquinauit cæde manus, sed dextrã habens purã, sic corona redimitus est, sic ad thronum ascendit, honesti nominis argumentum gestans, purpura ac diademate magnificentius, uidelicet quòd hosti pepercisset, quòd eundem extinctũ luxisset. Atq; ob hęc, non uiuus modo, sed & mortuus hominum memoria celebratur. Qua propter ô homo si cupis & hic perpetuam consequi gloriam, & illic solidis perfrui bonis, huius iusti uirtutẽ imitare, huius æmulare philosophiam, ostende factis ipsis hanc iniuriarum tolerantiam, ut eosdem cum eo labores sustinens, eadem cum hoc bona consequaris. Quæ utinã contingat nobis omnibus adipisci, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre unà cum sancto spiritu, gloria, imperium, honos nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

PERICVLOSVM ESSE ADIRE SPEctacula, quodq; ea res adulteros perfectos facit, & hinc discordia bellumq; nascatur: tum quòd omne tolerãtiæ genus Dauid in his quæ fecit erga Saulem superarit: postremò quòd rapinã æquo animo ferre, nõ minor uirtus sit q̃ largiri eleemosynam. Def. Erasmo interprete.

Quidem arbitror multos ex his qui heri nos destituerãt, & ad iniquitatis spectacula discesserãt, hodie præsentes esse; optarim autem istos qui sint, palam nosse, ut eos à sacris uestibulis arceam, nõ ut perpetuò foris maneant, sed ut correcti denuò redeant. Quandoquidem & patres filios delinquẽtes frequenter ex ædibus exigunt & à mensa submouent, non ut semper illinc exulent, sed ut hac correptiõe redditi meliores, cum debita laude in paternum redeant contubernium. Idem sanè faciunt & pastores, dum oues scabie oppletas à sanis segregant, ut misero morbo leuatæ, denuò tutò ad sanas reuertant, potius q̃ ægrotæ gregem uniuersum suo illo morbo impleant. Has ob res cupiebamus & istos nosse, sed quãuis eos oculis dignoscere nõ ualeamus, uerbũ tamen dei filius eos prorsus agnoscet, correptaq; illorũ conscientia facilè persuadebit ut sua sponte uolentesq; redeant, docens quòd ille solus sit intus, qui mẽtem hac exercitatione dignã largiat: ueluti cõtrà, qui corruptè uiuens huius congregationis particeps est, etiãsi corpore hic astiterit eiectus est, ueriusq; submotus est, q̃ hi qui sic foras excluſi sunt, ut nondũ liceat illis sacræ mensæ participes esse. Siquidem illi secundũ diuinas leges expulsi, foris q; manẽtes hactenus spei bonæ sunt, si modò uelint corrigere delicta sua. Per ecclesiam eiecti sunt, possunt denuò cũ pura cõscientia reuerti. At qui se ipsos contaminant, & admoniti ne prius intro eant, donec maculã è sceleribus cõtractam repurgarint, dein pudet agere pœnitentiã, hulcus animi reddũt acerbi? ac maius. Neq; em̃ tã graue est delinquere, q̃ post delictũ de remedio erubescere, nec parere sacerdotib. talia iubẽtibus. Et quid hic, inquiunt, adeò magni sceleris cõmissum est, ut ab istis sacris cancellis arcẽdi sint: Imò quod delictum his grauius quæris? quum seipsos planè adulterio cõtaminarint, impudenter ac rabiẽtium more canũ, ad sacrã hanc mẽsam irruunt? Quod si auetis adulterij modũ cognoscere, nõ mea uerba uobis referã, sed illius qui de tota hominis uita iudicaturus est: Qui uiderit, inquit, mulierẽ ad Matt. 5.d cõcupiscendã illã, iam mœchatus est eã in corde suo. Quòd si mulier spõtè ac fortè in foro obuia, & neglectius culta sæpenumero curiosius intuentẽ cepit ipso uultus aspectu: isti qui nõ simpliciter neq; fortuitò, sed studio & tãto studio, ut ecclesiã quoq; contẽnant, & hac gratia pergũt illuc, ac totum ibi desidẽtes diẽ in facies fœminarũ illarũ nobilium defixos habent oculos, qua frõte poterint

dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicere, quòd eas nō uiderint ad concupiscēdum: ubi uerba quoq; accedūt fracta lasciuaq;, ubi cantiones meretriciæ, ubi uoces uehementer ad uoluptatem incitantes, ubi stibio picti oculi, ubi coloribus tinctæ genæ, ubi totius corporis habitus fucorum impostura plenus est, aliaq; insuper multa lenocinia ad fallendos inescandosq; intuētes instructa: ubi socordia spectantium multaq; confusio, & hinc nascēs ad lasciuiā exhortatio, tum ab ijs qui spectaculis interfuerunt, tū ab illis qui quę uiderunt in spectaculis, post alijs enarrant. Accedunt huc iritamēta per fistulas ac tibias aliaq; huius generis modulatio, in fraudem illiciens mentisq; robur emolliens, ac meretricū insidijs delectatione præparans illic desidentium animos, effi ciensq; ut facilius capiant. Etenim si hic ubi psalmi, ubi diuinorū uerborum enarratio, ubi dei metus multaq; reuerentia, frequenter ceu latro quispiam uersutus clàm obrepit concupiscētia, quomodo qui desident in theatro, qui nihil sani neq; audiūt, neq; uident, qui undiq; obsidionē patiuntur per aures, per oculos, possint illam superare concupiscentiā? Rursum si non possunt, quomodo poterint unquā ab adulterij crimine absolui? Tum qui nō liberi sunt ab adulterij crimine, quomodo poterunt absq; pœnitentia ad hæc sacra uestibula accedere, huiusq; præclari conuentus esse participes? Quapropter equidem hortor rogoq; ut prius confessione ac pœnitentia, alijsq; remedijs omibus sese à peccato ex theatricis spectaculis contracto, perpurgent, atq; ita diuinos audiāt sermones. Neq; enim hic mediocriter à nobis delinquitur, id quod uel ab exemplis cuiuis perspicuè uidere licet. Nam si famulus in arculā ubi herilia uestimenta pretiosa aureaq; recondita sunt, seruilē tunicā sordibus ac multis pediculis refertam imponat: agè, dic mihi, num eam contumeliam æquo animo ferres? Quid autē si quis in uasculum aureum, in quo semper unguenta seruari consueuerint, stercus ac cœnum infundat: an nō & plagas infligeres qui scelus hoc cōmisisset? Et post hæc, scriniorū ac uasorū, uestium & unguentorum tanta cura solicitabimur, animam uero nostram, omnibus istis uiliorē esse putabimus? atq; ubi spiritus insusum est unguentū, eò diabolicas pompas immittemus? eò fabulas Satanæ, eò cantilenas meretriciæ turpitudinis plenas? Agedum dic mihi, quo animo ista feret deus? Atqui nō tantum est discrimen inter unguentum & cœnū, inter uestes heriles & seruiles, quantū est inter spiritus gratiā, & istam peruersam actionē. Non metuis, nō expauescis, dum oculis quibus illic lectū qui est in orchestra spectas, ubi detestandæ adulterij fabulæ peraguntur, ijsdem hanc sacrā mensam intueris ubi tremenda peraguntur mysteria? dum ijsdem auribus audis & scortū obscœnè loquens, & prophetā apostolūq; ad arcana scripturæ introducentē? dum eodem corde, & lætalia sumis uenena, & hanc hostiam sanctam ac tremendam? An nō hæc sunt uitæ subuersio, coniugiorū corruptelæ, bella pugnæq; & rixæ in domibus?

A Quum em̄ spectaculis illis dissolutior ac mollior lasciuiorq; omnisq; pudicitiæ hostis factus, domū redieris, uxoris aspectus minus erit iucūdus, qualiscūq; etiā illa fuerit. Siquidem inflammatus illa cōcupiscentia quam in spectaculis hausisti, & ab illa noua spectatiōe, quæ te demētauit captus, sobriam ac modestam uxorē, uictuq; plebeio contentam despicis, contumelia afficis, innumerisq; probris operis: non quòd quicq; habeas quod in illa culpes, sed quòd erubescas cōfiteri morbum, quòd pudet uulnus ostendere quo in spectaculis sauciatus redisti domū: alias nectis causationes, iniquas inimicitiæ quærēs occasiones, omia quæ domi gerenda sunt fastidiens, & ad scelestam illam & impuram inhians concupiscentiam, à qua uulnus accepisti: dumq; sonitū uocis geris in auribus tinnientē, cumq; his, uultus, motus, breuiter omnia illa meretriciæ libidinis simulachra, nihil eorū quæ domi sunt cum uoluptate intueris. Et quid loquor de uxore aut familia, quando ipsam etiā ecclesiā postea minus libēter uisurus es, cum tædio audies sermonem de pudicitia deq; modestia? Neq; enim iam ea quæ dicuntur tibi pro doctrina sunt, sed pro accusatione, teq; paulatim in desperationē adducent: tandem & abrumpes teipsum à disciplina ad publicā omnem utilitatē adhibita. Quapropter rogo uos omes ut & ipsi praua in spectaculis cōmoratiōes uitetis, & alios ab his deductos retrahatis. Quicquid enim illic geritur, non est oblectatio, sed pernicies, sed pœna, B sed supplicium. Quid prodest illa temporaria uoluptas? dum hinc perpetuus nascit̄ dolor, dumq; nocte pariter ac die à concupiscentia stimulatus omnibus molestus es & inuisus. Excute igitur teipsum, reputās qualis fias ab ecclesia rediens, rursus qualis à spectaculis, atq; hos dies cum illis conferas: id si feceris, nihil opus erit meo sermone. Satis enim fuerit, hūc diem cum illo comparasse, ad ostendendum & q̄ magna sit hinc utilitas, & quāta sit illinc noxa. Hæc nunc ad uestram charitatē dicenda putaui, nec unq; dicere cessabo. Sic etem̄ & eos qui huic morbo obnoxij sunt, admonebimus: & qui sani sunt, confirmabimus: utriscq; em̄ fuerit utilis hæc oratio, alteris quidem ut desistant, alteris uero ne incidant. Cæterū quo C niam oportet & increpationem esse moderatam, hic admonitioni finem imponendo, quæ de superiore restant argumento persoluemus, redeuntes ad Dauidem. Siquidē hic pictoribus mos est quoties imaginem aliquā ad uiuum expressam absoluere cupiunt, non unum tantū diem ac duos, sed & complures dies assident ijs quos effingunt, ut assidua contēplatione citra errorem exacteq; formarum exprimant similitudinem. Itaq; & nos nō corporalis formæ imaginem, sed animi pulchritudinem, ac spiritualem decorē cupimus uobis hodie proponere, ipsum uidelicet Dauidem, ut omnes in eum intuentes, in suum quisq; animū imitatum referamus pulcherrimū, huius iusti imaginem, māsuetudinis, tranquillitatis, in summa, uirtutum omnium. Etenim si corporis imagines nō-

nullum

nullum intuentibus solatium adferunt, multo magis idem facient mentis imagines. Atq; illas quidem non licet ubi uis intueri, sed eodem in loco consistas oportet: hāc uero nihil uetat quò minus quocunq; uelis tecum circumferas. Nam posteaquàm eam in animi penetralibus reposuisti, ubicunq; locorum fueris, poteris contemplari, plurimumq; ex ea utilitatis capere. Et quemadmodū qui laborant ab oculis, si spongias ac uestium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiūt morbi leuamen: similiter & tu, si Dauidis imaginem præ oculis habeas, & in hanc assiduè defigas oculos, etiam si millies obtundet ira, mentis oculum perturbans, ad hoc uirtutis exemplar respicies, perfectam cōsequeris sanitatem, puramq; animi philosophiam ac tranquillitatē. Ne quis igitur mihi dicat, inimicum habeo scelestum, improbum, coruptum, incorrigibilem. Quicquid dixerit, non est tamen Saule deterior, qui semel & iterū, imò sæpius seruatus à Dauide, quum ipse mille modis illi struxisset insidias, tamen pro tot beneficijs acceptis, perseuerauit in sua malicia. Quid igitur habes quod incuses inimicum? Quòd terræ partem ademit, quòd in agris fecit iniuriā, quòd domus limites transgressus est, quòd mācipia tua rapuit, quòd uim attulit, quòd tua præter ius occupauit, quòd ad paupertatem redegit? At nondum eripuit uitam, quod molitus est Saul: quòd si & uitā eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, nō semel atq; iterum, non sæpius, quemadmodum fecit Saul. Quòd si etiam semel, si bis, si ter, si sæpius hoc tentauit, at non tot affectus abs te beneficijs, at non quum semel atq; iterū incidisset in manus tuas, seruatus est. Et si hoc quoq; factū est, sic etiā rursus superat ipse Dauid. Neq; em̄ paria sūt, sub uetere lege degentem & nūc post illustratā euangelij gratiam talia condonare gratis. Non audierat Dauid parabolam de decem milibus talentorum, neq; de centum denarijs. Non audierat precationem dicentem, Remittite hominibus debita ipsorum, quemadmodū & pater uester cœlestis: non uiderat Christum crucifixū, non uiderat effundi pretiosum illum sanguinē, nec audierat innumerabiles domini sermones de refrenādis animi cupiditatibus. Non contigit illi gustare talem D hostiā, neq; particeps fuerat sanguinis dominici, sed legibus imperfectioribus educatus, neq; tale quicquā exigentibus, tamen ad euangelicæ philosophiæ fastigium peruenit animi moderationē. At tu frequenter præteritarum iniuriarū memoria offenderis, hic uero quum & de futuris metueret, certo sciens fore ut si hostem seruaret, & ciuitate exularet, & uitam egenā calamitosamq; ageret, non destitit tamen illius habere curam, sed omnia fecit, hunc talem hostem fouens. Quis commemorare ualeat tolerantiā hac maiorem? Porrò ut non tantum ex præteritis, uerum ex his quoq; quæ nunc fiunt discas fieri posse, ut cū quouis homine animū in te hostilem gerente redeas in gratiam, quid leone sæuius? Et tamen hunc cicurem A mansuetumq; reddunt homines, arte naturam superantes: sitq; quauis ouemitius animal bestijs omnibus immitius regaliusq;, adeo ut per forum ambulet, neminem expaueſcens. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabimus ueniam, si quum feras bestias cicuremus, negauerimus homines unquam posse placari, beneuolosq; erga nos reddi? Atqui bestiæ quidem præter naturam est esse mansuetū, homini uero præter naturam est feritas. Ergo quū in illis naturam uincamus, qua fronte nos excusabimus, si in homine causemur, animi propositū non posse corrigi? Quòd si adhuc cōtendis, illud dixerim, quanuis insanabili morbo ægrotet homo, quò plus fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior, si assideas, curans immedicabili morbo laborantem. Vnū B igitur illud spectemus, nō, ne quid mali patiamur ab inimicis, sed qua ratione fieri possit, ne quid illis mali faciamus. Ita nihil patiemur mali, etiamsi innumera perferamus mala: quemadmodū nec Dauid, dum eiscitur, dum in exilium agitur, dum usq; ad uitæ discrimen insidijs appetitur, quicquā acerbi passus est: quin potius tū hoste suo factus est illustrior honorabiliorq;, tum cæteris omnib. amabilior, idq; non hominibus tantum, sed ipsi etiam deo. Quid enim detrimenti cœpit sanctus ille, quum tam multa perpeteretur à Saule? An non in hodiernum usq; diem canit̄, illustris in terra, illustris in cœlo? An non illum inenarrabilia manent bona, nónne cœlorum regnum? Rursus C quid commodi cœpit infelix ille ac miser, tot insidias molitus Dauidi? Nónne regno excussus est? 1.Reg.ult.b
Nónne miserāda morte periit unà cū filio? Nónne ab omnibus uituperatur? & quod his grauius est, æterna luit supplicia. Postremo quid tandem est quod incusas, quamobrem nō uis cum illo redire in gratiā? pecunias eripuit? sed si fortiter perferas rapinam, tantundem accipies mercedis ac si eas in manus pauperū reposuisses. Siquidem & qui dedit egenis, & qui aliena usurpanti, neq; parat illi insidias, neq; male precatur, ambo propter deum id faciunt: proinde quum impendij causa sit eadem, perspicuum est & unam eandemq; fore coronā. Sed uitæ insidiatus est, & conatus est occidere. Ea res tibi pro martyrio imputabit̄, si insidias molientem, & ad tantam prouectum maleuolentiam, inter bene meritos numeraris, nō desinens orare pro illo, deum obsecrando ut illi fiat propitius. Ne igitur illud reputemus, quòd deus uetuit ne Dauid occideret Saulem: sed illud considera, quòd ex insidijs Saulis tripla quadruplaq; martyrij corona redimitus est. Etenim qui seruauit hostem, eum qui semel atq; iterū imò frequenter lanceam in caput illius uibrarat, quū esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit, idq; cum sciret post eam præstitam clementiam fore, ut denuò ab illo impeteretur: perspicuū est, quòd millies coronam meruit animi proposito, millies autem interfectus propter deum, plurimas tulerit martyrij coronas: qui quemadmodum & Paulus ait: Quotidie mortuus est propter deū. Quum 1.Cor.15.d

enim posset hostem sibi insidiantem è medio tol- A lere, propter deum noluit, maluit quotidie peri-
clitari, quàm iusta cæde à tot mortibus liberari.
Quòd si usq; ad ipsius uitæ periculum insidian-
tem ulcisci atq; odisse fas non est, multo minus li-
cet eum qui uulgariter læsit uindicare. Plerisq; ab
amicis affici cõuitijs, aut in suspicionem adduci,
uidetur omnibus mortibus intolerabilius. Age
igitur & istud expendamus. Aliquis tibi maledi-
xit, adulterũ ac scortatorem appellauit, hoc si uerè
dicit, corrige: sin falso, irride. Si tibi ipse conscius
es eorum quæ objiciuntur, resipisce: si non es, de-
spue. Imò potius non solum deride ac neglige, ue
rumetiam gaude atq; exulta iuxta domini sermo
Luc. 6.d nem qui nos iubet ita facere. Quum, inquit, ex-
probrauerint uobis, & dixerint omne malum uer B
bum aduersum uos, mentientes, gaudete & exul-
tate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis.
Ac rursum, Gaudete & exultate, quum eiecerint
uos, nomen malum mentientes. Cæterũ ubi con-
uiciator quidẽ uera dixerit, tu uero modestè per-
tuleris ea uerba, non regerens cõtumeliam, neq;
conuitia conuitijs retalians, sed amarè ingemue-
ris damnans tua delicta, haud minorem feres mer
cedem, quàm ille prior: idq; uobis è scripturis ap-
probare conabor, uti pernoscatis quod quantum
utilitatis non adferunt amici dum laudant & ad
gratiam loquuntur, tantum utilitatis adferunt ini
mici uituperando, etiam si uera dixerint, tantum
ut nos reprehẽsionibus illorũ ad id ad quod opor
tet uti uelimus. Nam amici frequenter ad gratiam C
adulantur: contrà hostes delicta proferunt in me-
dium. Quoniam cum nos nostra peccata non ui-
demus ob amorem nostri nobis insitum, illi quia
propter odium ea melius quàm nos perspiciunt,
opprobrando nos ad correctionis necessitatem
impellunt: ut illorum maleuolentia nobis cedat
ad maximam utilitatem, non ob id tantum quòd
per illos admoniti intelligimus errata nostra, sed
quòd ea deponimus quoq;. Itaq; si inimicus op-
probrauerit tibi crimen, cuius tibi conscius es, tu
uero audiens, non conuitiaris illi uicissim, sed
cum amaro gemitu deum imploras, protinus o-
mnem culpã deposuisti. Rogo quid hoc esse po-
terit felicius? quid ad criminum abolitionem faci
lius? Sed ne uideamur uos uerbis humanis exci- D
tare, è diuinis scripturis super hac re proferemus
testimonium, ne quid præterea dubites. Erat pha
risæus quidam & publicanus: quorum hic qui-
dem ad summam progressus erat malitiam, alter
ad summam peruenerat iustitiam, ut qui faculta-
tes suas dissiparet in pauperes, assidueq; ieiuna-
ret, purus à rapinis. Contrà alter in rapinis ac uio
lentijs uitæ tempus omne consumpserat. Ambo
Luc. 18.c ascenderunt in templum orandi gratia. Mox ille
stans dicebat, gratias ago tibi domine, quoniam
non sum sicut cæteri homines, rapaces, auari, ne-
que uelut hic publicanus. At publicanus procul
stans, non regessit contumeliam, neq; uicissim di
xit conuitium. Non protulit ista uulgaria uerba:
Tu'ne audes meæ uitæ mentionem facere? tũne
audes mea facta reprehendere? An nõ sum te me
lior? Referam tua peccata, faxoq; ne unquam in
hæc sacra conscendas atria: nihil unquam, istius-
modi frigidorum uerborum loquutus est publica
nus, quibus utimur quotidie nos, conuitijs ac ma
ledictis aspergentes: sed amarè suspirãs pectusq;
percutiens, hoc tantummodo dixit, propitius
esto mihi peccatori, & descendit iustificatus. Vi-
des celeritatem? Accepit probrum, & abluit pro-
brum. Agnouit peccata, & deposuit peccata, &
criminum accusatio facta est illi criminum remis-
sio, & hostis insciens factus est beneficus. Quot
labores erant publicano subeundi, ieiunando,
humi dormiendo, uigilando, bona sua egenis im
partiendo, longo tempore in sacco & cinere se-
dendo, ut illa tam multa peccata posset depone- B
re? At nunc quum nihil tale fecerit, simplici uer-
bo omnem deposuit iniquitatem, ac probra con-
uitiaq; pharisæi qui uidebatur illum contumelia
afficere, pepererunt iustitiæ coronam, idq; sine su
doribus, sine laboribus & absq; longi temporis
mora. Vides'ne, quòd etiamsi quis uera de nobis
prædicet, quorum nosipsi nobis conscij sumus,
nos uero ista prædicantem non uicissim impetie-
rimus maledictis, sed amarè ingemiscentes, deum
pro delictis nostris implorauerimus, omnia pec-
cata deponere possumus? Hoc pacto & hic iusti-
ficatus est, quoniam pharisæum non repetijt con
uitijs, sed pro suis peccatis ingemuit, descendit iu
stificatus præ illo. Vides quantum adferat utilita-
tis inimicorum exprobratio, si modo eam philo-
sophico pertulerimus animo. Quòd si pariter &
mentiẽtes & uera loquẽtes nobis prosunt, quam-
obrem dolemus? quam ob causam urimur? Ni te-
ipsum læseris ô homo, neq; amicus, neque inimi-
cus, ne ipse quidẽ diabolus poterit te lædere. Ete-
nim quum & ij qui nos contumelijs afficiunt, qui
traducunt, qui usq; ad ipsius uitæ discrimen insi-
diantur, utilitatem adferunt, dum alij martyrij co
ronam nobis plectunt, quemadmodum ostendi-
mus: & alij rursus dum peccata nobis exprobrãt,
ea subducunt, nosq; ex iniustis reddunt iustos,
quemadmodum accidit in publicano: quur in il-
los efferamur & incandescimus? Ne dixerimus
itaq;, ille me atrociter iritauit, ille me lacessendo
perpulit, ut dicerem inhonesta uerba: nos ubiq;
taliũ causa sumus. Nam si uelimus philosophari,
ne dæmon quidem poterit nos ad iram cõcitare,
idq; liquet, quũ ex alijs compluribus, tum ex hac-
ipsa quæ nũc in manibus est historia, de Dauide:
quam operæpretium fuit & hodie in medium ad-
ferre, quãquam heri super ea charitatem uestram
admonuerimus, quum absolueremus cõcionem.
Vbi igitur eam absoluimus? in excusatione Da-
uid. Proinde necesse est, ut hodie uobis Saulis uer
ba referamus, quò uideamus quid hic ad iustissi-
mam illius excusationẽ responderit. Neq; enim
uidelicet è uerbis tantũ quæ Dauid loquutus est,
uerumetiam è Saulis oratione, Dauidis uirtutem
perspiciemus: eò q; si Saul aliquid placidè man-
sueteq; responderit, huius causam Dauidi imputamus

tamus qui immutarit hominẽ, quiq; erudierit & A
ad sobrietatem composuerit illius animum. Quid
igitur ait Saul? posteaquam audierat Dauid lo-
1.Re. 24.a.b quentem, Ecce lacinia chlamydis tuæ in manu
mea, aliaq; cuncta quæ in excusationem attulit:
Vox, inquit, ista tua fili Dauid. Quanta subitò fa-
cta est mutatio? qui nunquã sustinuerat illum uel
simplici uocare nomine, ipsam etiam appellatio-
nem habens exosam, nũc adoptat eum in cogna-
tionem appellans eum filium. Quid igitur Dauid
de felicius, qui ex homicida fecit patrem? è lupo
ouem, qui fornacem iracũdiæ multo impleuit ro-
re, quiq; tempestatem uertit in tranquillitatem,
quiq; tumorem omnem ira exæstuantis animi re-
stinxit. Verba quippe Dauidis ingressa in animũ
istius efferati, totam hanc perfecerunt immutatio B
nem, quod è Saulis uerbis deprehẽdas licet. Ne-
que enim dixit, sermones tui isti fili Dauid: sed,
uox tua ista fili Dauid: adeo mox ad ipsam uocẽ
incaluit. Et quemadmodum pater ex longo inter-
uallo audita filij reuertẽtis uoce, non ad cõspectũ
modo illius, uerumetiã ad ipsam uocẽ excitatur: sic
& Saul simul ut accepit uerba Dauidis in animũ
ingressa, abiecit inimicitiã, iamq; sanctum agno-
uit, positoq; affectu, recepit affectum. Siquidem
posita ira, recepit tranquillitatem & condolescen
tiam. Et quemadmodum quandiu nox adest, sæ-
pe ne presentem quidem amicum agnoscimus, at
mox ut exortus est dies, etiã eminus conspectum
agnoscimus: itidem & in iracundia solet usu ue-
nire. Donec inter nos maleuolum gerimus ani-
mum, & uox audita nobis aliter sonat, & ipsam
faciem corrupta mente aspicimus. Cæterum ubi
posuerimus iram, & uox quę prius erat inuisa at-
que hostilis, placida nobis ac iucundissima uide-
tur, & aspectus ipse prius inimicus & iniucũdus,
tunc fit amabilis & iucũdus. Idem accidit in tem-
pestate. Non patitur nubium cõcursus nobis con
spicuam esse cœli pulchritudinem, sed quamuis
milies habeamus oculos perspicaces & acres, ne-
quaquã pertingere possumus ad illam supernam
iucunditatem. Cæterum ubi iam radiorum calor,
perruptis ac discussis nubibus Solem ostẽdit, rur
sus & cœli decorem ostendit. Idem accidit in no-
bis ira feruentibus, dum simultas uelut densa nu-
bes, ante oculos & aures stat, facit ut uoces aspe- D
ctusq; uideantur aliter quàm sunt. Verum simul
atq; aliquis animi robore posuerit odiũ, nubemq;
diruperit ægrimoniæ, tũc demũ incorrupta men-
te, & uidebit & audiet omnia: quod & huic eue-
nit Sauli, qui simul atq; nubem maleuolentię dis-
rupit, agnoscens uocem Dauidis ait: uox tua ista
fili Dauid. Quænam ista? quæ Goliath deiecit,
quæ ciuitatem periculis eripuit, quæ cunctos in
seruitutis ac mortis periculo constitutos, in liber
tatem restituit, & in tuto constituit, quæ Saulis fu
rorem sedauerat, quæ multa magnaq; beneficia
in eum contulerat. Siquidem hæc barbarũ illum
& alienigenam prostrauit, eo quòd priusquã mit
teret lapidem, eum precationis robore fuerat ag-
gressus. Neq; enim uulgari more proiecit lapidẽ,

sed prius dixerat: tu uenis ad me in dijs tuis, ego
autem uenio ad te in nomine domini Sabaoth,
cui exprobrasti hodie: Atq; hæc loquutus, emisit
lapidem, atq; hæc uox lapidem ueluti manu di-
rexit in Goliath, hæc pauorem incussit barbaro,
hæc hostis confidentiam fregit. Et quid miraris,
si uox iusti, & furorem mitigat, & hostes deijcit,
quum impios quoq; spiritus expellat? loquebantur tantum apostoli, & fugiebant aduersariæ po-
testates. Vox sanctorum frequenter & elementa
stare fecit, & potestates illorum immutauit. Lo-
quutus est tantum Iesu Naue, & constitit sol & lu
na. Sic & Moses mare ingressus est, & cessit: sic
tres illi pueri ignis uim extinxerunt, hymnis illis
suis ac uoce. Itidem & Saul ad eandẽ uocem inca
luit, dicens, Vox tua ista fili Dauid. Quid igitur
Dauid? Seruus tuus domine mi rex. Posthac cer
tamen oritur & contentio, uter alterum maiore
prosequatur honore. Saul quidem ad cognatio-
nem asciuit, filium appellans: Dauid autem do-
minum eum appellat. Quod autem dicit tale est:
unum, inquit, unum illud quæro, salutem tuam
ac uirtutis profectum: filium me appellasti, mihi
uero satis est, si me pro famulo habeas, tantum ut
iram ponas, tantũ ut ne quid de me suspicere ma-
li, neu me ducas hostem aut insidiatorem. Imple-
uit illam legem apostolicã, quæ iubet, ut nosipsos
uincentes honore inuicem præueniamus: non iu-
xta plurimorum morem qui peius affecti sunt &
ipsæ pecudes, qui proximũ ne affari quidem prio C
res sustinent, existimantes sese contumelia affici,
& à dignitate deijci, si quẽ uel affatu simplici im-
pertiant. Quid ista dementia possit esse magis de-
ridiculum? quid hac arrogantia fastuq; fœdius?
Tunc enim, tunc, inquam, à dignitate deiectus es
ô homo, tunc iniuria affectus es, tunc contumelia
affectus es, quoties expectas, ut proximus te pri-
or alloquatur. Quid enim arrogantia deteriusve
quid fastu & inani gloria magis deridiculũ? Nam
si prior alloquaris, & deus ipse collaudabit, quod
est omnium maximum, & homines insuper com-
probabũt, tuq; illius appellationis mercedem to-
tam accipies. Quòd si expectaris, ut prior hono-
ratus, tum deniq; proximum honores, nihil iam
magni feceris. Nam is unde honoris cœpit initiũ,
idem relati abs te honoris totam mercedem acce D
pturus est. Proinde ne expectemus, ut alij priores
nobis honorem deferãt, sed accurramus ad exhi
bendum proximo honorem, semperq; à nobis o-
riatur salutationis initium: neq; putemus hoc offi
cium esse contemnendum ut uulgare, si libẽter &
amanter salutemus. Nam hoc prætermissum mul
tas amicitias disrupit, multas peperit simultates:
quemadmodũ è diuerso idem studiose exhibitũ,
& ueteres inimicitias dissoluit, & amicitias prio-
res confirmauit. Noli igitur charissime his in re-
bus studium negligere, sed, si fieri potest, obuios
qualescunq; fuerint, tum in salutando, tum in cæ
teris omnibus priores deliniamus. Quòd si quis
te præuenerit, repende honorẽ cum fœnore. Nã
& hoc admonuit Paulus, ita loquens: inuicẽ alius Philip. 2.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

alio se existimet præstantiorẽ. Ita fecit Dauid, qui & prior honorem detulit, & honoratus maiorem honorem reposuit dicẽs, Seruus tuus domine mi rex. Vide uero quantũ fecerit lucri Dauid hæc loquutus: non iam sustinuit Saul hanc uocẽ audire sine lachrymis, sed plorauit amarè, animi sanitatẽ ac philosophiam, quam Dauid inseuerat, lachrymis declarans. Quid esse possit hoc Propheta beatius, qui breui temporis momento sic hostem è furore ad sobrietatem composuit? & animũ nactus sanguinis ac cædis sitientem, repentè ad lamenta & eiulatus cõpulit? Non perinde miror Mosen, quòd è saxo prærupto fontes elicuit aquarum, ut admiror Dauidẽ, quòd ex oculis lapideis fontes eduxerit lachrymarum. Siquidem ille quidem uicit naturam, at hic uicit animi decretum: ille uirga percussit lapidem, hic sermone pepulit cor, nõ ut contristaret, sed ut purum mansuetumq; redderet. Quod etiam perfecit, maiore beneficio regem afficiens quàm anteà fecerat. Est quidem & illud laude summaq; admiratione dignũ, quòd ensem non tinxerit sanguine, nec caput illud hostile resecuerit: sed longè maiore corona dignum erat, quòd ipsum inimici propositũ immutauit, eumq; reddidit meliorem, idq; priusquã ipse suam immutaret humanitatem. Hoc beneficium illo præstantius est. Neq; enim paria sunt cõdonare culpã, & ad animi sobrietatem adducere. Non sunt paria, liberare à morte, & liberare ab ira cædem iniustã spirante: eximere à cæde, & eximere à furore, ad tantum properante nephas. Dum etiam satellites suos Dauid cohibet ne Saulem occiderẽt, præsenti quidem uitæ profuit: cæterũ quum mitibus uerbis malitiam ex animo depellit, futurã illi uitam æternaq; largitus est bona: quod quidem erat in ipso. Quoties igit̃ Dauidẽ laudas ob ipsius mansuetudinem, magis illum lauda, quòd Saulem immutarit. Siquidem multo minus est proprijs temperare cupiditatibus, quàm alienum uincere furorem, quàm cor ira intumescens compescere, eq; tanta tempestate tantam facere tranquillitatem, quàm oculos homicidium præ se ferentes calidis implere lachrymis. Atq; hoc est stuporis ac miraculi plenũ. Etenim si Saul fuisset homo moderatus & æquus, non admodum magni erat negotij, ad solitam reuocare uirtutem. At efferatum & ad extremam prouectum malitiam, iamq; ad cædem properantem breui temporis momento sic affice re, ut omnem illam amaritudinem euomat ex animo, quem non obscuret omnium, qui unquã super philosophiæ doctrina clarum promeruere nomen. Et tu igitur si quando hostis inciderit in manus tuas, ne illud specta, quomodo illum ulciscaris innumerisq; conuitijs cõspersum emittas, sed quomodo sanes, quomodo ad sobrietatem reducas: neq; prius desistas omnia tum facere tum pati, donec tua mansuetudine superaris illius truculentiam. Nihil enim humanitate potentius, quod ipsum quidam declarauit, dicens: Sermo mollis confringit ossa. Atqui quid osse durius? Et tamen si quis æque durus sit & rigidus ac præfractus, nihilominus facile uicerit illum qui mansuetè tractet. Ac rursus: Responsio submissa auertit iras. Vnde liquet, ut hostis iritetur, aut reconcilietur, magis in tua potestate esse quàm illius. Non enim in ijs qui ira commoti sunt, sed in nobis situ est, ut uel extinguatur illorum ira, uel ad maius iritetur incendium. Et hoc item qui priora dixit simplici declarauit exemplo: quemadmodũ enim, inquit, si infles in scintillam ignis, excitas incendiũ: contrà si inspuas, extinguis, & utrunq; tibi in manu est, quoniam utrunq;, inquit, ex ore tuo proficisci tur. Idem fit & in inimicitia proximi, si inflatos ac uecordes ingeras sermones, excitas ignem illius, accendis carbones: Sin mites ac moderatos admoueas sermones, priusquam exardescat, iram omnem extinxeris. Ne dixeris igit̃, hæc aut hæc audiui, quũ hæc omnia sint in tua potestate. Hoc enim pacto iram ueluti scintillam, uel extinguere uel accendere, furoremq; uel excitare, uel contrà sedare in te situm est: quum uideris inimicũ, si in mentem ueniat, quàm multa tum audieris, tum perpessus sis molesta, fac omnium horum obliuiscaris. Etiamsi recorderis, tamen fac ea calumnia tori imputes: collige uero si quid unquam humaniter uel dixit uel fecit. Si in horum recordatione commoratus fueris ocyus dissolues inimicitiam. Quòd si est animus illum incusare, cumq; inimico expostulare: fac prius abijcias animi motum, iramq; extinguas, ac tum cum illo expostula, tum argue, & facilè poteris uincere. Siquidem ira cõmoti nihil sani poterimus unquam uel dicere, uel audire. Sed à perturbatione liberi, nec ipsi uerbũ asperius unquam emittemus, nec alijs acerbè loquentibus, eodem modo audiemus. Neque enim ipsa perinde natura eorum quæ dicuntur, atq; animus odio occupatus, nos exasperare solet. Frequenter enim fit ut quũ eadem conuitia audimus ab amicis iocantibus facetijsue ludentibus, aut à pueris paruulis, nõ solum nullam sentiamus molestiam, neq; incrudescamus, sed rideamus etiam atq; exhilaremur, eo quòd illa nõ audimus animo affectu corrupto, neq; mente ira præoccupata: Iti dem inimicis, si extinxeris iram, si odiũ eieceris, nihil eorũ quæ dicũtur te poterit offendere. Quid autem loquar de uerbis? Ne facta quidem offenderint, quemadmodum nec beatum hunc quicquam horũ offendit: sed quũ uideret inimicũ aduersus ipsius incolumitatẽ belligerantẽ, huiusq; gratia nihil intentatum relinquentem, nõ solum non est exasperatus, uerum magis illius indoluit malis: quo uehementius insidiabatur ille, hoc impensius eum defleuit. Nouerat enim, nouerat, inquam, certò, non eum qui patiatur iniuriam, sed qui facit, lachrymis ac lamentis esse dignũ, ut qui lædat seipsum. Eoq; prolixa apud illũ excusatiõe est usus, nec prius destitit, q; & hostem commoueret ad excusationem cum lachrymis ac lamentis. Posteaquàm enim plorauit, uocemq; amarã emisit, posteaquàm clarè eiulauit, quid dicat audi: iustior tu me es, quoniam tu mihi retribuisti bona, ego uero reddidi tibi mala. Vides ut suam ipsius

damnat

1. Re. 24. a. b

Exod. 17. b

Prou. 25. b

1. Reg. 24. d

damnat malitiam, ac iusti uirtutem prædicat, nulloq; cogente sese purgat. Idem tu facito, quum hostis inciderit in manus tuas, noli accusare illũ, sed teipsum purga, ut illũ perpellas ad sui ipsius condemnationem. Nam si nos accusemus, exasperatur: Sin nos excusauerimus, ille reueritus nostrã humanitatem, mox seipsum condemnabit. Hoc pacto simul & redargutio fit carens suspicione, & ille omnẽ exuit malitiã. Quod & hic euenit: quũ tacet is qui affectus erat iniuria, is qui fecerat multa cum uehementia seipsum accusat. Neq; eñ simpliciter dixit, fecisti mihi bona: sed retribuisti mihi bona. Hoc est, pro insidijs, pro cæde, pro malis illis innumerabilibus magna mihi rependisti beneficia. At ego ne sic quidem factus sum melior, sed post illa tua benefacta perseueraui in malitia: tu uero ne sic quidem es immutatus, sed constanter tuum obtinuisti morem, nos iterum atq; iterũ tibi insidiantes, beneficijs prosequens. In hisce singulis uerbis, quot coronis dignus apparuit Dauid? Quanquam enim os Saulis ista sonabat, sapientia tamen & ars Dauidis ea in animum illius inseuerat. Renuntiasti, inquit, mihi hodie, quæ mihi feceris bona, quum me dominus hodie concluserit in manus tuas, nec occideris me. En rursus de aliena uirtute perhibuit testimonium, uidelicet, q benemeritus non tacuerit, neq; dissimularit, sed accedens narrarit: nõ quidem ad ostentationem, sed ipsis factis illum docere cupiẽs, se de numero eorum esse, qui regi bene cuperent, eiusq; cõmodis prospicerent, nõ eorũ qui tenderent insidias. Tum enim fas est propria commemorare beneficta, quum insignis hinc speraẽ utilitas. Nam quoties nulla data occasione iactat quis ac deprædicat sua in alium beneficia, nihilo potior est expobrante: cæterum quoties id facit, ut correpto persuadeat, & malam de ipso opinionem habentem flectat in diuersum, is & curator est & beneficus: quod sanè fecit & hic Dauid, haudquaquã à Saule gloriam captans, sed iram in illo radicatã euellere studens. Atq; hoc nomine Saul collaudauit eum, quòd & benemeritus esset, & merita sua cõmemorasset. Dein quum Saul referre gratiam cupiens, non inueniret ullam parem, ipsum deum illi pro se constituit debitorem, ita loquens: Si inueniet aliquis inimicum suum in angustia, & dimittet illũ in uia bona, & dominus reddet illi bona, quemadmodũ feciſti tu mihi hodie. Quid eñ poterat Saul reponere dignum meritis, etiam si regnum dedisset, cum omnibus oppidis? neq; enim oppida modo & regnum, uerum & uitam ipsam donarat illi Dauid: ille uero non habebat alteram uitã, quam rependeret, eoq; illum relegat ad deũ, & ab illo manaturis præmijs honorat: pariter & hunc laudans, & uniuersos erudiens, quòd tum maiora nobis apud deum præmia reposita sunt, quum pro innumeris beneficijs in hostem collatis, diuersa recipimus. Post hæc ait: Ecce agnosco, quod regnans regnabis, quodq; regnũ Israel constituetur in manu tua: Et nunc iura mihi per dominum, quòd non aboliturus sis semen meũ post me, nec extinges nomen meum de domo patris mei. Sed dic obsecro, unde istuc scis? penes te sunt exercitus, penes te sunt pecuniæ, arma, ciuitates, equi, milites, breuiter uniuersa uis apparatus regij: hic contrà desertus ac nudus, nec ciuitatem, nec domum, nec familiam habens. Vnde igitur, te quæso, ista loqueris? Nimirum ex ipsis Dauidis moribus. Neq; eñ nudus & inermis ac desertus me armatum, tantaq; circumuallatum potentia superasset, nisi deum haberet adiutorem. Porrò qui deum habet fauentem, omnibus est potentior. Vides ad quantam philosophiã Saul post insidias deductus sit? uides qui fieri possit, ut inimicus omnem expuat malitiam, immutatusq; ad meliora sese recipiat? Ne uelimus itaque nostram ipsorum salutem per iracundiã deuouere. Quandoquidem etiam si ad ipsa malitiæ barathra fuerimus deducti, fieri potest, ut nosipsos inde reuocemus, & omni deposita malitia ad meliorem frugem redeamus. Deinceps quid ait? Iura mihi per deum, quòd non abolebis semen meum post me, nec obliterabis nomen meũ de domo patris mei. Rex priuatum rogat: qui diademate cinctus est, supplicem agit pro filijs suis, obsecrat exulem. Et hoc ipsum arguit uirtutem Dauidis, quòd hostis ausus sit hæc ab hoste petere. Nam quod iusiurandum exigit, non eò facit, quòd diffidat Dauidis moribus, sed quòd reputet quot malis illum affecisset. Iura mihi te non aboliturum semen meum post me. Hostem filijs suis relinquit tutorẽ, suasq; proles in illius deponit manus, dum his uerbis filiorum ac Dauidis manus apprehendens, deum sequestrem inducit. Quid igitur Dauid? Num uel leuiter dissimulatione & ironia ad hæc usus est? nequaquam. Sed protinus annuit, quodq; pe tebatur concesit: ac mortuo Saule, non modò non occidit illius posteros, sed tum plura præstitit, quàm erat pollicitus: siquidem filium eius quũ esset claudus ac debilis cruribus, in suam ipsius domũ induxit, suæq; mensæ fecit participem sum mo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultauit, nec arbitratus est regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari potius ac lautiorẽ fieri. Quotquot enim cum illo discumbebant, abibant magnã philosophiæ doctrinam consequuti. Cum enim uiderent Saulis filium, illius qui tanta mala patrarat aduersus Dauidem, tanto in honore haberi apud ipsum, etiam si feris omnibus fuissent immitiores, pudore tamen ac rubore cum omnibus inimicis redibant in gratiam. Quanquam si etiam ipse aliunde illi cibum dari iussisset, certumq; uictus modum ordinasset, ualde magnũ erat: sed illum ad suã ipsius mensam recipere, eximiæ cuiusdã est philosophiæ. Scitis profecto, nõ esse facile, hostiũ filios diligere. qd dixi diligere? nõ odisse, nõ persequi magnũ est. Itaq; multi, defunctis inimicis, in illorum liberos, iram quam in eos habebant, effuderunt. At non ita generosus ac magnanimus iste, sed & uiuentem inimicum obseruauit, & illo defuncto, beneuolentiam quã erga illum gesserat, filijs exhibuit. Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius mensa sanctius: quam cingebant filij hostis, hostis, inquam, occidere conati. Quid illo conuiuio spirituali? in quo tam multæ abundabant benedictiones. Angelo potius quàm homini erat plausibile. Siquidē inimici filios amplecti & amare, & illius filium qui toties ipsum tentasset è medio tollere, atq; id moliens excesserat è uita, facit ut ille chorus celebretur. Hoc tu quoq; facito charissime, & uiuentium & mortuorum filios foues: uiuentium quidem ut modo parentes illorum tibi concilies, defunctorū uero filios curans, ut à deo multum tibi pares fauorem, plurimisq; coronis decoreris, utq; innumera ab omnibus uota precesq; consequaris, non ab ijs tantum qui tuis beneficijs adiuti sunt, uerumetiam ab ijs qui uiderunt. Hoc pro te stabit in illo die magnicq; tibi futuri sunt patroni in articulo iudicij, hostes tuo beneficio adiuti: magnaq; ex parte à peccatis liberaberis, & reposces mercedē. Etiā si innumera cōmiseris peccata, si proferas illā precationē quæ dicit: remittite inimicis uestris, & pater uester remittet uobis peccata uestra: multa cū fiducia cōmissorum omniū remissionē consequeris: atq; hic interim, bona cū spe uiues, habitur⁹ oēs amāter erga te affectos. Quum enim uiderint, quòd inimicos & inimicorum filios sic dilīgis, qui fieri poterit, ut non affectent tibi amici, tuiq; studiosi fieri, & omnia tua causa tum facere, tum pati? Porrò quū tantum apud deum tibi pares fauorem, quū cunctos habeas omnia bona tibi cōprecantes, quam sensurus es molestiam, aut quis te uitam uiuat felicioremˢ? Hæc in uita non tantum miremur, uerumetiam factis exequamur, ac obambulantes, inimicos perscrutandi gratia, suos quisq; sibi reconciliemus, & ex inimicis synceros reddamus amicos. Quòd si etiam excusatione fuerit opus, ueniáque ab ipsis petenda fuerit, ne recusemus, etiam si ipsi fuerimus iniuria affecti. Hoc pacto copiosior nobis erit merces, hoc pacto maior fiducia, hoc pacto cœlorum regnū haud dubiè consequemur, munificentia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYsostomi de Dauid, ubi Goliath immanem hostem deuicit.

DOMINVS deus cum Dauid regem populo destinasset, cumq; primo singulos homines ac diuersos attingeret, examinaret cunctos, plurimosq; perueideret, è quorum numero eligeret regem, rectorem proponeret, ducem populo præfecisset, inuenit Dauid cuius meritum transiri non potuit, cui & testimonium reddidit dicens: Inueni mihi Dauid uirum secundum cor meum, qui faciet omnem uoluntatem meam. O beatū Dauid sanctissimi meritum quod laudat deus, prædicat dominus, iudex præfert summus. Dum enim Dauid sanctissimus homo secundum cor dei quicquid deus cogitat, gerit: quicquid mente concipit, perficit: Dum enim, inquam, Dauid cordi dei cor propriū iungit, & menti eius mentem suam adnectit: hoc est, ut quæ uult deus, uelit: & quæ non uult, similiter nolit: sic eum dominus indiuiduo amore & coniuncta charitate dilexit. Denicq deus Dauid elegit obsequentem, & Saulem reprobat cōtemptorem. Dauid qui notus populo non erat promouetur, & Saul qui regnauerat, spernitur. Hic ab ouibus ad regnum deligitur, ille à regno ad gladium destinatur. Hunc sancta uita promouit, illū mandatorum despectio reprobauit. Dauid adhuc pastor debellat leonem, interfecit ursum, Saul contemnendo dominum, malum in se prouocat spiritum. Regnat Dauid sanctissimus, sed latenter: Saul reprobus efficitᵉ euidenter. Hic iam rex est, ille putatur: hic iam obtinet, ille tantummodo dicitur: hic occultam possidet dignitatem, ille habet publicam regni imaginem. A deo Dauid sancto spiritu inundatur, Saul uero spiritu isto deseritur. Denicq Saul Dauid persequitur innocentem, Dauid uero traditū sibi illæsum exhibet peccatorem: ut & in Dauid spiritus sanctus mitesceret, & in Saule malus spiritus in innocentem sæuiret: ut uitæ diuersitas diuersa iam merita demonstraret, & causæ istæ hominibus deputarentur, non deo: qui malè uel bene gerentibus regnum aut tollerent, aut conferrent. Interea ab Allophylis Saul prouocatur ad bellum, disponitur acies, præparatur exercitus, pugna dirigitur. At contra hostes haud aliter præparantur, ardescūt ira, tolluntur insania, furore feruescunt, pendet in inuicem utercq; exercitus, expectat signum, sustinet iussum: & cum nondum aut lituorum sonitus, aut tubarum clangor, aut strepitus armorum collideret, prosiluit in medium de Allophylorum castris uir corpore immani uastissimus, horrendus statu, mirabilis uisu, cristato uertice galeatus, coruscus armis, fulgens gladio, umbone tectus, lorica uestitus, nomine Goliath. Qui stupentibus cunctis, uos, uos, inquit, exercitus Saulis admoneo, uobis mea uerba depromo. Nolite, inquit, nolite pugnare nobiscum, ut pugnatur in bello: nolite contra nos solita exercere bellorum, nemo contra alterum pugnet, nullus cōminus hostem solito more debellet, eligite si potestis unum ex uobis, qui mecum fortiter pugnet. Eligite unum qui contra me si poterit dimicet, cuius uirtus uirtutem totius monstret exercitus, cuius potentia potētes exhibeat cunctos, cuius uictoria aut nos uobis seruos efficiat, aut si fuerit uictus uos nobis in seruitutem subijciat. His dictis Saul rex populusq; terretur, formidant cuncti, trepidāt omnes, uniuersos inuadit metus, formido occupat, possidet tremor. Non in forti uirtus, nō in audace animus, non salus in bellatore consistit. Fuit enim Goliath metuendus uisu, metuendus armis, metuendus & uerbis: & trementibus cunctis solus Dauid constitit intrepidus. Non eum immanitas hostis exterruit, non armorum enormitas fregit, aut superbia uerborū imminuit, sed fortiorē cunctis uirtus diuina constituit. Noli, inquit ad Saulem

1.Reg.16.f

1.Reg.17.d

1.Reg.17.d

1.Reg.13.c

lem, noli rex domine formidare, noli eius immania uerba aut armaturæ potentiam pertimescere. Iste enim quod minatur leue est, quod loquitur facile, quod ostentat mortale. Ego cōtra illum exeam, ego pugnam contra eum instituam, & iactantiam eius, & superbam uocis insaniam deo mitigante consternam. Nam cum pascerem gregem in campo, ouem mihi à leone & urso arreptam, his beluis interemptis prædam excussi, ouem eripui, nocentes bestias interfeci. Hoc exemplo etiā istam immanem beluam prouocem bello, pugna congrediar, dei populum de eius manu eripiam, & ipsum ut nocentissimā beluam dei uirtute percutiam. Non poteris, inquit Saul, non poteris pugnare cum eo. Tu enim puer es, ille bellator: tu insuetus es, ille peritus: tu pastor es ouiū, ille rex & imperator est populorū. Pugna ista, inquit Dauid, quā loqueris dei est: bellū quod geriī, cœleste atq; diuinū. Nihil isthic humanum inuenies, nihil quod hominis uirtus conficiat, aut potentia bellatoris exerceat. Adest dominus, adest, inquam, qui me in prælium cogit procedere. Adest qui me bellum desiderat gerere, & hostem immanissimum iugulare. Induitur Saulis armis Dauid sanctissimus puer, ut quasi potentibus armis rex potentissimus uinceretur. Sed tam ista arma ut puer gestare non potuit, quàm Goliath his armis non meruit interire. Denicq istis armis abiectis, noua & inopinati generis Dauid arma conquirit, quinque lapides eligit, fundam sumit, situlam pastoralem corripuit, contra Goliath debellandum exiuit. Quem Goliath cum contrà uenientem aspiceret, irrisit ætatem, irrisit arma, irrisit & puerum. Irrisit, inquam, ætatem, sed non intellexit in Dauid esse dei uirtutem: irrisit & puerum, nec tamen sciuit dimicare in puero dominum: lapides & fundam irrisit, sed uno se lapide moriturum nescisset.

Quasi ad canem, inquit Goliath, existi cum lapidibus & uirga.] Tu, inquit Dauid, si canis fuisses, nunquā in hac pugna dimicare auderes, nunquam cōstanter in hoc prælium processisses, nunquam ad dimicandum contra te dominū prouocasses: sed ut canis bellum fugeres, prælium declinares, interitum tibi futurum & dignum supplicium metuisses. Peior es autem cane, qui nec uindictam metuis, nec lapidem quo moriturus es, extimescis. Et maledixit alienigena Dauid in dijs suis, & dixit: Veni, inquit, ueni ad me, & faciam te uolucrum cibum, & pabulum bestiarum.] Et Dauid dixit ad eum: Tu uenis ad me fidens in gladio, ego in deo. Tu terrenis dimicas, ego cœlestibus pugno. Tu in lancea, ego in fide. Tu in clypeo, ego in prece. Tu uenis ad me in armorū uirtute, ego in potentissimo genitore. Denique in te tua arma uertentur, in te tuus gladius exeretur. Dei est enim hæc pugna, dei erit & ipsa uictoria. Interea in utrunq; ducē utercq; pendet exercitus, stupet metu, formidine tremit, uicinitatem mortis horrescit. Procedunt ad inuicem contra semet idem pugnaturi duces, & excitati in sese iam quærunt dilatum bellum conficere, iam desiderant alternam uictoriam perpetrare. Sed Dauid propere lapidem de situla rapit, fundæ apponit, & contorto uertice in Goliath excussit. Qui lapis per inane uolans uerberat auras, aerem scindit, & uiolento impetu Goliæ frontem inuadit. Qui nutabundus ac tremens totam molem corporis cum armorum potētia secum ipse deiecit. Dehinc Dauid festinans accurrit, hostis gladium sumit, caput eius abscidit, & de tam immani belua hactenus uictoriā perpetrauit. Quem cum extinctum socij uidissent, in fugam uersi, & Israelitarū sunt cæde mactati. Reuertentis populi laudes & glorias Dauid sanctus excepit dicentis: Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in denis milib. suis. Quibus ego te laudibus, quibusq; glorijs præfe-
ram sancte ac religiose puer, qui innocentia pares, uirtute fortes, senes merito præueneristi: qui potuisti desistentibus cunctis immanem beluam uincere, hostem prosternere, inimicū populi detruncare. Tu enim deficiente rege, rex ipse & dignitate & merito extitisti. In desistētibus fortibus fortiter in prælium prosilijsti. Tu formidanti populo & Goliæ sæuitiam molienti dum fortissime geris, uictoriam de hoste dei populo tradidisti. Tu hac pugna monstrasti, nec pueros esse posse imbelles, nec à gloria maiores immunes, nec senes unquam esse degeneres: quoniam in omnibus ætatibus uictor si pugnauerit deus, uictus iacebit & deficiens inimicus. Ideoq; pro his omnibus gratias agamus domino per Christum dominum nostrum, cui est gloria & potestas cū spiritu sancto per immortalia secula seculorum, Amen.

1.Reg.18.b Religiosi pueri Dauid præconium.

DE EO QVOD SANCTVS DAVID dixit: quis sum ego, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? Ego, &c.

TImatores Christi lineas tenent humilitatis, & sola est quæ charitatem acquirit, pacem inuenit, sereno corde totum intendit: humilitas non habet unde cadat, communio non inuenit quod disipet, concordia bonitate plena est. Et quia de humilitate proposuimus, dictionem hanc sequamur. Dixit Propheta, ut modo cantauimus: Quis sum ego domine mi, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuā? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Attendistis hominem gratia plenum, & deo non esse ingratum? Videtis quomodo agnoscit se quis fuerit, quis est, & quid erit? Ibi est ergo plenitudo gratiæ, ut se in omnibus unusquisque agnoscat. Primò, quia mortalis est. Secundò, quia casibus uita humana plena est. Tertiò, quia tribulationes & dolores in seculo inuenit. Quartò, ut sciat, quia patientia pauperum nō peribit in æternum. Quintò, ut norit quia perseuerantia perducit ad deū. Sexto, ut intendat, quia quantò magnus est, humiliatus si fuerit & humilitatis uias tenuerit, inueniet gratiam in cōspectu dei. Septimò, quia non est sine peccato nec infans unius diei natus super terrā. Octauò, quia contra insidias diaboli oportet semper orare & non deficere. Nonò

Pſal.9

Luc.18.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut in oratione non captiuemur terrena cogitatio A ne. Decimò, ut in spe non deficiamus. Vndecimò, ut contemplemur delectationem domini & protectionem speremus diuinitatis. Duodecimò, quia non tacebimus trino illo clamore, dicentes: ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, sine cessatione. In his omnibus qui se agnoscit, ut in capite posuimus, uiã tenet humilitatis. Nam omnes patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, eremitæ in monasteriis constituti, clerici & episcopi has tenuerunt semitas, in quibus potuerunt ad deum peruenire. Si uoluerimus singulorum uerba dicere, quomodo clamauerunt ad deum in humilitate cordis, syluosum est. Sed quod non credo fastidiũ ingeret auribus, ad uersiculos reuertamur, quos nunc proposuimus. Diximus: Quis sum ego domine mi? B

Gen. 18.d Agnouerat iste sanctus, quod dixerit Abraham deo: Ego sum terra & cinis. Et singuli ita deo dixerunt, ut forma esset perfectæ humilitatis. Ergo quis sum ego domine mi? Ecce nihil se esse dixit, & seruum se esse nõ negauit: quia omnis qui confitetur seruitutem, meretur gratiæ libertatẽ. Ergo dicit: Quis sum ego domine mi? Videtis ubiq; regnare gratiam, ubiq; pia uiscera possidere, cor humile illustrare, benignos sibi redigere, cõfessores suos ditare, dixit enim: Quis sum ego domine mi, quòd talem gratiã inuenerim ante faciem tuam? Nouerat se pastorem esse ouium, & non genere nobilitatum. Sed quando factus est nobilis, agnouit se ex nihilo fuisse subleuatum: & quia non est oblitus quis natus erat, perseuerauit in culmine C regali. Inuenit gratiam, ut & regnum perciperet, & inimico persequenti se Sauli, malum pro malo non redderet. Videtis quãta culmina procedunt de radice humilitatis, quàm uberem fructum deo offerret? Inde omnes uirtutes, inde omnes bonæ actiones, inde cunctæ potentiæ ascendunt, id est, totum posse. Ergo dixit: Quis sum ego domine mi, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuã? Ego enim minimus sui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Videte quomodo subiunxit humilitati innocentiam, ut cum esset homo, diceret: Elegisti me ex ouib. Demonstrauit, quia hoc genus pecudis innocens est. Significabat enim illum pastorem bonum, qui ani-

Ioan. 10.b mam suam ponit pro ouibus suis. Illum agnũ dei, D qui uenturus erat, ut tolleret peccatũ mundi. Electus ergo ex ouibus, ut pastorem ostenderet, & innocentiam non negaret, dicit: Ego enim minimus sui in tribu mea. Quàm suaue est, quàm dulce in auditione ueræ confessionis, ut diceret se minimum in tribu sua: nõ erubuit quod erat, ut esset quod non erat. Confessio eius adduxit ei nõ peccatum, sed gloriam & misericordiam. In ista confessione confusio nõ est dicenda, sed gloria & exultatio. Quod dixit: Minimus sui in tribu mea, significabat perfectam domini humilitatẽ in mundo uenientis, qui formã non ingenui, sed serui assumere uoluit. Quid humilius seruo? tamen hoc dominus esse dignatus est, ut ex seruis liberos faceret, & seruitus ipsius nobis ingenuitatẽ donaret.

Hoc significabat, qđ dixit: Minimus sui in tribu mea. Eia nũc erigite mẽtes genus electũ, & nolite esse pigri, neq; superbi, neq; de uobis aliquid sentientes: quia quicunq; putat se aliquid scire, cum Iaco. 4.b nihil sciat, quemadmodum oportet scire. Nullus in morbum superbiæ cadat: Quia deus superbis resistit. Sed orandus est ille deus, ut ipsa superbia quando in corde cadit, agnoscat ille interior homo, & excutiat à se & dicat: Nihil mihi conscius 1.Cor. 4.d sum. Dicat quod ait apostolus: Non sum dignus uocari apostolus. Aequè alio loco audi quid dicat: qui prius sui blasphemus & persecutor & in- 1.Timoth. 1.c iuriosus, sed misericordiam consecutus sum. Videtis quomodo muneratur omnis qui non obliui scitur quod erat, & efficitur quod non erat? Nam sanctus Cyprianus in epistola sua ita loquit: De humilitate ad summũ ascendimus, dicimus unde placeamus. Hoc dicere debet omnis Christianus. Ecce quanta est humilitas, q̃ dulcis, quàm radicata, quæ nulla tempestate mouetur, quia non habet unde cadat. Humilis homo omnib. subditus est, nõ alio inuidet. Quando uidet meliorem sibi non possidetur spiritu zeli. sed laudat deũ in homine sibi meliori, & dicit: Diues es domine & in me facere misericordiã. Nõ attendere unusquisq; debet, quod in tẽpore isto, sed quod in futuro bene uiuentibus reseruatur. Imitatores ergo debe- Ephe. 2.d mus esse bonorum, non carnalium, non eorũ qui ornant corpus suum, ut uideãtur ab hominibus, qui satiant carnes suas delitijs & ebrietatibus, qui numum numo reponunt, & uiscera sua pauperibus claudunt, qui propter habere uiuunt, & nesciunt habentem. Ipsi sunt qui dicunt, non in lingua, sed in opere: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. De ipsis clamat Propheta: No- Psal. 31.c lite fieri sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus. De ipsis dicit Apostolus: Animalis homo 1.Cor. 2.d non percipit quæ sunt spiritus dei, stultitia em̃ est illi. Isti in limo seculi hæserũt, in uia dei ambulare non possunt, quia tenent. Ipsi sunt, qui pro re tem porali uiuunt, & non propter æternitatem promissam. Separemur ergo à talibus, quia scriptum est de nobis: Separamini, separamini, qui fertis Esaiæ 52.c uasa domini. Quæ sunt uasa domini, nisi corpora sancta plena dei gratia accepta? quomodo dictũ est de illa sancta domini matre: Aue gratia ple- Lucæ 1.c na, dominus tecum. Fugiamus ergo caducos mores, temporales & terrenos, carnales & superbos seipsos amãtes. Amatores pecuniæ, procaces inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectu, sine misericordia, tales fugiendi sunt. Qui ergo sunt appetendi? Sancti & humiles corde, benigni & pacifici, misericordes, lugentes in isto mundo, quia ipsi in æternũ consolabunt. Misericordes misericordiam consequent, pacifici filij dei uocabunt. Istos ergo imitari debemus, illos fugere. Illi dicturi sunt in futuro: Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarũ iactantia cõtulit nobis? Imputabunt sibi in illa uita, ubi iam non erit misericordia. Ecce di- Sapien. 5.d cturi sunt ij, quos habuimus in risu, & quorũ uitã

æstimabamus

æstimabamus insaniã, quomodo computati sunt A inter filios dei, & inter sanctos sors illorũ est. Gementes, stridentes, plangẽtes in ipsa regione, ubi iam non erit indulgentia, sed plenissima sentẽtia. Quia uita aut hic tenetur, aut hic amittitur. Cum tẽpus habetis, imitatores estote bonorũ, laudantes deũ summæ bonitatis patrem, ut cum ista obseruaueritis, & doctrinã nostrã non neglexeritis, deus pacis & humilitatis sit nobiscũ, Amen.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOstomi de Absalon ubi patrẽ persequit, & de præ-
2.Reg. 17.b lio fugiens, obligato gutture, arboris ramo suspenditur.

PErdidit Absalon sceleſtissimus mentẽ, perdidit sensum, amisit consiliũ, insectatus patrẽ, fugat innocẽtem, B insequitur genitorẽ, usurpat imperium, potestatẽ arripit, regnũ inuadit: nõ ut cũ patre societatẽ regni iniret, sed ut totum regnũ patris sanguine possideret. Perdidit, inquã, Absalon consiliũ, dũ parricidio cupit mercari imperiũ: amisit sensum, dum per exitiũ patris cõsequi desiderat regnũ. Festinat properat, quærit innocentem opprimere reus, patre superstite moriturus. At contra Dauid humilis ac mitis cedit domo, persequentẽ fugit, declinat hostẽ. Reliquit affectus, ne aut parricidę interitus ei luctum afferret, aut peremptio eius reũ filium exhiberet. Vult furorẽ filij fugiendo, compescere: desiderat declinãdo, parricidæ sæuitiã tẽperare, sed crudelitas mente cõcepta iam sedari nõ potuit, quã im C manis sæuitia ad perficiendum facinus prouocauit. O innocentia, quantũ apud reos, periculi suscipis: quantũ malitię per flagitiosos incurris? Dauid sanctissimus tot dementes exercitus, quia nõ deliquit, offendit: tot populorũ rabiẽ, quia nõ læsit, incurrit. Absalon unus est reus, & uniuersus contra patrẽ conspirat exercitus. Armãtur in cædem funestę multorũ manus, prouocant in innocentẽ ulcisci facinus alienũ. Vnus patricidę furor tot milia insanire cõpellit, unius demẽtia dementes efficit multos. Offendit em̃ Dauid filiũ, quia fratris in eũ uoluit ulcisci parricidiũ. Semper em̃ scelera, dum nõ resecant, increscũt, & in augmenta facinorũ prosilitur, quoties secura impunitate

2.Reg. 18.b peccatur. Dum em̃ in Absalon fratris occisi facinus nõ uindicat, in parricidiũ patris recidiuũ facinus iterat. Vos, uos, inquã, exercitus infelices admoneo, uos ad affectũ pietatis exhortor. Cur in alienũ facinus ruitis? cur furentis insaniã adiuuatis? cur parricidæ similes ac demẽtes existitis? Deserite, quæso: deserite reũ, nouo supplicio moriturũ. Forsitan enim si deseritis, cessabit: qui, ut auderet, uester numerus prouocauit. Certè solus pereat, qui naturæ iura debellat. Solus concidat, qui pietatẽ patris impugnat. Aut enim cessabit, dum pœnitet, aut perserabit & periet. Ego doleo reum, doleo impium, doleo nouo supplicio moriturum. Quis te in hoc facinus prosilire, parricida teterrime docuit? Quis te furor audere tam immane facinus prouocauit? Si offendit, pater est; si læsit, genitor. Quinimo nec offendit, nec læsit. Vincat furorem pietas, affectus insaniam superet: crudelitatẽ natura debellet. Aut nũquid te pater, quia nõ læsit, offendit: aut idcirco te offendit, quia non læsit? Qui forsitan non offenderet, si læsisset. Sed de affectu exhibe pietatẽ. Tibi parcis, dum à patre manus auertis: quẽ defendere deberes, si quod audes, alterũ audere cognouisses. Vbi nam solatiũ patres, ubi præsidiũ genitores inuenient, si filios senserint parricidas? Aut quãdo externa tuta sunt, si domestica nobis obsistũt. Bestiæ & mutæ pecudes pietatis iura conseruant: & quibus natura denegat rationẽ, non tamen denegat pietatẽ. Innocentẽ perimere, nefas est: patrem occidere, scelus: Prophetam iugulare, facinus inauditum, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Cessa iam ab isto scelere: cessa, cessa, inquam, ne te boni omnes semper exhorreant: ne audaces ex te, quod non nouerant, discant. Cessa, inquam, ne qui post te tantũ facinus perpetrarit, te utatur autore. Cur mũdo nouũ facinus tradis? Cur doces, quod natura non nouit? Cur cupis, quod pietas ipsa horrescit? Cur audes perficere, quod nouo supplicio cogat deus uindicare? Interea parricidæ furor non minuitur, non frenatur. Ardescit in peius, in maius accenditur. Cupit facinus cõceptũ festinanter implere, desiderat scelus dispositũ instantissime perpetrare, properanti ad nefas, tarda sunt cuncta: festinãti ad facinus uidentur remorari disposita. Cupit parricidiũ antè complere, q̃ gerat: festinat patrem antè intercipere, q̃ occidat. Sitit sanguinem patris, cruorẽ appetit genitoris. Timet differre uel modicũ: ne aut ira remorata deficiat, aut furia dilata langueſcat. Disponitur properè bellũ acies dirigitur, pugna paratur: cognatæ classes in semet ardescunt. Inde parricida exercitum cõtra patrẽ inflammat: hinc Dauid, ut parcant filio, abeuntes duces exorat. Parcite, inquit, filio meo Absalon. Inde demẽtia contra genitorem exurgit, hinc clementia, ut parricidæ parcatur, expoſcit. Inde furor, hinc pietas operatur. Inde insania, hinc misericordia interponitur. Inde crudelitas, hinc bonitas ostẽtatur. Parricida non læsus insanit, Dauid lædit & mitescit. Debellat ab impietate pietas, nec mouet: pietas patris nec gladio uincit, nec terrore mutat. Parricida nec ratiõe frangit, nec imminẽti interitu deterretur. Obdurat in pœnã, in suppliciũ cogitur, nec salutẽ in aliquo iam meret, qui patrẽ spoliare cõnititur. Respice iam sceleſtissime hostis ac nephãde, iã respice parricida, respice, inquã, usquequaq; in te cũcta cõuerti: respice cõtra te ab ipsa natura pugnari. Et quãuis contra te dimicet cœlum, moueatur terra, exercitus pugnet: tamen aliud te ignotum et inopinatum sustinet bellum, aliud tibi iam paratũ præliũ est, quod fugientem excipiat, properantẽ interimat, festinãtẽ occidat. Nõ em̃ isti exercitus, quos cernis, quos cõspicis, aut tuus furor contra patrẽ armauit, aut patris cõtra te necessitas prouocauit: qui quãuis dignè cõtrà te exerant gladios, uibrent enses, lanceas torqueant

Universidad de Deusto
Biblioteca

queant, ut dolor læsi patris tuo interitu diluatur: tamen te fugientẽ arbor excipiet, rami interimẽt, ligna suspendent. Adest, inquã, arbor in cãpo ramorum telis ornata, quæ te excipiat fugientem, properantem rapiat, patris iniuriã in parricidam defendat. Adest, inquam, arbor, quę nec patrem, ut tibi parcatur, audiuit, & iussa dei instanter implere contendit. Nec poteris hoc bellum impunitus euadere, qui genitori necẽ conatus es irrogare. Igitur cõmisso bello, prosternuntur hostes, ad uersarij cadunt, inimici uincuntur, nudatur hostis, deseritur parricida: iam suam in suis cõspicit pœnam: iam supplicium debitũ sibi, suorum interitu recognoscit. Iam timet, iã formidat, iam proprium meditatur interitum. Denicp animal petit, mulum conscendit: dat se in fugam præcipitẽ. Paratam properè festinat ad arborẽ, cui est traditus, & ictu uiolẽto immissus, animali subducto & subter in cãpos elapso, inserit ramis: obligat lignis, transfixo gutture colligatus. Pendens iam mortuus, ab hominibus inuenit, quẽ iam nec cœlum potuit conspicere uiuũ, nec terra ulterius sustinere. O nefandum meritũ parricidæ. Iniuriã patris non pugnantis gladius, non hostilis manus, non iaculantis ictus defendit: sed uindicant ligna, arbor ulciscitur, rami defendunt. Nec est ulla creatura, quæ mota non fuerit, cũ ipsum dominũ senserit moueri autorẽ. Igit redeunt cuncti de bello, parricida autore belli prostrato, cuius sanguine scelus diluitur, cuius supplicio immanis crudelitas sepelitur. Gaudent omnes, cuncti lætantur: solus Dauid plangit filiũ, parricidæ lamentat interitũ. Quid plangis gloriose pater, qd lamentaris, quasi Absalon quod ausus est cõprobaris? Quid fles scelestũ, quasi eum parricidiũ perpetrare uoluerис? Frangis gloriã uictoris exercitus, si fletur hostis interitus, nec lętitia esse poterit in uictoria, si parricidæ plangit pœna. Ille tuus nõ fuit filius, qui sic uiolauit paternos affectus. Ille tuus dici nõ meruit, qui ius patris sanctissimi uiolauit. Te non contẽpserunt exercitus, non duces, quibus parci scelesto mandasti. Sed illa arbor, illa te primũ ulta est: illa defendit, illa læsi patris iniuriã, qui te non audierat uindicauit. Defensio tua securitatem patris attulit, & patricidarũ audaciã reuocauit. Per te, & iniuria naturæ defensa est, & patrũ pietas reuocata. Nouo emi supplicio debuit interire, q̃ seculo nouũ scelus, per patris exitũ, uoluit inferre.

Habetur tamẽ 2. Reg. 18. 9. Ioab illius cor transfixerit telis tribus iuxta & Hebræos & LXX.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
in Heliam prophetam sermo.

Gloriosus olim prophetarum possessione, uti peculiaris quædã illorũ agricultura erat Iudæorũ populus: sed plaudite. Gloriatio hæc nunc ab eis in ecclesiam trãslata est. Ecce apud nos & prophetarum corpora. Necp emi congruit, ut prophetas agricolas adhuc habeat sterilis ille populus. Necp decet, ut apud illos seruentur prophetæ, qui eum, quem isti prędixerunt, crucifixerunt, pro mortuis quos apud illos excitauit, pro cæcis quos apud illos uisu donauit, pro esurientib. quos apud illos pauit, pro uiolentia quã Beato Heliæ deus omnium dominus propter illos fecit, & rariis modis, ut dicemus, ad reuocandũ, quã cõtra illos tulerat sententiam, coegit. Quem precor, ut & nunc mihi in cõ memorandis prophetæ huius factis dux sit & doctor. Igitur Helias ille, zelo dei insignis, ut uidit Iudæorũ gentẽ, contẽpta dei misericordia, perpetuò in delicijs uiuere, et idolorũ cultui deditã: & à deo quidẽ impietatẽ tolerari, ipsos aũt longanimitate ista, ad maiorẽ uitæ impœnitentiã abuti: uolens eos punitũ iri, cogitabat quid nam aduersus eos diuinę bonitati opponeret, quę paruis lachrymis statim moueretur ut iram ponat: decernit tandem, ut ad conceptã contra eos pœnã, deum iuramento astringat, quo ligatus, sententiam in eos non facilè solueret. Non ignorabat enim & iusto rum zelo deum placari. Dicebat itaq;, Bonus erga illos deus est, paucisq; eorũ flectit lachrymis: uerũ, bonitas illa populo malè cedit: longanimitate enim abutentes, perdite uiuunt, & simulacra colunt, atq; ita & deus ipse contẽnitur. Viuit dominus, inquit, & non erũt per annos illos ros & pluuia. Deinde, cum deus ei responderet: Quid ergo, si pœnitentes illi mihi blandientur, si lachrymas afferentes spectem, si a delictis resipiscentes uideã, statim'ne dare debeo pluuiã? Minimè, inquit, uiuit dominus, nisi per os meũ. Nõ, uiuit dominus. Illi idolis se addixerunt, ego per deitatem tuam iuro. Ostẽde mihi, quod iuramentũ hoc, & contra te ualeat, ut & per hoc idolorũ infirmitas declaretur. Non, uiuit dominus, nõ erunt tribus annis ros & pluuia, nisi per sermones oris mei. Non, quando tibi uidebit, pœnæ finẽ facias. Tibi enim pro clementia tua semper uidetur miseri corditer agendum. Sed tunc, quando ego pro eis orauero, & iudicauero quòd dignã animæ suæ curam gerant, probeq; resipiscant. Igitur propheticam sententiã reueritus est deus, & honorẽ iuramento illi dedit. Rem tamẽ moderatus dominus sic est, ut & prophetã simul reuereri uideret: & populi, quẽ fame puniebat, misereret. Et quid facit? Prophetã unà cũ populo punit, ut dum etiã ipse in famis supplicio cõprehenditur, aliquid miseri cordiæ in relaxando sententiæ suæ iuramento adiscat. Et punit quidem prophetã cum populo, leuiori tamẽ pœna eum corripit, & mirabili sapientia misericordię opus cõplet. Prophetã emi per illas potissimũ aues, quibus sui fœtus inuisi, nutrit. Odit emi prolem suã coruus, & natã non educat. Id quod propheta insinuans dixit: Et pullis coruorũ inuocantibus eum. Quoniã enim pulli coruorũ, imò omnes auiũ pulli, recens nati, infirmiores sunt, cp ut ipsi cibũ sibi parẽt, unde adhuc implumes à parentibus suis enutriuntur. Sed ab ea parentũ cura coruorũ pulli destituti, attamen ab illis nõ curatũ permanet coruorum genus. Vnde Dauid diuinã nobis misericordiam subinde commonstrans, eorũ educationẽ deo ascribit. Expositis emi ad aerẽ, utpote à parentibus neglectis, obuolitãt animalcula quædã, diuina prouidẽtia suppeditata, quæ captantes illi, crescunt & aluntur.

3. Reg. 17. 4

Psal. 146. b

Vnde

Vnde dicit: & pullis coruorũ inuocantibus eum. Proinde per patres illos filiorũ suorum osores, apud Heliã, qui ludæis ut filijs malę frugis succensebat, deus intercedit, quasi ad eum silenter ita diceret: Ne tanto Iudæorũ filiorũ tuorũ odio teneare, quanto erga pullos suos corui. Et ecce illi nũc conuersi sunt, uide uel eorũ misericordiã. Qui natura pullis sunt immisericordes & inhumani, illi ipsi ut hospites tibi seruiunt. Absurdum est ô Helia, quòd apud te misericordiæ meæ patrocinãtur corui: tu autẽ pro Iudæis, in quos sæuio, nõ intercedis. Erubesce, & uel coruorũ exemplo Iudæis esto clemẽtior. Ego emi, ut tuæ sentẽtiæ honorem do, ita & illorũ qui affliguntur misereri uelim. At Helias quũ deo nondũ crederet, reuocat alumni corui beneficiũ, & alia recõciliandi uia quæritur: nẽpe ut fame uictus, sententiã ipse soluere cogatur. Verũ ille coruorũ ministerio destitutus, nihilo mitior inediã etiã ipse sustinuit, & inquit: Non ingratũ est, quòd fame crucior, tantum ut impios puniri uideã, pereat etiã corpus meũ cum his qui fame affligunt. Itaq; cũ deficiente per coruos alimonia, transiret multũ temporis, iterum corripitur Helias & in alium transire locũ iubetur, ut famelicus ipse, famelicę uiduę, quę & ethnica erat, supplex esset. Quod hoc consilio dominus fecit. Nam cum Iudæis interdictum sit habere cõmercium cum Gentilibus, uolens eum ad misericordiam prouocare, prædixit ei futurũ, ut à muliere Gentili & uidua pascatur. Quò, mox ut audiret Gentilis nomen, ab alimento ab ea sumendo abhorreret, & uel sic deũ pro effundendo imbre imploraret. Surge, inquit, hinc, & uade in Sarepta Sidoniorũ, ut prædicpiã illic muleri uiduę ac Gentili ut te pascat. Ille aũt necp ad hanc uocẽ mitior factus cucurrit ad ethnicæ mulieris alimoniam. Iam quod maius est, excitat deus uiduam, ut esuriẽti uerba aspera loquatur, ita undequaq; ipsum ad benignitatẽ compellens. Et quidnam inquit mulier ethnica ad illũ? Viuit, ait, dominus deus tuus. Et unde mulierculæ Gentili hæc uox ut dicat? Præuenerat deus, & ei per uisionem prophetam ostendit. Hoc enim est, quod deus prophetæ dicit: Prædicpiã illic uiduæ, ut te pascat. Ostenderat enim deus mulieri figurã, formam, ætatem, & futuram petitionẽ prophetæ. Vnde ipsa reuelationis diuinæ cõscia, statim ut aduenit propheta, & cibum poposcit, clamabat: Viuit dominus deus tuus: non est mihi subcinericius panis, nisi quantum pugillus farinæ in hydria: & parũ olei in amphora, ut cum intrauero, faciã illum mihi, & pueris meis, ut comedamus & moriamur. Nihil emi nobis, inquit, residuum cp mors, ubi pugillũ hũc farinæ insumpserimus. Ad hanc tandem uocem affici aliquo modo cœpit Helias. Et in maiori angustia est hæc, inquit, cp ego sum. Ego solus esurio, illa cum puero fame laborat, non sim hospiti mortis autor. Quid tum? Ad hanc uocem relaxatur seueritas eius. Incipit mitescere, & intra se misericordiam exercere. Dicit: Non deficiat oleum cadi, necp farina hydriæ, donec det dominus pluuiam super terram. Iam tandem submeminit imbris dandi. Anteq; fame domaret, misericordiam in danda pluuia deo permittere nolebat, dicens: Non erunt tribus annis pluuia uel ros super terram, nisi iuxta uerba oris mei. Nunc aũt permittit, & soluendo iuramento præludit: & submeminit quidem, petitionem tamen nondum adhibet. Quid igitur misericordię fons ad hæc? Tertiam ei misericordiæ machinam admouet, præcipiẽs animam pueri uiduæ è corpore migrare. Saluus manus Prophetæ honor, benedictio nõ soluitur, hydria & cadus nõ deficiũt. Atq; adeò hinc magna misericordiæ necessitate Propheta cõstringitur. Erat emi cõtumelia Prophetæ, si benedictio Gentilis uiduæ, apud quam agebat, periret, & obfuisset uiduæ fidei, si ex hac cõsuetudine non maioris benedictionis sensisset cõmodum. Eapropter deus benedictionẽ quidem non iritauit, prophetam aũt tertia machina oppugnat. Faciens enim mori filiũ uiduæ, in eam necessitatẽ induxit prophetam, ut se orare cogeret. Nam uidua mortui pueri mater, lachrymabunda stabat apud prophetam, & dicebat: Vtinã pridẽ fame mortua essem, & ante hanc benedictionẽ emigrassem & nõ essem misera filij mortui spectatrix. Quo euẽtu cõfusus propheta: Hæ sunt, inquit, uiduæ hospitalitatis mercedes? Anteq; me in domum suam suscepit, erat ei proles: posteaq; autem me susceпit, dilectum filium mortuum plangit & lamentatur. Hoc euentu, ut dixi, confusus propheta, & apud seipsum expendens factum, sensit opus domini, sensit technas diuinas, et exclamat: Heu mihi, domine testis uiduæ apud quã ego habito. Quid autem est, quod hic uult dicere? Habeo, inquit, domine penes me testimonium tuũ de muliere hac. Tu enim dixisti: Præcipiam mulieri uiduæ, ut te alat: testificãs mulieris piam uoluntatẽ. Ad hanc ex illis me locis huc transire fecisti, & quam prius testimonij tui honore dignatus es prosequi, eam nũc filij morte punis? Heu mihi, domine testis uiduæ apud quam ego habito, tu occidisti filiũ eius. Non est mors illa naturæ euẽtus: tuum opus est, tuæ technę, quibus me in misericordiæ necessitatem adigis: ut si dicere tibi uoluero, Domine miserere filio uiduæ mortuo: tu mihi ex aduerso respõdeas, miserere filio meo Israel. Ad misericordiam me cõpellis. Sentio artes tuas. Hoc agis domine, ut si dixero tibi, Salua filium uiduæ mortuũ, Tu mihi ex aduerso respõdeas, Filium meũ Israel tu fame occisum misericordia dignare. Petis à me gratiã, petitur uicissim & à te gratia. Solue famis sententiã, & soluã mortis calculum. Postcp igitur uidit deus Heliam bene domitũ, & aliquanto misericordiorẽ redditũ, tandem & ipse misericordio res cũ eo cõfert sermones. Necp enim soluisse ultionẽ, ultrà iniuria erat. Proficiscere, inquit. Verba legationis dei sunt. Deus ipse per semetipsum de misericordia apud seruũ legationis munus obit, & intercedit. Proficiscere, inquit, quia factus es misericordior, declara cp misericordes sint sermões tui. Quia me agnouisti, agè & ego parturio

mise-

Ioan. 4. a

3. Reg. 17. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

misericordiam, audias posthac de ea re me manifestius. Parturio iindictæ solutionem, urgeo ut reconcilientur, reuereor lachrymas eorũ qui puniuntur. Omnes peccatores, ô Propheta, misericordiæ meæ chirographum habent. Ne mendacij apud illos me arguí feceris, audi autẽ & ipse chirographi uocẽ, quam certè & ipse nosti. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Arrigit ad hæc aures Helias, & animã his quæ à deo dicebantur, accommodat. Proficiscere, inquit, & compare apud Achab. Reconciliari eis uolo, sed absq; te non recõciliabor: tu gratiã illis prębe, qui nunc castigãtur. Ego clàm apud te pro illis intercedo, tu autẽ manifestus amicitiæ refarctæ sis autor. Vade & cõpare apud Achab, & dabo pluuiã super terram. tu cõcilia, tu significa, tu pluuiã concessam pronuntia, & æde: ego autem tuis sententijs subscribã. Currit igit uolens & nolens, & imbres futuros prædicat. Verum impietatẽ eorum adhuc uidens, iterum tristem quãdam in eos meditabatur sentẽtiam. Et quid tunc ad ea deus? Videns pertinacẽ Heliæ animũ, adhuc à misericordia abhorrentem, à peccatoribus ipsum segregat. Ego, dicit, scio zelum tuum, grata est mihi anima tua. Verum interim & peccatoribus misericors sum, cum supra modũ puniuntur, tu uero ualde seuerus es pietatis exquisitor. Vnde, quia peccatores ob zeli nimietatem ferre non uales, ascẽde quasi in cœlum, ego autem in terra peregrinus ero. Nam si diu tibi manendũ in terris, propediem humanum genus, quod à te continuò plectitur, aboleretur. Dein transi in cœlos ô Helia. Nõ potest cohabitare ignis calamo. Impeccabiles cõtuberniones posthac habiturus es: inter angelorum choros habitare te faciam: ego autem cum peccatoribus peregrinabor, qui in humeris ouem erraticã baiulare possum, qui clamo peccatoribus omnibus: Venite ad me omnes qui laboratis, ego non punio uos, sed requiescere uos faciam. Illi sit gloria in secula, Amen.

Exod. 18.g

3. Reg. 18.d

Mat. 11.d

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOstomi de Helia.

CVm gesta peccata recẽsemus, & uirtutes domini auida cupiditate tractamus: & officiorum studijs accendimur, & in obsequia debita excitamur. Neq; eñ alia de causa, ista conscripta sunt nobis, q̃ ut prouocemur, dum legimus: dum loquimur excitemur. Hoc eñ modo, & uirtutum laudes, & gestorũ domini glorias immolamus: dum nosipsos gratiarũactionibus cõpotes esse cognoscimus. Dignum enim sese gestorum laudibus deputat semper, qui gesta laudib. digna silentio se non patitur prꝫterire: ut dum ista assiduè frequentamus, mentem nostram in amorem domini prouocemus. Et locutus est, inquit, Helias ad populum, dicẽs: Viuit dominus, si erit his annis ros aut pluuia, nisi per uerbũ oris mei. Cumq; Helias propheta sanctissimus populum prævaricatum aspiceret: cumq; Baal & lucos, despecto domino, coli à sacrilegis perurideret: cũq; creatore despecto, figmẽtis sese, nemoribusq; omnis populus addixisset: zelo dei commotus, Iudæam terram siccitatis sententia & pluuiarũ sterilitate addixit. Tunc subitò anhelat terra, siccatur cœlũ, sitiunt amnes, fontes arescũt. Omis humor ima petit, supera deserit, aer feruet, serenitas torquet, tranquillitas pœna est. Aestuãt noctes, dies arescunt, sata torrentẽ, arbusta ægrotant, prata deficiunt, nemora languẽt, cãpi ieiunãt, squallet terra, herbas, quas produxit, interimit, irã dei uniuersa creatura testatur. Molesta est fames, ubi quod esurit necessitas deesse inuenit. Tandẽ pœna, quod torqueat: & culpa meruit competẽs aliquando supplicium. Sera ultio fœneratã meruit pœnam: & diu dilatum est quod quandoq; dignè ac meritò interueniret. Proh nefas, nulla ex pœna correctio, & quasi aduersis hominum malitia prouocetur: sic crescit quotidie quod puniatur. Amant pœnã, supplicium dilìgunt: nolunt recordari, ut uiuant: nolunt corrípi, ut euadant, & quasi frugem mentis sterilitas arefecerit siccitatis, sic arescente terra aruerant et hominũ corda. Interea solus Helias altior mundo, proximus cœlo, montis habitaculo & dei colloquio fruebatur, ne illorum pœnã perspiceret, quorũ scelera uidere non posset. Tunc dominus ad eum loquitur, dicens: Exurge, inquit, & uade in Sarepta Sidoniæ. Ecce prꝫcepi ibi mulieri uiduę, ut te pascat. Ad quã cum Helias uenisset ignotus ad ignotam, ad inopem indigens, ad religiosam deuotus: uictum petit, pabulum quærit, modicũ panis exposcit. Nec cunctatur uidua, quod habebat, offerre: ut sufficientiã possit, quam nõ habebat, accípere. Neq; enim uidua uictu potuit indigere, quę nefarijs in scelere nunq; potuit cõsentire. Aut in eam famis potuit dominari sententia, quam iniquorum pro uocauerat causa, ut diuersa merita fames discerneret, & iustitia in necessitatibus nõ egeret. Nunq; enim diuersa merita una astringit sentẽtia: nec iusti potuerunt cum iniusto cõiungi, quos cõstat uitæ diuersitatib. separari. Quia nec potest par exerceri iudicium, ubi dispar esse cõstitit meritũ. Horrea enim diuitum finiũtur, apothecæ scelestorum deficiunt, & capsæ iustorũ non minuuntur. Opulentos fames occidit, & uiduæ filios dominus per Heliam pascit. Fidelia farris, quod erogat, accípit: quod commodat sumit: quod tribuit, domino reddente acquirit. Nec enim aliquo pacto potuit finiri, quod dominus iusserat per famis tempora dispensari. Interea perseuerat in populo fames, malis perseuerantibus populi. Crescit malitia populorum, crescit & inopia rerum. Sæuit cunctorum impietas, sæuit & in cunctos necessitas. Vniuersi deficiunt uictu, & ab idolorũ non deficiunt cultu. Et quasi diuersitas ista inuicem cõcertaret, sic sese ista superari contendunt, ut putarent dementes sceleribus famem uincere, facinoribus necessitatem auertere, peccatis inopiam superare. Sed postq; dominus populum quassatum uidit, miseratus, iubet Heliam de monte descendere: iubet eum uniuersum populum congregare, ut sacrificio

3. Reg. 17.a

crificio perfecto, pluuias uenire faceret, quas sceleratо populo anteà denegasset: afferendisq; pluuijs Helias autor existeret, ut qui commoti dei iram ostenderat, idem & placati beneuolentiam demonstraret. Deniq; stabat Helias medius inter deum & populum. Stabat, inquam, inter sacri legos sanctus, inter peccatores iustus, inter prophanos deuotus, aduocationem populis cunctis præstaturus, obiurgat populũ, exorat deum, iram domini auertit, & errantem populum à dei cultura, ad dei latriam reuocauit. Coniũgit dominum populo, & deo populũ. Fit per Heliam una concordia inter deum & hominem, inter populum & genitorem. Et ut uniuersi dicerent, uere dominus deus ipse est deus: clauis cœli fit sermo Heliæ sanctissimi. Iubet enim & clauditur: orat post modum, & aperitur. Claudit, inquit, cœlum, & aperit: ligat, & soluit: reserat, quod conclusit: ut sanctorum meritum monstraretur, non solum in terris posse, quod uoluit: sed & in cœlestibus posse impetrare, quodcunq; petierit.

3. Reg. 18.g

DE ASCENSIONE HELIAE HOMIL.

4. Reg. 2.b

APud quosdam ueteres reges moris erat, ut si quis fortiter pro rege fecisset in bello, & corpus & animam periculis obijcere nõ timuisset, curru, atq; alijs regię dignitatis insignibus donaretur. Igitur reges terreni atq; mortales, ita sibi deuotissimos remunerare consueuerunt. Quãtò magis omnipotẽs deus, quia rex regũ, & dominus dominorũ est, Heliã suũ tota se corporis & animæ deuotione zelantẽ, post multorũ laborũ sudores, post dirarũ persecutionũ grauissimas fatigatiões, post tantorũ bellorũ magnas, illustresq; uictorias, opima de mundo, & diabolo spolia referentẽ igneo curru, atq; equis flammantibus impositũ triumphali gloria præfulgente, ad sua regna uoluit peruenire? Oportebat nanq; errãtis populi rectorẽ & gubernatorẽ, sacrorũ moderatorẽ, discrepantiũ uoluntatũ Israelis aurigã, qui ad iugũ timoris dei equorum lasciuos & uagos animos reuocauit, frenis, loriscq; astrinxit, & ad iter disciplinæ recto tenore currendũ cõcordi quadam copulatione composuit, ad regna cœlestia curru atq; equis transuolare euectum. Hinc poetas, atq; pictores in figuranda Solis imagine exempla credo sumpsisse. Qui curru atque equis fulgentibus, ipse rutilans atq; radians, & fluctu Oceani subleuatus inter præruptos montiũ scopulos euadens, quasi ad cœlestia uidetur ascendere in similitudinem luminis eius inductus. Sol enim Græco sermõe Helios appellatur. Vnde Helias uerè Helios, quoniã curru atq; equis fulgentibus, igne de Oceani fluctu, id est, de mũdi cõmotione: per montiũ scopulos, id est, per magnorum laborum difficultates progrediens ad cœlestia deuectus ascẽdit. Huic cœlestis ignis nõ modo currum quadrigarum subprębuit ad superna, uerumetiam iussis eius obsequutus sæpe mõstra

4. Reg. 1.b

tur. Armatum deniq; militem, qui ad capiẽdum eũ ab improbissimo rege fuerat destinatus, eius succensione cœlo lapsus ignis absumpsit, ad puniendos idolorum quoq; sacerdotes ueræ diuinitatis index de cœlo ignis hoc orante descendit. Quantũ iste ergo gehennæ ignibus illusisset, qui sic cœlestibus assueuerat imperare? Igitur postremo currus ignei simul, & equi profecturũ de seculo Prophetã præstolantur intenti. Qui opifex hunc currũ, quæ manus illas rotas in orbis uolumine circũegit, temonẽ protendit, iugũ insuper aptauit, cæteraq; cõposuit, cum materies omnium unus ignis arderet? Quę regio illos equos, quáue stirpe progenitos, quorum natura ignis, destinauit? Si animalia dixeris, ignis occurrit: si ignẽ crediderís, forma se animalis opponit. Aliud tibi forma, aliud tibi natura demõstrat. Si animalia contrectare uelis, ignis urit: si ignẽ refugis, animalia nõ credis. Ridiculosa sanè gentiũ semper opinio diuersas animaliũ formas, currus, atq; alias res in theatris seruẽtissima semper natura singulari quadam prædita soliditate cõstituit. Sed nos tam uerè currum & equos fuisse, q̃ uerè fuerit & ignis, credentes ac profitentes, nequaq; Gentilium uanos confirmare uidemur errores. Quæ aũt apud nos istius igneę formę natio fuerit, uel origo, paulopòst dicemus. Interim ex improuiso currus, & equi apparuere flammãtes. Quis hos ad Heliam perduxit equos, quis illis tam subito cursum statuit, quis iter suum in aere currentibus demõstrauit, quò currũ dirigerent, ubi aer ille onus exponeret, nullus omnino prætercq; qui sapit: soli autẽ equi subito ueniunt, Heliã ut uiderunt subsistũt, & ut ascensuro currũ præberent, terga spõtè conuertunt. Statim uero pio onere susceptо, in auras uentosq; prosiliunt, et rapidis per inane passibus aeris spatia corripiunt. Hoc illis aer, quod cãpus erat: hoc inane, quod terrenũ: quod dicas, an aliter dicas. Vbi rogo alternos figunt pedes, dum citis saltibus glomerant cursus? quod est in aere solum, quod duro calcibus cornu feriunt? Vbi rotarum instabilis illa sic currit inuersio, ut impetu globoso cõtinuò in semet uolubilitate redeunte, radiorũ tibi discrimine uelox uertigo confusa lucescurripiat, ut omino dubitare possis an currãt? Mirum prorsus & incredibile penè spectaculum equis currere supinis utiq; ad regna cœlestia tendentibus. Stat secus auriga, nec funditur: sed omnia ignis erat, qui lenitate naturæ, & per inane discurrit, & ad superna semper insurgit. Hoc ipsum magis mirũ est, tenue ac liquidũ corpus ignis soli dum auferre potuisse, aut ambulare nõ potuisse. Stat intrepidus super igneam cratem, nec incalescunt omino uestigia. Totũ corpus ignis ambit, nec lædit, per colla, per latera flãma discurrit innoxia. Mira prorsus ratio, hominẽ & illicita itinera petentẽ ignis euehit, & munit, & quicquid cœlestis naturę est iustorum itinera semper obsidere noscunt. Contra quos apostolus nos Paulus instruit: Non est uobis, inquit, luctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes harũ tenebrarum, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlesti bus, Quis itaq; putat hos omnes spiritus uagos,

Ephe. 6.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquietos, ac semper exsomnes cum tãto, & tam
præfulgente triũpho Heliam per aerem transeun
tem ignorare potuisse? Accurrũt omnes, nouum
mirantur spectaculũ, hominẽ uident, dubitãt, co
minus accedere cupiunt, ignẽ metuunt: & si quis
improborum fuerit, plus in eum custos & uector
exarsit. Quocunq; deinde currus impetũ tulerat,
spiritus nunc metu densantur in agmina, nunc di
spersi ueniẽti locũ turpi fuga citius derelinquũt.
Ignis est ista natura, an aliqua illa censura uersa
tur, ut unus atq; idem ignis prophetæ uoluptatẽ
tribuerit, hostibus minaretur incendia? Hoc quò
magis credas Babylonius te caminus edoceat,
qui uno eodemq; momento iustis refrigeria, iniu
stis uerò mouebat incendia. Quin etiã illeipse la
tro, ipse princeps in summa aeris arce residẽs, ue
luti peregrino sua transeunte miraꝛ, stupet, ac sic
deinde secum ipse uolutat, & quærit. Verumne
istud quod uideo, an aliquid erit, quod meos fal
lere possit obtutus? equos atq; currũ uideo coru
scantes, ignes rutila luce fulgentes, & quod ma
gis mirãdum sit, hominẽ desuper insistere, equos
agitare, nec lædi. Quid tamẽ istud est, quòd sic mi
hi mens confusa turbatur, uires torpent, conatus
omnis infringitur? Obuiã procurrere cupio, non
possum: solita tela torquere conor, nõ ualeo. Non
sine causa est, quòd sine cõgressiõe afficior, quòd
solo uincor aspectu. Quis tamẽ iste sit, curru pro
pinquante iam cognosco: ipse eum fulgor, qui ce
labat, ostendit. Heliã uideo, Helias est iste. Agno
sco fortissimum bellatorem, sed de me fateor sæ
pe uictorem. Quoties ego illi sum fortiter in bel
lum cõgressus, quoties in eũ milites quoq; meos
iratus armaui, quoties armis pressi, pepuli, fuga
ui, fame, siti, solitudine fatigaui, uincere tamẽ nõ
potui. Quinimò acrior rediit ad pugnam, & ine
ptas, inermesq; legiones meas crudeli strage deie
cit. O regis mei misera ac semper deflenda condi
tio, ó uirtus ipsa suis se armis frequenter expu
gnans: prohdolor, hostes meos ipsa, quæ dedero,
uulnera faciunt sæpe uictores. Quòd si meũ uin
cere perdere est: num tibi satis est Helia toties in
terris regẽ famosum uicisse? Nunquid & hæc re
gna me iterũ expugnaturus inuadis, me iterũ pe
tis, me terribilis ac metuendus inquiris? Tibi ce
dens, tuq; robur uirtutis effugiens ad hanc aeris
arcem, tanq; ad tutissimũ præsidium, ubi nullus
unquã mortalis accessit, cõuolaui, nec hæc mihi
iam tuta sedes est, nec hic licet iam sine timore cõ
sistere. Quòd si, quod credere magis libet, quia
hac iter ad cœlũ est, summũ regem uisurus ascen
dis, non inuideo, nec tibi iam toties uictus obsi
sto. Felix de me perpetuò triũphaturus in regno.
Nunc iam dilectissimi currus, equorumq; igneo
rum, ut superius proposuimus, rationẽ breuiter
exponamus. Scriptum de deo est: Qui facit ange
los suos spiritus, & ministros suos ignẽ urentem.
Horum natura cum sit cõuertibilis, in eas se for
mas uertunt, quæ prosint causis, ob quas dirigun
tur necessariæ. Diximus iam quibus ex causis o
portuerit Heliã sic ad superna transferri, & ideo

Psal. 103. c

A hic ignis est, qui & minister dei, & ipsius iussione
Heliã leuaturus ad cœlũ, currus, & equorum for
ma executurus iussa suscepit. Igitur si Helias cur
ru, atq; equis igneis ad cœlestia transuectũ se glo
riaꝛ: quãtò magis maior hęc q̃ credidimus gloria
est, ipsum scilicet dominũ de inferis, de diabolo,
de mũdo, de oĩbus mũdanis uirtutib. tã glorio
sum trophæũ ferentẽ, nulla angelorũ opera, nul
lo adminiculo ministrorũ, non ad cœlũ, sed ultra
omnes cœlos sola suę maiestatis ascendisse poten
tiaꝛ? Quod & uos quidẽ, qui ad consequendũ dei
munus acceditis, tota fidei deuotione credentes,
percipietis ea quæ deus pater daturũ se credenti
bus promisit, per Christũ dominũ nostrũ, cui est
gloria, & imperiũ, in secula seculorũ, Amen.

B SERMO DIVI IOANNIS CHRYSO
stomi De Naman Syro, ab Helisæo curato.

CVm Naaman regis Syriæ princeps
persusus lepra fuisset, cumq; horren
dæ plagæ maculoso affectus cõtagio
& sibi iam, & cunctis horreret: dole
bat rex Syrię talis se uiri priuatum au
xilio, per quem plurima confecerat bella, gentes
domuerat, uictorias perpetrarat: & de manu ho
stium, Syrorum populum liberauerat. Tunc au
dit Naaman apud Israelem populum, Helisæum
esse prophetam sanctissimum mirandis uirtuti
bus præditũ, & stupendis operibus nominatum,
per quem & possit causæ periculo liberari, & per
niciosa uarietate detergi. Mox suum pergit ad re
C gem, commendari se literis Israelitarum regi de
poscit. Confestim in hunc modum, ad regẽ lite- 4. Reg. 5. 8
ras mittit: Misi, inquit ad te Naaman seruum meũ,
ut cures eum à lepra ipsius. Has literas cum
rex à rege missas acciperet, & legisset: scidit uesti
menta sua, dicẽs: Videte, inquit, uidete, quoniam
malitiam iste conquirit. Misit enim ad me, homi
nem, ut curem eum à lepra ipsius. Nunquid deus
sum ego, ut mortificare, aut uiuificare possim? O
fides Naaman principis. O istius perfidia regis.
Naaman Syrus, fideliter festinat ad deum, & rex
perfidus, suũ scidit uestimentũ. Diffidunt, qui no
uerant: & qui non nouerant, credunt. Domestici
repugnant, & externi festinant. Rex Syrię credit
posse fieri, quod audierat: & rex Israel non credit
D fieri posse, quod nouerat. Alieni currunt ad auxi
lium, & proprij cœleste denegant donũ. Qui præ
dicare debuit, destruit: & qui destruere potuit, fe
stinauit: ut tãto gloria potior esset externis, quan
tò perfidia innotuerat regis. Tunc ad Helisæum
cum regis cõmotio perferretur: Mitte, inquit, ad
me: mitte Naaman Syrũ: ut sciat, quia est deus in
Israel. Adducitur itaq; ad hospitium hominis dei
Naaman Syrus cũ quadrigis & equitibus, & po
tentatu magnifico: ad quẽ misit homo dei, dicẽs:
Vade, & baptizare in Iordane septies, & munda
beris. Quo audito Naaman cõmotus, prorupit
se, dicens: Ego dicebam, quoniã exibit ad me ho
mo dei, & imponet super me manũ suam, & inuo
cabit dominũ deum suum, & curabit me à lepra
mea. Sed enim aquis me mũdari oportet: nónne

meliores

meliores sunt aquę penes nos? Tũc dixit ad eum A
quidam ex suis: Nunquid difficile uerbũ est, quod
locutus est Propheta ad te? Quare nõ facis, quod
dixit? Tunc reuersus est Naaman, & descendit in
Iordanẽ: & baptizatus septies, ascẽdit inde mun
datus: et facta est caro eius quasi caro infantis pue
ri. Tunc miratur Naaman, tunc stupet, tunc pro
phetam conspicit, tunc cœlum attendit, miratur
uno iussu affuisse uirtutem, miratur operatũ do
minũ, miratur detersum tanti tẽporis uitium, mi
ratur sese corpore mutatũ & mẽte. Pernicioſa ab
eo cõtagio pellitur, et optata sanitas reparata. To
tus homo naturę redditur: quia perfecta uirtus in
propheta sanctissimo operaꝛ. Gaudet Naaman,
propheta lætatur, ab utroq; dominus collauda
tur. Gaudet Naaman se, quod optauerat, perce B
pisse: & quod crediderat, inuenisse. Gaudet pro
pheta in opere, & lætaꝛ populus in uirtute. Gau
det ludæa, quòd ueniẽtibus ad se præstet auxilia:
discunt & gentes in Israel esse, quod apud se inue
nire non possunt. Seminaꝛ per omnes gentes glo
ria dei. Qui curatus est, prædicat: q̃ sensit, annun
tiat. Nec iam dubium habetur, quod dicit: quãdo
Syria, quod in Naamã cõspicit, protestaꝛ. Tunc
lætus Naaman Helisæo offert munera: tunc sani
tatis uoto dona ut accipiat, deprecaꝛ. Accipe, in
quit, accipe munera, quæ offero tibi: quæ domo
tuli, libenter assume. Non eñ pretiũ curatiõis est
istud, quod tribuo, nec sanitatem perceptam isto
munere redimo: quippe cũ sanitas ista, quam me
rui, nec pretio possit redimi, nec ullo munere in
C ueniri. Mihi, ingt Helisæus, quod offers, nõ acci
pio: quod ingeris, ut alienũ recuso. Nec ipse tibi
sanitatẽ, qua lætus es, pręstiti: nec pernicioſum ui
tium in te ego ipse correxi: nec te naturæ, ut æsti
mas, reddidi: sed est potẽs in cœlestib. deus, cuius
imperio seruio, officio pareo, seruituti insisto: cui
soli tuus dicãdus est animus, præparãdus est sen
sus, tribuendus famulatus. Huic enim si soli ser
ueris, aut si obsequia illi debita mãciparis, quan
ta mereberis, cõsjce: qui antecꝑ seruieris, tantam
meruerís sanitatem. Mox Naaman cultus sibi di
uinos indicit, superstitiosos abscõdit: mox se de
um uenerari testatur, & detestari idolum profite
tur. Mox se, quẽ agnouerat, deũ colere: & figmẽ
ta, quæ coluerat, abhorrere proloquitur. Nunc, D
inquit, cognoui quia dominus colẽdus est solus:
nunc primum addidici, quia unus est uenerãdus
deus: cæteri dij gentiũ nec saluare potuerunt, nec
nocere: quippe cum humano indigẽtes auxilio,
auxilia ipsi præstare non possint. Nec enim serua
re potuerunt, qui seruantur: aut uitã tribuere, qui
non uiuunt: aut sanum quempiam se colentiũ fa
cere, qui se nõ possunt de nõ colentibus uindica
re. Tunc Naaman proficiscit lætus in Syriã, tunc
ad suos properat sanus. Lætanꝛ omnes, qui cum
eo tristes aduenerãt, gaudent cuncti, qui eius ua
letudinẽ exhorrebant. Magnalia dei, secũ cuncti
loquuntur, uirtutes eius, uniuersi inuicẽ fabulan
tur. Statim Giezi prophetæ puer secũ loquitur,
dicens: Quoniã dominus meus à Naaman Syro

A noluit quicq̃ accipere: ego pergam, ut quod ille
noluit, sumã. Pergit propere, festinãter accurrit:
quem cum post se festinantẽ pueri Syri conspice
rent, ac domino nuntiarent: mox Naaman, suos
sistit currus, uehemẽter retrahit, animalia flectit,
ipse properus & festinans obuiam redit. Causas
exquirit ad se properandi: rationes exposcit. Ille
simulator ac fallax aptat mendaciũ, falsum com
ponit, dicit à propheta sibi esse mandatum, ut ar
genti aliquid mitteret, quod ad se aduenientibus
prophetarum liberis tribueret. Instãter Naaman
puero duplum q̃ petierat, dedit, quod prophetæ
supplex ipse ac deprecans dare non quiuit. Quo
accepto in sequestri depositio, Helisæo apparuit:
atq; in eius conspectu solito more constitit. Vbi,
inquit Propheta, fuisti, uel quid rei aut negotij
gessisti? Nusquam, inquit, isthinc discessi, nusquã
à tuis cõspectibus abfui. Tunc propheta sanctiſ
simus erumpit in uocẽ, Nónne, inquit, cor meum
fuit tecũ? Et scio, quẽadmodum Naaman prope
rarit obuiam tibi, à quo accepisti argentũ, & pos
sidebis ex eo agros, & uineas, & oliueta, & ser
uos, & ancillas. Sed & lepra Naaman Syri appli
cabit tibi & semini tuo, usq; in æternũ. Et statim
discessit ab eo, sicut nix. O admirãda potẽtia dei.
O sublime meritũ Helisei. Vno in tẽpore duplex
uirtus ostendit, & gemina potestas prophetã san
ctissimũ demõstrat. Curaꝛ Naaman Syrus, & le
pra Giezi perfundit seruus. Syro fides attulit glo 4. Reg. 5. 8
riã, & seruo perfidia intulit pœnã. Ille de Syria ue
C niẽs, quod desiderauit, accepit: hic de prophetæ
exiẽs domo, plagã sibi de perfidia acq̃siuit. Naa
man curaꝛ, & gaudet: Giezi uulneraꝛ & deflet.
Alius suis reddit sanus, alius cũctis ostendit ma
culatus. Alius exemplũ uirtutis ostẽdit, alius me
ritũ fallaciæ demõstrauit. Curaꝛ fide, q̃ fuerat ma
culatus, & maculaꝛ perfidia, q̃ fuerat sanus. Naa
mã inuitat ad deũ, Giezi proferꝛ singulis in perfi
diæ exemplum. Per Naaman, deus collaudaꝛ: per
Giezi, iudiciũ cœleste metuit. Inde salus nasciꝛ,
hinc metus: inde gloria petit, hinc fraudis mole
stia formidaꝛ, ut his exẽplis, & fidei pretiũ, & per
fidiæ supplicĩũ, cunctis gẽtibus monstraretur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI 1. Reg. 6
de Helisæo, & Syrorũ insidijs detectis.

TSi frequenter populorũ meritis, aut
bella nascunꝛ, aut fames inducitur, aut
exitialis uastitas irrogatur, quibus aut
frangatur malitia, aut superbia resece
tur, aut increscens uitiositas cõprimatur, tamen
isthic diuinæ ostendendæ uirtutis & demonstran
dæ potẽtiæ genitoris Helisæi sanctissimi tẽporĩ
bus, filijs Israel à Syrijs bellũ indicitur, & futura
pugna instantissime nuntiaꝛ, in qua pugna ten
duntur in cãpo ab inimicis insidiæ, doli ab hosti
bus præparantur, deceptionũ latebræ disponun
tur, ut populus dei non tam bello, q̃ insidiarum
fallacia deuincatur. Hoc nudat Helisæus prophe
ta sanctissimus, mittens ad regem Israel. Obser
ua, inquit, locum fili mi, quia in ipsum Syri confi
dunt: cuius uitatio loci & Israelitas fecit incolu

Universidad de Deusto
Biblioteca

mes,& Syros reddidit ſtrictiores. Tũc Syrorum rex cõuocat ſuos: Dicite, inquit, mihi: dicite quiſnam me Iſraelitis detulerit, quis conſilia inſidiarum nudauerit, aut deceptiones, quas contra eos fecimus, indicarit. Nullus te, inquiunt, detulit, nullus tua conſilia denudauit, ſed eſt in iſtis propheta ſanctiſsimus, qui ſi quid cogitas, nouit: qui, ſi quid loqueris, ſcit: & quæcunq; occultè diſpoſueris, recognoſcit. Idẽ illis totũ retulit: idẽ, quod diſpoſueras, indicauit. Sedebat nanq; Heliſæus in mõte altior mũdo, propior cœlo. Sedebat, inquam, in ædito iacentia infra ſeſe deſpiciens, ſuperna iam deuotus attendens, nec humano colloquio deditus, qui per precũ colloquia deo fuerat copulatus. Tunc itaq; Syriæ rex mittit exercitus, multitudines aggregat, armatos inſtigat, ut circundato monte hominem dei adducerẽt ſibi. Irriſit ſe nequiſsimus hoſtis: irriſit, & ſtulto conſilio de homine dei aliud, q̃ debuit, ſenſit. Si enim Heliſæum, dei hominem nõ putauit, cur multitudinem miſit? Aut ſi dei hominem ſciuit: cur eum, contra ſe, armatũ dei uirtute neſciuit? Aut priuatum hominẽ adducere pauci poſſent, aut contra hominem dei ualere eius exercitus nõ potuiſſet. Debuit enim ſtultus iam credere, contra eum ire non poſſe, quem latentes inſidias audierat denudaſſe. Cogitabant igitur Heliſæi indaginem hoſtes, & ille ad deum dirigit preces. Multitudo cõtra ſanctum armatur, & ille in mõte deprecatur. Circundant locum, ambiunt mõtem, non ut dei hominẽ captiuarent, ſed per eũ ipſi captiui in Samariam deuenirent. Quem mõtem cum prophetæ puer armatis circundatum cõſpexiſſet: O, inquit, domine ſurge, quia circundati ſumus. Sede, inquit, fili, ſede intrepidus: ſede, inquã, ut dixi ſecurus, quia quod non uides, uideo: quod neſcis, aſpicio: quod nõ putas, recognoſco: plures enim ſunt, qui nos tuentur, q̃ illi, qui contra nos miſsi, uenerunt. Domine, inquit, aperiantur iſtius pueri oculi, & uideat quãta ſit multitudo nobiſcum. Confeſtim uidet angelorũ exercitus puer, & quadrigam igneam ſtantem ante Heliſæum. Dehinc deſcẽdit Heliſæus ad illos, & inuocato domino, dixit: Percute domine gentem iſtam cæcitate. O admiranda diuerſitas rerum, Heliſæi precibus diuerſi cedunt effectus. Pueri eñ oculi aperiuntur, & nephãdi exercitus excæcãtur, uidet puer, quæ uidere non poterat, & exercitus nõ uidet quæ uidebat. Alterius reſeratur uiſus, & alterius excæcatur obtutus. Ita enim fuerat dignũ, ut puer inconceſſa uideret, & prophetæ oratio inimicis cõceſſa denegaret. Interea deſcẽdit ad eos Heliſeus, & dixit, uenite, inquit, uenite poſt me, & ego uobis uirũ, quẽ quæritis, demonſtrabo. O uirtus admirabilis dei. Ducuntur captiui, qui prophetã uenerãt captiuare, detinẽtur ut rei, qui dei hominẽ uoluerãt detinere. Propheta ſanctiſsimus nõ pugnat, & uincit, nõ dimicat, & ſubigit. Fit ſine ſanguine uictor, ſine gladio triũphator. Vna eñ prece, & inimicos, qui nocere uenerãt, excæcauit, & prophetæ uictoriã de hoſtibus acquiſiuit. In reos ſua uertuntur, in hoſtes propria retorquẽtur, nec ſe eſſe cæcos agnoſcunt, donec reddito uiſu, & ſe captiuos cõſpicerent, & prophetã autorem ſupplices adorarent. Mox, ut captiui exercitus ciuitatẽ ingreſsi ſunt, claudunt portæ, accurrit populus, rex feſtinat, ſtupent omnes, cuncti mirantur. Stupent, inquã, ſine pugna hoſtes adductos, & inimicos ſine prælio indagine cinctos: quos non potuerũt facere in bello captiuos. Domine, inqt Heliſæus, qui uirtutes ſemper oſtendis & mirandis operibus innoteſcis, quiq; prodigijs & ſignis ſalutaria ſemper & utilia operaris, reſeretur iſtorum hominũ uiſus, & nuper illis clauſa quæ fuerãt, in apertã lucẽ & manifeſtos aſpectus reſplendeãt, ut & illa, quæ nõ uident, uideãt: & quæ uidere debeãt, recognoſcãt. Tunc reddito uiſu lamentãr & plangũt. Tunc ſe captiuos, tũc reos, tũc ſe morti iam proximos recognoſcũt. Statim rex Heliſæo locutus eſt, dicẽs, Si percutiã illos, pater? Et dixit ad eum Heliſeus, Non percuties, quos non cepiſti in gladio & lancea tua, ſed appone illis panem & aquam. Manducẽt & bibant, & eant in regionem ſuam. Non percuties, inquit, quos nec in pugna cepiſti, nec in prælio ſuperaſti. Alia eſt eñ conditio belli, alia eſt uirtus dei, alius eſt ordo pugnantis, alia eſt cauſa uirtutis & ſigna monſtrantis. In bello ſalus adimitur, gladius timetur, arma tractantur, in portentis & ſignis uitę utilitas exhibetur. Illic timor eſt, hic admiratio. Illic metus, hic gloria. Illic formido hominem concutit, hic lætitiã dei cultus indicit. Illic effectus uictoriæ, cædes hominum conſtat: hic ſignorum oſtenſio dei potentiam prædicat. Intercipitur enim uirtus, ſi uirtutis relator extinguitur: fruſtra ſignũ apud nos, quod geſtum eſt, remanẽs oſtenditur, ſi ipſe ſignifer aboletur. Diſcant qui neſciunt, referãt qui ſenſerunt: pergant ad ſuos, ad proprios redeant, uirtutes indicent dei, potentiã referãt domini. Nuntient, inquam, qui ſenſerunt: qui nuntiare non poterunt, ſi idem, qui ſenſerant, occiduntur. Diſcãt hoſtibus parcere, qui innocentes perſequi cõſueuerant: diſcant parcendo uincere, ignoſcẽdo terrere, furias hoſtiũ humanitate lenire. Igitur poſtquam apponi menſas aſpiciunt, & dapibus ſe inuitari cognoſcũt, miranr & ſtupent ſibi pro morte uictum, pro interitu cibum, cõuiuium pro pœna offerri. Aut iſthic, inquiunt, aliquæ latent inſidiæ: aut ſi ſimplicia iſta et uera ſunt, quales ſe exhibent ſuis, cum tales ſe exhibeãt alienis? Aut quomodo ciues diligunt, qui hoſtes taliter tractant? Aut quemadmodum accepta referunt beneficia, apud quos humanitate expungitur pœna? Denicq; poſtq; portis apertis ad ſuos cuncti dimiſsi: tunc ſecum inuicem tractant, tunc ſecum diuerſa apud ſuos animos cogitant. Recolunt ſubitò ſe uiſu multatos, ac per hoc in ciuitatem hoſtium uenisſe captiuos. Dehinc reddito uiſu, nec quid fecerint, meminiſſe, & quid euadere potuerint, perdidiſſe. Poſtea à rege petitos ad mortẽ, ſed prophetã illis feciſſe pro morte tribui humanitatẽ. Gaudent ſe ſenſiſſe tot pericula, quot uirtutes, tot ſignagna aſpe-

gne aſpexiſſe, quot mortes: quibus liberati, & cognouiſſe, quod non nouerant: & euaſiſſe, quod meruerant, gaudent. Fit propheta ſanctiſsimus glorioſus in ſuis, glorioſior in alienis. Exhibet ſuis ſigna uirtutũ, & alienis cauſas exhibet glorię. Docuit prior inimicos foueri, docuit primus debere hoſtibus parci, docuit aduerſarijs pro pœna, epulas exhiberi. O dominũ Chriſtũ, & in uetęribus nouum, & in nouis exemplis ueterem figuratum. Heliſæus ſanctiſsimus clauſit uiſum, & reſerat: cęcos efficit, & illuminat: aſpectum adimit, & condonat: perſequẽtibus adimit, & ſe ſequentibus tribuit: cæcos efficit alienos, & uidentes efficit in ciuitate incluſos. Qui captiuare prophetã uenerant, excæcãtur: & qui capti iam fuerãt, oculantur. Huius utriuſq; ueritas cõpletur, ut & figura Chriſti, & exemplũ futuri populi mõſtrarent, ut iam fierẽt ex alienis propriį, ex inimicis amici, ex hoſtibus ſui. Dimittit Heliſęus exercitus iſtos ad ſuos, Dimittit, inquã, tot prædicatores, quot habuit hoſtes: tot relatores uirtutum, quot homines hoſtiũ. Iam apud gẽtes deo negotiũ gerítur, iam apud exteros cõperta ueritas demonſtratur, Fragrant, inquam, magnalia dei, uirtutes in ludæa geſtæ ab ipſis, qui ſenſerãt, prædicant. Nulla natio ignorat, quod didicit, Nulla gens eſt quæ neſciat, quod audiuit: ut quod tunc temporis defuit, per apoſtolos poſtmodum compleretur, dicẽte ſcriptura: In uniuerſam terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Cui tutum eſt ignorare, quod gentes iam manifeſtum eſt noſſe? Quis ſine periculo neſcit, quod cũ metu, qui ſenſit, exponit? Cui expedit talia de deo non credere, quæ gentes iam conſpicit demonſtrare? Virtutes dei, & qui ſenſit, prædicat: & qui audiuit, cum alacritate frequentat. Nec ſine periculo poterit tacere, qui didicit, quando qui ſenſit hæc gaudia, tacere non nouit.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, archiepiſcopi Conſtantinopolitani, de patientia Iob, Lælio Tiſernate interprete.

HOMILIA PRIMA

MAGNVS ad nos hodierna die certator orbis aduenit, uenit ad nos peregrinus atq; angelis par: qui permultum à diabolo pulſatus, & permultum à deo teſtimonijs comprobatus: qui permultum à diabolo tritus, & multa brauia ab angelis ſpectatoribus conſecutus: qui ab inimico mirum in modum cæſus, & magnus uir magnis dignus coronis, in orbe à deo oſtenſus. Hic enim ipſe ſecum diſputans, inquit: Nunquid uanum putaſti iudicium meũ, ſed ut uideariſ iuſtus? Quis igitur bellatorem talem extollere præconijs pro dignitate poterit? Quis brauia fortibus eius condigna geſtis audebit extexere? Quis tentabit immenſum laudum pelagus ingredi? Quemadmodum enim ſanæ mentis nemo audebit unquam maris pela-

Iob.40.d

gus humanis pertranſire pedibus: ſic nec ex ſapientibus quiſquã, ſummeq; peritis tentabit quandoq; nobilis illius ac beatæ animæ laudes audientibus enarrare. Omnem enim humanam ſapientiam officioſa eius facta ſuperexcedunt, eiusq; luctatio humanam omnem diadematis autoritatem ſuperat. Igitur euangelica lingua nobis mirè neceſſariò accedat, quò ſummis, ut ita dicam, digitis, unguenti alabaſtrum tangentes, eccleſiam limul repleamus. ſolum enim uas Iob, ſi tãgere cœperimus idq; pauliſper concuſſerimus, illico unguenti fragrantia eccleſia replebitur. Audiamus hiſtoriam de ipſo, dicentem: In omnibus his quæ euenerunt ei, nihil peccauit Iob labrijs in conſpectu domini. Audiſti teſtimonium angelorũ, commendationem excitans: uidiſti teſtimonium diaboli ſuis eum conatibus lacerãs. In omnibus his quæ euenerunt ei, nihil peccauit: hoc dei teſtimonium, non ſecus q̃ unguentum admodum pretioſum per omnẽ eccleſiam audiẽtes lętificat. O uas ſummi pretij, uno in Arabiæ loco reconditũ, per totum orbem ſuauẽ unguenti odorem tranſmittens. O uas lapidibus & plagis & telis à diabolo ictum, unguentũ non effundens. Plurimũ itaq; laboris diabolo accidit, quò uas illud cõtereret, unguentũq; boni odoris perderet, qui & ſtatuit per hulcerum fœtorem, unguẽ i odorem denigrare. Nam & huius corpus ſanie uulnerum efferueſcere fecit, ſed & manſit uas uulneratũ & non amiſſum unguentum, ut & nos fidenter ipſi dicamus: Vnguentum effuſum nomẽ tuum. Opportunum eſt ergo modum ipſum, quemadmodũ ipſe dimicauerit bellator, conſiderare, ut in admirabilẽ illam imaginem proſpicientes, intelligamus, quoniam deus diabolo oſtendere uolens ſuper terram homines iuſtos habere, non iam per adulationem, ueluti Adam ſeductus, ſed mille per cruciatus, milleq; flagella Iob tentare permiſit. Et licet apoſtata Adamum decipiens, & mulieri per blanditias prævalẽs, de paradiſo eiecerit: hunc tamen hominem nõ potuit euertere. Ecce Iob ſine mandatorũ ſcriptura uiuens, legemq; naturę non ſcriptam, mente rectè gerens. Adhibe mille blandimenta, adulationes mille, totidem cruciatus, ſi poteris optimam hanc beatamq; animam uel dimouere, uel obliquare. Ecce primum eieciſti hominem de paradiſo, nunc tenta, ſi uel à ſterquilinio pugilem ſupplãtare poteris. Sed paulò altius in ipſam recurramus hiſtoriam. Vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat uir ille irreprehẽſibilis, ac timens deũ, & recedens à malo. Talis erat Adam, priuſquã à muliere ſeduceretur. Ille indutus fuit incorruptione, ſed ut mulieri credidit, nudus effectus & cõdemnatus eſt: Iob uero nudus erat, & mulieri non credidit: & quia mulieri non credidit, corona per angelos allata indutus eſt. Ille ut mulieri credidit, à paradiſi delitijs cecidit, in terrã ſpinarũ mortemq; incidit, quam & tanq; hæreditatem conſecutus eſt: hic quia non credidit mulieri, & à ſterquilinio plagis q̃ liberatus, regnũ hæreditauit cœlorum. Ille reſpõdens deo, inquit: Mu-

Cant.1.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

lier quam dediſti mihi, illa mihi dedit, & comedi. A
O reſponſum indulgentiam non habens, illa inquit, comede: deus dixit, Ne comedas: quare ergo mulieri obſecundas & deum ſpernis? ſed non eiuſmodi fuit ſanctus Iob. Qualis ergo? cum ter-
Iob.2.c rore ingt, ô mulier quare quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es? dicit ergo hiſtoria: Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Cuius rei gratia prouinciam nominauit? ut diſceres non peruerſorũ commercia agere id poſſe, ut iuſtus uir peccet: ſed pio rum deoq; deditorũ propoſitũ firmam ſtabilemq; oportet habere mentem. Nam & Arabiæ regio impurorum corruptorumq; hominum habitaculum eſt: omnes iniqui erãt, omnes deo odibiles, omnes iniqui & facinoroſi, omes ſuperbi ab Eſau deſcendentes, peccatisq; non ſecus quàm conuiuijs gaudentes: ſed tantũ impietatis pelagus, pietatis luculentam faciem nequiuit extinguere: tanta malorum regio, cõtinentiæ decorem denigrare non ualuit. Ideo huic proximus accedere diabolus cœpit: quoniã quidem eleemoſynis ipſum magis q̃ pecunia diteſcere uidit. Audi eum ſine
Iob.29.c mendacio dicẽtem: Oculus fui cæco, & pes claudo. Et iterum: Ego ſuper impotente fleui, & inge mui uirum in neceſsitate uidens. Et nõ modò rebus ſupra modum diteſcebat, ſed etiam operibus theſauros beneficij egentibus largitus eſt. Alibi enim dicit: Non exiuit de domo mea indigens ſinu uacuo, os uiduæ benedixit mihi: de uelleribus ouium mearũ calefacti ſunt humeri pauperum. Manifeſtũ itaq;, quòd ex diuerſis diteſcebat theſaurus ſuus, & operib. & ſermõe & eleemoſyna, & aſsiſtentia pauperum & ſubuentione indigentium. Sed uide quid diabolus facit, omnium primò ab eo ſubſtantiam uniuerſam diripit, poſtremò & liberos aufert. Camelorũ primum armenta ſuſtulit & ouium gregem: aſinorum magnum illum numerum & maximũ boum, arripuit hæc uniuerſa, & ultimo loco liberos. Obſecro omni cum diligentia attende: primum diripuit uniuerſam eius ſubſtantiam, poſtmodũ liberos, diripuit hæreditaria bona, poſtmodũ hæredes ipſos perdidit. Quò enim per liberos totaliter plecteret, primum cœpit ſubſtantiam perdere: primum cœpit hæreditaria bona uiuis hæredib. arripere, quò filijs filiabusq; exiſtentibus, per iumentorũ amiſ- D
ſionẽ letale accipiat iuſtus mœſtitiæ uulnus. Conſiderauit em̃ prauus dæmon, liberis fortaſſe prius extinctis, nullo mouendum ſenſu, amiſsione iumentorum. Sed qui prorſus adamas nobiliſq; dimicator, qui multis cæſus flagris, atq; in omnibus coronatus, qui multa accipiens in ſe tela, & ipſis telis diabolum confodiens, qui per arma confortatus iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris nõ doluit, nõ lachrymas fudit, nõ motus eſt, ſed neq; ad iumentorum perditionem curuatus, neq; in liberorum morte pietati fraudem fecit. Manſit quaſi turris minimè nutans, ſub terra inferius detẽta, ac radicitus fundata, atq; ad ipſos orbes cœleſtes aſſurgens. Venit prior nuntius, & dixit Iob: Boues arabant & aſinæ paſcebantur iuxta eos, uenerunt prædones, tulerunt omnia, & pueros interfecerunt gladio. Adhuc eo loquente, uenit alius nuntius, & dixit Iob: Ignis cecidit de cœlo, & tactas oues pueroſq; conſumpſit. Reſpice quid facit diabolus. Vt enim uidit eum ad primam ſecũdamq; plagam generoſe ſtantem, neq; ſuis omnino cruciatibus dimotũ, neq; debellatũ, tale quid machinatur: ignem ex aere iacit, ut opinetur is de cœlo ignẽ demiſſum, & quũ putauerit deũ ſe de cœlo expugnare, blaſphemet deũ, quẽ putauerit ſe ſic ſine peccati ullius nota iniuſtè debellantẽ. Et, ingt, ignis de cœlo cecidit, & tactas oues pueroſq; conſumpſit. Etiã hoc adhuc loquente, uenit alius nũtius, & dixit Iob: Chaldæi fecerũt tres turmas, & circumierũt camelos, & tulerunt eos, necnon B & pueros percuſſerunt gladio. Sed perſtitit in omnibus his beatus Iob, ueluti columna quẽdã immobilis: quaſi turris, quæ nõ quatitur: uelut luctator inuictus, uulnerãs magis q̃ uulneratus. Nam cum quis inutiliter laborat, in multis quidẽ dimicans, in nullo uerò proficiens: ſæpe pugnãs, neq; omnino ſuperans: ipſe eſt qui magis flagella contra uanos ſuos conatus ſuſcipit, q̃ quod flagellet. Etiam hoc loquente uenit alius nuntius, continuum bellum, ſed uanum, indicẽs: denſiora tela, ſed lætiora brauia intulit, nõ ſinit eum uſq; ad horam reſpirare: immiſit omnia tela, neq; repugnantẽ uicit, ſuam euacuauit pharetram, ſed nec ipſe dolore euacuatus eſt. Confundantur omnes iniquè agentes ſuperuacuè. Igitur ubi ille aduerſarius eſt C
humiliatus, confuſus, qui multa quidem conatus eſt, per cũcta uero uictus: immiſit enim aduerſus paſtores tela ſua, aduerſus oues, aduerſus camelos, aduerſus natos, aduerſus domum, aduerſus corpus, per amicos & domeſticos, per uulnera & ſaniem: omnia uana exiſtimauit uir ſanctus, pietatẽq; non ſoluit. Murũ perfodit inimicus theſaurumq; nõ minuit, nec abſtulit. Quotquot habuit mundi tyrãnus iacula mouit: per ignẽ, per enſes, per ruinã, per captiuitatem, per ſanguinem: hæc omnia tetẽdit, & uirilem magis bellatorẽ effecit. Quare & Propheta exclamat, dicens: Inimici de Pſal.9.d
fecerunt framea in finẽ. Fortaſſis & ad ipſum dicitur: Durum tibi contra ſtimulum calcitrare: di- Acto.9.d
ripuit uniuerſa, pecuniam, iumenta, ſubſtantiam. D
Et ultimus nuntius, ait: Filijs tuis & filiabus ue- Iob.1.d
ſcentibus & bibentibus uinũ in domo fratris ſui primogeniti, repentè uentus uehemẽs irruit à regiõe deſerti, & cõcuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt. Et ut diſcas dilecte, quòd homo nõ erat, qui hæc Iob narrabat, ſed ipſe diabolus hominis in ſpeciem transformatus, cum omni diligentia aduerte quod dicitur. Filijs tuis, inquit, & filiabus tuis ueſcentibus & bibentibus uinũ in domo fratris ſui primogeniti, repentè uentus uehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt. Vnde nouiſti, dic mihi, quoniam uentus uenit è deſerto, & concuſſit quatuor angulos domus? Si homo es, & intra domũ fueras, quo-

quomodo quæ extra facta erant, uideras? Si au- A
tem ſpiritus eras, homo non eras, ſed in hominis effigiem transformatus. Filijs, inquit, & filiabus tuis ueſcentibus apud fratrẽ ſuum ſeniorẽ. Vide quomodo omni intelligẽtia ſapientiaq; repletus
Gen.4.b erat ſanctus Iob. Cogitabat em̃, quoniã Cain & Abel duo fuerunt fratres ſoli per orbem exiſtentes, nullas habentes belli cauſas: omis enim terra communiter ambobus ſubiecta erat: & tamẽ honori Abel Cain inuidus interfecit fratrẽ. Huius rei gratia beatus Iob, pro occultis filiorũ quidem deo ſacrificium faciebat quotidie ſurgẽs: hæc atq;
Iob.1.b his ſimilia dicens: Nequando cogitauerunt mala filij mei ad deũ in cordibus ſuis. Pro his uero, quę uel uerbo ipſis alterutro, uel contentione contigiſſent, continuò ueſci ad inuicem faciebat: exiſti B
mans, quoniam & ſi quicq; liuoris uiciſsim contraxiſſent, mẽſa panisq; appoſitio eos conciliaret unanimes, intercidentemq; faceret exulare malitiam: optimè ſciens, quoniam ex menſa cõtinua maligna quęq; intercidentia ſoluerentur. Sed bono totius aduerſarius, inuidusq; diabolus obſeruauit tali tempore necare innocẽtes pueros, tempore ſcilicet meridiano: quo cũ omnes læti ſimul erant, cum ad pacem coniungebantur, tunc inſeſtiſsimo cõtra eos bello coortus eſt. Et illi quidẽ amicitiam, hic uero gladium acuebat: illi charitatem ædificabant, hic domum ſubuertit: factaq; eſt eadem hora domus ſepulchrum, & mẽſa calamitatis cymba, & naufragium, & paſtoralis ſtatio à feris diſsipata. Quid ergo generoſus ille? nõ con C
fuſus eſt, non concidit: quis ſermo, quæ uox ad eam narrationem ſufficiet? O nobilem beatamq; animam, ó patientiam magnam, nihil ſublimius habentem: profectò dilectiſsimi confundor ſpiritu, conſcientia turbor, in his coronatum uidens Iob. Sed magis confundor, eum diademate uidens inſignitum. Si tunc ille ſufferre potuerit filiorum crudelem caſum coràm intuens, confundor animа. Puto autẽ & uos itidem ſapere. Quomodo ergo talem tantamq; tragœdiam explicauero, non ſatis noui, & quidem quorũcunq; præconiorum, laudumq; magnitudinem in lingua ferens. Qui enim ſecũdum carnem parentes ſunt, cum natum ultimo ſpiritu laborãtem habuerint, circunſedent, ultimaq; eius audiũt uerba, manus D
circumpalpant, adhortationes, fomentaq; alia de induſtria adhibent. Os deoſculantur ultimo parentum oſculo. Exinde cum reddiderit puer animam, quemadmodum deſiderant, iubent parentes officia adhibere. Manus componunt, oculos claudunt, caput directo ſtatuunt, pedes reducũt, lauant, ſepulchroq; condigno dignis funeralibus condunt, atque prppria calamitate ſolantur. Sed quid ſimile generoſo huic pugili? Abijt ad domũ funeſtam, quæ ipſis una & eadem hora domus & ſepulchrum, conuiuium & tumulus, feſtum & fletus facta eſt. Circumfodit, & quæſiuit liberorum membra, inuenitq; uinum & ſanguinem, panem & manũ, & puluerem. Et excepit quandoq; quidem manum, quandoq; pedem, quandoq; caput cum puluerulenta materia, quã abſtrahebat cum A
lapidibus, cũ lignis: & quãdoq; quidem uentris, quandoq; inteſtinorũ partem, uiſcera cum macerie confuſa. Sedit autẽ cœlo celſior ille luctator, diſperſa liberorũ membra legẽs. Sedit cõponens membra ad membra, manus ad brachiũ aptans, caput ad humeros, genu ad femur. Neq; una erat illius caſus calamitas, ſed diabolica operatione, & tyrannide omnẽ ſermonem excedens ſubuerſio. Sedit itaq; uerus fortisq; adamas beatus Iob, diſcernens liberorũ ſuorũ membra, cauensq; ne fortè in maſculinis membris fœminea coniungat. O beatam, profectoq; generoſam felicemq; animam, celebrẽ angelorum famam ſuperãtem. Quare? quia in omnibus quę ſuperuenerũt ei, non
B peccauit Iob in conſpectu domini. Sed pro his omnibus perfectã gratiarum actionem ſacrificij loco obtulit, dicẽs: Sit nomen domini benedictum, Iob.1.d
nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA SECVNDA.

Magnum rerum pondus, magnarũ narrationum dignitatem poſtulat, ſplendi diſq; iuſtorũ hiſtorijs ſplendida lingua ſplendidaq; mens conuenit: Et mens quidem diuinas literas ſyncerè iugiterq; contemplans, lingua uero diuina interpretans. Idq; potiſsimum in ſubiecto nobis, ſumptoq; ſancti Iob laborum opere, qui omnem peragentes ſub cœlo regionem, patientiæ ſermonẽ coruſcantium more uibrant. Sed noui gratiã dei prębiturã fore uer
C bum, non pro dicentis autoritate, ſed patrum interueniente legatione ſanctorum. Cæterũ in eam ueniamus hiſtoriã. Vir erat in terra Hus. Neceſſarium eſt omni ri primò, qualem uim procœmium ipſum habeat inquirere, cuiusq; rei gratia hiſtoricus ab hac facit dictione principiũ, Vir erat. Quoniamquidem uitã narraturus erat uirtuoſam, noſtramq; uim ſupra modum uincentẽ: ne quis ad agonis ſublimitatẽ reſpiciens, putaret non humanam, ſed alterius generis eſſe naturam, deſcribit naturam, ut propoſitum admireris. Quòd homo exiſtens, ſupra hominem uiuendo cõuerſatus ſit, & communi quidem natura omnibus communicans, animam uero in ſublimi ſuperiorem adducens. Vir erat in terra Hus. Prædicat eum, & à natura prædicat, & à prouincia: ut quemadmodum miraris hominem audiens ſupraq; hominem uiuentem, & prouinciam ex qua tantus fructus floruit, uere mireris, qualisq; roſa in ſpinarũ medio germinauerit diligenter attende. Prouincia nãq;
Hus, Eſau prouincia erat. etenim ab Eſau Hus nominat, ut prophani prauiq; Eſau ſedem, ſicut Heb.12.d
ingt Apoſtolus: Ne quis fornicator aut profanus, ut Eſau. Quò diſcas, quibus ex malitiæ ſchoIis quantus ueritatis fructus eruperit. Sed hunc non modò Eſau prouincia tulit, ſed & radix ipſa praua: pronepos enim abiecti, repudiatiq; erat. Nam ſcriptura quintũ ab Abrahã dicit eſſe Iob. Quomodo autem quintus ſit, audi: Abraham genuit Iſaac, Iſaac Eſau, Eſau Raguelem, Raguel Zaram, Zara Iob. Succeſsionem ergo ab Abra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ham habuit per Esau. Ostendit igitur scriptura ra dicē, quò fructum admireris. Quis ēm Esau erat? fornicator & prophanus: quis erat Iob, q à forni catore descendit? hinc uide. Mirandus uir nunc
Iob.31.d nobis in narratione subiectus dicit: Si deceptum est cor meū super mulierem, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortū sit alterius uxor mea. Esau ad multas mixtionē habuit mulieres, insatia bilis ad luxuriā existens. Iob uero morē pro lege uitæ habuit: tantumq; abstinuit, ut de alienis formis non esset curiosus: atq; à fornicatione adulte rioq; tantū abfuit, ut nec alienis à coniugio mulie ribus iungeretur. Et ut apta magis oratione utar: tantū abfuit ab alieni thori insidijs, ut neq; ad in nuptā uirginē in qua nihil periculi fuerat, impu dentē oculū deflexerit. Vnde inquit, Pepigi fœ B dus cum oculis meis, ut nec cogitarē quidem de uirgine. Vide ad quam disciplinæ sententiā hunc uirum pietatis partes uexerunt. Instituit oculum ad pietatē, instruit ad iustitiā, & mēbra quæ à for nicatore successionē duxerunt, maxima pudicitia claruerunt. Esau quoad propositum parricida fuit: nam & si actus non processerit, propositū ta
Gen.27.c men accusatur. dixit nanq; Esau in corde suo, Ve nient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fra trem meum. Radix itaq; parricida, qui uero de ra dice floruit, iustitiæ triumphator: ille cum natura pugnauit, fratremq; alienū esse dixit: hic & alie-
Iob.29.c nos fratres esse putauit, qui dicebat, Factus sum fratribus tanquā pater: atq; omnia aliena suorum loco habet, qui ab Esau successionē habuit, ex eo C scilicet, qui aliena sua faciebat. Esau mente sua Ia cob interficere cogitabat: Iob uero sacrificiū offe rebat pro filijs, cogitans, ne fortè quid mente pec cassent: quandoquidē ille mēte parricidiū patrasset. Timēs magnus hic generosusq; miles, ne quā do & hi mente suscipiant peccati uirus, offerebat sacrificiū, & uitulū unū pro peccatis: dicebat ēm Iob, Ne quando filij mei ad deum mala cogitaue rint. Cogita ad quale quantūq; studiū eum perue nire faciebat moris disciplina. Et qd facit? Quan doquidē progenitores Esau & Iacob uicissim se oderant, non Iacob in malitiam consentiente, sed Esau primū ad malitiā prouecto, progenitorū di scordiam mensæ cōsilio soluit, liberosq; facit mu tuò per dies singulos cōuiuari, quo assueta mensa D resoluat malitiæ uirus. Ad alterutrū accedebant mutuò filij Iob, & consensu instructi, à priore æ tate, pace exerciti, concordia educati, adinuicem comedebant & bibebant. Suscipiebant autem & tres eorū sorores, ut comederent cum eis & bibe rent. Et quid ad utilitatē hæc audiētis? Quare & so rorum addidit esum? ut ostendatur scilicet, quòd ad pudicitiā conuiuiū agebatur, quodq; ibi nō ri sus intercedebat dissolutus, immodestiaq; effusus mensam iniurias. Inducit ergo & comedentes uir gines, quò speciem figuramq; cōuiuij ostendat, non ebrietate deformatā, sed cōcordia ornatam. Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Colūba in me dio accipitrū, ouis in medio luporū, stella in me dio nubiū, liliū in medio spinarū, germen iustitiæ

A in oppido iniquitatis. Et erat uir ille irreprehensi bilis. Attende diligēter, qui externi sunt, homi nem definire consueuerunt. Quid est homo? Ho mo est, inquam, animal rationale, mortale: de his philosophorū termini cōsultantur, scriptura aūt non eosdē dat terminos. Sed quid homo? irrepre hensibilis, iustus, uerax, & recedens ab omni ope re malo. Si quis ergo te interrogauerit, quid est homo? dic ad eum, irreprehēsibilis, iustus, uerax, & recedens ab omni opere malo: adeò, ut qui ta lium perfectorū officiorū testimonijs non fuerit comprobatus, homo non sit. Etenim talis, quan uis naturæ characterē ferat, hunc tamen malitiæ propositum deformat. Audi à propheta, Homo Psal.48.d cum in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis. Et erat ille uir irreprehensibilis, nō parua hæc laus: examina uerbū, quò propositionē admireris. Aliud est crimen, aliud reprehēsio. nam crimē qui dem grauissimis peccatis cōmittitur, reprehēsio uero leuioribus culpis. Ostendere igit uoluit scri ptor non modò à crimine longè fuisse iustum, sed etiam à reprehensione. Quomodo enim magna quis sibi obiecisset, ubi nec locum quidem in mi noribus uidebat? hoc autē magnū est argumen tum eius, cuius sine crimine co nuersatio. Quem enim de adulterio & homicidio accusare nō ha bes, talis sine crimine: cui aūt iniuriæ reprehēsio nes irrogaueris, detractionis, maledicti, ebrieta tis, talis quidē crimine uacuus reprehensionē ta men incurrit. Vult ergo scriptor ostendere, & à paruis, & à minimis quibusq; culpis procul fuisse uirū sanctū: & inquit: Et erat uir ille irreprehensi bilis, iustus, uerax, timēs deū, recedēs ab omi ope re malo. Ex quo etiam deus Abrahā ostendit pri mum irreprehensibilem, & uirutē habere, dicēs ei, Tu placuisti in conspectu meo, & factus es ir reprehensibilis. hoc aūt irreprehensibile pro mo rum excellentia suscipitur. Paulus enim apostolus, ubi ad gentes proficiscī, summū uirtutis pon dus illis non imposuit: sed ubi in orbe adulteriis fornicationibusq; repleto, uoluit orbis pastores cōstituere, & quoniā uirtutes rarò inueniebātur, episcopos ordinans, Tito dixit: Constitue episco Tit.1.b pos, sicut ego tibi disposui, si quis est sine crimine. Porro irreprehēsibile tunc locū nō habuit, quan doquidem pietatis uigor deficiebat. Magnū irre prehensibilem esse, medium autē sine crimine es se, magnum malum in hominibus, uel exiguū bo num, & propterea dixit, Et unius uxoris uirum, non ea ratione quòd id nunc in ecclesia obserue tur. Oportet ēm omni prorsus castitate sacerdo tem ornatum esse. Sed quòd id quandoq; ad eos qui in fornicatione erant magnū fuit, ideo dicit: Cōstitue eos episcopos, sicut ego disposui tibi: Si quis est sine crimine, unius uxoris uir, non quòd id legis loco posuerit, sed quòd errori ignosce bat. Sciebat enim quoniā florente pietatis uerbo, sua industria bonū sibi natura uēdicabit, electioq; meliorum fiet. Irreprehensibilis, iustus. Nemo igi tur fieri potest iustus, nisi prius irreprehensibilis fuerit

fuerit. Verax. Quem dicit ueracem? qui nō facie A figuram quandam præ se ferat alium habēs mentis habitum: nec qui castitatē simulet, incontinen tiæ deditus. Non iustitiam quidem extrinsecus fe rens, malitiā uero intrinsecus fouens, hic uerax, atq; illico deum colens: cum enim fuerit irrepre hensibilis, cum iustus, cum uerax, tunc uera religio, ueruscq; dei cultus perficitur. Recedens ab o mni opere malo. Quoniam quidam inuiti recedunt à multis malis, ab omnibus aūt non recedūt, iterum culmē iustitiæ ostendere uolens dicit: Recedens ab omi opere malo. Vnde & Dauid dicit:
Psal.96.b Qui diligitis deum, odite malū: non ēm possibile est deū diligere, & operari malū. Exponit autē & eius substantiā. Quoniā ouiū habuit septē milia, camelorū tria milia, quingēta quoq; iuga boum, B & quingentas asinas. Quare scriptor hæc expo nit? nō Iob diuitias admiratus, sed tibi auditori re linquens in obiectū substantiæ multitudinē: quò si eundem uideris post hæc uniuersis nudatū bo nis, minimeq; ingemiscentē, mireris quantis pri uatus bonis donatorē non repulerit, neq; condi torē maledictis incesserit. Hæc itaq; scripta sunt, non quò diuitias in admiratione habeas, sed quò iusti constantiā, patientiamq; laudes, atq; prę oculis deū semper habeas. Sequēs uero orationis ordo in aliud tempus contēplandus seruatur. Etem diabolus quandoquidem eum ditescentē tempo ralibus diuitijs uidit, atq; ex eisdem æternas sibi thesaurizare diuitias: putauit quoniam quemad modū eo ditescente ditescebat iustitia, sic ad pau pertatem deducto, ipsius quoq; uirtus pauperculа apparebit. Tentat eum igitur pecunijs nudare, quò claris eundem facinoribus nudet. Hic aduer tant diligenter qui dicunt: Nónne Iob diues fuit? quare igitur nobis ipsa rerum proponitur renun tiatio? Dicam ego ad te. Fias iuxta Iob diues, atq; ego tibi maiores diuitias exoptabo: fias iuxta A braham, atq; omnis terra diuitias tibi exoptabit.
Iob.31.b Dic & tu, sicut ille dicebat: Ianua aperiebat omni tribulato: dic, humeros pauperū calefeci: dic, ex uellеribus ouiū mearū calefacti sunt humeri pau perum: dic, os uiduæ benedixit mihi, atq; diuitijs quibusuis ditesce. Nā pauperibus necessaria præ bendo, ianuāq; omni tribulato apertā exhibēdo, tibijpsi benefacis. Imitare hunc summę pauperta D tis amatorē, zelum patientiæ uiriliter contra ad uersarios age: sed de his hactenus. Contingat au tem nobis ut sancti huius imitatores facti, semper ea quæ sequuntur in animo habeamus: uobis au tem ut cupide reliquū à nobis expetatis: utq; syn cerè festum diem celebrantes, passionibusq; san ctorum communicantes, cōmunicemus & pas sioni Christi. Verè enim fratres, ad Christi pas sionem fulserunt sanctorum passiones, fulserunt & sicut fulgura passiones iustorū, quò post hæc
Rom.8.c appareat Christus, sicut inquit Apostolus: Qui omnibus compatitur, & omnibus glorificatur. Orationibus igitur lectionibusq; sanctorum pa trum, & prædictis intendentes: quodq; reliquum est expectantes, gloriam referamus patri, & filio & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

HOMILIA TERTIA.

Iam nos omes promissum auditum attingamus, atq; in Iob rerum serie conueniamus, nosq; metipsi uerbo patientiæ fideliter adhortemur. Etenim indignū est, in sterquilinio quidem sedentem Iob ad pietatem abundantius excitari: nos uero quasi choreis in ecclesia persistentes ad ueritatem pigritari: & hunc quidem mille suæ calamitatis fletibus intonatū, animo nō frangi, nos uero hymnis diuinisq; scripturis, & canticis spiritualib. sonoritate plausibusq; excitatos, per desidiam propositum perdere. Iob corpore à uermibus cōsumpto, pietate animā custodiuit in uulneratam. Illum uermes non uicerāt, & nos fu dores deijciūt. Sumus & ipsi nos homines iuxta datam paulò antè definitionem. Hominem enim format, quod irreprehensibile, quod iustū, quod uerax, quod dei cultus. Et quemadmodum in cō muni consuetudine quis si quando u l filium, uel domesticum, ad destinatū opus transmiserit, mo dum dat dicens, sicut hominē decet hanc & illam actionē aggredere: communeq; nomē proprium admiratio facit. Sic etsi omnes appellantur homi nes, solus ille uerus homo, qui imaginem seruaue rit. Eum dixit hominem, ut à cōmuni natura laudes: de terra Hus dixit, quò de infidelitate forni cantis prouinciæ fructum superextollas: dixit iumenta, quò opes eius in admiratione habeas: di
C xit diuitias, nō quò substantiam laudes, sed quò hac nudatū maiori habeas in celebritate: omnibus enim exutus est atq; in deū pietate uestitus. Sed erat quemadmodum obsessa ciuitas, solis autem muris custodita. Spoliatus liberis, non tamen pie tatis fructus amisit: habuit ēm filios, mores: & fi lias, uirtutes. Tres ei filiæ iuxta carnem, tresq; ei uirtutes iuxta spiritū, quemadmodū inquit apo stolus Paulus: Manent tria hæc, fides, spes, chari 1.Cor.13.d tas. maiorq; horum, charitas. Nudatus est omni bus, & naturæ conditorem non negauit. Sciebat enim liberos solatium esse successionis: cultorem uerò radicis deum. ideo non egre ferebat fructus se perdidisse, quòd sciret ipsum cultorē radicis in seculū seculi permanere. Nudatus est ouibus, &
D ipse ouis erat à deo custodita. Nudatus est bobus, & iuga quidē boum sublata sunt: animæ aūt, corporisq; iugū haud erat incisum, sed concors cum anima caro ad pietatē trahebat aratrū: pro patien tiæ uerò modo, patientiæ fructus accepit, quò pa tientiæ fructus multiplicaret. Erāt ei igitur came lorū tria milia, quingētaq; asinæ, & ego existimo parua admodū quædam & hæc possedisse. Si ēm cuicq; pauperi impendebatur, quemadmodū ipse dicit: Oculus fui cæco, pes claudo, parua profectò substātia ad propositum quod habuit fuerat: pluris erat hospitalitatis mensa, cq; prouentuum abundantia. Pauper erat Iob, bonæ nō sufficiens uoluntati: & possessione quidē diues, pauper uero tanto proposito erat. Erant autem ei, inquit, o pera magna super terram. quænam? paupertatis

hospita

Universidad de Deusto
Biblioteca

hospitalitatisq; amor, summa humilitas, incomparabilis misericordia, & quicquid ad uirtutem confert: sed hic quidem non tam diuitijs, q; pietate ornatus erat. Alius aũt ex doctis uerbum communi modo loquendi accipiens: magna esse opera dicet, uineta, olliueta, sata, iugera, & quæcunq; sunt his similia. Verè magna ei erant opera super terrã, cœlestibus diuitijs exornato. Diabolus autem, ueluti heri diximus, omniũ sceleratissimus suspicans, quemadmodum illo ditescente uirtus ditescebat, sic quoq; ad paupertatẽ ipso declinante, simul quoq; uirtutem declinaturã, nudat eum iumentis, quo & uirtutis munimentis nudet. Postulat autem à deo aduersus iustum dæmon tentandi autoritatem: ut scias, cõtra Christianũ propria uirtute prævalere non posse, nec aduersus uirum timentem deum, nisi fuerit assensus uel prodisciplina desuper, uel ex permissione. Deus eñ cum disciplinæ correctiones addiderit, aut peccatum puniet, aut certè uirtutem diuinis profectibus exercebit. Igitur diabolus Iob debellare non potuit, quòd id permissum non fuit à deo. Neq; mireris si aduersus Iob non habuit potestatem, permisso non præueniente: neq; enim aduersus porcos potestatem habet. Audi quomodo legio
Mat. 8.d deprecabatur, dicens: Si eijcis nos, permitte nos abire in porcos, Si ergo in porcos nõ habuit non permissus potestatẽ, in his quæ contra deũ fiunt, quomodo nisi permissus potestatem habet? Factum est autem ut eodem die & angeli dei uenirent assistere domino, & diabolus stetit in medio eorum. Ergo cum angelico ministerio diabolus, atq; in medio sanctorũ spirituum immundus spiritus assistit. Neq; enim deo sancti angeli corporaliter adstiterunt, neq; satan corporaliter: sed omnis ministratio summi dei, assistentia dicitur: quemadmodũ Helias super terram uersatus, deo
3. Reg. 17.a assistere dicebatur: sic inquiens, Viuit dominus cui assisto in conspectu eius hodie: nõ quia in cœlum ascendens adstiterit, sed quòd diuino præcepto ministrabat. Sic & diabolus adstitit, nõ in cœlesti choro, neq; cum supernis mundi potentijs: sed ut dei creatura cõgruentia sibi facere iuberetur, & quomodo, audi. Neq; enim meum arripueris uerbum, & dixeris: Igitur diabolo ministro utitur deus? Sicut enim in hominũ potestatibus, manifesti quidam sunt milites, qui honoribus ministrando insistunt, atq; certi itẽ sunt milites qui ad exigendas pœnas segregantur: Sic & hoc in loco ad ministeria quidem bona, atq; ad hominum dispensationes, sancti angeli: ad malorum uero hominum pœnas sumendas dæmones transmittuntur. Et quomodo, audi, cum sanctorum angelo-
Heb. 1.d rum meminit Paulus: Nónne omnes administratorij sunt spiritus, propter eos qui hæreditatẽ accipient salutis? Ex quo manifestum, sanctos quidem angelos hominũ saluti ministrare: malos uero spiritus his quæ aduersus malos inferũtur pœ
Psal. 77.d nis. Misit enim, inquit Dauid, in Aegyptũ iram indignationis, immissiones per angelos malos. Praui itaq; & immundi dæmones, & si proposito defecerũt, iugo tamen seruitutis subiacent: atq; ut carnifices quidam iubentur mandata perficere. Et miraris deum præcipere dæmonijs? Apostoli ueluti carnifice utuntur dæmonio: dicit eñ Paulus: Quoniam ergo aliqui circa fidem naufra- 2. Tim. 1.d gauerunt, hos tradidi satanæ, ut discãt non blasphemare. Et iterum de quodam, qui fuerat fornicatus, pœnamq; debente, ipse idem Paulus dicit: Congregatis autem uobis & spiritu meo, cum uir- 1. Cor. 5.b tute domini Iesu iudicaui, tradens huiusmodi satanæ in interitũ carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Nam ne putent dæmones aduersus diuinã potentiam, tyrãnico se prorsus more habere posse, iubentur mandata facere, non quidem serias res, atq; ad ubertatem lætiamq; tendentes, sed ad pœnam trahentes. Nón ne & eos q apud nos sunt principes uidisti, quomodo quoties cum honore quospiã ad se uocari iubẽt, Cursores Romana lingua uocatos mittũt: quando uero cum dedecore, alios emittũt crudeles & duros milites: Sic & deus sanctis suis ad salutẽ angelos mittit. Cum uero punire uult, id dæmonijs permittit. Propterea deo aduersus Achab 3. Reg. 22.d sententiã laturo, & dicente: Quis ibit & decipiet Achab, & cadet? Respondit spiritus nequã, Ecce me. Sciebat eñ ad id se deputatum ipse diabolus. Ignosce quæso mihi, de inuisibilibus & nõ inuisibilibus disputanti. Sed neq; ab initio quid tale aggressi essemus, nisi occasio nobis ex sancta scriptura processisset: neq; eñ humanæ est mẽtis inuisibilia à sensibilibus separare: sed quoniam his, quæ deus dixit, refragari, inquam, non est locus, cum scripturis incedimus & innitimur. Itaq; pessimi dæmones mittuntur quidẽ, præcipuè ad exigendas malorũ pœnas. Mittũtur aũt & ad iustos, non ut puniãt, sed ut tentent. Quandoquidẽ sanctus angelus tentationi ministrare nõ iubet, neq; enim deus angelo mãdat, quod indignũ: idcirco dæmonijs ipsa tentatio permittitur, nec mirum si dæmones ad iustos mittuntur. Nam & omnium quandoq; dominus ab Iordane in desertũ ductus est, ut tentaretur à diabolo: & omniũ itaq; dominum & saluatorem diabolus tentauit. Quid mi- Matt. 4.d rum si contra iustum pro patientiæ exercitatione dæmon transmittitur? Transmittitur nõ iubente, sed deo permittente. Figurat aũt scriptura sermonem, ueluti in imitatiõe personarũ. Non eñ uox à deo ad prauũ dæmonẽ procedit, neq; uero hac habetur digna prævaricatrix illa præsumptio. Natura eñ bona, præsumptio uero mala. Et iniquis hominibus legitur dominus locutus fuisse. Vnde Dauid: Peccatori dixit deus, quare tu enarras iu- Psal. 49.c stitias meas? Vocẽ ergo ad peccatorẽ fingit? non, sed pro eo quod loquit, per ipsas res ad indignos loquitur. Et dixit dominus ceto. Num ergo uocem emittens, aut mandatũ dans, mandauit deus beluæ. Sic quoq; si sermo figurauit deum diabolo fuisse locutum, non ex honoris æqualitate processit, inhonoratam hanc prævaricatricemq; substantiã ad domini conspectum perductã, sed steterunt angeli iuxta destinatum ordinem. Voluit autem

autem & diabolus adesse in medio angelorũ: uti discas, angeli quidem naturã susceptisse, proditoris uero mentẽ ostendisse. Nam diabolus nõ naturæ nomen, sed præsumptionis: nõ eñ diabolus factus à principio, sed angelus creatus est. Diabolus uero, quia detrahebat & deo apud homines, & apud deum hominibus, appellaẽ, quasi deum contra homines, homines contra deum: dominum aduersus seruum iritas, & seruum aduersus dominum. Cum enim suggerit diabolus nobis & dicit: Quot mala in mundo? ubi deus quãdo non dominatur? sic detrahit cõditori apud nos. illud enim negotij diabolo à principio fuit. Detraxit
Gen. 2.c deo apud Adam, dicens: Scit enim deus quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij: quod detrahendo dixit:
Iob 1.b hic & Iob corã deo detraxit, cum dixit: Num gratis colit Iob deum? uidelicet quia mercede id facit, non uirtute mercedem tibi beneficij rependit. Auser pecuniam, & propositũ eius manifestum erit. Cum ergo uidit deus iustum iniuriatum per illius uersutiam, iumenta tollit: & quòd suspicionẽ auferat peccati, nudatam pietatẽ ostendit. Ac uide prauí dæmonis propositum. Dixit, inquit, dominus diabolo: Vnde uenis? Hinc superbus & tumens, neq; sui locum & statum sciens, neq; interrogantis dignitatem, dicit: Circumiui terram, & quæ sub cœlo sunt perambulans, assum. Quasi diceret se hostis his quæ sub cœlo sunt dominari: & quòd ab eo terrestria quæq; calcantur, atq; sub pedibus habet uniuersos homines: circũiens inquit terram, & perambulans quæ sub cœlo sunt, assum. Sed iam rescindit diaboli superbia. Nam cũ putauit se imagini dei dominari, exclusus est de terra, ut non iam eandẽ perambulet, exulareq; ipsum fecit omniũ dominus. Ipse enim qui prædicit: Habitabo in eis, & ambulabo, & ero eorũ deus. Priora quidẽ illa perambulauit diabolus, tũc scilicet, cũ idololatria undiq; diffusa, cum luxuria in dominio erat, cũ uniuersa malitiæ germina pullulabant, perambulauit diabolus. Cum aũt sancti tudo & ueritas, ab his qui ueritatem custodiunt, deus inhabitat, atq; perambulat. Nunquid cõsideraſti seruũ meum Iob, quòd nõ est ei similis in terra, homo irreprehensibilis, iustus, uerax, recedens ab omni malo? Postq; dixit, Et quæ sub cœ- D
lo sunt omnia perambulaui: atq; sic elatus est superbia, tanquã uniuersis dominaretur: hanc soluens ueritatis sermo, dicit ad eum: Vidisti hominem à te minimè suppeditatum? quandoquidem dicis te omnibus dominari: uidisti eum qui uniuersam tui malitiã uicerit? uidisti conculcantẽ te qui omnes cõculcas? uidisti eum qui soluit tyrannidem atq; iniquitatẽ iustitia, impietatẽq; pietate? Hic autem aduersans deo dicit: Non gratis colit te. Obijcit opes, ut eius uituperet mores, & quòd eius uersutia imbecillem ostendat uirtutem. Tu ei dedisti abundantiam, si nudetur, hypocrisis ap-
Iob 1.b parebit. Dicit ei deus, Tange uniuersa quæ habet. Sciebat enim quoniam ad auaritiam insatiabile propositum habet, ideo dicit: Ecce omniũ do tibi potestatẽ, tantum in eum manum non extendas. Terminis circumscribit malitiã diaboli. Cete rum uide qualem tendit arcum aduersus iustum, qualia mittit tela. Et primũ ipse mali operator, semetipsum malorũ nuntium præbet. Ipse iumenta percutit, atq; idem percussionẽ annuntiat. Dixit nanq; diabolus Iob: Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt prædones, tuleruntq; omnia, necnon & pueros percusserunt gladio, et quasi ego solus euasi ut annuntiarẽ tibi. Prima diaboli tẽtatio, primum telũ aduersus iustum generosumq; dimicatorem. Sed opposuit Iob ex aduerso fidei umbonẽ, qui potuit omnia tela ignita extinguere. Iuga boum perdidit, & anima non est diuisa. Asinæ perierunt, nobilisq; pullus pietatis frenum nõ negauit. Vidit amaram nuntiationem perditionis iumentorũ, & permansit ueluti firma turris insuperabilis. Diabolũ prauitate crudelem existentẽ, crudelẽq; facti proposito pœnituit, & pœnituit sic nuntiasse. Atq; diligẽter attende, ne te prauitatis suæ intẽtio fugiat, quã & Apo-
1. Cor. 2.c stolus prospiciẽs: Non eñ, inquit, ignoramus uersutiam eius. Vt ergo ipsi nuntiauit, quòd & iuga boum arabant, & asinæ pascebãtur, & uenerunt prædones: uidit autem Iob auditam rem tolerare generoso animo, pœnituit quòd male nuntiauerat, & ad semetipsum fermè conuersus, dixit diabolus: Male nuntiaui, dicẽs homines cõtra eum pugnare. Potest ex hoc iste cogitare, quoniam si me homines expugnauerunt affeceruntq;, quid
C hoc ad diuinum fauorem? Malè, inquit, iaculatus sum, non attigi scopũ, frustratus sum, errauerunt tela. Vt ergo ab hominibus eius mentem ad deum traducat, atq; ostẽdat nõ homines, sed deum bellum suscipere, dicit ei: Ignis de cœlo cecidit, ut nõ homines & hostes uideaneñ infestare, sed ignis de cœlo cecidit. Quare ergo seruis infenso? quare bona tua consumenti fœneraris? Ignis de cœlo cecidit, audit Iob, & iterum fortiter tulit: nam patientia illa uera, patientia erat usq; ad finem præparata, de qua inquit Saluator: Qui autem susti- Mat. 10.c. &
nuerit usq; in finem, hic saluus erit. Ignis de cœlo 24.b cecidit. Quotidie laborabat offerẽs pro liberis sacrificium. Quæ ergo quotidie laborans ferebat, repentè uniuersa simul deus in sacrificium suscepit. Ignis de cœlo cecidit, si ego solus indutus essem, iustè dolerem: si autem pauperes induebantur, nũquid poterit deus pauperes despicere? nolui quoniam in sacrificium suscepit, reddet centuplum. non eñ ex iniquitate parta sunt bona, neq; enim per auaritiam oues acquisiui. Ex uellericus ouium mearũ calefacti sunt humeri pauperum, os uiduæ benedixit mihi. Noui quid facit dominus, nunc ueluti sacrificium meã accipit substantiam, eandem mihi augebit cum additamẽto uirtutis: non me mouent exteriores sagittæ interius uallatum, confirmant me magis intrò dei sagittæ potentis acutæ, de quibus dicebat Dauid:
Psal. 37.a Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Quales sagittæ? Sagittæ pietatis, sagittæ iustitiæ, sagittæ desiderij ad deũ, sagittæ zeli uirtutis. His diuinis

sagittis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fagittis anima uulneratur. Vbi autem omnem in-
A uit. Exinde uide scribentis sapientiam. Et prospi-
duſtriam adhibens diabolus, iumẽtisq; illum nu-
ciens in eam Iob dixit: non dixit respiciens eam:
dans, uirtute minimè nudauit: refugit de cætero
sed, prospiciens. Quare? Ignorabat nanq; suã uxo-
ad aliam naturã, agriculturamq; naturę uiolat, &
rem? num secum sedebat, num ex eadem liberos
ramos à radice diuellit, bonicq; luctatoris pueros
genuerat? Quare ergo prospexit? pspicere osten-
conterit, tollitq; circumquaq; fructus, quo geni-
dit, quòd non eam uidit, sed eũ qui in ea erat pro-
torem tristitia afficiat. Et quid facit? respice prau
spexit: diabolũ Iob cognoscebat, qui in serpente
nuntiationem quomodo est ironia plena, atq; ad
fuerat locutus, & nunc in muliere loquentem, &
seductionẽ procliuis, potensq; illius generosi ani-
dicit: Vt quid quasi una de stultis mulieribus lo- Iob. 2.c
Iob. 1.d mum frangere: dicit ergo ei: Filijs tuis, & filiabus
cuta es? quare nõ dixit, quasi una de impijs, quasi
uescentibus & bibentibus uinum in domo fratris
una de infidelibus? Sciebat enim eam non infide-
sui primogeniti, repentè uenit uentus uehemens,
lem, sed ab insipientia correptam. Secus autem
irruit è deserto, & concussit quatuor angulos do-
atq; aliter deum neganti insipientis appellatio tri-
mus, quæ corruẽs oppressit pueros tuos, & mor-
buitur. Dixit enim, inquit, insipiens in corde suo, Psal. 13 & 52.a
tui sunt. Et uerbum finxit potens excitare fletũ,
non est deus. Quasi una de stultis. Veluti si quis
non dixit super filios tuos, sed super pueros: ut au- B
diceret, quasi Heua locuta es. deinde, Si bona su-
diens, misericordia uulneret, atq; miserabundus
scepimus de manu domini, mala quare non susti-
compassione flectatur. Venit spiritus magnus è
neamus? O nobilem animam, hic mihi eius ani-
deserto: iterum iudici detrahit. Spiritus enim non
mam proba. Non nouit Iob se pro uirtute certa-
hominibus, sed deo est subditus. Corruẽs oppres-
re, nõ nouit se pro patientia coronandum, sed exi-
sit pueros tuos, & mortui sunt. Tũc Iob surrexit,
stimauit esse tantummodo calamitatem à deo illa-
sic enim scriptum est: Bonum uerbũ est, surrexit,
tam. Mala esse putauit, atq; mala putans sic certa-
non emẽ decidit plaga, sed surrexit pietatis uirtu-
uit: si nouisset coronam, multo magis certasset.
te. Surrexit & adorauit. Merces calamitatũ adora-
Quare ergo Deus illi non prædixit: Vide quam
tio, pulsatus erumnis benedicit, oppressus gratias
rem agis, futurum est ut tibi prælium per diabo-
agit, & circuntotondit comã. Nunc in nobis flen-
lum paretur: decerta, potenter age, quò ne tuam
tibus multi nutriunt comam, ille autem circunab-
mentem in fugam uertat, ne sacrilegij more tuos
stulit. Quur ita? Quod charum est, in luctu contra-
diripiat cogitatus, ne tuam animam prædæ habe-
riam formam accipit. Ibi enim signum fletus, ubi
at loco. Neq; nouũ esse dicas, deceptiones, frau-
honoratur coma: ubi uero tondetur, in luctu con-
demq; dimicatori denũtiare. Nam Petro dicit do- Luc. 22.c
trà fit. Et scidit tunicam suam. In speciem quidem C
minus: Petre, ecce expetiuit uos satanas, ut cribra-
ad dolorem, reuera aũt ad uirtutis exercitiũ exuí-
ret sicut triticum. Apostolis prædicit tentationes,
tur tunica: qui ueluti nudus luctator, adstantem
Iob aũt dimicationẽ non prædicit: nunquid iniqui-
aduersarium circumplectetur, atq; mirabili lucta
tas apud deum? Absit. Sciebat enim deus diaboli
pro brauio iustitiam referet. Exuit tunicam iustí-
malitiam, sciebat inuidiam, sciebat uersutiã, qua
tia uestitus. Et inquit magnus iste religionis splen-
inficiari uirtutem poterat: si dixisset ei deus: Caue
dor: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut do-
tibijpsi & certa: si sustinueris in finem, substantiã
mino placuit, ita factũ est, sit nomen domini bene
tibi duplo magis restituam, regnum cœlorũ hæ-
dictum in secula. Nobilis animæ eadem ipsa uox
reditabis, immortalitatis accipies coronã, uniuer-
sagitta diabolo fuit, fregit hostilem aciem. Nudus
sus orbis tuis laudibus resonabit. Si hoc dixisset,
exiui de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.
certasset utiq; iustus, sed iterũ diabolus occasionẽ
Apostolica uox, temporibus apostolicis uir-
cepisset. Et si quidẽ certans ille uicisset: deo dixis-
tutis ad profectũ ueniens: Nudus exiui de utero
set: Nũquid gratis certauit? promisisti ei immortali-
matris meæ, & nudus reuertar. Quemadmodum
tatem, promisisti regnum, promisisti coronam. Si
1.Tim. 6.d apostolus inquit: Nihil intulimus in hunc mun-
enim qui temporalia ex eiusmodi consequuntur,
dum, manifestum quoniã nihil efferre possumus. D
non utiq; iusti, sed quasi mercenarij habentur: si
Dominus dedit, dominus abstulit. Omnia, ut bre-
cœlestium promissionem recepisset, annon dia-
uibus utar uerbis, auferunt: sola mulier relinqui-
bolo multo maior accessisset occasio? sed occul-
tur, antiquum diaboli organũ, scilicet sibijpsi tela
tat coronam, quò dimicatorem ostendat. Quare
seruabat. Quoniamquidem sciebat, quoniam per
ergo, inquis, & apostolis nõ occultauit? Si enim
mulierem primũ hominem subegerat, ideo mulie-
non dixit Iob, quare ratione pari apostoli dimica-
rem sibi reseruat, quò ad uersutiã ut eisdem armis
tionem non tacuit? Solus Iob certauit, pro semet-
utatur: sed ibi Adam inuenit, hic autẽ Adam non
ipso desudauit, apostoli aũt erant præcones terræ
inuenit: ibi Adam inuenit & Heuam, hic Heuam
orbisq; doctores: ipsis occultari poterat, sed res
inuenit, Adam uero non inuenit. Dicit ei mulier,
mundo detrimentũ fuisset. Potuerat Paulus sine
quousq; tu sustines? Verè diaboli uerba sunt hæc:
coronæ promissione certare: sed non ubiq; Pau-
quousq;, cruciati uox est. Ego torqueor, tu dicis
lus, non ubiq; Petrus. Multorum animæ infirmæ
quousq;: ego flagellor, tuq; ad plagas addis flagel-
sunt, multorum animæ uacillant. Si enim hodie
lato, quousq; sedes expectans de die in diem salu-
regno prædicato, fruitione futurorum bonorum,
tem tuam? Inuitè diabolus Iob uirtutem laudat,
angelica cõuersatione, paradisi delitijs, multi pro-
prædicat eius potentiam, quoniam sub spe certa-
missa despiciunt, ad præsentia anhelantes: si de re
prorsus

prorsus tacitũ fuisset, quis ad pietatem euolasset? A
uulneravit, quantum uulneratus est: sed primum
Meritò ergo dilecto Iob uentura non ostendit,
ad agonem bene certantẽ adducit deus, quò cla-
quò auditorum animum excitet, quò mundi ro-
riori eum patientiæ diademate coronet. Item ex
boret mentem. Multi nunc regnum & audiũt, &
secundario angeli assistunt, & diabolus in medio
despiciunt prauitatemq; induunt, multi à malitia
interrogatur ab eo qui omnia nouit: Vnde tu ue-
non recedunt, honorãt hodie ieiunia multi, & di-
nis? Num sapientiam diuidens nouerat unde ue-
cunt: hodie aduersario meo nihil dico, transibit
nit, quòd uictus à iusto uenerat? Vult ergo disce-
passionis Christi dies, causamq; peragã, ulciscar
re, si optimè scienti suam fateatur fugam, pande-
iniurias, mulctam faciam. Nónne igitur frater es
re nanq; confundebatur: eadem ipsa prima uoce
Esau? hæc cogitãs, eadem ipse quæ & Esau dicis.
utitur: Circumiui terrã, & quæ sub cœlo sunt per-
Etenim tũc & Esau fratrem interficere uoluit, sed
ambulans, assum. In hoc emẽ exiuisti, hæc postula-
Gen. 27.8 uenerabatur patrem. Et quid dixit? Venient dies
sti: nónne tu dixisti: Da mihi Iob & uniuersa quæ
luctus patris mei, & occidã Iacob fratrem meum:
possidet? quare certamen abscondis, quòd iusti co-
transeat patris mei mors, & tunc interficiam. Et
ronam occultes? Dic certamen maledicte, dic lu-
tu quid dicis? Transeat Christi passio, & tũc con-
ctam, quò uictoriã iudicet. Sed quod occultabat
tra aduersarium meũ litigabo. Vide ne frater Esau B
inuidens diabolus, id eximia philosophia extol-
Heb. 12.d sis, audi quid Paulus dicit: Ne quis prophanus &
lit omnium dominus. Nunquid considerasti ser-
fornicator, ut Esau. Hæc à nobis nõ irritatione fra-
uum meum Iob? quod occultas, ego palàm facio.
trum, sed susceptionis auxilij loco atq; ad eorũ sa-
Interrogat deus sæpenumero, non ut discat: sed
lutem dicta sunt. Contingat autem nos & uerbo
quò interrogatorum mentem experientia intuea-
instructos, & historijs edoctos, sanctorumq; pa-
tur, si uerè scienterq; fateantur. Sic interrogauit
trum & prophetarum certaminibus ad perfectio-
Cain: Vbi est Abel frater tuus? Voluit nanq; eũ,
nem dirigentibus, & opere perficientibus, conti-
qui malũ fecerat, uel suijpsius accusatorem stare,
nuò deo gloriam reddere, & nunc & semper, &
quò sui accusatione facinoris magnitudo lenire-
in secula seculorum, Amen.
tur. Omnis emẽ qui seipsum accusat, iudicis iram
mitigat. Quemadmodũ igitur tunc interrogabat
Cain; Vbi est Abel frater tuus? Ille autem putans Gen. 4.b
HOMILIA QVARTA
interrogationem ab iustitia procedere, dicit: Ne-
scio, nunquid custos fratris mei sum? atq; ubi men-
tem probauit, tũc increpauit facinus, dicẽs: Vox
Sæpe quidem, ac omni (ut ita dicã) in diuino sermone rebus inferiora sunt uerba, materia inferiores dictiones, sed præcipue in his, quę summè perfectęq; à beato Iob acta sunt. Nemo unquam potuit sermone sancti huius præconia abũdè elucidare: etenim tametsi mille de eo, decemq; milia dicant, sermo tamen à condigna ueritate relinquit. Quoniã uero quæ præcesserunt à nobis pro uirili, quanuis mediocriter, dicta sunt: nihil hodie impediet, quò minus easdẽ ipsas narrationes attingamus: Nec quisquam existimet materiæ iniuriam fieri, si narrationem concidamus. Nam neq; Iob incisus dolet: si enim inciso corpore non doluit, quomodo narratione concisus? Cognouimus ex præmissis quemadmodum uniuersa amisit, magis aũt uniuersa inuenit. Cuncta enim læta amittens, lætitiæ radicem non amisit: amisit lirã, sed artifex remansit: amisit abundantiæ fructus, sed beneficẽtiæ fructus superfuit. Nudatus est omni re familiari, at D qui haud est uirtute nudatus. Abiecit diabolo opes, uitæ cõmoditates abijciens, quemadmodum Ioseph pallium impudicæ mulieri: in passione nõ patiebatur. Oportet enim naturæ passionẽ fateri, atq; animæ uirilitatẽ laudibus celebrare. Ostensa sunt naturæ indicia, sed & uirtutis excellentia ostensa est. Audiuit liberorum exitum, & scidit uestimenta, quò naturæ compassionem ostenderet. Nisi emẽ passus fuisset, fortasse ueluti uirtutis amator non laudaretur, sed ueluti insensibilis damnaretur. Sed passus quidem fuit, ut homo, sustinuit autem uelut amator dei: & naturæ infirmitatẽ reprehendendam prodidit, sed non pietatis modũ. Scidit uestimenta, sed adorauit. Igitur diabolus non tam intulit, quàm accepit plagas: nõ tantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sternere posset. Dicit ergo deo: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Nihil, inquit, magnum, si pecunia excidit, libenter omnia spreuerit, quo se seruet. Sed si uis hunc ipsum probare, carnes eius tange: si in faciem benedicat tibi, id est, maledicat: etenim scriptura benedictis maledicta uelauit. Et quare hæc scripta sunt? ut tu fidelis discas, cū alieni mala turpia narraueris, eadem uerborū honestate uelare: neq; honesteris turpibus operam præbens, sed turpiū locutionem fugiens. Propterea, inquit Apostolus: Omne uerbū turpe non exeat de ore uestro. Hinc deus iustum secundæ dimicationi tradit, non ipse ea ex tentatione discēs, qualis sit dimicator: sed ex tentatione diabolū pudefaciens. Deus em̄ prius uniuersa cognouit. Egressus aūt diabolus à facie domini, percussit Iob hulcere pessimo, à plāta pedis usq; ad uerticem eius. Totū eius corpus unum uulnus effecit, unam cicatricem: oportuerat enim totum, ac per totum coronari luctatorem, à pedibus usq; ad caput. Salutare uulnus, uictoriosum hulcus: hulcus quidem apparenter scaturiens sanie, quantū uero quis intellectu consequi potest, famæ celebritate plenū. Sanies hulceris affuit paruo tempore, ea uero famæ celebritas, quam lucta peperit, nullis deficiet. Percussit eū hulcere pessimo, à pedibus usq; ad caput, quò totus per totum membra coronatus appareat: Hinc ubi eum corpore tam inualide se habentem, nullus caperet locus: sed omnis domus, ueluti corruptelam quandam eiiceret: neq; enim secus erat uulnus Iob, q̄m fœda corporis quædam corruptio: exiuit ciuitatem, non humanū habens certamen, sed uim nostram ualde superās: nam & extra ciuitatem esse, Christi imago erat: propterea Paulus dicit: Quorum enim animalium infertis sanguinem in sancta, horum corpora cremantur extra castra. Propterea Iesus ut sanctificaret populum, extra portam passus est. Christus extra portam, Iob extra ciuitatem sedet in sterquilinio, expectat suscitantem de terra inopem, de stercore erigentem pauperem. Videbat propriū corpus labens, animam uero stabilitam. Videbat corpus uermibus ebulliens, animam uero pietatem parturire: uidebat corruptum terreum uas, atq; ante Paulum recordatus est uerborum Pauli, licebat enim sibi dicere: Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen qui intus est renouat̄ de die in diem. Testam accepit qua saniem abraderet. Testa quidem saniem abradebat, hostis uero patientia frangebatur. Decuit & ipsum dicere habentem testā: Habemus thesaurum hunc in uasis fictilibus. Sedit in stercore, qui multos de stercore erexit: testā suscepit, qua saniem abraderet: mortuo luto uiuens lutum abradebat. Venerunt tres amici, trahunt enim ad solamen aduersa: uenerūt Eliphas, Baldath, & Sophar, tres reges ad regem. Rex em̄ erat ante hæc, qui dicebat: Cum sederem quasi rex, circumstante exercitu. Et sederunt, inquit, septem diebus, ac septem noctibus, & nemo loquebatur. Mediocres enim calamitates solamen recipiunt, magnitudo uero calamitatis silētio honoratur. Interdum enim consolatio ab aduersitate uincitur. Et quemadmodum morbi in suo uigore non admittūt curationē, sic etiam calamitates priusquam deferbuerint, omne solatium fomentumq; repellunt. Siluerunt inquit, tacite condolentes. Et quid facit? Cum enim illos calamitas superasset, nemoq; ausus fuisset in solatij uocem erumpere, primus ipse uerba incipit, ianuam aperit, patiens non patientibus. Scimus omnes, quoniam his qui passionibus, qui tribulatiōibus, aut alio mœstitiæ malo laborant, prior silentium rumpere quisq; pudore tenetur, ne importunus uirtutis magister uideatur. Si autem uiderit incipientem, sine periculo & pudore sequetur. hoc fratres & consuetudo docet, & re ipsa exercitatio suggerit. Vt uidit calamitatem suam amicorū solatium excludere, portā aperit calamitosus, & quamprimum incipit ueluti tragice de miseria dicere, ubiq; tamen blasphemiæ suspicionem fugiens. Prima uox Iob: Pereat dies illa in qua natus sum, & nox in qua dictū est, natus est homo. Non præ impietate hæc dicit, sed præ dolore. Et uide quid facit. Quemadmodum si quis apostematis morbo circumuentus, ferro recidatur à medico: non habēs quomodo recidenti aduersetur, circūstantia tangit, atq; adstantes mordet, illis quidē inserre nihil habens, ad medicū autem extendere manum nō uolens: Sic & Iob blasphemiæ magnitudinem timens, facit inanimatis iniuriam, atq; ita dolorem suum explet, non contra deū audens, sed se & suū natalem accusans. Maledicit aūt non creaturam, sed suipsius diem. Potestatem, inquit, habeo diei mei, non maledico conditorē, meipsius diem maledico. Pereat dies in qua nat⁹ sum, & nox in qua dictū est, natus est homo. Hæc dicit Hieremias: Heu mihi mater, ut quæ me talem peperisti uirū iudicatum & damnatū, maledicta dies in qua natus sum. Hæc omnia quasi mœsta quædā tragœdijsq; similima sancti exprimunt, ut tu postea discas, non in delicijs egisse uitā, sed mala innumera tolerantes, in agone certasse. Fleuit ergo Hieremias, dicens: Heu mihi mater, ut quæ me peperisti uirum. Et patiebatur quidem ueluti homo, sustinebat autē quasi dei amicus. Moses parimodo magn⁹ dei legislator, qui tabulas sacras suscepit, qui eorum quæ conducunt ad uitam, prior magister fuit, & ipse præ multitudine calamitatū deo dicebat: Domine tu dixisti, quoniam inueni gratiam apud te, & noui te super oēs. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, tolle animam meam à me, non possum ferre onus populi huius, penè me lapidant. Nunquid ego eos genui? nunquid ego eos peperi? quoniam dicis, porta eos quemadmodum nutrix portat puerū: non possum ferre populi defectus. Tamen ingemiscens & flens ut homo, non ut infidelis blasphemauit: sed ostendebat naturæ passiones, quasi per ipsas argueretur. Sic ex perfectis quisq; ingemiscit. Similiter Habacuc dicit: Vt quid mihi dolores ostendisti, & labores inspicere miserias hominum? In conspectu meo

Coloss. 5.b
Ephe. 4.f
Hebr. 13.b
2.Cor. 4.d
Hier. 15.b
Num. 11.c
Abac. 1.d

meo factum est iudicium, & contradictionem pa tentiarum iudex accipit, & propterea egredietur iudicium prauū: princeps postulat, & iudex accipit, & lacerat̄ lex. Sic omnes passi sunt iusti, summaq; laborant modestia aduersus mundi difficultates. Sed hæc loquens, haud ad tuæ intentionis conuenientiā trahas, neq; dixeris: Nunquid ego sum melior Hieremia contra mundum clamitante? ne sanitatis uerba uulnera tibi fiant. Hæc autem scripta sunt, ut discas qualem agonem pertransiuerunt, uitamq; quibusnā periculis plenam duxerunt. Vis discere qualis esse debes, disce quę post gratiam fuere passi sancti prophetæ, passi & apostoli. Sed illi quidem patientes dolebant, hi uero patientes gloriabantur. Venit en Paulus in medium patiens quidem, sed non ingemiscens, uerberatus, sed non plorans: tormentis afflictus, sed gaudens. Et quid dicit? Non solum autē, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quoniā tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio spem, spes autem nō confundit. Et iterum: Verberati ibant gaudentes apostoli, quoniā digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati. Ne ergo ea quæ ante gratiam fuere, ad gratiæ tempora trahas. Dicta enim sunt nobis, ut discamus ex laboribus spem: sic & Iob maledicit diei, & anima patitur, neq; animam torquet impietate, sed suffert uulnera, neq; animā blasphemia uulnerat. Et quoniam compendio dicendum est, Iob uobis seriem breuius perstringā. Deo excepto, uniuersi quò id certamen tenderet, ignorabant. Iob cuius rei gratia dimicaret, nescie bat: nesciebat, quoniam ei gymnasiū palestra fuerat proposita, amici ignorabant dei intentionem, diabolus autem nesciebat quemnam finem certamen respiceret. Nō enim tentasset, ne maiorem secum confusionē traheret, sed & quæ in sanctis passus est martyribus, eadem & in Iob: trucidauit martyres, quò deleret ecclesiam, nesciēs quòd post martyres floreret ecclesia. Omnes ignorabant amici, deo excepto: ignorātesq; tam dei cōsilium quàm Iobi probationem, leuius putabant damnare Iob quasi digna patientē, quam existimare deum iniuste iudicantem. Attende diligenter, trahebantur in condemnationem hominis, ueluti digna peccato suo patientis, quàm aduersus deū dicere quòd iniuste iudicauerit. Et partim quidem una pia intentione ducebant̄, deū scilicet ab iniustitia uendicantes: partim aūt peccabant, innocentem damnantes. Ista autem ignorantia pro ignorantibus respondet. Certe ueniam merentur, qui tametsi per ignorantiam de diuina iustitia differant, nihil tamen temere aduersus illam decernunt, sed iniquum quidem ferunt calculum contra Iobi iustitiam, diuinam uero laudibus extollunt. Hinc Iob ab amicis reprehenditur, & dicunt ei: Quando rapidati in ueritate perierunt, quando uidisti iustos funditus deletos? Nisi peccalles, inquiunt, & peccati censura dignum aliquid admisisses, nō te iniuste iudicasset iustus. Multa tua sunt peccata: si uero non peccasti, unde tibi hoc, nisi filij tui peccauerint? sæpenumero uiduis iniusta, orphanis tristia fecisti. Si aūt hæc ita sunt, iuste te hac deus plectit pœna. Iob autē quidem sciebat nihil egisse tale: nec uero nesciebat, deum nihil iniuste iudicare. Vbi ergo uidit Iob quoniā apud homines quidem damnatur, propria uero conscientia ipsum non damnat, neq; eum deus negligit, quoniā hominibus suadere non posset, sermonem ad iudicem uertit, animæq; oculum ad alta dirigit, non blasphemans, sed rogans cum lachrymis, dicit ad eum: Qui nouisti mentem hominum, ut quid me posuisti contrarium tibi? tu fecisti me compotem iustitiæ tuæ, nouisti cor meum. Hinc magnū quid dam Iob, non malitia, sed puritate loquitur, atq; ut plura in unum complectar (multa enim est materia causæ agendæ) dicit: Quis mihi dabit iudicem, mediū inter me & te, ut cognoscat quot sunt peccata mea? quoniam sic me iudicasti. Horrendum uerbum, sed absq; malitia. Preueniens enim deus inquit, quoniam non est ei similis sine malitia, ei autem qui est sine malitia, nemo uerbum ad malitiam reputabit. Semper enim omnes nos homines, nedum deus, non de rebus, sed ipso operantiū proposito iudicamus. Iniuriam facit filius patri, factum intolerabile & patiēti, & audienti: qui erit huiusmodi, parricida uocabit̄, sceleſtus, impius, quòd in patri contrariam uocem eruperit, quòd ausus fuit uituperare suā radicem. Hoc iste patitur, & ita damnatur qui iam per ætatem sapit. Porrò infans uel sine malitia puer, tametsi patrem matremue offenderit, omni lætitia deside rabilius. Sæpe matres iritant filios ad iniuriā trahentes, non iniuria, sed absq; malitia integritate, & morū simplicitate delectate: Sic & deus sciens, quoniam non malitia, sed puritate loquitur, testimonium ei reddit, dicens: Et adhuc perseuerans in innocentia. Suscipit uerba Iob ab eo uocatus, tremendum uerbum: dominū seruus in iudicium trahit, homo deum, factura factorem. Sed quemadmodum paulò ante diximus, innocentiæ non malitiæ uerbum fuit, ueruntamen fratres ista innocentia non fuit sine intellectu, sed omni sapientia referta. Vis autem diligentius intueri? nihil petijt Iob quod non fecerit: sciebat se dei domesticum, sciebat deum suijpsius dominum. Sed quoniam Iob ipse sæpenumero cum seruis suis ex æquo disceptans, in iudicio permisit eis paris sermonis potestatem: atq; si quando secum seruus experiretur, nō ueluti seruo obstruebat os, sed iusto sermone utebatur: quod ipse fecit, ab alio sibi fieri petijt, uerbo illo suasus: Quoniā eadem mensura qua mensi fueritis, remetiet̄ uobis. Et dixit, quis dabit iudicem? Et quòd seruo paris sermonis fecerit potestatem, audi eum cum uirtutes dinumerat, & eas non honoris cupiditate, sed puritate dicentem: Non contempsi iudicium subire cum

Rom. 5.a
Act. 5.g
Matt. 7.d
Iob. 31.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum ſeruo meo & ancilla mea, cum diſceptarent A aduerſum me. Dabo reſponſum deo: Nunquid & non in utero fecit me, qui formauit eum? Hoc cogitans, naturæ cõmuni cõmunem dicendi tribuit poteſtatem. Nos autem fratres non tales. Admiraris iuſtum, teipſum damna. Quoniã ſæpe cum quis accuſat, non dico ſeruũ, ſed ſe paulò inferiorem: ſi reſponderet iuſta, audacia inhoneſta putaretur: Pro paritate honoris loqui decet: poſtulat quod iuſtum eſt, & tu iuſtam accipe dicendi paritatem. Accuſat ſuperbus, & neq; iuſtũ accipit ſermonem, neq; ſilentij ueneratione mouetur. Si tacuerit qui accuſat, damnatus eſt, inquit, labia neſciuit aperire: ſi loquatur, auſus eſt, inquit, aduerſus dominũ uerbum facere. Alius arrogantia tumens, ſi à iuſto, ſi à nobili uiro rogat alteri ſermonem reddere, egredi& ad pacem, & charitate conculcare malitiã, illico ſuperbia arreptus dicit: Ego ad hoc condeſcendam? O ſuperbia, ubi ſtetiſti ut deſcendas? Ego ad hoc condeſcendam, ueluti cœlum perambulans, & nubes, ſic loquitur. Eandem perambulas terrã, ex eadem nutriris, in eandem reuerteris, in eandem tumuleberis, & quò deſcendis? Non pudore cõfunderis ad conſeruũ dicere, Ego in hoc cõdeſcendam? Non erubeſcis eadem dicens, ſciens quoniã Ieſus propter te deſcenderit? Ad tales ergo ſententias, ſimilem& ſu-
Eccl. 10.c perbiam cum Salomone clamare licet: Quid ſuperbis terra & cinis? Tamen ad nobis ſubiectum opus reuertamur. Quis dabit mediũ iudicem inter te & me? Apparet ei tandẽ iuſtus iudex, & de C turbine ei nubibus& apparet imbrem benedictionis effuſurus, apparet ei ex nubibus ſtercoratũ ſemen irrigaturus, atq; excitat Iob, nutu& ſolo paſſiones diſſipat, nutu& eum erigit, qui ceciderat, & dicit ei: Exurge atq; præcinge ſicut uir lumbos tuos, interrogabo, & reſpondebis mihi. Quandoquidem in iudiciũ uocaſti me, & dixiſti: Quis dabit iudicem medium inter me & te? Surge ó generoſe miles, qui aduerſitatis ictu nõ cadis. Si enim quis correctus generoſe tulerit correctionem, au
Eſa. 15.f dit à deo, Exurge: ueluti cũ ad Hieruſalem dicit, Exurge Hieruſalẽ, quæ bibiſti de calice iræ. Accinge ſicut uir lumbos tuos, interrogabo te, & reſpondebis mihi. Non enim uocaſti, inquit, me ut te iudicarem: inter me & te iudicium poſtulaſti, tu D ipſe ſis iudex: nunquid uanũ putaſti iudiciũ meũ? Sed ut uidearis iuſtus. Putas à me, inquit, hãc aduerſum te permiſſam eſſe calamitatem, niſi ut te iuſtum oſtendam? Et rurſus eiſdem diligenter attende uerbis, non dixit ſe uiſitaſſe, uti fiat iuſtus: non enim aduerſitas iuſtum eum effecit, ſed iuſtũ eſſe oſtendit. Exiſtimas me ſecus uiſitaſſe te, quàm ut appareas iuſtus: mihi quidẽ, inquit, & ante ipſum agonem notus eras, mundo autem per aduerſitatem innoteſces, mundo per certamen prædicaberis: propterea uiſitaui te, non ut noceam, ſed ut coronem: ut illuſtrarem, non deturparem. Verum quoniam ex puritate ipſa naturæ menſurã egreſſus es, tuæ parco integritati. Nam & ſi quiſpiã puritate peccauerit, deus ad rectum redigit ex puritate factum. Cum uero prorſus deũ in iudicium uocaueris, dic mihi, qualem habes apud me honoris paritatem? uocaſti me, ubi eras cum ponebam fundamẽta terræ? Coætaneus factori fuiſti, quòd eum in iudicium uocares? Hic quidem ante ſecula, tu autem, poſt multa ſecula. Cum formarem terram, non aderas: omnis creatura facta erat, & tu nuſquam eras. Antiquiorem ergo ſeculis creatorem conditionis in iudiciũ uocaſti: cum extenderem funiculum ſuper terram, cum fundarem columnas eius, cum eduxi de uentre matris eius, cum pariebatur mane, ubi eras? cum eandem nubes operuerunt, caligine autem circumdedi, ubi eras? Admonet eum tanquam indignè fuerit locutus, puritate quidem, uerum & ignorantia. Et B quid facit? Non pro omnibus eundem increpat, ſed quaſi amicum illum corrigit. Vbi ergo hæc, hiſq; ſimilia dixit (non enim nobis uacat totam orationem interpretari) & Iob in ſui notitiam ueniens: nam iuſtus ad primam quanq; reprehenſionem lapſum corrigit: dicit, Domine auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus uidit te, & examinaui meipſum, puto me terram & cinerem: unum locutus ſum, & ſecundum non addam. Vide quomodo reuocat peccatum uir bonus, correptionem ſuſcipiens? Semel locutus ſum, & id non malitia, ſed puritate: ſecundò non addã, Qui eñ ſum ego iudicatus in conſpectu domini. Quę non nouerat Iob per puritatem, per correptionẽ diſcit. Hinc quid deus? non concedit ei excuſare iudicium, ſed dicit: Modò accinge ut uir lumbos tuos, ſta inquit, ſicut uir: ne putaueris quòd te propterea deterruerim ponere iudicium fugiens, ſed quò tuam puritatem in melius reformarem. Iudicium quidem non effugi, iuſtè me iudica, rationem& geſtorum expoſtula. Iuſtificatus es ut ſanctificeris in omni regione ſub cœlo. Ante calamitatem unus te terræ angulus nouerat, poſt calamitatẽ omnis te ſub cœlo regio cognoſcet. Ster quilinium tuum omni regali diademate illuſtrius, qui diademata ferunt uidere cupient: & agonem tuum & laborem certaminis, paradiſum feci, ſterquilinium tuum colui, ad pietatem plantam cœleſtem oſtendi: ſuſcepiſti cœleſtia, accipe & terrena, ſuſcipe omnia duplicia. Hic tuam Chriſtiane D ſpem diſce, excellentiam& promiſſionis tuæ. Duplum quidem Iob promiſit, & duplicia dat: ſaluator autem ſuis diſcipulis dicit, Qui reliquerit patrem uel matrem, fratres uel ſorores propter me, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Sed illud diligenter attende, quomodo ſeorſum quidem ac priuatim corrigit amicũ: Iob uero amicos publicè redarguit. Dicit eñ eiſdem deus: Vt quid non eſtis recta locuti aduerſus ſeruum meum Iob? Sed ó iuſte iudex, pro te ſermonem fecimus, tuam prædicauimus iuſtitiam: condemnauimus hominẽ, ſed tuam iuſtitiam innocuam oſtendimus. Hic ergo iuſtum dei iudicium attende. Si enim pro ſe ſecundum iuſtitiam dicentem nõ recipit, eos qui iniuſtè contra proximũ dicũt, recipiet? Ergo eius amicos corripit, & dicit: Et nunc

Matt. 19.d

Iob 42.b

nunc niſi propter ſeruũ meum Iob morti uos for- A taſſe tradiderim. Simul ergo & corripit, & ſeruat. Seruat quidem, eo quòd nihil mali contra deum dicatur: corripit autẽ iuſtum, integritatem in melius reformans. Et honorat quidem amicos per illum, honorat autem iuſtum per certamen, datq; ei duplũ: atq; de tenebris ei lumen & tunc illuxit, & nunc. Vnum etiam addentes, rei excellentiam oſtendemus. Suſcepit oues in duplum, decem aũt amittens liberos, uiginti non recipit. Hic exquirendum eſt, quomodo iumenta quidẽ in duplum, in ſimplum uero reſtituunt liberi? Beſtiæ quidem & iumenta, quoniamquidem amiſſa perierãt, homo autem uiuens in uita reſeruatur, nõ ei liberos in duplum dat: ne per hoc eis qui obeunt ſpem tollat: ſed ut oſtendat, quoniam illi tametſi præpti B ſint, uiuunt tamen. ac illi quidem omnes ſancto Iob lætitia ſunt, cohæredes& applaudunt: quamobrem ei non dat præter decem, quò Iob inuenia tur, non à uita in mortem, ſed à domo in domum tranſiens. Cum eum decem filij uitæ terminum fi nientem ad tumulum uſq; duxerunt, decem eundem iterum in reſurrectionis die à tumulo in regnum ſuſcipient, atq; ineffabilibus illis ſempiternis& bonis, ſimul& parili lætitia perfruetur. Quibus omnes nos dignos fieri contingat, gratia & pietate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium cum patre & ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA QVINTA

C Proponamus igitur uobis dilectiſſimi, ſi placet, pro patientię ſolatio, iuſti Iob fortia geſta. Hic eſt enim qui amplitudine gloriæ tanta dignatus, armis& multorũ uallatus, atq; ubiq; pluríma in nobilitate pluríma& in celebritate prędicatus, magna repentè tactus paupertate, et morbo, & liberorum interemptione, hoſtium prædatione, amicorum impari fide peſte& & carnis doloribus calumnijs& laborauit. Et id intolerabilius, quòd incogitato ſibi omnia eadẽ, inexpertoq; ingruerunt. Nam qui parentibus quidem egenis, talis& in domo nutritus, quòd & exercitio eadẽ & cogitatione penſauerit, facilè onus paupertatis tulerit: qui uero lautus affluentia, tot& pecuniarum delicijs gaudẽs, ſi repente patiatur ab his caſum, D non facilè ſuſtinuerit talem mutationem. Iterum & qui liberos amittit, tametſi omnes amiſerit, nõ tamen uno atq; eodem tempore, reliquos ſolatio abeuntium tenet: atq; prioris amiſſionis deficiente dolore, ſi ſecunda poſt tempus amiſsio acciderit, id ſibi tolerabilius fiet malũ: non enim hulceri obuiat recenti, ſed dormienti iamdudũ & extincto, quod nõ parum doloris amputet: hic aũt uniuerſum ſibi totaliter chorũ in uno momento, atq; modo mortis amariſsimo ſurreptũ uidit, conuiuij hora: atq; ea domus, quæ aduenis hoſpitarijs erat aperta, tumulus facta eſt illis. Quis aũt dixerit, ſamem illam nouam, & interpretatu difficilem, uoluntariam an inuitã neſcio. Quomodo enim appellem? Voluntariã? ſed nolebat appoſita deguſtare. inuitam? ſed aderãt cibi nemo& impediens erat, appoſitæ ſedebat menſæ, uiſos& non tangebat cibos. Nam is qui circa corpus ab hulceribus erat fœtor, decerptioni accidens, deſideriũ reſoluebat, ipſam& menſam erumna quadã replebat. Putores, inquit, meos cibos eſſe uideo. Et famis quidem neceſsitas appoſita tangere cogebat. Fœtoris uero magnitudo è carne proueniẽs, uim famis ſuperabat. Quõ enarrauerim dolores, quomodo uermium fontes, ſcaturientem ſaniem, amicorum impropería, domeſticorũ neglectũ? Non Iob. 19.b enim pepercerunt, inquit, domeſtici mei à ſputis & 30.a faciei, & nũc deriſent me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum gregibus patris mei. Num igit arma hæc eſſe uidenẽ? Nam B & arma & intolerabilia, tamen cum dignatus eſt amator hominũ deus dicere ei certaminis huiuſmodi cauſas, quòd uti iuſtus appareas, contra te hæc permiſſa ſunt: ſic reſpirauit quaſi ex illis malis nihil triſte ſenſiſſet. Quemadmodũ enim in deſudatione luctatorẽ ſudore & puluere, & calore multo, & laboribus, & miſerijs pugnare decet: ſic iuſto multa hic tolerare expedit, generoſe& ferre uniuerſa, ſi clarã hinc coronã ſit accepturus. Nam & ſi corpus illud laudamus, quod & frigora illæſe & calores ferre poſſet, egeſtatem& & famem, itinera& & miſerias alias: multo magis animã dicere beatã decet, quæ fortiter generoſe& dolorũ inuaſiones quaſ& ſufferre, mentem& ſuã in cunctis poteſt ſeruare liberã. Sicut igit ea, quæ otio & licentia uiciatat anima, facile à paſſionibus uincit: ſic quæ continuò in agone pro pietate uerſat, robuſta inuicta& perſeuerare cõſueuit. Neq; otium egit eadem ipſa cogitans, cura ab illis eam ad certamen traducente. Non modò eñ facere quid bonum, ſed & quid malũ pati, mercede multa rependitur: atq; Iob ipſe paſsiõibus uidet magis, & uirtutis actionibus profeciſſe. Nam neq; ita illuſtris eſt habitus, cum pecuniã poſsidebat, cum domũ pauperibus reſerabat, ſubſtantiam& erogabat, & quòd audiens ruinã non ſe acerbè egit. Nõ adeo tum clarus erat, cum de uelleribus ouiũ nudos uestiebat: & illuſtris probabilis& cũ de cœlo ignem cecidiſſe cõſumpſiſſe& omnia audiebat cum gratiarum actione. Tũc amator hominũ, nũc amator ſapientiæ fuit: tunc pauperũ miſerebat, nunc dño gratias ſoluebat. Neq; ipſe dixit, Quidnã hoc eſt? greges cõſumpti ſunt quorũ ope decem mille enutriebantur pauperes: & ſi indignus ipſe erã in rerum affluẽtia aſsiſtens, propter eos certè, qui longe ab eo diſtabant, parci oportuerat. Nihil dixit tale, neq; cogitauit: ſed deũ nouit, cũcta & utiliora diſpenſantẽ. Atq;, ut diſcas, quoniã maiorẽ poſtmodũ diabolo plagã intulit, cũ ſublatis ſibi bonis gratias egit, & cum poſsidens miſerebatur pauperum, audi. Cum poſsidebat, uel ſuſpicionem diabolus habuit, quoniã non gratis te colit Iob: ubi uero uniuerſa ſurripuit omnibus& nudauit eum, hic uero eandem deo ſeruauit mentẽ, tũc obſtructum eſt turpe illius os, nec tunc quid habuit dicere: clarior nanq; & in prioribus iuſtus erat, clarior,

Chryſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquam, & in delicijs uiuens eleemosynas q̃ præ-
bens. surrepta enim bona, generose ac cum actio-
ne gratiarũ tolerare multo maius est. Nam se-
cundis quidem sese rebus habentibus gratias referre
deo, non admodum mirabile: porrò cum multus
fuerit fluctus, cymbaq̃ circumacta periclitat', tũc
magna atq̃ excellens est patientiæ atq̃ bonæ uo-
luntatis ostensio. Si enim infinitorũ malefactorũ
sibijpsis conscij, cum parum quid auri amiserunt,
& id plerunq̃ ex præda habentes, acerbã sibi atq̃
intolerabilem uitã esse dicũt: quantis quibusq̃ co
ronis dignus fuerit Iob, cui iustissime parta, sim-
pliciter à se diripi uidere cõtigit, subireq̃ mille ali-
as procellas post illa omnia, atq̃ in cũctis sese im-
mobilem reddere, debitasq̃ propensius dño gra-
tias agere? Nam & siquis cætera omiserit, sola mu
lieris uerba uel saxũ mouere poterãt. Si enim his
qui iucundè uiuunt nihilq̃ erumnosum patiunt',
mulieres sæpenumero suadere potuerũt: puta q̃
ualida erat anima, quæ illam post tot arma repule
rit. Cum enim mulier sic uerba miseranda dicat,
Tempus accõmodatum atq̃ cõparatio simul fa-
cta, uulneraq̃ & cicatrices, milleq̃ calamitatũ flu
ctus: quõ quis omni adamante duriorem eam ani
mam negauerit, quę tanta in tempestate non suc-
cubuerit? Data mihi pace, oportet dicere, quoniã
& si non maior Apostolis, minor beatus ille non
fuit. Hos enim eadem pro Christo pati solabatur,
ille autem hoc solatio destitutus, quodq̃ maius,
multis in delicijs educatus, nequaq̃ de piscatori-
bus & colonis, atq̃ ex his qui tenuiter uiuũt, sed
tot honoribus dignus effectus, passus est omnia.
Et grauissimum in apostolis uidebatur, quòd ab
amicis domesticisq̃, atq̃ ab his qui sua beneficia
susceperant: & sic Iob nõ ab inimicis odio & iniu
ria affectus. Quòd uero sic se hæc habebant, iam
ergo & gestorũ cum dignitate fortitudineq̃, pas-
sionum simul cõparationem dicamus, quò & ma
nifestè pateat, non benefactorũ modò, sed & pas-
sionum manere meritum: & meritum quidem ad
modum magnum, neq̃ merito benefactorũ infe-
rius. Introducamusq̃, si placet, ipsum hunc ma-
gnum patientiæ luctatorem Iob, hinc atq̃ inde il-
lustrem, simulq̃ uideamus cõpatientes. Quando
fuit illustrior, cum domum cunctis aperuerit, aut
eadem cadente, cum benedixit deũ, nulloq̃ ama-
ro sermone locutus est? Quando alacrior fuit, dic
mihi, cum pro natis agebat sacrificium, atq̃ con-
cordiam adducebat: aut quando ipsis contumula
tis, factisq̃ è uita amarissimo mortis genere, mul
ta cũ philosophia casum sustulit? Quando magis
claruit, cum de uellеribus agnorum suorum cale-
facti sunt nudorum humeri: aut cum audiens de
cœlo ignem descendisse, gregemq̃ consumpsisse
cum pastoribus, nec est turbatus, non tumultuãs
quid peregit, sed mãsuetè tulit calamitatẽ? Quan-
do maior fuit, cum ad oppressorum defensionem
corporis sanitate utebatur, conterens molares ini
quorum, & è medio dentium eorum prædam eri
piens: aut cum hoc ipsum corpus oppressorũ scu-
tum cõsumi uermibus uidebat, sedẽsq̃ in sterqui
linio, idem ipse saniem radebat, testam accipiens.
Et illa quidem omnia præclara gesta, hæc autem
patibula, tormentaq̃ erant: sed tamen plus hæc,
quàm illa Iob clariorem ostenderunt. Siquidem
cum illa fiebant, quamuis turpiter ualdeq̃ atrociter, contrà dixit tamen diabolus, dicẽs: Nunquid
frustra colit deum Iob? His uero contingentibus
se occultans, terga dedit, neq̃ turpis sermonis ali
cuius causas, umbram'ue inferre habuit. Igitur si
quando uirum iustum, magnorum operum pro-
fectu fulgere uideris, multisq̃ subesse malis, ne
mireris. Nam è diuerso mirari oportuerat, si mul-
tas accipiẽs diabolus plagas tacitus' fuisset, man
sueteq̃ uulnera perlaturus. Neq̃ enim si serpens
assidue stimulatus indignetur, atq̃ resiliat contra
stimulantem, mirandum fuerit: & à prælio uicto-
riaq̃ & cæde redeuntem, pugnare necesse est, sæ-
penumero autem & uulnera habere. Cum ergo
uideris quempiam eleemosynas facientem, aliaq̃
mille operantem bona, præcidentem diaboli ui-
res, postea tentationibus periculisq̃ circumduci,
idcirco ne turberis: nam propterea in tentationẽ
cecidit, quòd diabolo plagas uehementer infligè
ret. Et quomodo id Deus, inquis, permisit? quò
magis scilicet coronetur, quò plures ille recipiat
plagas. Magnum quidem secũdis se rebus haben
tibus & misereri, uel florere uirtute: longè autem
maius malè patientem, inuictũ sese, maioriq̃ cum
proposito præstare pro uirtutis laborib. Quem-
admodum enim in peccatoribus contingit, qui
nihil hic patiuntur mali, maiorem illic subeunt ul
tionis pœnam: sic & hi qui se officiosè gerunt, qui
multa hic tolerant aduersa, multo illic honore di-
gnantur. Et quemadmodum peccatoribus duo-
bus existentibus, si alter quidem hic tormẽtis af-
fligatur, alter non: afflictus ille non afflicto me-
lior erit: Sic & duobus iustis hic existentibus, si
quidem alter plures, alter pauciores erumnas suf-
ferat: qui plures sustinuerit, beatior erit. Qui eñ
dei disciplinam cum gratiarum actione non suffe
runt dedignantes, & ex hoc nullum sequi fructũ
contingit, & calamitatibus ultimis se implicant.
Si in paupertate degis, & fame, innumerisq̃ peri
culis, disce uel ab egenis domino gratias reddere.
Si autem uitam eorum mendicãdo terentes, non
blasphemant, non turbantur, non indignantur:
sed cum gratiarumactione tolerant. Quid enim
tale es passus, quale ille? Oculo priuatus es, ille
ambobus. Morbo diuturno laborasti, sed ille insa
nabili. Amisisti liberos, sed ille & proprij corpo-
ris sanitatem. Damno magno plecteris, at nec ad
id peruenisti, ut alijs indigeas. Sed neq̃ satis tibi
sunt hæc. Considerabo Iob patientiæ turrim mi-
nime nutantem. Quis enim hoc pauperior? qui
publica ad balnea abiectis pauperior fuit, his qui
super fornacis sedent cinere, atq̃ omnibus pror-
sus hominibus miserior. Hi nanq̃ uel uestimen-
tum lacerum habent, ille uero nudus sedebat: &
quod habuit indumentum à natura, carnis scili-
cet uelamen, sanie acerba diabolus corrupit. Et
pauperes quidem uel sub tecto sunt, stipulaq̃ uel
saltem

saltem operiũtur: ille uero sub dio nocturnus sem
per agebat, neq̃ tugurij tenuis solamen habens:
atq̃ quod maius, quoniã multorum malorũ pro
exacta iam uita sibi conscij sunt. Neq̃ paruum ad
solatium ingruentis calamitatis, se sibi conscium
esse, iusteq̃ punitum. Hic autem & eo priuatus so
latio erat, utpote qui consolationem, conuersatio
nem, uirtutem plenam ostenderet: eorum qui ulti
ma audent mala pœnas pendebat. Et illi quidem
olim & à principio de erumna calamitateq̃ cogi-
tauerunt: ille uero calamitatem inopinatã subijt,
repentinã accipiens ex diuitijs mutationem. Vi-
disti eum in ultimam uenientem paupertatem, &
eam post quam non est aliã inuenire? Quid enim
uel nudo, uel tectum nõ habente pauperius? non
enim in terra, sed in sterquilinio sedebat. Itaq̃ cũ
temetipsum uideris paupertate urgeri, cogita hu-
ius iusti tormenta, atq̃ illico exurges paruipen-
desq̃ propriam calamitatem. Si autem uis bellum
à natura uehementia multa, multaq̃ uiolentia ge
neroso huic illatum audire, ad ea quæ dico, aduer
te. Decem amisit liberos, decem repentè, decem
ipso in ætatis flore, decem multa fultos uirtute,
non communi lege naturæ, sed nece uiolenta ac
miseranda. Quisnam poterit talem calamitatem
explicare? quis uel ferreus homo? quis adamas
tot mala pertulerit? nam est nemo: nam si horum
quodlibet intolerabile per se est, cogita cum si-
mul uniuersa coiuerunt, qualem excitauerunt tu
multum. Cum filium amiseris, filiámue, refuge ad
iustum illum, solatiumq̃ tibi prorsus summũ inue
nies. Memento eius in miseranda illa liberorum
calamitate uerborumq̃, mille coronis angustiæ
sanctum id caput ornauerunt. Cogita calamita-
tis magnitudinem, nouumq̃ id naufragiũ, extra-
neamq̃ illam inopinatam tragœdiã. Tu quidem
fortasse unum amittes, uel secũdum, uel tertium:
ille uero tot natos, natasq̃: & qui multis abundat
liberis, repente liberis orbatus est, neq̃ sibi sen-
sim uiscera carpserunt, sed omnis repente fructus
arreptus est: neq̃ assistenti assidentiue, quò uel ul
tima audiens uerba, ullũ haberet funeris tam acer
bi solatium, sed repente præter spem omnem, ho-
rum alterum lugubre, alterum horribile, superа-
uit. Non enim mors importuna solũ, sed & in æta
tis uigore omnes consistere, oẽs uirtute præstare,
amabiles oẽs simul, omnesq̃ sexus utriusq̃ esse,
non cõmuni lege naturæ, post talem tantamq̃ ia-
cturã, quòd nullius mali nec sibi, nec illis erat con
scius, quò eiusmodi pateret. Horũ quodq̃ potue-
rat & à semetipso turbare. Cum uero unà concur
rere apparuerunt, cogita fluctuũ altitudo quanta
fuerit, quanta hyemis procellæ illius exuberrima
fluctuatio. Miranda quidem hæc, uel auditu solũ
accepta. Si autẽ solerti eadem diligentiq̃ indagi-
ne perscrutatus fueris, tunc maius admodum esse
prospicias. Cogita enim quòd non quidem diabo
lus surripuit, dimidiumq̃ reliquit, sed prorsus, at-
que omnino fructũ omnem legit, arboremq̃ non
deiecit: omne superinduxit mare cum fluctibus,
cymbamq̃ nõ demersit: omnem euacuat uirtutẽ,
turrimq̃ uel quatere nequiuit, sed stabat assiduè
ictus minimeq̃ nutans. Multitudo telorum fere-
batur, neq̃ territus erat: magis autem mittebãtur
quidem, non autem uulnerabant. Excogita quan
tum est tot liberis orbari. Quid enim? satis ne fuit
lachrymis uti? nónne in ipso ætatis flore, nónne
multa uirtute præstantes, atq̃ modo ultionis tam
acerbo finiuere uitam? Nónne post tot plagas no
uissima hæc illata est? Num pietatis amore fer-
uebat, qui genuerat: nónne abeuntes tot optabi-
les? Cum eñ malos quis amittit liberos, passione
quidem mordetur, sed acerbitate, uehementiaq̃
minori: nam decedentiũ malitia acerbiorem non
sinit esse dolorem. Cum autẽ uirtute præstiterint,
permanens uulnus fit, non modo à natura, sed à
uirtutis honesto desideriũ faciẽte. Cæterum cum
partim surripiunt', eadem passio aliquod solatium
facit: nam & reliqui qui sunt, abeuntiũ tristitiam
obumbrãt. Cum uero funditus obierit uniuersus
chorus, ad quemnam respicere poterit, qui in mul
tis filijs repente filijs orbatus? Si enim tribus, aut
quinq̃ diebus quibusdam decedẽtibus, mulieres
& proximi quiq̃ id maxime plorãt, quòd cito re-
penteq̃ ab illorũ moriẽs raptus est oculis: multò
magis hic doluerit, cui non diebus duobus tri-
bus'ue, aut uno, sed hora una sic omnes surripiun
tur. Cogita tum: nanq̃ tẽpore malũ nõ iam ualde
fuerit intolerabile, expectatiõe id leue fortasse dè
facili faciente: contra uero spem quid contingere,
ac repente fieri intolerabile, omnẽq̃ sermonẽ su-
perat. Non ipsos enim lectulo expirantes, animã
reddentes uidit, sed domo contumulatos omnes.
Cogita igit' quis erat ille macerią effodiẽs, & nũc
quidem lapidem, nunc filij membrum retrahens,
& manũ uidens adhuc phialam tenentem, dexte
ramq̃ alterã recumbentem cyatho, & ipsam cor-
pore corruptã filiam, capite dissipato, nasoq̃ con
trito, oculis extinctis, cerebro disperso, uulnerũq̃
uarietate non permittente faciei desideratæ for-
mam nosse. Confusi estis hæc audiẽtes, & lachry-
mas funditis. Cogitate igitur quis ille erat hæc ui
dens. Si enim post tantũ temporis, sine lachrymis
nequiuimus tragœdię huiusmodi ferre auditum,
idq̃ alienã audientes calamitatem: qualis ille ada
mas fuit, coram hæc accipiens, non in alienis, sed
propriis philosophans in malis, neq̃ tamen ira-
cundia auersus est, neq̃ dixit: Quidnam hoc est?
ea est pietatis continentiæ merces? Aduenis id-
circo domum aperui, eam ut uiderem liberorum
sepulturam? omnem in eos idcirco uirtutis mo-
dum exercui, quò talem subirent exitum? Nihil
horum dixit, neque cogitauit: sed tale tantumq̃
post studium orbatus, cuncta generose pertulit.
Igitur sibi sola hæc contigerũt mala? Et amicorũ
desertio proditióque, increpationes & iniuriæ,
subsannatio & derisus, & distrahi à cunctis: tole-
rabiliáne hæc & solatio digna? hæc non modo re
bus ipsis, sed ne quidem auditu ferenda. Neque
enim talis calamitatum natura, ut sint qui etiam
nobis improperent, nostramq̃ consuescunt mor-
dere animam. Respice mihi consequenter uel hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

in loco manſuetudinem ad deumq; religionẽ, ge A
nerosæ illius adamantinæ animæ. Vbi enim ſe-
metipſum implicitum malis uidit, qui totius uirtu
tis ſummam impleuerat: malos autem homines,
& ueneficos uitam ſecundis agentes rebus, nõ di
xit quid tale, quale quidam ex infirmioribus con-
ſueuerunt, Ad hæc filios educaui, cumq; ſolertia
inſtruxi omnia, ad hæc meam pauperibus domũ
aperui, quò illos poſt curſus pro egenis ſuſceptis,
pro nudis, pro orphanis id me ſequatur meritũ?
Sed horum loco etiã omnis ſacrificij meliora uer-
Iob. 1.d ba protulit, illa dicens: Dominus dedit, dominus
abſtulit. Si autem ſcidit ueſtimenta, comamq; to-
tondit, ne mireris. Pater enim erat, & amator pa-
ter piusq;: & oportuit quidem naturæ paſſionem
oſtendi, mentisq; philoſophiam. Si uero neque id B
feciſſet, fortaſſe quis & inſenſibilem hanc putaſ-
ſet eſſe philoſophiam. At tu pecuniam ſi amiſe-
ris, ne ira, aut alio perturbationis malo concite-
ris, ſed uiriliter tolerans, gratias agas deo, & Iob
uerba loquaris: Dominus dedit, dominus abſtu-
lit: lucrum per hoc damnum facies. Quid dicis,
dominus abſtulit? fur abſtulit, & tu dicis dominus
abſtulit? Ne mireris, nam & Iob quę diabolus fur
ripuit, eadem & dominũ abſtuliſſe dixit. Et quo-
modo cũ hæc fur eripuerit, tu dicis quoniã domi
nus abſtulit. Nam neq; illam gratiam minimè ha
beo. Non mea, ſuum factum: neq; ſcienti, neq; uo
lenti facta ſunt. Quomodo em̃, ſed tum nihil mi-
nus habet his qui dant eleemoſynas, ille qui tunc
non dat. Si autem & ad uates te hortabuntur qui- C
dam, tu uero dei timore, quoniam quidem prohi-
betur, eliges magis nõ accipere pecuniam, quàm
deo aduerſari: eorũ merito qui in pauperes con-
tulerunt, mercedem habes, quoniã amittens gra-
tias egiſti, potensq; ad uates abire, ſuſtines non
accipere magis, quàm ſic accipere. Quemadmo-
dum enim ille dei timore actus, pauperibus im-
pendit: ſic & tu dei timore, expertos nummos ere
ptos non recepiſti. Priuauit te ille pecunia, tu te
ipſum ſalute minime priuaueris. Dolens enim in
his quæ à cæteris malè es paſſus, ipſe pluribus te-
metipſum implicabis malis. Ille te fortaſſe pauper
tate circumdedit, tu te funeſtis offendis. Ille autor
mali, tuis te exterioribus priuauit bonis, tu æter-
nis temetipſum diuitijs priuas. Triſtitia te diabo- D
lus confecit pecuniam ſurripiens, confice & hũc
ipſum gratias agens, neq; gaudio eundem accu-
mulaueris. Si ad uates abieris, lætum effeceris: ſi
gratias egeris deo, mortalem illi plagã intuleris.
Et reſpice quid fiet: neq; eam inuenies ad uates
abiens: nõ enim illorum eſt uidere. Si autem quid
dixerint rei quomodo libet compotes, & animã
ipſam perdes, & fratribus tuis deriſio eris, atq; ite
rum eandem malè amittes. Nam dæmon ſciens
unam te non ferre tentationem, atq; pro hac tuũ
negare deum, iterum præbebit pecuniã, quò ſibi
occaſio accedat iterum ſeducere te, atq; abduce-
re. Et quemadmodũ nos aduerſus hoſtes illa ex-
ponimus arma, quibus eos dolore afficiamus: ſi
uero eos minus dolere uiderimus, recedimus
quaſi non habẽtes quo ipſos mordere poſſimus,
Sic ergo diabolus, ſi uiderit deridentẽ te ac deſpi-
cientem ſuos conatus, cedit ex uia hac, nõ iam ul
terius propinquãs. Licet ergo tibi ſufferenti, mer-
cedem accipere tantam, quantam ſi pecuniam uo
lens proieceris. Atqui non immerito admirabun-
tur magis eum, qui cum gratiarum actione tenta-
tiones tulerit, quàm qui ultrò dederit. Quid em̃,
quoniam hic quidem laudibus enutritur & con-
ſcientia, bonasq; habet ſpes, & primò uiriliter fe-
rens pecuniarum penuriam, tunc abiecit eas? Illi
etiam annexæ uiolenter arripiuntur. Neq; uero
æquè eſt, eum qui priùs paratus atq; ſuaſus erat à
pecunia recedere, hancq; ſic à ſe emittere, atq; eũ
qui amore huius etiã tenetur, eadem illico eſſe pri
uatum: neq; iterũ multo tempore pecuniã deſpi-
cere, & repentè contingẽs damnũ tolerare poſſe.
Qui enim paratus ad ingruẽtia mala fuerit, illata
facilius tulerit: qui autem cadens animarũ ſeſe co
gitationibus inuoluerit, ſi quid tale contigerit, du
plici turbatur malo, ex inſperato ſcilicet, quodq;
omne ſtudium ſuum pereat, omnisq; ad id præ-
paratio nõ parum ad dolorem intereſt. Sed om-
nium eſt intolerabilius, ſi quis malis ſe exutũ pu-
tans, atq; ipſum perueniſſe ad finem, & curam o-
mnem cogitationemq; depoſuerit, iterum princi
pium aliud malorum inueniet. Quare enim uxo-
rem Iob cum liberis non extinxit diabolus? Quo-
niam uiderat, ſcilicet, magna ſe cum illa operatu-
rum ad illius inſidias. Si em̃, inquit, paradiſo eieci
Adam, multo magis à ſterquilinio Iob ſupplanta
re potero. Et reſpice malitiam. Neq; enim bobus
pereuntibus hac machinatione eſt uſus, neq; aſi-
nis, neq; camelis, neq; domo diruta, neq; liberis
macerie tumulatis. Sed tacet tandem, atq; ſilere
permittit, dimicatorem uidẽs. Cum aũt uermium
fons erupit, pellemq; corrumpi atq; dilabi, uidit,
exeſam carnẽ ſanie multis ſcilicet putoribus ple-
nam, cumq; torqueret eum & ſartaginis & fornā-
cis omni flamma acerbior cõſumens diaboli ma-
nus, omnisq; fera truculentior, cõtinuò comedens
atq; exedens corpus, & pleraq; tempora tali in ca
lamitate tranſirent: propterea ſitiens liberatio-
nem, moriq; cupiens, utpote qui reſpirare nõ po-
terat. Si poſſem dicebat memetipſum uindicare,
uel alterum qui mihi id conferat deprecari, Tunc
ipſam introducit, & inquit, uſquequo expectas,
dicens: Ecce ſuſtineo tempus, adhuc paululũ ex-
pectans ſpem ſalutis meæ, & moleſtantẽ ſemper
ille ſolans ac repellẽs, talia dicebat: Paululum ad-
huc expecta, & celeriter horum erit finis. Impro-
perans igiſ ſibi, inquit: Nunquid & nunc idipſum
dices? Multum iam tempus præterijt, horumq;
non uidẽ finis: perijt enim memoria tua de terra,
filij tui & filiæ uentris tui, labores & dolores qui-
bus inuanum cum gemitu laboraui, atq; errabun
da ego & ſerua quædam locum ex loco, domum
ex domo petens. neq; enim mendico ſolum, ſed
errans uado, ſeruitioq; nouo & inſueto ſeruio,
ubiq; circũiens, pignusq; calamitatis meæ mecũ
ferens, cunctos edocens mala mea. Et quod om-
nium eſt

nium eſt miſerius, Solis plerunq; occaſum preſto A
lor, quò uel ab erumnis meis, atque ab his qui me
circumdederunt laboribus quieſcam. Sed dic ali-
quod uerbum ad dominum, & morere. Quid au-
tem beatus hic adamanteq; durior? reſpiciens in
eam amarè. O mentem caſtam, ó morigeratam,
atq; ante uocem ab ipſo proſpectu machinamen-
ta repulit. Illa quidem uiſa eſt lachrymarum mo-
uere fontem, hic autem leone truculẽtior factus,
Iob. 2.c furore plenus & iracũdia, & inquit: Vt quaſi una
de inſipientibus mulieribus locuta es. Si bona ſu-
ſcepimus de manu domini, mala autẽ quare non
ſuſtineamus? Quibus ex cauſis illa nobis dedit
deus, qualem rependis mercedem? nullam: neq;
enim meritis præeuntibus nos in terra beatos ha
ctenus effecerat dominus, ſed ultrò, atque ſua de B
bonitate ſolũ humanitateq;. Nudus exiui de uen-
tre matris meæ, nudus reuertar illuc. Fingite igi-
tur uobiſmetipſi dimicatorem ipſum, atq; exiſti-
mate ſummum illum uidere, ſinuq; medio ſeden-
tem ſtatuam auream pretioſam. Quomodo eum
nominem neſcio, nequeo tã precioſam inuenire
materiam, ut comparare queam percuſſum illud
uulneratumq; corpus: adeo pretioſa omni mate-
ria, ualde ſupraq; modum carnis illius natura cla
rior apparuit, uulneraq; ſolaribus radijs lætiora.
hi enim corporis illuſtrant uiſum, illa uero men-
tis noſtræ illuminant oculos. Quis uidit, quis au-
diuit tales, tamq; mirandas dimicationes? nam ex
ternorum agonum pugiles, cum aduerſariorum
capita ceciderunt, tunc demum uincunt & coro-
nantur, hic autem cum iuſti corpus deiecit, tunc
& uictus fuit, & abijt. Quid factum eſt ó diabo-
le? cuius rei cedis gratia? Nónne cuncta pro nutu
ſequuntẽ? Nónne eius perdidiſti greges? Nónne
boum, equorũ mulorumq; armenta? nónne cho-
rum illum liberorum perdens, & uniuerſam inſu
per carnem uiciſti? Quoniam factum eſt, inquit,
omne quod uolui, quod autem fieri maximè uo-
lueram, atq; ob id cuncta fueram conatus, id mi-
nus factum. Neq; enim blaſphemauit: id dum mi
nus fit, nihil magis ab illa pecuniarum iactura ac-
cedit liberorum interemptione & corporis pla-
ga: quinimò contrà, quod minimè uolebam con-
tigit, hoſtem lætiorem, aduerſariũ clariorem effe-
ci. Noſti quale tribulationis ſit lucrum? Bonum D
quidem erat, corpus ſanitate uigere, multo tamen
pretioſius uel uulneribus conſciſum. Quoniam
uero & uellera pulchra quidem, etiam dum illota
perdurãt, cum uero lauatoris opera demerſa atq;
exterſa fuerint, incõparabilem pulchritudinem
decoremq; ſuſcipiunt. Niſi enim eundem ſpoliaſ-
ſet, nunquam optimam coronandi huiuſmodi no
uiſſet habitudinem. Niſi enim uulnerum ſtimulis
eius fodiſſet corpus, nuſquam interiores radij re-
luxiſſent. Niſi in ſtercore ſedere coegiſſet uirum,
nequaquam eius diuitias cognouiſſemus. Neque
enim rex tam illuſtris in throno ſedens, quàm ille
tunc in ſterquilinio erat, ſic inſignis & celſus. Nã
poſt regalem thronum mors, poſt uero ſterquili-
nium illud cœlorum regnũ. Propterea enim eius
ille ſacrilegus bona ſurripuerat, non quò afficeret A
morbo, ſed quò uirtutem in eius anima ſupplan-
taret. Sed tamen uniuerſa remouens eius machi-
namenta, & pauperẽ pro diuite faciẽs: hicq; quod
magis horridum cunctis uidetur, & cum qui mul
torum fuerat liberorũ pater, orbatusq; omnino,
ulcereq; feriens eius totum corpus crudelius his
carnificibus, qui publicis uerſant in iudicijs: neq;
enim illorum ungues ſic effodiunt eorum latera,
quos pœna in ſuas dederat manus, ſicut eius lam
bebant corpus uermium ora. Et pellens eum non
urbe ſolum & domo, atq; in aliam transferens ur
bem: ſed ſtercora ſibi pro domo, pro urbe ſtatuẽs.
At eo modo nuſquam exiſtimauit, ſed & per eas
quas tetendit inſidias ſplendidiorẽ reddidit, totq;
& tanta diripiens, maioris ſibi uirtutis diuitias cu B
mulauit. Tu igitur ſi quis tibi tuam ſurripuerit pe
cuniã, ac generoſe tuleris, ipſam eorum qui pau-
peribus erogant, uniuerſam mercedem accipies.
Quemadmodum ſtudioſi, etiam ab iniuriantibus
lucrari cõſueuimus: ſic & pigritantes neq; ab his
qui proſunt meliores efficimur. Si enim Iob tot
tantaq; paſſus eſt, non ab homine, ſed à dæmone,
omnibus hominibus peiore: quis ergo ex eorum
eſt nota, qui dicunt, hic mihi eſt iniuriatus, ille me
ſpreuit? quale reſponſum habebit? Si enim diabo
lus tanta redundans malitia, uniuerſa eius mouẽs
organa, uniuerſa mittens tela, atque quotquot in
hominibus erant mala atrocitate multa, multaq;
cum uehementia, & in domum iuſti, & in corpus
nullam intulit uiro iniuriam, ſed magis profuit: C
quomodo poterunt alij illum, & illum accuſare,
quaſi ab his, non uero à ſemetipſis iniuria affici?
Miraris tres pueros? & ego, quoniã contra cami-
num ignis ſunt auſi, quoniam contra tyrannũ in-
ſurrexerunt, Deos tuos (dicentes) non colimus, Dan. 3.c
& ſtatuam auream quam erexiſti non adoramus:
ſed grande illis erat ſolamen, manifeſtè ſcire, quo
niam propter deũ hæc eadem patiebant. Beatus
uero ille neſciebat certamina, & palæſtrã eſſe quæ
patiebatur: ſi enim ſciuiſſet, nequaquam omnino
quæ fuerunt facta ſenſiſſet. Cum igitur audiuit,
Nunquid uanum putaſti iudicium meum, ſed ut Iob 40.a
appareas iuſtus? cogita quomodo nudo ex ore re
ſpirauit, quomodo exinaniuit ſeſe, quomodo ſe
nihil paſſum fuiſſe putauit, ex his quę pertulerat, D
ſic dicens: Quid etiam iudicor correptus à domi-
no, & reprehenſus audiens hæc? Imitemur igitur
huius ſancti modeſtiam & dignitatem, diſcentes
quotquot à patiẽtia germinant bona. Sicuti enim
in communi orbis theatro ſtans beatus ille, glo-
rioſusq; uir, omnesq; ſibi pertingentes paſſiones
mouet, nouitq; omnes contingentes tolerare ca-
ſus, neq; uſq; ingruentibus malis cedere: haud em̃
in humanis eſt paſſio, quæ ſolatium inde accipere
non poſſet. Quæ em̃ in omni orbe ſparſæ paſſio-
nes ſunt, ſi in unum coeant, facilè in illius corpo-
re apparuerint: quæ igitur erit illorum excuſatio,
qui nequeunt uel partem hanc illatorũ malorum
cum gratiarum actione ferre, qui nõ modò partẽ,
ſed uniuerſa amiſit? Alij naufragijs incidentes,

ad pauper

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad paupertatem redacti sunt: item alij infirmitate & morbo, à nullo neq; ullum auxilium susceperе. Et quid hoc? recordare eorum quę Iob euenerũt, gratias age domino prohibere potenti, & nõ prohibenti. Si in paupertate degis, & fame, milleq; periculis: Lazari recordare paupertatis, solitudinis, milleq; alijs huiusmodi dimicantis, & hæc plurimam præstabunt uirtutem. Memento apostolorum qui in fame & siti nuditateq; uiuebant, prophetarum, iustorum: atq; omnes ipsos inuenies, non diuitum, non in diuitijs positorum: sed pauperum, sed tribulationibus, suspirijs afflictorum, partes sustulisse. Hæc aũt huiusmodi apud te colligens, redde deo gratias, qui te ad hanc sortẽ uocauerit, non iam odiens, sed uehementer amans. Qui quidem nõ illos odiens, tot permittebat aduersis laborare, sed quoniã uehementer diligebat eos, per ipsa mala splendidiores illos reddidit. Si enim homines qui in eorũ causa insudãt, sine mercede, sine retributione abire nõ sinunt: multo magis deus eos, qui tot insudauerũt laboribus, non permittet quandoq; suorũ laborum repensatione fraudari. Sed necesse quoddã alterũ tempus esse post mortẽ, quo laborũ mercedem accipiãt. Nam & multos audiui dicentes, Ille & ille mansuetus quidẽ, mitisq; existẽs homo, ab altero iniquo quodam maloq; quotidie in iudicium trahit, alter iniquè calumniatus, alter demersus est, inquit, alter præcipitatus, & deus hæc fieri permisit. Quare? ne cito in insaniã eleuent mirabiliũ magnitudine, ac operũ perfectiõe, permisit eos deus affligi: atq; ne maiorem de humana natura cæteri habeant suspicionem, deos, non homines eosdem esse, dicentes. Et uti dei uirt⁹ appareat, per infirmos, per uinctos uincens & superans, prædicationẽ suam adaugens, atq; uti illorũ ipsorũ patiẽtia manifestior fiat, non pro mercede seruientiũ, sed ad bonã tam abundè uoluntatem ostendendã. Et uti post tot mala tempestiuè atq; opportunè, sancta eorum mens appareat, omnesq; stimulati aduersis, abundantius & solatium habeant & fomentum, ad illos respicientes, atq; memoriam habentes eorum malorum, quæ sibijpsis contigerũt. Atq; uti quando exhortamur uos ad illorũ uirtutem, & ad uestrum dicimus unumquemq;, imitare Paulum, zelo Petrum sequere, nequaquam existimãtes gesto rum excellentia perfectioneq;, altera eos participasse natura, propterea ad imitationẽ pigrius excitemini: atq; cum oportet aliquot uos uel beatos dicere, uel miseros, dicamus quos quidem & beatos existimari decet, quos'ue in erumna miseriaq; constitutos. Si autem discere uolueris, quoniam non malefacere hoc fortiores facit, sed inferentes mala, tolerare: respice Iacob, quomodo quantum cunq; à Laban iniuriatur. Quis ergo fortior erat, qui eum in manus acceperat, non audens tangere, sed timens: aut qui sic absq; armis & exercitibus mille regib. sibi terribilior factus? nónne hic? Quemadmodum enim calcans, semetipsum excoquit: & adamantem percutiens seipsum lædit: & qui contra stimulum calcitrat, seipsum uulnerat: Sic qui offendere cogitat, seipsum offendit, omniq; luto fit infirmior. Excidit quãdoq; patria & sanctus Dauid, atq; de libertate deq; anima ipsa periclitabatur, & exercitum aduersus impudentem adolescentem tyrannũ illum & parricidam parans, errabat per desertum, neq; exasperabatur zelo, neq; à deo auersus est: neq; dixit, Quidnam hoc est? Permisit puero aduersus genitorem insurgere? tametsi pro iustis habuit incusare, non sic fieri oportuisse: nam in paruo à nobis iniuria lacessitus, circuit dexteram patrio sanguine inquinare, & hæc deus uidens sustinet. Sed nihil horũ dixit, neq; cogitauit: quodq; magis admirabile, quoniam erranti sibi, & uniuersis nudato, Semei homo quidam malus, & contaminatus sese exposuit, uirum sanguinum eum appellans & impiũ, milleq; malis infectum, neq; sic iritatus est: quinimò imperatorem exercitus rogantem, ut descendere permitteret, & illius truncare caput, nõ modò non permisit, sed & insuper ira cõcitus, dixit, Quid mihi & tibi fili Saruiæ? Dimitte eum ut maledicat, si fortè aspiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Vides quomodo nouit iustus quoniam generoso animo perferre maledicta, occasio maioris sit meriti? Etenim res sic se habebat. Nã male dicta, & mille perferentes aduersa, eos qui nobis improperãt, si fortiter toleramus, maiorem in nobis dei gratiam cumulamus. Voluit & Moses iniuriato cuidam opem ferre, atq; ultimis ferè implicatus est periculis: patriaq; excidit deo permittente, ut & tu sanctorum patientiã discas. Si enim prouidentes, quòd nihil patiamur mali, sic ad spiritualia concedamus, nihil magni facere uidebimur: hoc & tres pueri dicebant, Est deus in cœlo potens eripere nos de manibus tuis, tametsi incognitum tibi sit: quoniam diis tuis non sacrificamus, & statuam quam erexisti non adoramus. Et tu igitur si quando ea quæ secundum deum sunt attingere uolueris, multa proinde pericula, multa detrimẽta, multas mortes sustinebis. Nec quidem arbitreris extraneum, neq; turberis his cõtingentibus. Fili, inquit, si accesseris seruire domino, præpara animam tuã ad tentationem. Nemo certare uolens, sine uulneribus coronari expectat. Cum igitur ipse quid boni egeris, atq; contraria recepe ris, uel alterum idipsum uideris patientem, lætare & gaude. Iure eñ maior exigitur tribulatio: neq; à proposito concidas, neq; fias desidior, sed magis cum maiori proposito superincumbe, tametsi millies uideris diabolum recidentẽ tuos gressus, nunquam aut deficias aut recidas. Quoniamquidem & apostoli cum prædicabant, uerberati continuo, mancipati uinculis, non post periculorum euasionem, sed ipsis in periculis maiori cum proposito ueritatis annuntiauerunt prædicationem. Atq; uidere Paulum licet in uinculis ipsis, in catena habitantem, docentẽ, atq; in iudicio idipsum facientem. Intuereq; beatam ipsam animam, in quibus gloriat, in uinculis, in tribulationibus, in catena, in stigmatib. Vado, inquit, & in Hierusalem

Daniel. 3.b

Eccl. 2.c

Act. 20.c lem alligatus spiritu, quæ in ea uentura sunt mihi ignorans, nisi quòd spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatus est mihi, quoniam uincula & tribulationes me manent. Quid igitur abis in uincula, si te tribulationes manent? Ob idipsum ut pro Christo uinciar, ut pro Christo moriar: non enim solum alligari, sed etiam mori paratus sum pro nomine domini Iesu Christi. Quid igitur, pudore non superaris? non times orbem circũiens uinctus? non times, ne quis dei damnet infirmitatem, ac propterea nullus accedat? Non eiusmodi, inquit, mea uincula. Vt, inquit, mea uincula nota fierent in omni prætorio, & pleriscq; ex fratribus in domino, confidens meis uinculis abundantius, audientibus sine timore loquebar uerbum. Vides uinculorum fortitudinem, magis q̃ resurrectionis mortuorum esse gloriam? Vinctus est Romæ, & plerosq; attraxit: uinctus est Hierosolymis, atq; ligatus cõcionans regem exterruit, præsidi timorem incussit. Timens, inquit, soluit eum. Vinctus nauigauit, naufragium soluit, hyemem superans, eo in uinculis existente. Bestiam illam tetigit, quæ nihil nocens cecidit: atq; aspice id ubiq; cum fieret, cædebatur, & fortiter cædebatur: multas ei, inquit, plagas infligẽtes: & ligatus est, & idipsum fortiter: in interiorem, inquit, carcerem miserunt eum, plurimaq; cum firmitate: atq; in his tot tantisq; existens circa mediam noctem, Act. 16.c tunc cum quietissimi quiq; dormiũt, cantabat & psallebat domino. Quid hac fuerit anima cõstantius? Sciebat enim quoniam pueri in igne cantabant & in camino: fortasse cogitabat, quoniam nihil tale sum passus. Sed bene faciens sermo iterum in alia uincula traducit, carceremq; alium. Quidnã est quod patior? uolo tacere, sed nequeo. Alium inuenerunt carcerem illo ualde mirabilio rem, magisq; tremendum. Volo sermonem præcidere, neq; permittor: quiescere nequeo, tacere nequeo, uehementer me circumtrahit: quid prius dicam, nescio, quid secundò, quamobrem ne quis à me ordinem exigat oro, multa nanq; rebus nobilitas inest. Longa fuit Pauli catena: propterea tandiu me tenuit. Sed non ideo tacebo: nam si in uinculis ipse non tacuit, neq; in flagellis, ego sedens tacebo iam die existente, multaq; cũ quiete loquẽs? atqui quomodo hæc rationẽ habuerint? Multa enim multis in locis Pauli mirabiliũ signa sunt, sed nulla stigmatibus desiderabiliora. Nec in scripturis tantum me reficit gaudio mirabilia operans, quantum quòd malè patiens, flagella- Act. 14.d tus, tractus, lapidatus. Lapidantes autem eum, inquit, trahebant extra ciuitatem, & iterum uerberatum & plagas inferentes eiecerunt in carcerem. Quanta gloriatio, quãta uoluptas? quisnam honor, quis splendor uidetur? Quoniã pro Christo uinctus est: sed admirabile intellige. Et motus est, inquit, carceris locus uincti Pauli, & uniuersa uincula soluta sunt. Vidisti uinculorum naturam uincula soluentem? Expergefactus autem custos carceris, & uidens ianuas carceris apertas, euagi nato gladio uolebat se interficere. Quid ergo Paulus? clamabat uoce magna, dicens, Nihil tibi feceris mali, uniuersi enim hic sumus. Vidisti ne omni inani gloria uacuum, omni superbia? uidisti pietatem? Non inquit, quoniam propter nos hæc facta sunt: sed tanquam unus ex uinctis, inquit. Si enim siluisset, atq; magna uoce non clamasset, illius manus per guttur fortasse gladium transegisset. Clamauit autem, quoniamquidem in interiorem carcerem fuit missus. Contra temetipsum, inquit, id egisti, interius eos mittens qui te à periculo liberaturi erant. Vidisti Pauli humanitatem, & ad proximum curam? Elegit uinciri, & ipse periclitari, quàm illum despicere pereuntem. Quemnam non exterruisset ea, quę circa se uinculorum erat potẽtia? & tamen eos qui uinxerãt, ad uincti pedes adegit, eosdẽq; illos quasi seruos huic effecit. Cecidit, inquit, carceris custos ad pedes Pauli, & qui ligauerat ad ligati pedes erat: idemq; rogabat ligatum à timore solui. Nónne tu ligasti, die mihi? non in interiorem misisti carcerem? non in ligno firmasti pedes? quid tremis? quid paues? quid lachrymas? quid gladiũ eduxisti? Nesciebã, inquit, tantã esse uictoriã, Christi potentiã. Quid dicis? Cœlos aperiendi cepit potestatem, & carcerem aperire nõ debuit? Vinctos à dæmone soluerat, & ferreum quid sibi prævalere debuerat? Animas igitur alligatas soluens, proprium non poterat corpus soluere? Qui per sua uestimenta cæteros illis à uinculis soluit, à dæmonijsq; liberauit, ipse per semetipsum sese nõ soluerit? Idcirco primum uinctus est, & tunc uinctos soluit, quò discas seruos Christi ligatos, uim supra ligantes habere multo maiorẽ. Sic enim sancti fortitudo clarior ostenditur, cum non semetipsum modò, sed & ipsos ligantes soluit. Quænam murorum utilitas? quid magis in interiorem carcerem mittere, quoniamquidem & exteriorẽ aperuit. Sed audiamus ipsum in hoc ipso gloriantem, & dicentem: Ephe. 4.a Obsecro igitur uos uinctus in domino: nam magna dignitas & multa regno & cõsulatu uniuersisq; maior, pro Christo ligari. Nihil enim tam clarum est, quàm pro Christo uinctum esse, ita ut catenæ circundatæ sanctis illis manibus, apostolatu & doctoratu multum sint illustriores, maioriq; uenerationе dignæ. Si quis amat Christum, nouit quod dicitur: si quis insanit atq; adurítur domini amore, uincit potentiam uinculorum: eligeret fortasse uinctus esse pro Christo, quàm cœlos inhabitare. Nam forte uel in dextris eius sedere, hoc clarius, hocq; clarius quàm super duodecim sedes sedere. Si quis me cœlo cõdonet omni, uel ea qua Pauli manus uinciebatur catena, illam ego honore præponerem. Si quis me cum angelis statuat, aut cum Paulo uincto, uincula eligerem. Si quis me cum illis faciat potestatibus, quæ circa thronum sunt, aut uinctum, talem eligerem potius, etiam uinctum. Etenim nihil melius, quàm mala pro Christo pati. Si quis mihi mortuos suscitare dederit nunc, non iam id, sed catenã eligerem. Vellem nunc locis in illis uersari, quibus uincula illa manent, & catenas uidere, quas timuerũt quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidē dæmones, & horrent, sed angeli uenerantur. Si eccleſiaſticis curis eſſem uacuus, corpuſq́ robuſtum haberem, nequaquā peregrinationem tantam facere recuſarem, quò catenas ſolum uiderem, carcerē quo Paulus uinctus. O beata uincula, ó beatas manus, quas ornauit catena illa Paulo circundata: non tam pretioſæ erāt manus, quæ claudum in Lyſtris erexerunt, quàm uincuſis circundatæ. Si per illa tempora ipſe fuiſſem, tunc potiſsimum fouiſſem eas, & ante meas oculorū pupillas ponens, nuſquam deſiiſſem deoſculari manus, dignas effectas pro domino meo uinciri. Nō eum ſic dico beatum, quòd uſq́ ad cœlum, & in paradiſum raptus eſt, quemadmodum quòd in uincula ſit coniectus. Non eum ſic beatum dico quòd audiuerit arcana uerba, quemadmodum B quòd uincula ſuſtinuerit. Etenim hæc illis longè maiora. Eligibilius nanq́ mihi eſt malè pati pro Chriſto, quàm honorari pro Chriſto. Hoc Paulus cogitabat: & merito. Si ipſe propter me factus ſeruus gloriamq́ euacuans, non ſic in gloria eſſe putabatur, quàm cum pro me affigebatur cruci, quid me pati non oportet? Audi enim ipſum di-
Ioan. 17.a centem, Glorifica me pater. Quid dicis? Ad crucem duceris cum latronibus, tumulorūq́ effoſſoribus maledictam ſufferre mortem, conſpuendus, cædendus colaphis, & hæc gloriam appellas? Ita, inquit, pro dilectis ipſe patior, meritoq́ hæc eadem gloriam exiſtimo. Si enim dominus meus miſeros & erumnoſos amans, gloriam rem uocat, etiam id patrio throno magis adijcit glo- C riæ: multò ipſe magis hæc gloriam exiſtimare debeo. Terrent quæ in Iob dicuntur cunctos homines, pro patientia, pro uitæ puritate, pro dei teſtimonio, & forti illa pugna, & mirabili poſt pugnā uictoria. Sed Pauli patientiā quænā adamantina anima oſtēdere poterit? Non em̄ menſes multos ſic decertans deguit, ſed annos multos: non terræ glebas liquefaciens, ac ſanie macerans, ſed in os ipſius intelligibilis leonis continuē incidens, milleq́ dimicans tentationibus. Neq́ ab amicis tribus quatuor'ue, ſed cunctis ab infidelibus improperatus, cōſputus, iniuriatus, maledictus milleq́ tentationum globos ſuſtinens. Et nunc quidem flagellis corpus diſtendens, nunc lapidibus obrutus, fameq́ aſsidua & aſperitate liquefacēs. Sed D Iob hoſpitalitas magna, neq́ id nos inficiamur, ſed Paulo tanto inueniemus egeniorem, quantò corpus animæ cedit. Quod enim ille ad eos, qui ſecundum carnem infirmabātur fecit: hic ad eos, qui in anima iacturam acceperant, oſtēdit. Et ille quidem ouibus bobusq́ numero immēſo ſibi exiſtentibus eadem egit: hic autem nihil ſupra ſuum poſsidens corpus, ex hoc ipſo indigentibus ſatiſ-
Act. 20.g faciebat, & clamabat dicēs, Neceſsitatibus meis, & eorum qui erant mecum, ſubminiſtrauerūt hæ manus. Hos amplectamur zelo, hos imitemur omnes, quo pares ipſis laudes aſſequamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

DE BEATO IOB, HOMILIA.

Eruntamen fratres chariſsimi, intendat charitas ueſtra quid dico: quando audiuimus librū ſancti Iob, percepimus quòd perditis rebus, perditis filijs, nec ipſam carnem, quæ illi ſola remanſerat, ſaluam potuit obtinere: ſed percuſſus graui uulnere à capite uſq́ ad pedes, ſedebat Iob in ſtercore, putreſcens ulcere, ſanie fluens, uermibus ſcaturiens, tormētis acerbiſsimis dolorū cruciatus. Si nobis ſic nuntiaretur uniuerſa ciuitas, nullo ibi ſano in grauiſsimo uulnere, & ſic putreſcere uermibus uiuos, quomodo mortui putruerunt, quid eſſet grauius hoc? in ea illud bellū tam graue eſſe puto, quòd mitius in carne humana ferrum ſæuiret, quàm uermis: tolerabilius de uulneribus ſanguis erumperet, quàm de putredine ſanies diſtillaret. Cadauer corrumpi reſpicis, & horreſcis: ſed ideo minor pœna, imò ideo nulla pœna, quòd abſens anima. At uero in Iob præſens anima quæ ſentiret, ligata ne fugeret, ſubiecta ut doleret, compuncta ut blaſphemaret: ſuſtinuit tamen tribulationem Iob, & deputatū eſt ei ad magnam iuſtitiam. Non ergo quiſquā attendat quid patiaſ, ſed quid faciat homo: in eo quod pateris, poteſtas tua non eſt: in eo quod facias, uoluntas tua uel nocens, uel innocens eſt. Patiebatur Iob, & ſtabat mulier relicta ſola: nō ad cōſolationem, non quę afferret medicinā, ſed quę moueret blaſphemiā: dic aliquid in deū & morere. Vidēte fra- Iob. 2.c
tres chariſsimi, quemadmodum illi mors beneficium fuit, & tale beneficium nemo illi dabat. Sed in his omnibus quæ ſancta anima ſuſtinebat, patientia exercebatur, fides probabatur, mulier confundebatur. Spectaculum magnum, & in illa fœditate putredinis præclara pulchritudo uirtutis: uaſtabat latenter inimicus, apertè malum ſuadet inimica, adiutorium diaboli, nō mariti. Heua noua, ſed ille non uetus Adam. Dic aliquid in deū, & morere, blaſphemando extorque, quod precando nō potes impetrare. Locuta es, inquit, tanquam una ex inſipientibus mulieribus. Attendite uerba foris putreſcentis, intus integri. Locuta es, inquit, tanquam una ex inſipientibus mulieribus. Si bona percepimus de manu domini, quare & mala nō ſuſtineamus? Pater eſt, nunquid nam amandus eſt blandiens, & reſpuendus corripiēs? Nónne ipſe eſt pater, & imponens diſciplinam? Cogita quoslibet cruciatus, extende animum in quaslibet in hac uita pœnas humanas, compara gehennas, & leue eſt omne quod cogitas. Hic tēporalis, ibi æternus. Et qui torquentur, nunquid adhuc patiuntur, qui illo tempore paſsi ſunt? Diues autē ille adhuc apud inferos patitur, arſit, ardet, ardebit, uiuet uſq́ ad iudiciū, recipiet carnem non ad beneficium, ſed ad ſupplicium. Illas pœnas timeamus, ſi deū timemus. Quicquid hic paſſus fuerit homo, ſi corrigatur, emendatio eſt: ſi nō corrigatur, duplex damnatio eſt. Et hic enim luit pœnas tēporales, & ibi experietur æternas. Dico charitati ueſtræ fratres: Martyres ſanctos laudamus

mus, glorificamus, admiramur, dies eorū pia ſo- A lennitate celebramus, merita eorū ueneramur, & ſi poſſumus imitamur. Eſt profecto magna martyrū gloria, ſed neſcio utrū minor gloria fuit ſancto Iob. Nec tamen ei dicebatur: Thus pone, ido lis ſacrifica, & dijs alienis, nega Chriſtū: nec dicebaſ, ſi blaſphemaueris, putredo omnis abſceſſura, ſanitas q́ reditura eſt: ſed ſi blaſphemaueris, dicebat inepta & inſulſa mulier, morieris, & moriendo tormētis carebis: quaſi uero moriēti blaſphemo non æternus dolor ſuccederet. Mulier ſatua præſentis putredinis horrebat moleſtiā, æternam flammā minimè cogitabat. Ferebat ille præſens incēdium, ne incurreret in futurū. Tenebat cor à mala cogitatione, linguam à maledicto, ſeruabat animę integritatem in putredine corporis. B Videbat quidem & iudicium de ſe futurum, euadebat, præſtante Chriſto domino noſtro, cui eſt gloria, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, in beatos, Iob & Abraham, Sermo.

Thletam in certamen impellit erecta uictori ſtatua, armigerū in prælium prouocat decreta fortibus gloria: Chriſtianos aūt cōfirmant in patientia, eorum qui ſtrenuè certarūt præconia. Quis autem tam ſtrenuus & fortis, uti beatus Iob? quem uidit quidem diabolus, aggredi tamē primū detrectauit. Vnde ſapiens agonotheta fidens athletæ ſuo, aduerſarium iritat, & ad certandū mouet: & idcirco beato Iob teſtimoniū C dans, præfert hunc ſuū, & apoſtatam inferiorē facit. Nam poſteaq́ diabolus circuiſſet oīa tētaſſetq́ omnes, ab uno aūt hoc forti fugiſſet, cum eo congredi timens, ne proderet ſe ignominioſe uictum, ipſum cauillatus eſt. Dicebat igiſ diabolo deus, qui oīa uidet: Animaduertiſti ne ſeruum meū Iob, quòd nō ſit ei ſimilis ſuper terrā, uir inculpatus, uerax, iuſtus, pius, abſtinēs ab oīi ma-
Iob. 1.b lo? Teſtificaſ deus, uritur diabolus. Non permittitur ei aliud aduerſus ſuperiorē. Irridet ergo et catur, dicēs: Nónne tu muniuiſti omnē domū eius intus & foris? Tanta cōcedis, & admiraris ſi gratias agat? Accipe qđ dediſti, & accipiā quod habet. Nam ſi in calamitates inciderit, deſiſtet e- D tiam ipſe à gratiarūactione. Dixit cōiectans, nec cōſecutus eſt quod ſperabat. Quēadmodum præſentia ſcire, ita futura ignorare oſtēſus eſt. At deus ſciēs athletæ ſui gratitudinē indeprædabilem, iritauit fugientē, ut coronaret uincētem. Magnū præconium Iob, quòd tam gratus in felicitate: ſed amplius, quòd ſui ſimilis inueniſ in aduerſitate. Itaq́ in bonū cedunt tentatiōes. Et diabolus certat, ut uictus cōfundatur. Iob autē dum tentatur, apparet ſcientia, quæ poſt multa tempora danda erat, ſpiritu ſancto erudiēte, edoctus. Quo pacto demōſtrabitur hoc? Nondū erat lex, & longè ante euangelij prædicationē præceſſit. Quintus em̄ erat ab Abraham, & nepos Eſau, & legem ſeruauit ſacrificando, & euangelium cum cogitationibus certando. Vitulum enim ſacrificabat, quaſi le-

gem uidens: & de internis cogitationibus ſolicitus erat, quaſi euangeliū ſpectans. Dicebat enim Iob: Ne fortè filij mei mala cogitarint in corde ſuo contra deū. Quis enim legē poſuit cordi, niſi qui dicit alibi: Qui uidet mulierē ut concupiſcat, Mat. 5.d iam mœchatus eſt eam in corde ſuo? Et qui dicit: Omnis qui iraſcit fratri, reus erit iudicio? Vidit futura, qui ita mentis curā habuit, uidit euangelium ante datam legem. Oportebat aūt, ut is, qui proficiebat, & ad perfectionis apicē aſcendebat, & propria rectè ageret, & pro pueris ſolicitus eſſet. Amabat aūt pueros, q́bus ornatus erat, & honeſtè educabat eos, offerebatq́ pro incertis eorum peccatis ſacrificia: Melius exiſtimās offerre, cum nō debeas, q́ ingratū eſſe, cū debeas. Diues erat ex benedictionibus, utebaturq́ pro neceſſita- B tibus, honeſtatis chorus ſunt. Aetasq́ natu maximi apud eos in honore eſt. Et ecce nūtius uenit Iob. 1.c ad Iob, & dicit ei: Iuga boū arabāt, & aſinæ iuxtà paſcebantur, & uenerūt latrunculi, abegeruntq́ eas, & pueros trucidarunt gladijs: ſaluus autem manſi ego ſolus, & ueni ut nuntiarem tibi. Serua tus eſt unus, non miſeratione eius, qui tantā ſubſtantiam abſtulerat, ſed ut grauius affligat: & ne ignoret is quē triſtitia afficere cupiebat, nuntium ſaluū reliquit. Adhuc eo loquente uenit nuntius alius, & dixit ad Iob. Tu interim attende, quomodo cōtinentes ſunt tentationes, Fluctus fluctum impellit, ſicut in undis marinis. Adhuc illo loquente, uenit nūtius alius. Vt Sanctus cōturbaretur, & quāuis ſert, quod prius dictū, nō ferat ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men quod toties dicitur. Hęc autem enarramus, A nõ sicut ij qui ueteres fabulas annũtiant, sed monstramus rerum etiã quæ nunc contingunt uestigia. Adhuc illo loquente, uenit alius nuntius, & dixit ad Iob. ἄγγελος nuntius, à nuntiando, non à natura. Nam angelus à natura angelica quomodo dicere posset, Saluatus sum ego solus, quũ ab interitu alienus sit? Quid dicit nuntius? Ignis de cœlo decidit, & cõbussit oues, & pastores similiter deuorauit. Vide insatiabilẽ diaboli furorẽ, uide extremã insaniã, uide compassionis expertem tyrannidẽ, uide quomodo iuxta ferẽtis uires permittuntur omnia. Saluatus sum ego solus, & ueni, ut nuntiarẽ tibi. Adhuc illo loquente, nuntius alius uenit ad Iob. Vide nuntios super nuntios, tristia super tristia, uide adamantẽ indiuisibilem, B uide petrã immobilẽ. Equites fecerunt tres acies, & circundederunt camelos, & abegerunt eos, & pueros gladijs trucidarũt. Quid prodest dicere, & pueros gladijs trucidarũt? cõmemorantur gladij, ut ad misericordiam moueantur uiscera. Adhuc illo loquente, alius nuntius uenit ad Iob, dicens: Filijs & filiabus tuis comedẽtibus. Hoc uere sutè postremo loco nuntiari facit, ut si prima forti ter ferret Iob, quasi extraria: his saltem auditis, & motis super filiorum morte uisceribus, nouis conficeretur doloribus, & indignã aliquã æderet uocem, quã tentans se auditurũ sperabat. Ad prima eñ nihil respondit, semper posterioribus adobrutus. Audiuit tertiũ & quartũ, & ut sapiens expendebat secũ, fieri posse & solere, quòd equites uerè C latrocinati essent, iniusti uerè rapuissent. Verum, quòd oues absumptæ erãt igne, nõ perfunctorie cogitabat, sed manifestè agnoscebat eum qui hoc permittebat. Non eñ testatẽ habuisset dæmones, nisi permissum eis fuisset à deo. Argumẽtum aũt quòd superne eis concessum esset, erat quòd ignis descendebat. Vnde eñ missus? è cœlis. Inde scilicet uenit, unde & iudiciũ. Igitur propter diuinã permissionẽ tolerabiliora erant. Ignis cecidit de cœlo. Verè iniusti iniustè egerũt, & rapuerũt. Quis autem ignem detulit? Ostendit mihi ignis, qui descendit, quid uelit & spectet agonothetes. Nam licet diabolus aliquid possit, nihil tamẽ potest, nisi quãdo potestas ei fuerit cõcessa. Potestas enim ei nõ est propria, sed à deo illi concessa. Di- D xit itaq; opportuno loco: Filijs tuis, & filiab. tuis comedentibus & bibentibus apud fratrẽ suũ natu maiorẽ, repẽtè ualidus spiritus uenit ex solitudine, & concussit quatuor angulos domus, corruitq; domus super filios tuos, & mortui sunt. Factus est ergo symposii locus, sepulchrũ: & cœnaculum cõmunis mortuorũ tumulus. Saluus ego unus euasi, & ueni ut nuntiarẽ tibi. Quid igit fortissimus ille? quid uictor ille inclytus? quid utraq; dextra ualens armatus ille, ad hæc agebat? Vicerat armis iustitiæ à dextris, agẽs in felicitate & diuitijs, uicit & à sinistris. Habens filios gratias agebat, ablatis eis nõ minus gratus est. Pro uiuentib. solicitus erat, pro mortuis solicitus non est. Non iam pro peccatis sacrificia offert. Neq; enim habebat quæ offerret: sufficiebant autẽ eius uoluntati pro sacrificijs preces. Tunc surrexit Iob, & discidit uestes suas. Surrexit & discrupit. Tu ne somniculosus, supinoq; sensu audieris, sed mente excitata & uigili. Discrupit eñ uestem, non ingratus, neq; indignã uocẽ emittens præ animi impotentia: sed insultãs diabolo, & inexplebilem eius qui omnia abstulerat, rapacitatẽ cõfundens. Vnam quã habebat uestẽ, & qua indutus erat, discrumpit & deponit, gloriaturq; contra tentantẽ, ei ostendens quòd maiora illis sustinere queat. Dices autem mihi, tenui cõiectura hæc loqueris, & suspicaris: uidenẽ hæc quasi ad gratiã à te composita. Haberẽ, qua aduersus hos me defendere possem, apologiã. Discrupit, ait, uestimenta sua, & abrasit comã suam: non more gentilitũ euulsit, neq; comã neglectã, sicut lugẽtes, habuit: sed abrasit, & abiecit. Quorsum hęc spectãt? In terrã cecidit et adorauit, ac dixit: Nudus exiui de utero matris meę, nudus & abibo illuc. Nõ hęc ut ingratus uel obmurmurans, uel impius dixit: sed insultãs diabolo, & abijciens etiã quod reliquũ erat, exuit uestes, declarans & robur suũ, & quòd promptus & paratus aduersus fugientẽ esset. Ego nudus exiui, nudus reuertar illuc. Illuc, quorsum? ubi præmia expecto, ubi coronam spero. Dominus dedit, dominus abstulit. Nullus enim è manu eius, qui omnia continet, me rapiet: nullus uim faciet uirtuti omnipotentis: quamuis equites prædati sint, auarus rapuerit, diabolus incenderit, nõ tamen absq; uoluntate eius, qui permisit, factũ est aliquid. Sicut deo uisum, ita & factum: Sit nomen domini bene dictum. Vide & imitare. Aduersa fert, & gratias agit. Magnitudo perq; gratæ mentis in tristibus apparet. Vides, quòd si in prosperitate gratias egeris, sycophanta diabolus factũ tuum extenuat, & dicit: Nõ frustra colit Iob dominũ? Igitur ut pateat, quòd gratis colas dominũ, tentationibus exploraris, & sic strenuus & fortis comprobaris. Et nos quia dominicum Pascha perficimus, azyma syncerę fidei habeamus: oportet autẽ gustare & agrestes lactucas. Agrestes lactucas spontaneos labores intellige. Cum illis autem, & ea quæ diuina permissione nobis accidunt. Infert enim nonnunquã afflictiones perquam amaras. Verum tu quando amaritudinẽ plagarum degustas, dic sicut ille: Viuit dominus, qui ita me secuit: uiuit omnipotens, qui amarã fecit animã meam: futurũ est olim amarũ hoc antidotũ, animæ salubre. Et quia intestino malo laboramus, nociua illa amaritudinis gustu expellamus, quo bona ualetudine uegeti, dominicarũ carniũ cœna expleamur. Pascha enim comesturi sumus. Poposcit olim deus Isaacum ab Abraham, quem ille quidem alacriter dedit: deus aũt non accepit, utpote saluti nostræ nõ sufficientẽ hostiam. Attamẽ typus ille utilis fuit, præsignãs quod posthac ueritas prestitit. Colligatur Isaac, & nõ occidit. Dicit deus: Abrahã Abraham, nõ extendas manũ tuã super puerũ. Quare non dixit filium: sed puerũ? Vilior erat utpote homo. Opus aũt erat non seruo uel puero, sed filio.

Ne ex-

Ne extendas manum tuam super puerum, cõten A tus esto figura, ueritatẽ expecta. Et Abrahã quidem prophetat, decipitq; seruos. Vide ueritatem in dictis quæ eueniunt. Et quid dicit? Sedete, ait, hic cum asino, ego autem & puer trãsibimus usq; illuc, et postq; adorauerimus, reuertemur ad uos. Dixit quidem ita, sed non ita in animo habebat: accidit aũt ut dicebat, non ut sentiebat. Cæterum seruos relinquit, ut ne cogatur aliqua ex parte facere quod ingratũ deo. Timebat enim, ne illi existimarent passum eum senile aliquid, ut ita à sacrificandi conatu abstraherent, dicentes: Quid ó domine? eúmne, qui ex promissiõe tibi datus est immolas? sacrificasne dilectum illum à deo datum, senectutis alumnũ, hæredem, nostrum dominũ, tuum successorem, Saræ filium, unicum ex ipsa, B & iam tantũ ac talem? Quid facias considera, cõmunica id consilij, uel generationis & uitæ cõsorti, quæ propter ipsum tot dolores partus tulit: detinemus te, non occide. Eapropter sapiens ille senex obsistentes non accepit, sed fecit, ut sacrificiũ sua portaret ligna, essetq; figura saluatoris crucẽ gestantis. Porrò gestat puer & loquit, mouentur paterna uiscera, & ab obedientia dei pater nõ desistit. Quid inquit puer? Pater inquit. Cogita qualis sit hæc uox apud patrẽ amantẽ filium. Nos balantis ouiculæ, quę inarticulatam uocem emittit, miseremur sacrificaturi: cogita quantum hæc ouis moueret, si cũ pusillo animo ita loqueretur? Pater ingt, ecce ignis & ligna, ubi ouis sacrificio destinata? Erat autẽ ipse ouis, quæ iuxta spiritus sancti sententiã loquebatur, quò ad misericordiã sa- C
Mat. 10.d cerdos moueret. Verũ ille iam didicerat: Qui diligit patrẽ uel matrẽ, uel filiũ uel filiam, plus q̃ me, nõ est me dignus, & imitabat patrẽ illum, de quo
Rom. 8.f dictum est, quòd proprio filio suo nõ pepercerit deus. Vbi est ouis, inquit sensatus puer. Quid igitur pater dicit? Deus prouidebit sibijpsi ouẽ in sacrificiũ, filium. Non seruũ, sed filiũ: nõ famulum, sed filiũ. Scito igitur quare Pascha perficias. Ne fermentes azyma, ne hæretica malitia permiscue
1. Cor. 5.c ris, habe pura azyma. In azymis eñ syncritatis & ueritatis festa celebramus. Festa aũt non intelige relaxationẽ solã. Sit & ieiuniũ bene sensatæ animæ festum: sint & afflictiones & castigationes festa. Pro teipso ieiuna, propter cibũ fuisti inobe- D diens, per ieiuniũ obedis. Cibus è paradiso eiecit, ieiuniũ te reducit. Hoc nos præceptũ diuinũ sancta scriptura docet, quę solui nequit, & cœlo ipso
Mat. 24.c præferẽda est. Cœlũ eñ, inquit, & terra transibũt, uerba autẽ mea non transibunt. Ne timeas hominum minas, sed dei. Tuta armatura est dei timor, inexpugnabile scutũ pia fides. Ne simus timidi, ne simus incõstantes. Minæ indoctũ facilè trãsferunt, firmatum autẽ scientia, non ignis, non gladius, non præsentia, non futura, non periculum, nõ diabolus, modò diuina adsit gratia. In rem nostram sunt tentationes. Probati sumus in felicitate, probati simus et in aduersitate. Alacres simus, eritq; ut non affligamur. Deus enim alacritatem mẽtis uidens, cõtentus erit sola uoluntate, Quòd si deus nos etiam affligi uoluerit, hoc erit in gloriam & probationem nostri, ut dicamus ei etiam
Psal. 43.c nos: Hæc omnia uenerunt super nos, & non fu-
Rom. 8.f mus obliti tui. Si enim nobiscum deus, quis cõtra nos? Momentanea est afflictio, sed perpetua gloria. Ad uesperam demorabitur fletus, & ad matu- Psal. 29.b tinũ lætitia. Qui imitatores fuerint patientiæ beati Iob, & fidei beati Abrahæ hæredes, & pietatis utrorumq; successores, in eundem quoq; sanctorum adnumerabuntur chorum. Quorum enim similis ordo & par fides, eorum & idem honor. Deus qui coronauit beatum Iob, & confudit diabolum, credentibus q̃ uirtutem eius monstrauit, is omnes nos conseruet immaculatæ uitæ stu diosos, & piam fidem toto pectore amplexantes, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, & spiritui sancto sit gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

De patiẽtia & tolerantia ab exemplo Iob, uide in ultimo tomo ad populum Antioche num homilijs quarta & quinta.

DAVIDICA CANTICA DIVERSIS SVBseruiunt nostris consolationibus & meditationibus: Sermo.

QVemadmodũ cibo uita hæc sustentatur, quem mox eadem illa submi-
nistrat: sic & si bonis actionibus admitamur, spiritu potiemur, quo parto, & bonis operibus abũdabimus, quibus cõtrà si caruerimus, idem à nobis spiritus auolabit, quo destitutos necesse erit circa res gerendas claudicare: siquidẽ spiritu hoc decedente impurus succedet, quod liquidò potest in Saule C cognosci. quo spiritu qd refert si nõ adeò ipsi urgemur, quemadmodũ Saul urgebatur, quando ex malefactis ipsi & flagitijs, & angimur & strangulamur? Opus itaq; nobis Dauidica cithara, ut animæ diuina carmina, tum à propheta, tum bonis actionib. desumpta incinamus, horũ utrũuis modò egerimus, uel Dauidico cantico occepto, uel optimis initis facinoribus, nõ secus dæmonẽ impugnabimus, ac Dauid solebat Saulis uesaniã 1. Reg. 16.c lenire, eritq; eiusmodi nobis ad iustitiam medela. Quinetiã dæmonũ furor efferatius concitabitur, cum se nobis praua suggerẽtibus, nihil ipsi ad malum flectimur: uerẽtur eñ uel initiò statim impuriores illi & malefici, ne ex suis nepharijs suggestionibus ad laudabile aliquod facinus conuertamur: cumq; nos uiderint immotos perstare, & timore pristino uacui erunt & cura. Idcirco re bene gesta canticũ decãtemus, ut dæmoniacũ illud uel urgentissimũ propulsemus scelus. Dæmones quidem nõ prorsus priuare nos cœlo possunt, quin iuuent plerunq; nos oppugnando: uigiles tamẽ, & sobrios ad cœlos capessendos, è quibus delictis & scelere pleriq; deijciuntur: nam qui uolens deliquit, uel spõtè furit, dæmon est: præterea neq; ueniam ab homine, neq; misericordiam prometur. Incinamus itaq; animæ hoc se pacto habenti, cum alijs sacrarum literarum scriptis, & Dauidica, & ita ut os canendo mentẽ erudiat: neq; eñ tenue illud, & exiguum uideri debet: siquidem cum linguam ad cantum instruimus, pudebit animam uel contraria sentientem non saltem canen-

Chrys.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem illa imitari. Qua ex re neq; id solum utilitatis assequemur, quin & pleraq; alia quæ nobis cõducent, referemus. Dixit quidem propheta ille non solum futura, sed de uisibilibus his, deq; inuisibili cœlorum structura disputat, cupiẽtiq; tibi forsan edoceri, utrũ hoc cœlum eodẽ sit statu perpetuo permansurum, nónne respõdebit Dauid, dicetq; Psal. 101.d Cœli quemadmodum uestimentum ueterascent, ac uelut amictũ mutabis eos, & mutabũtur? Item de forma cœlorũ si quid optaueris audire, illud intelliges: Extẽdo cœlum sicut pellem. Insuper si de cœli dorso uolueris quid amplius nosse, dicet tibi: Qui obtegis aquis superiora eius: neq; his cõtentus, quin etiã de latitudine mentionẽ facit, o- Psal. 102.c stendens utraq; hæc pari esse mẽsura: Quantum, inquit, distat Ortus ab Occidẽte, elongauit à nobis iniquitates nostras, secundum altitudinẽ cœli à terra obfirmauit dominus misericordiã suam super timentes se. Accedit etiã si terrarum fundamenta conquiras, neq; illa te clàm sit habiturus, cum psallentem illum huiusmodi audieris: Quoniã super maria fundauit eam. Itẽ si terræ discursus cognoscere causas cõcupiscens, intelliges: Qui respicit terrã, & facit eam tremere. Hoc modo omnem ex animo ambiguitatẽ eximet. Noctis pręterea si rationẽ requiris, uel hanc referes ab eo edoctus: In ea em̃ pertransibunt omnes bestiæ sylũæ. Ad quam etiã sint montes utilitatem effecti, respõdebit: Montes excelsi ceruis. Quid opis & lapides ferant exponit: Petræ refugiũ erinacijs. Quid uel arbores sint insœcundæ creatæ: Ibi em̃ & passeres nidiculabũt. Quid insuper sibi uelint in solitudine fontes: In his quidem inhabitabunt bestiæ agri. Quid uinũ, ut non solũ eo in potu utaris, quando ad id uel aqua facere satis potuisset, quin ut te faciat iucundiorẽ: Vinũ, inquit, lætificat cor hominis, ut intelligas quousque uini usus progredi debeat. Vnde aũt & aues & feræ bestiæ Psal. 103.d nutriãtur, audies ab eodẽ hoc pacto dicẽte: Omnia ad te respectãt domine, ut des illis escã in tempore opportuno. At si de beluis quæras, respõdebit uel hastui gratia fuisse creatas, hoc modo: Qui educit herbas bestijs, & uirẽtia in seruitutẽ hominũ. Quid luna sit opus, audi dicentẽ illum: Qui fecit lunã in tẽpora. Quid præterea quę uisunt̃ uniuersa, & quæ nusquã apparent creata sint, clarè Psal. 148.a edocet: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Quodq; mortis futura sit æternæ solutio, hoc pacto te instruit: Deus liberauit animam meam de manu inferi, cum me susceperit. Vnde etiã nostrũ hoc corpus ortũ ceperit, explicat: Recordatus sum, quoniã puluis sumus: quóue sit & in posterũ rediturũ, ita docet: Et in puluerẽ suum reuertetur. Vtq; uniuersa sint in tui gratiã creata, Psal. 8.b ita disserit: Gloria & honore coronasti eum domine, & constituisti super opera manuũ tuarum. Quid uerò mortales ipsi cõmune cum angelis habeamus, ita explicat: Minuisti eum paulò minus ab angelis. De diuino aũt in nos amore illud affert: Quemadmodũ pater filios miseratur, sic se timentiũ misertus est dominus. De his etiã quę nos

A in futurũ manẽt, deq; uitæ huius fine quietiori ita dicit: Reuertere anima mea in requiẽ tuam. Cur autẽ tam uasta sit cœlũ magnitudine hoc inquit: Cœli enarrãt gloriam dei. Cur nox & dies sint facti, non ut lucem duntaxat prębeant & quietem, sed etiã ut erudiãt. Non sunt, inquit, loquelæ neq; sermones, quorũ non audiãtur uoces eorũ. Quo demum pacto & mare & terras obeat. Abyssus si cut uestimentum amictus eius, ita quidem apud Hebræos habetur. Ex his itaq; enarratis sumentes initium & reliqua pernoscetis, de Christo scilicet, deq; eius resurrectiõe, de futuris supplicijs, deq; his quæ bonis moribus aduersantur, de legi
B bus, ita ut multiplici bono refertos uobis liceat Dauidicos codices cõuenire. Nã si in molestiam aut aliquã animi perturbationẽ incideris, plurimũ hi ad te consolandũ ualebunt: si fueris in peccata prolapsus, q̃ multa ibidẽ inuenies ad medelã: si paupertate eris, uel pressuris grauatus, multos tibi ex his ad trãquillitatẽ portus uidebis offerri. Si iustus, non mediocrẽ eris securitatem nactus: si crimini obnoxius, fiduciæ plurimũ. Quippe si pro iustitia sis mala perpessus, illum audies prædicantem: Quoniã propter te tota die mortifi Psal. 43.d & catus sum. Et illud: Æstimati sumus sicut oues oc Rom. 8.g cisionis: hæc omnia uenerunt super nos, nec obliti sumus tui. At si ex re bene gesta insolescere cœperis, audies eundem dicentẽ: Ne ingrediaris in iudicium cũ seruis tuis domine, quoniã nõ iustificabitur coram te omnis uiuens: sic mox humilita
C tem sectaberis. Quinetiã si quippiam commiseris uel desperatiõe capieris, intelliges illum frequentius id incinentem: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, quo audito statim resipisces. Porrò si regio fueris diademate insignitus, elatus, insuper & tumidus, illud edisces: non saluat̃ rex magnis uirib. nec gigas suæ uirtutis magnitudine. Sic poteris modũ superbiæ ponere. Si opibus præterea afflues & gloria, rursus audies modulantẽ: Væ qui confidunt potentiæ suæ, & multitudine diuitiarũ suarũ gloriãtur, & illud, Nam homo sicut fœnũ dies eius, nec descendet cũ eo gloria eius: hoc pacto nihil duxeris fore in terris magnificiẽdum: siquidem gloria & potentię fulgore cũcta excedunt: quæ duo si fue-
D rint per te neglecta, quid esse aliud poteſt cuius apud te ratio cõstet? Quòd si in aliquo fueris animi mœrore cõstitutus, intelliges: Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? spera in domino, quoniã confitebor illi. At si nõnullos uideris probari immerito, id dices: Noli æmulari in malignãtibus, quoniã quemadmodũ fœnũ exarescẽt, & tanq̃ olera uirentia concident. Si iustos spectaueris æquè atq; iniustos pœna affici, senties haud parem fore supplicij causam. Pleraq; sunt, inquit, peccantium flagra, quæ tamen iustis inferri Propheta non asserit, quãdo multæ, inquit, iustorum angustiæ, & ex his omnibus liberauit eos dominus. & rursum: Mors peccatorum pessima, & honorabilis coram domino mors sanctorum eius. Hęc itaq; frequẽtius repete, instructusq; istiusmodi erudi

di erudire: nã uerbis hisce uel singulis per nos sim A pliciter ex transcursu prolatis, patentissimũ inest sententiarum pelagus. Quòd si libuerit prophetica hęc dicta diligentius perscrutari, uidebitis maximã inde diuitiarũ copiã fluxisse. Licebit interea uolenti cuiq; ex dictis hisce, quæ inhæserint uitia repurgare: si neq; inuidiã facile admittat, neq; mœrorem, si diuitias contempserit, si angustias, anxietates, egestatẽ pro nihilo duxerit, si uitam deniq; ipsam nihil esse existimauerit. Eiusmodi à te opinatio uitia propulsabit: pro quibus omnib. & gratiæ sunt deo agendæ, ut his rebus contemptis gazas attrectemus cœlestes, & per aduersantium rerum tolerantiam, perq; sacrorum scriptorum consolationem spem habeamus & futura beatitudine potiamur.

DE EO QVOD IN PSALMO IX. scriptum st: Narrabo omnia mirabilia tua domine, Homilia.

Creatoris & omniũ rerum instituto- ris opera tacenda non sunt: sed tantum potest dicere lingua, quantũ cõcipit memoria. Nec possũt ab aliquo narrari cũcta, quæ deus operatus est ab initio mũdi. Quia fecit omnia ex nihilo uerbo illo ineffabili, nõ aerem uerberãte, & per syllabas literarum transeunte, non à silentio incipiens, & ad silentiũ finiens: sed illo uerbo quod semper loquitur, nunq; silens per creaturã, ministeriũ assumens siue per nubẽ, siue per angelũ, siue per prophetã, siue per doctorẽ. Nec em̃ hoc est quod mi- Gen. 1. a nistratur, quale est, unde ministratur. Hic deus noster qui dixit, & facta sunt, qui est miraculorũ plenitudo, infundit se prophetæ: & cum consideraret cuncta miraculorũ opera, quæ mirabilis fecit deus, ad hoc se conuertit, ut diceret: Consideraui opera tua & expaui. Aequè Propheta sanctissimus sicuti modo cantauimus: Narrabo omnia mirabilia tua. Quæ sunt miracula, & si non multa potest promere lingua nostra, tamen utcunq; loquimur, intelligimus, & agnoscere possumus. Fecit ergo deus cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, cuncta animantia quadrupedia, uolatilia, serpentia, natãtia, germina arborũ, fructus, radices, ramos & folia, & cuncta sunt creata & pręparata. Ista omnia mirabiliter fecit, hominẽ manu pietatis D è limo terræ, dans ei præceptũ, ut lege seruata non moreretur: præcepto transgresso, morte moreret̃. Peccante primo homine, totus uitiatus est mundus, labes peccati tota inoleuit. Concupiscẽtia in hominib. augmentata est, labiles facti sumus & infirmi. Medico indigebat generatio hominum. Ille è sinu patris missus, qui semper fuit, & non fuit quando non fuit, unam cum patre habẽs substantiam & essentiam, sanauit morbum quem Protoplastus infuderat massæ hominũ. De aduentu aũt incarnatiõis eius quid enarrẽ, nisi mirabilia eius? Angelus adueniens, qui est uehiculum uerbi, in- Luc. 1.c fundit Mariæ, concepit credens uerbo. Hoc uer- Ioan. 1.b bum, caro factum est, assumens quod non erat nostrum, non amisit quod erat ex patre, permansit Chryſ.

A in suo quod erat in diuinitate. Ingressus uterũ uirginis non uiolauit integritatẽ, creatus nõ abstulit uirginitatẽ. Quæ sunt ista miracula? Generationẽ eius quis enarrabit? Trãseamus id quod est super nos, redeamus ad nos. Quid est illud, ut homo in utero matris conceptus formaretur? Lineamenta corporis quis cõponit, omnes artus: quis pulchritudines capillorũ ordinat, nisi ille mirabilis qui est plasmator totius generis humani? Quid dicam in mirabilibus illius? ut succedãt sibi tẽpora, fructus occurrãt maturi in ordine suo, sapores diuersi, cæpularum magnitudo. Quid dicã de deo iusto, misericorde, faciẽte de superbo humilem, de adultero castum, de edaci parcum, de iracũdo mansuetum, ex impio pium, ex ebrioso sobriũ, ex discorde con
B cordem, ex tenaci largum, ex inquieto quietũ, ex odiente charitatẽ habentem? In his omnibus quis operatur, nisi ille cui cantauimus modo, Narrabo omnia mirabilia tua? Ex fonte miraculorũ impleuit fistulam linguæ nostræ, areolas cõscientiæ nostræ: lætandum est, exultandum est, nõ in nobismetipsis, sed in domino, qui ista operatus est. Nã contexuit subsequens uersiculus psalmi: Lætabor & exultabo in te, psallã nomini tuo altissime: psallere uerbo, opere subsequi, fructus est ænarrabilis. Qui psallit deo, & facit id quod cantat, psallit spiritu, psallit & mente: orat spiritu, orat & 1. Cor. 14.c mente: ut quod faciat, dicat: & quod dicit, faciat. Et cũ hoc inimicus aduersarius totius mundi uiderit, retrorsum redit pessum perductus, atq; subter
C pedes famulorum dei prostratus non dominatur, quia aditum nõ inuenit introeundi. Clausa ianua cordis, firmata uecte crucis, ingredi minime potuit: quia tyrannus imperatorem intus agnouit Christum, & filiũ matris ecclesiæ. Et uos germen ecclesiæ, qui estis uno uerbi semine cõcepti, agnoscite qui cantatis, quod cantatis, & cui cantatis. Quid enim sumus, nisi quod ait sanctissimus ille Psal. 102.c uates Christi: Memẽto quia puluis sumus? Quid cantamus illi? canticum nouum. A uetustate primi hominis separati, in Christo recreati, cãtamus canticum nouum, à uetustate narrantes miracula in nobis collata. Cui cantamus? domino omnipotenti, præstanti, talia miracula facienti, cui credentes peruenire ad ciuitatẽ olim promissam nobis.
D Intrate, nullus remaneat. Miliaria sanctorum attendite, qui positi sunt in uia uitæ nostræ. Et ibi resumentes, ibi ciuitatem nobis in eisdem monstratam quo tendimus, dicamus cum Propheta: Narrabo omnia mirabilia tua, quia fecisti iudicium meum & causam meam. Vt causæ nostræ sic sibi conueniant cum præceptis dei, scientes quia stature sumus ante tribunal Christi, & reddituri rationẽ, quæ per corpus gessimus, siue bonum, siue malum. Vt cum chartæ operum nostrorum discussæ, nulla in eis falsitas, nulla prauitas inuenta fuerit, liberi, & non serui peccati, applicemur in dextram pastoris pastorum, & cum ouibus innocẽtibus deputet nos, qui sanguine suo redemit nos.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST in Psalm. IX. Patientia pauperum non peribit in æternum, &c. Homilia.

DEus generis nostri, qui non despexit creaturam suam, neq; facturæ suæ se negauit: præsertim præstando hominibus uniuersa beneficia, ut det quæ in usu corporis necessaria sunt, uirtutes adornauit, ordinem constituit, rationem cordibus nō negauit, ut ad uiam uitę peruenientes, sine offensione inueniamur. Nunc quis cognoscit, quis uerbis explicat, quis enarrat magnalia dei, miracula omnipotentis dei? Omnipotēs deus iste egentiū, qui in omni ordine ita uoluit suos clamare ad se, & iugiter indigere à se beneficio, ut quęcunq; dici possint, à nullo deo sperentur, nisi à deo nostro. Illi uagi & pagani non à deo cuncta sperant, sed à dijs manufactis: non uero speramus beneficia ab omnium creaturarum factore. Nam modò quasi ipsa tolerantia clamabat ad deum, dicēs corde & ore nostro ex dicto Prophetæ: Nunquid in æternū in obliuione erit pauper? Modò hic pauperes audiunt, & quasi eriguntur, quasi ipsi nō sint in obliuione, & diuites in obliuione sint. Non est una paupertas. Nam Euangelium demonstrat nobis *Matth. 5.a* pauperes, non substantia, sed spiritu, quos & laudat & beatos dicit, quoniam dicit: Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnū cœlorum. Qui sunt isti pauperes, respicite si possunt æstimari diuitiæ illorum. Quicunq; possident in terra, partē possidēt terræ, & hoc exiguā, qualis ille diues, qui possidet totū cœlum, & meretur regnū? De istis pauperibus dicebat Propheta: Nunquid in obliuione in æternū, id est, in illa uita erit pauper, aut patientia pauperū periet in æternum? Videtis quæ est tolerantia, q̄s potens, ut toleret homo fratrē inquietum, superbum, iracundum, bilinguē, detractorē, subdolum, pigrū, iniurioſum, murmurabundum, sibi placentem, cupidum, inordinatè ambulantē. Ista patientia cum admonitione increpat, non periet in æternū. Sic tolerandi sunt isti, ut tamen nō taceam istis talibus. Si tacuerimus, alios perdimus. Sed sic moderatione seruata fixa admonitione, ut & lingua clamet, & cor amet: quia clamor iste, & *Esaiæ 40.b* si clamat, sed intus amat. Nam dictum est prophe D tæ, Clama. Et interrogauit ipse, Quid clamabo? Et responsum est ei: Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius ut flos fœni. Exortus est sol, flos decidit, aruit fœnum, sed uerbum domini manet in æternū. Ergo ista patientia talis esse debet, ut & charitas seruetur, & proteruus homo increpetur. Er- *Psal. 68.f* go in æternum in obliuione erit pauper? Quis est iste pauper? An fortè ille, qui dixit, nos in se portans, pauper & dolēs ego sum, & salus uultus tui deus suscepit me? Pauper erat, quia nos esuriebat In tantum nos esuriebat, ut quando discipuli obtu- *Ioan. 4.d* lerunt ei de Samaria uenientes cibos ut manducaret, dixit eis credentibus Samaritanis: Habeo cibum māducare, quem uos nescitis. Ergo iste pauper potest dici & populus Christianus, membra

A ista sub uno capite: quia caput nostrū Christus, nos uero mēbra eius. Et quare pauperes? quia quo *Ephe. 4.d* modo pauperes omni tēpore, omnibusq; momētis pulsant aures omniū hominum clamoribus suis pro pane uentris: ita pauperes spiritu clamāt pro pane mētis, qui de cœlo descēdit. Ergo pauperes isti beati, isti in obliuionē erūt nunquam, quia semper prestolant, semper intēdūt, semper rogāt, semper conseruant promissionē dei expectātes. Quomodo erit in obliuione iste pauper, q̄ die noctuq; genu flectit ad patrem domini nostri Iesu Christi, qui orationi instat, et uigilat in ea in gratiarū actione? Magna est patientia, eo q̄ totum patit anima Christiana. Impugnatiōes diaboli patit, sed nō superat. Delectationes, immissiones, cupiditates, stimulis carnis colaphizantur, exagitant, illudunt, imaginant, phantasiæ immittunt: ista omnia tolerat anima, sed nō superat: uincit, nō tamen suis uiribus: adiuuat, ut uincat: accipit, ut perueniat: donatur, ut coronet: hæc patientia, quæ ad uictoriā peruenit, non periet in æternū. Sed quia non possumus nostra potentia, nostra uirtute, nostra magnitudine ista facere, dicamus cum eodē prophe- *Psal. 43.d* ta, sicuti psalmus subexurgit, dicens: Exurge dñe, non prealeat homo. Quis est iste homo, nisi Antichristus? Audite fratres dilectissimi, Multi in seculo isto caduco & fœneo habitant Antichristi, & audite qui sunt isti Antichristi. Antichristi dicuntur ficti Christiani, Antichristi dicuntur hæretici, pagani. Ecce isti omnes Antichristiani dicuntur, C quia in uno nomine Christi non eis placet simplicitas catholicæ ecclesiæ, qui aut sub laude uituperant, aut inimicitiā apertè exercent. Sed isti cum à fide nostra nos non tollunt, non prævalet homo. Atq; utinā non nos laudes humanæ extollant, nō uituperationes frangant: quia & laus periculosa est, & uituperatio æquè periculosa est. Illa prosperitate corrumpit anima, dum delectatur humanis laudibus: illa aduersitate frangitur, obtusa uituperationibus. Ergo oremus & dicamus: Exurge domine, non prævaleat homo: quasi deus noster sedeat, & surgat, & stet, aut corporeus, aut uisibilis istis oculis. Sed aliquid dicitur de illo, quod possumus intellígere ex ipso. Quod dicimus deo exurge, ut in nobis surgat, & nos ad illum surgamus. Nam alio loco dicit: Exurge quare obdormis do *Psal. 120.d* mine? æquè alio loco dicit: Ecce non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel. Nunquid ista testimonia impugnant se? quia hic dicit, Exurge quare obdormis domine? et ibi dicit, Ecce nō dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel. Sed attēdenda sunt testimonia sibi cōuenientia cum omni solicitudine. Nam si locis suis ponantur, nō claudicant: quod dictum est, Quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finem: uox est martyrum, uolebant se in præsenti defendi de persecutionibus. Nā uox illorū est in Apocalypsi, dicēs: *Apoc. 16.b* Quousq; sanctus & iustus nō iudicas sanguinem nostrum de his qui in terris habitant? Volebant ergo martyres, ut in præsenti miracula faceret deus, & cōfunderet fortitudinem aduersariorum

& ini-

& inimicorum Christi: sed deus qui uolebat pa- A ti suos, & multas pœnas tolerare, dimisit eos torqueri, cruciari, affligi, ut ubi esset magna pugna, concederetur eis & gloriosa uictoria. Exurgit ergo in nobis Christus, quando tolerantiam habemus, quādo erigimur ad dulcedinem eius: quando uigilamus, ne nobis inimicus furripiat, non prealeat homo iste filius interitus. Veniat ergo pietas tua, & iudicentur gentes in cōspectu tuo. Constitue domine legislatorē super eos, ut sciant gentes quoniā homines sunt. Nunc orandus est, qui nō nos sinat tentari supra q̄ possumus ferre, sed faciat tentationem cum exitu ut possimus sus- *Luc. 22. d* stinere. Vigilate & orate ne intretis in tentatio- *Psal. 18.a* nem: quia omnis qui uigilat, & aduersarium non timebit, & coronam repositam accipiet. B

Super psalmū Cœli enarrant gloriā dei, reperies nōnihil in ultimo tom. ad populū Antiochenum Homilia nona

EXPOSITIO PSALMI XXII ET CXVI Homilia.

CIrculo consecrato, anno reuoluto, debitum uobis sermonem electis ad fidem decreuimus. Et quia constringimur suo quoq; tempore ordinem ecclesiasticū repræsentare, & formam uobis dare, ut sicuti nos uobis reddimus, ita & uos inuicē uobis reddatis: præsertim honore mutuo præueniētes: & charitatem in qua est uinculum perfectionis tenentes, debitū reddite, & debitum exigite: ut ibi faciamus conclusionem, ubi Apostolus fecit: testimonio ipso fulciamus, quo dixit: Nemini quicq; debeatis, nisi ut inuicē diligatis. Nam qui diligit alterum, legē implet. Nam non occides, non mœchaberis, non falsum testimonium dices, & si quod est aliud mandatū, hoc in sermone recapitulatur, in quo ait: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quia dilectio proximi malum non operatur: Plenitudo autē legis est charitas. Et ut plenissimè sciatis, quę sit perfectio, *1. Ioan. 4.c* ait in epistola sua sanctus Ioānes: Deus charitas est, & q manet in charitate, in deo manet, et deus in illo manet. Ergo de ista charitate cōpellit nos ueritas, ut psalmū uobis electis, & ad fidem conCurrentibus exponamus. Hos uersiculos psalmi memoria tenete, ore reddite, operibus implete. Non sufficit uerba reddere deo, nisi & cor mundum applicare deo. Dicit ergo quod audistis: Do- D minus regit me, & nihil mihi deerit. Videte quomodo se cōmēdat ecclesia ore filiorū suorū: quia uere quem deus regit, nec cadere potest, nec errare. Iste rex noster, qui regit quotidie corda & corpora nostra, interiores & exteriores sensus cōseruat, & nihil deficit. Fortè aliqui dicūt, quia quem regit deus, & nihil ei deficit, tantūmodo de tēporalibus sentit. Quid est nihil deficere, nisi petētib. aurem patentē præbere? Et regit, & nihil negat. Quod dixit: Nihil deerit, magnū est. Quādo deo non peccatur, donat sapientiā, prudentiā, temperantiā, fortitudinē & iustitiā: Cum ista nō defecerint, quid quærit auarus? In istis uirtutibus totus deus se refundit: & in quo totus est deus, nunquā erit reus. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Sequitur uersiculus: In loco pascuæ ibi me collocauit. Grandis est ista pascua. Epulæ istæ & semper satiāt, & nunq; deficiunt. Num uultis nosse, quomodo pascit deus præstolatores suos, id est, sustinentes se? dixit Propheta: In illis diebus mit- *Amos. 8.d* tam in eis, nō dico famem panis, aut sitim aquæ, sed audiēdi uerbum dei. In isto campo legis & in floribus testimoniorum cum anima nostra uenerit, reficitur, pascitur, nutritur, pinguescit, exultat in simplicitate cordis: proficit ibi anima collocata, requiescit, exultat & gloriat. Iste pastor bo- *Ioan. 10.b* nus, qui posuit animam suam pro ouibus suis, talia dedit pascua credentibus, sperantibus, perueniētibus, ibi collocauit animas fundatas sine motu. Ergo in loco pascuæ ibi me collocauit. Sequitur, dicens: Super aquā refectionis educauit, animam meam conuertit. Magna ista aqua. Est alia aqua, quæ non est aqua refectionis, sed aqua consumptionis: de ipsa aqua dixit Propheta: Fode- *Hier. 2.c* runt sibi lacus dereptos, aquam mēdacem, aquam quæ non habet fidem. Est aqua catholica, in qua ostenditur fons æternus, qui reficit, id est, iterum facit, quomodo generatio & regeneratio reficit animas, quia innouat in fide. Abluit sordes, tollit maculas, rudē facit aptū, expolians ueterē hominem cum actibus suis, induens nouū eum, qui secundum deum creatus est. Hæc aqua primatū tenet in elementis. Sed cum istud elementū acceperit spiritū sanctum, fit sacramentū: & iam nō erit aqua potationis, sed sanctificatiōis: nō erit aqua cōmunis, sed refectionis. Per istam aquā educit, C purgatos facit pfectos, ratiōe claritatis & gratiæ illuminās & replens eos: ut ubi abūdauerat peccatum, fieret diuites in gratia. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Quid est enim conuertere? ex aliquo alicubi ducere, ex peccato ad iustitiā, ex fallitate ad ueritatem, ex miseria ad misericordiā, ex opere carnali ad spiritualem intellectum. Sic conuertit ad se deus animas. Animam meam cōuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suū. Sic sequitur. Istæ semitæ agnoscuntur diuersæ uiæ generis humani, licet uniuersas semitas domini agnoscamus, misericordiam & ueritatē: tamen semita una agnoscitur, quæ est prima in semitis, id est, uirginitas: secunda, continentia, quæ est & uidualis: tertia, cōiugalis. Sunt aliæ semitæ quæ ad patriā perducunt. Nam semitæ ideo dicūtur, eo quòd planè uiæ non sunt, sed semiuiæ, id est, angustæ. Audite, istæ semitæ angustę quæ sint. Ora *Tobiæ 4.ē* re pro inimicis, nulli malum pro malo reddere, cibare inimicū, potare & uestire, iniuriā pati & nō facere: & ut concludamus semitas iustitiæ: Quod tibi fieri non uis, alij ne feceris: semitæ sunt iustitiæ. Et hoc facit non pro merito nostro, sed propter nomē suū. Sequit, dicēs: Nam etsi ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniā tu mecum es. Mediū umbræ mortis agnoscimus uitā tentationis. Nam ille in medio umbræ mortis ambulabat, qui dicebat: Inhabitaui in ta- bernaculis Cedar: id est, cū filijs tenebrarū. Cum *Psal. 119.b* his qui oderūt pacē, eram pacificus, dū loquebar

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis, debellabant me gratis. In medio umbrę mortis ambulabat, quia talia tolerabat. Nam apostolus quando inter falsos fratres ambulabat, in medio umbræ mortis incedebat. Maledicebatur, benedicebat: iniuriam patiebatur, & nō comminabatur: lapidabatur, uirgis cædebatur: quando ista patiebatur, in medio umbræ mortis ambulabat. Ille cū illo erat, qui ei de cœlo clamauerat, dicens: Saule Saule, quid me persequeris? In medio ergo umbræ mortis, ut diximus, uita est tentatiōis, Sed non timemus, quia deus pro nobis est, & fortior nobiscum magis quàm cum illis, & potior est ille ad protegendum, quàm illi ad expugnādum. Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Sequitur: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Duo
B
ista sacramentis sunt plena, uirga & baculus. In uirga dualitas intelligit, uigor legis & uirgo Maria: nam ait Apostolus: Quid uultis? in uirga ueniam ad uos, an in sermone spiritus mansuetudinis? Et alio loco dictū est: Reges eos in uirga ferrea, & tanq uas figuli cōfringes eos. Et uirgo Maria intelligitur, ut dixit Esaias propheta. Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quid est, Florebit uirga de radice Iesse, nisi de tribu Iesse surget flos? Partus eius reddidit nobis istum florem in odorē suauitatis. Baculus intelligitur æquè ipsa lex, quę ostēdere nouit peccata, nō auferre: quia lex ostendere nouit peccata, gratia auferre peccata. Nam agnitio peccatorū cum
C
ostensa fuerit, subsequitur & correptio. Nam Giezi ille puer sancti Helisæi, cum mitteretur ad filium cuiusdam mulieris defunctum, baculum illi dedit sanctus Helisæus, ut resuscitaret puerum. Sed non potuit illum resuscitare baculo, nisi ipse ueniret, & breuiaret corpus suū, ut infantis pone ret oculos ad oculos, os ad os, manus ad manus, pedes ad pedes, proijciēs se super puerū mortuū, & resuscitauit eū. Quid ostendebat in baculo, qui suscitare nō potuit, nisi legis ostensionem? Et in Helisæo significabat Christi natiuitatē, qui se habuit minorare, assumens quod nō erat, non amittens quod erat: ut suscitaret mortuum, id est, genus humanum, quod acceperat sententiam primi hominis: Morte morieris. Nā baculus sustentatio est senectutis. Et quia populus, qui legē ac-
D
ceperat secundum literam intelligebat, & tremula membra in ipso baculo incumbebant: Quia littera occidit, spiritus autem uiuificat. In senectute mundi uenit ueritas, ut figura auferretur, & adimpleret legem, & non solueret. Ergo in uirga uigor legis, in baculo ostensio peccatorum. Ipsa me consolata sunt. sic sequitur. Quomodo illum consolata sunt? quia uidebat in spiritu ipse Propheta, de quo dicebat dominus: Quanti prophetæ cupierunt uidere, quæ uidetis, & nō uiderunt? Sed in corpore duntaxat, non in mente, intantum ut diceret: Abraham uidit diem meū, & gauisus est. Nec enim nō uiderat Abrahā diem ipsius, quando dixit seruo, Mitte manū tuā sub fœmur meū, & iura per uiuentem in secula, non te ducturum uxorem filio meo de filiabus Chananæorum. Et utiq quale secretū uidemus in fœmore patris nostri Abrahæ, nisi ex fœmoribus eius secundū carnem uenire Christū in seculo? Ergo ipsa me consolata sunt, uirga & baculus. Sequitur, dicēs: Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Ista mensa agnoscitur altaris domini consecratio. Nam uide quid dicit sapientia: Sapientia ædificauit sibi domum, suppositi columnas septem, parauit mensam suam, misit seruos suos conuocans omnes, & dicens: Venite & edite de panibus meis, & bibite uinum quod miscui uobis. Et quia istam mensam præparauit seruis & ancillis in conspectu eorum, & quotidie in similitudinem corporis & sanguinis Christi, panem & uinum secundum ordinem Melchisedec, nobis ostenderet in sacramento, ideo dicit: Parasti in conspectu meo mēsam aduersus eos qui tribulant me. Qui sunt isti, qui nos tribulant? suggestiones inimici, exagitationes, cupiditates, delectationes, seculi honores. Isti tribulant, quia huiusmodi qui ita uiuunt, tribulationes carnis habent, sed ueniunt ad mensam potentis, considerantes ea quæ apponūtur eis accipere cum timore & tremore, & tribulationes efficiuntur consolationes. Auferunt ea quæ sunt carnis, infundun tur ea quæ sunt spiritus, & ex mensa præparata proficiunt cōtra eos, qui tribulant eos. Sequitur, dicēs: Impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians q̄ præclarus est. Gratias tibi domine Iesu, qui ostendisti nobis istud oleum: nō illud oleum quod habent hæretici, de quibus dictum est: Muscæ morituræ exterminant oleum suauitatis. Nec illud oleum, de quo dictum est: Oleū pec catoris non impinguet caput meum: sed istud oleum, quod significabat Esaias propheta, dicens: Spiritus domini super me, propter qđ unxit me: Euāgelizare pauperibus misit me, prædicare annum acceptabilē remissionis, dimittere captiuis remissionem, & cæcis reddere lumē. Istud oleum agnoscimus oleum chrismatis. Christus enim dicitur unctus, Christiani, ab unctione. Impinguat caput nostrum, id est, Christum dominum. Caput enim uiri, Christus. In isto oleo facies cordis exhilaratur, de quo dixit Propheta: Vt exhilaretur facies in oleo. Quæ est ista facies in oleo quæ exhilaratur, nisi imago & similitudo dei? cum de peccatore dicitur: Impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians quàm præclarus est. Qualis est iste calix, audite. Ipse est calix, qui fuit in manu domini uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hunc. Veruntamen fex eius non est exinanita. Iste calix est, de quo clamauit tempore passionis, dicēs: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et quia obedientiæ nobis formam dedit, subsecutus adiunxit: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. De isto calice bibit ecclesia, inebriauit martyres, ut nō agnoscerent proximos carnis suæ nimio amore Christi: neq patres filios, neq filij parētes. Inebriauit uino sanctitatis, nō uino erroris. Non agnouerūt suos, & sangui

Prouerb. 9.a
1. Cor. 4.d
Psal. 2.c
Esa. 11.d
4. Reg. 9
Mat. 13.c
Gen. 2.c
Gen. 24.d
Psal. 140.b
Esa. 61.a
1. Cor. 11.d
Matt. 26.d

sanguinem fuderunt. De mēsa illa inebriati sunt, A de qua dictum est: Accedens ad mensam potentis, considera ea quæ apponūtur tibi, sciens, quia talia oportet te præparare. Quid est, Talia oportet te præparare, nisi corpus & sanguinem quod accipis? Nā & ipsi apostoli de ipso calice inebria-
Acto. 2.b
ti erant, de quibus dicebatur: Hi ebrij sunt musto, cum esset hora diei tertia. Sed quàm præclarus est iste calix, uidete quanta est claritas in toto mundo ex passionibus apostolorū & martyrum. Vbiq spiritus immundi clamant se ardere oratiōnibus & meritis eorum. Virtutes quas operatur deus uidete: cæci illuminantur, mortui suscitantur, & cuncta quæ fecerunt & faciunt, declarata sunt & declarantur in toto mundo. Iste calix lucit claros & præclaros, & calix tuus inebriās quàm B
præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me per omnes dies uitæ meæ: sic sequitur. Et quia nō ex merito, sed ex misericordia facta sunt superius comprehensa, ideo uoce populi subiecit ecclesia, clamās: Misericordia tua subsequetur me per omnes dies uitæ meæ. Quia uerè quotidie misericordia fit in populo dei, ut Pagani ad ecclesiam perducantur, ludæi conuertantur, hæretici corrigantur, peccatores indulgentia munerentur usq in finem seculi. hæc misericordia subsequetur ecclesiā omnibus diebus uitę eius quandiu est mundus. Sequitur: Et ut inhabitem in domo domini in longitudine dierum. Hæc domus domini illa
Psal. 83.a
significata est, de qua Propheta cecinit: Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Aequè domum domini agnoscimus corC
humanum, de quo dicebat Apostolus: Quæ domus sumus nos. In ipsa domo cordis habitat do-
Heb. 3.b
minus, in corde nostro dominus manet, & nos cum domino manemus. Nam cum ei locum habitationis in corde facimus, in domo domini habitamus, & ibi perueniemus in longitudinē dierum. Quare nō dixit: Et longitudinem noctium? quia illa dies non habet noctem. Ideo dixit tantummodo, in longitudinem dierum, quia non erunt breues, sicut dies illi de quibus dictum est in alio loco: In illis diebus, si non fuerint abbreuiati dies illi, etiam electos meos seducent. Ista longitudo dierum æternam uitam ostendit, non præsentem. Sed ex corde puro ibi uenitur. Ecce in-
D
quantum ipse præstitit, nō quantum debuimus, sed quantum potuimus ipso subministrāte & donante expositum psalmum auribus uestris repræsentauimus. IVNGAMVS & breuem propter tardos, qui prolixos uersus psalmi tenere nō possunt. Laudate dominum omnes gentes, laudate
Psal. 116.d
eum omnes populi: Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & ueritas domini manet in æternum. Quàm breue est, & grandem habet intellectum. Laudate dominum omnes gentes, intelligimus hic totum mundum, de quibus
Oseæ 2.d
dixit Propheta: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam. Et erit in loco ubi dictum est eis: Non populus meus uos: ibi uocabuntur filij dei uiui. Isti laudant deum ex omni tribu, ex omni gente, ex omni lingua laudant deum. Quare? Quia populus factus est sub charactere Christi, confirmatus est, sub professione beati nominis eius liberatur. Collaudēt illum & laudent: quia redempti sunt de manu inimici, id est, ex opere eius: quia corroborata est super nos misericordia eius. Quàm roborata facta est, ut quotidie se impendat, & nunquam deficiat, quotidie gaudeat lucris: Quia gaudium est in cœ
Lu. 15.b
lo super uno conuerso à uanitate uiæ suæ, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Corroborata est super nos misericordia eius, sequitur: Et ueritas domini manet in æternum. Quæ est ista ueritas, quæ manet in æternum? quæ nos perducit ad æternū uetustum dierum, ad deum nostrum sine initio, sine fine. Ipsa est ueritas, quæ fidem tenet rectam, ueram, & integram. Ipsa est in qua Christus requieścit, quam in se tulit, dicens: Ego sum uia, ueritas et uita: ipsa
Ioan. 14.a
est quæ manet in æternum. Tenete traditum uobis psalmum, ut cum tenueritis lingua, reddideritis uita, uocibus, & moribus, mereamini audire: Intrate in gaudium domini uestri, Amen.
Matt. 25.b

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo XXIIII. Dirige me in ueritate tua, & doce me: Homilia.

VLatores arctæ & angustæ uiæ, qui se crucifigunt cum uitijs & concupiscentijs & passionibus, qui post uoluntates suas non pergunt, & suggestionibus malignis reluctant, cātant & dicunt: Dirige me in ueritate tua, & doce me, quoniam tu es deus salutaris meus. In hac directione iste rogabat nō tortuosam, sed rectam. Directio enim non curua est, sed recta, quæ lineas legis tenet, mentem dirigit in uia immaculata. Præceptis obtēperat, iussa implet, id est, ad perfectionē dirigit, Propheta clamat: Dirige me. Sed quia hæc directio habet ueritatem coniunctam, à falsitate est separata. Quæ est enim ueritas, quæ uita, nisi ille qui ueniens pro nobis clamabat & dicebat: Ego sum uia, ueritas & uita? Prophetās er-
Ioan. 14.a
go uates Christi futurum Christum dicebat: Dirige me in ueritate tua. Assumēs uocem in isto uersiculo, etiam totius ecclesiæ ubiq diffusæ dirigi
D
quærebat: ergo in isto populo qui gentilis erat, & tortū cor habebat. Ipsa est de qua clamabat alius propheta, dicens: Vocabo non plebem meā, ple-
Oseæ 2.d
bem meam: & non dilectā, dilectam. Et erit in loco ubi dictum est: Non populus meus uos, ibi uocabuntur filij dei uiui. Hæc ecclesia clamat & dicit: Dirige me in ueritate tua. In ista ueritate falsitas nulla inuenitur. Hæc ueritas cunctis ecclesiis donata est, omnibus appropinquātibus deo timoratis, iustis, benuolis, & sanctis: quibus mysteria agnoscere donatū est: qui sunt, ubi nondū sunt: & non sunt ubi sunt: qui in corpore ambulant, sed non secundum carnem militant. Hi sunt qui habent ueritatē, & possidēt eam, & possident ab ea.

Doctri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Doctrinam postulat, dicens: Et doce me. Quid uult doceri, nisi id quod nescit? Quid est quod ne scit? perfectionem uirtutum, ut sciat quod nescit.
Rom. 11.d Quid est quod nescit? quid? O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, hoc est quod uult scire, & clamat: Quoniã tu es deus salutaris meus. Quid est, Doce me? instrue me, perfice me, edifica me, quia tu à uulnere peccatorũ saluasti me, ideo dixit, Saluator meus: ideo subiũxit, dicẽs: Et te expectaui tota die. Per diem expectauit, nõ in nocte. Quæ est tota dies, nisi ubi lux est, & tenebræ non sunt? Tota dies ipse est saluator mũdi in quo uenit princeps huius mundi, & in eo nihil inuenit iuris sui. Ipse est, qui uenit in mundũ: ipsum sustineamus quandiu uenit in nobis separãs nos à dilectionibus carnis, purgans à cupiditatibus carnis. Sustineamus eum, quando ueniat, & paratos inueniat. Sustinemus eum, quando impetus tentationum portamus, quando tempestates aduersas patimur, sed naufragiũ non facimus. Sustinemus eum, quãdo nõ deficimus: proficimus, quãdo non cõturbamur, sed cõfirmamur. Quando exagitamur, sed nõ cadimus, tũc sustinemus, tunc toleramus, tunc clamamus ad illum qui est
1.Cor.10.a fidelis, ut non faciat tentari super id quod possumus ferre, sed faciat tentationẽ cum exitu, ut possimus sustinere. Dirigite ergo iter sine offensione. Obseruate ergo, ne offendentes curtum faciatis pedem, & claudicantes in uitiũ ueniatis, & non ambuletis, ne stantes non proficiatis, sed deficiatis, ueritatẽ tenete: falsitas de ore uestro non procedat, turpis sermo longè sit à uobis, otiosus, trialis, superbus, mendax, ut de ore sit sale conditus: in hac ueritate persistite. Erudimini, scitote quoniam dies nostri uelut umbra declinauerunt.
1.Cor.5.b Discite, quia esse nostrum ad non esse tendit. Sciote quia staturi sumus ante tribunal Christi cũ chartis operum nostrorũ. Et si quis gessit bonum aut malum, ibi reddet rationem illi quem nihil latet. Nolite obliuisci saluifactorẽ nostrum, redemptorem nostrum, ueritatem nostram, uiam nostram, dominum nostrum, qui est saluator, uia, ueritas, & uita: qui se obtulit, ut nos non captiui remaneremus. Qui libertatẽ donauit nobis, qui cor illuminauit toto seculo. Quid pro ijs omnibus retribuemus ei? quæ sunt compensationes operum nostrorum? quis laudet, quis definiat tantam potentiam, tãtam magnificẽtiam, tantam uirtutem, nisi quòd debemus agnoscere nos, qui ex nihilo fecit nos? Peccauimus inobedientia patris nostri Protoplasti, & regenerati sumus in illo, qui uenit de sinu patris reconciliare nos ei à quo eramus longè, ut faceret nos propè. Nolite obliuisci tanta
Psal.2.c bona muneratoris dei. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta, ut quotidie clametis: Dirige me in ueritate tua, & doce me, quoniã tu es deus salutaris meus, & te sustinui tota die.

A DE EO QVOD SCRIPTVM EST in Psalmo XXV. Redime me, & miserere mei, Homilia.

Filij lucis in libertatem uocati, qui sedebant in tenebris & umbra mortis, illuminati sunt & redempti sanguine pretioso. Obliti non sunt, quæ & quanta passus est ille qui splendor uenit: cunctos quidẽ obligatos inuenit & illaqueatos, uulneratos, cæcos, debiles, claudos, reos. Sed quia non uenerat, ut iudicaret mundum, sed ut saluificaret, liberauit seruos à seruitute, illaqueatos soluit, uulneratos sanauit, cæcos illuminauit, debiles fortificauit, claudos iter rectũ ambulare fecit, reos indulgẽtia munerauit. Nã unde erat, quod modo cantabat ex ore nostro propheta, dicẽs deo: Redime me, & miserere mei: Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesiis benedicã te domine? Vox est capitis portãs in se personã membrorũ, quæ membra nos sumus, caput uero Christus dicẽte Apostolo: Vnũ corpus sumus, in Christo Iesu. Redemptio Rom.12.b aũt hęc nõ est nummi, sed gratiæ: nõ est corporis, sed animæ. Intantũ redẽptio est animæ, ut sicut hi qui captiui ducunt à barbaris ita ducant à diabolo capti. Ille captiuus dicitur, qui efficitur nõ potestatis suæ, sed ditionis alienæ, qui suggestionib. eius subditus est. Captiui tales uidẽt sibi liberi esse, quia nullo imperio humano subditi sunt, & tamẽ serui sunt: Quia omnis qui facit peccatum, Ioan.8.d seruus est peccati. Exclamandũ est ergo cum propheta, ut liberemur, non in merito nostro, sed in eius misericordia. Nisi nostri misereat, esse nõ possumus. Ergo redimat nos misericors deus noster, separet nos ab affectibus, à desiderijs & cupiditatibus inimici, ut libertate accepta, pes noster stet nõ claudus, sed rectus. Quid est em claudum pedem habere, nisi infœlicẽ offendere? De quibus dicebat Propheta: Errauerunt & claudicauerunt Psal.17.g à semitis suis. Claudicat, qui deo credit, ut scandalizetur quoties prosperitatẽ uidet malorũ, sanitates impiorũ, diuitias paganorũ, possibilitates gentium, & dicit non sano pede, id est, non sana fide, effusi sunt paulominus gressus mei, qui in peccatoribus pacem peccatorum zelaui intuens: Quia Psal.72.d non est declinatio morti eorũ, & firmamentũ in D flagella eorũ. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, circumamicti sunt iniquitate & impietate. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ, pertransierunt in dispositiones cordis. Similiter si dicat, quare uiæ impiorũ prosperantur? Idcirco perturbat pes eius talia sentiẽs, & cõmouetur: quia ad tempus ad tẽtationẽ bonorũ dimittunt mali, in æternũ uero damnabuntur. Ad tempus floret impius, ad tẽpus emẽdatur bonus. Sed flos illius sicut fœnũ arescit, emendatio illius transiet. Ille accipiet pœnã perpetuã, quia hic flagellatus nõ est, & ad tempus floruit: ille autem qui tentationem sustinuit, in æternum uitæ perpetuæ retributionem accipiet. Non debet ergo perturbare fideles men

les mentes sublimitas malorũ, prosperitas impiorum, ne unusquisq; nostrum apud semetipsum ægra mente dicat, quia placẽt deo facta malorum, aut deus constituta non implet, aut non curat res humanas. Qui ut faceret te esse, curam habuit: quomodo uiuos in seculo nõ curat? Nolite ita sentire de deo, sed alto iudicio suo, & de secreto pietatis dimittit & malos, ut probentur boni. Humiliat bonos, ut præsentia bona non sperent, sed æterna credant. Quid fuit ille diues, qui byssino & purpura induebatur, splendideq; edebat, qui cunctos subditos habebat, adulatoribus delectabatur, cursoribus ornabatur, à clientibus cõstipabatur, delitijs fruebatur, quandoq; finita est uita caduca, spes præsentis uitæ migrauit, trãsiit. Et qui in seculo non se agnouit, de inferno gemens clamauit. Lazarus ille, cuius pes stetit in rectitudine, qui contentus erat paupertate, qui non delectatus est delitijs, qui iacebat hulcerosus quidem corpore, sed mente integra, æquè ultima die ueniente illi, ex hac luce migrauit. Et quia tolerauit emendationem & probationem dei, meruit suscipi in sinum Abrahæ, in loco quieto, pacifico, tranquillo. Agnouit diues pauperem, superbus humi
Lu.16.c lem, elatus tolerantem, & clamabat, dicens: Pater Abraham, mitte Lazarũ, qui contingat linguam meã ex digito suo gutta, quia crucior in hac flamma. Et quia prætermisit diues in hoc seculo misePsal.51.b ricordiam & non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in uanitate sua: ideo non meruit gut tam, quia non fecit misericordiam. Si enim dedisMat.7.a set, acciperet. In qua mensura mẽsus est, in eadem remetitum est ei. Eia fratres, nolite desidiose audire uerbum ueritatis, non uos possideat uita falsitatis, mundus iste non uos obdulcescat. Amarus ad tempus mundus iste, non manens, non uos seducat. Mundus transitorius non uos decipiat in æternũ. Pes uester, id est, fides uestra non extollatur in prosperis, in aduersis nõ deficiatur: sed clamate cum Propheta, dicentes: Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesiis benedicam te domine. Si uidetis malos potentes, à deo alienos in hac uita florere, nolite moueri à fide uestra, sed tolerate uoluntatem dei, quia ista uita cõmunis est bonis & malis. In area huius mundi non separatur palea à D
Luc.3.d frumento, sed ille ueniet cum uentilabro purgãs aream suam, qui triticũ congregabit in horreum, paleas autem tradet igni inextinguibili. Hic & bonis & malis dat bona: ibi autem solis bonis bona, & malis pœnam perpetuam. Nolite esse temporales, sed ad æternitatem proficite: ut ibi in secula seculorum laudetis eum, qui de omnibus sanPsal.83.a ctis eius clamabat uates Christi, dicens: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te, Amen.

A DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN principio Psalmi XXVI. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo? Homilia.

Ex plenitudine uerbi formamus uerba in ore nostro, ut transeat aliquid ad aures uestras. Sic à nobis procedit doctrina, ut ad uos trãseat, & à nobis nõ recedat. Sed hæc doctrina nõ est ex nobis, sed ex deo, qui ex nihilo fecit hominẽ atq; mundũ: qui illuminat cõscientiam, amouet tenebras cordis, in mentem suggerit dictionẽ, ut ueniatur ad corruptionem uitæ, & ad conscientiam spiritualem. Propheta sanctissimus, in cuius animo & corde sedem fecerat deus, uociferabatur & clamat, dicẽs: Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Magnum seruũ, qui sciebat quomodo illuB minabatur, unde illuminabatur, qualis erat qui illuminabat. Videbat lucem, nõ istam, quæ ad uesperum tendit: sed illam lucem, quam oculus non uidet. Mentes ex hac luce illuminatæ, non ruunt in peccata, nõ offendunt in uitijs. Dicebat enim
Ioan.12.d dominus: Ambulate dum habetis lucem in uobis. De qua enim luce dicebat, nisi de ipso? qui dixit: Ego lux ueni in mundum, ut qui uident, non uideant, & cæci lumen recipiant. Iste ergo dominus illuminatio nostra, sol iustitiæ, qui irradiauit ecclesiam suã catholicã ubiq; diffusam, & clamabat propheta in figura eius: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Illuminatus homo interior non claudicat, à uia non recedit, C totum tolerat. Qui de longinquo uidet patriam, aduersitates sustinet, in temporalibus non contristatur, sed in deo confirmatur: deprimit cor & sustinet, & in humilitate sua patientiã habet. Lumen istud uerum qui illuminat oẽm hominem uenientem in hũc mundũ, dat se metuentibus, infundit cui uult, ubi uult, reuelat se cui filius uult. Qui sedebat in tenebris & umbra mortis, in tenebris malorum & umbra peccatorum, orta luce horret sibi & abijcit se, pœnitet, erubescit, & dicit: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo? Magna salus fratres mei. Ista salus infirmitatem non timet, lassitudinem non formidat, dolorem non uidet. Sanitas ergo ista mentis est: ubi febres non accedunt, ubi tepor culturæ dei non appropinquat. Ista ergo salus possidetur à sanis, qui non obliuiscuntur sanitatem, sed dicunt: Saluator es medice bone, & tolerando mentem phreneticam & insanam saluas animam: quia omnis qui medicum nõ agnoscit, phreneticus est. Nam quoties phreneticos uidemus medicis contumeliam facere, resistere sanitati, nolle curari, deridere ueram curã: debemus ergo plenè atq; perfectè non tantum lingua, sed etiam mente clamare & dicere: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Si ipse illuminat, ipse saluat, quem timebo? ueniant caligines suggestionũ, dominus illuminatio mea. Venire possunt, proficere non possunt, cor nostrum impugnando, nõ tamen uincendo. Veniat cæcitas cupiditatũ, Dominus illuminatio mea. Fortitudo ergo nostra ipse est qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

est qui se dat nobis, & nosipsos damus illi. Curri- A te ad medicum cum potestis, ne cum uelitis non possitis. Est tempus currere, nullus negligat infirmitatem suam, nullus desidia possessus nō currat ad lumē, ne delectationibus seculi obligatus, obliuiscatur quod minaē deus, postponat quod promittit deus. Fugiamus imitationem malorum, appropinquemus operibus bonis, ut cū illo regnemus in regno cœlorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo XXIX. Domine deus meus in æternum confitebor tibi, Homilia.

Celebritas cōfessionis perficitur ex iugi oratione, quia de præceptis regularibus conuenit semper orare. Oratio ergo continua & instans prædicatio B necesse est, ut habeat mentis euigilantiam, ut agnoscat quis oret, quid oret, ad quem orat. Nam illud uas fictile thesauro dominico plenum, quod de bono thesauro cordis sui proferat bona, sicut modo cantauimus, uniti charitate, dixit: Domine deus meus in æternū cōfitebor tibi. Quādo dominū nominant serui, agnoscūt se debere esse subditos, nō cōtumaces & superbos. Ergo dominus iste, qui nos emit ex pretio, qui fudit sanguinē suū, ut nobis ęternā uitā donaret, Dominus est, qui nobis impartitus est tantū munus gratiæ, tantā misericordiā inenarrabilē, tantā uirtutem sine lassitudine: iste ergo dominus bonorū seruorū & deus totius creaturæ, confessionē quæ C rit à nobis, non ut ignarus, sed ut nos nobismetipsis manifestaret. Quid enim occultū est, cui patet omne secretum? nullus dubitet de bono domino clementi, qui cōfitentes suscipit, & non punit ut terrenus iudex: qui non torquet, aut eculeo imponit, quasi ignarus, ut ueritatē exprimat confessionis: sed ille dicit, Confitemini, qui scit omia antequā fiant, cui nihil est occultum, qui est cordis inspector. Confiteamur illi quæ in actis, quæ in factis, quæ in cogitationibus cōmisimus. Ideo nos cogit cōfiteri, nolens aliquē perire à se misericordia, quia deus est: clemētia, qua pius est: bonitate, qua creator est, Confiteamur illi multiplicem confessionem, tamen prima prætermitti cōfessio
Lu. 18.c non debet. Assumentes uocem illam Publicani, qui pectus suum tundebat, & se sicut Pharisæus D non iactabat: qui humilis iustificari meruit, & Pharisæus, qui quasi de meritis suis gloriari cœpit, damnatus descendit. Si bene uiuimus, domino nihil præstamus, quia bonorum nostrorū non indiget: si male uiuimus, nobis contrarij sumus, deo nihil nocemus: humiles ergo & depositā ceruice confiteamur illi, qui totum nouit. Dicamus ergo cum isto humili, qui reatū suum nō tacebat, & depositā ceruice peccatum suum semper agnoscebat, & iniustitiā suam non operiebat. Quid er
Luc. 18.c go dicebat? Propitius esto mihi peccatori. Nunquid singula facinora sua deo enarrabat, quasi nesciēti? aut poterat in memoria tenere ex initio natiuitatis suæ, quæ commiserat flagitiosus publicanus, reus omnium malorū? Sed collectè summatimq; clamauit & dixit, quia nihil boni in me habeo quod dicam de me, sed totum malum sentio de me: cōfitebor tibi deo bono, qui nō punis confitentes, sed liberas ad te cōfugiētes: propitius esto mihi peccatori. Nullus desperet de malis suis, nullus præsumat de meritis suis. Præsumptores & de opera uestra quasi bona erecti timete, Pharisæum agnoscite, ut illius mores ad uestram salutem proficiant. Quare repudiatus descēdit? quia non confiteri, sed iactare merita sua in templum ascēdit. Nā discutite eius uerba, & uidebitis quomodo erectus est ad apicem superbiæ ubi dixit: Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines. Vnde nosti Pharisæe, quia non es sicut cæteri homines? quasi totum mundū iam discusseris, quis, qualis est, aut quomodo habeat uitā quispiā: & cum teipsum nescias, quomodo sententiā omnibus hominibus cū te iactas dedisti, ut diceres, Quia non sum sicut cęteri homines? Si homo es, casibus plenus es: si tēporalis es, feris, feriris: uincis, et uinceris: si homo es, pugna cum sarcina carnis, cum uoluptatibus uentris, cum auaritiæ cupiditatibus: si homo es, sensus tui impugnantur de
Gal. 5.c siderijs. Agnosce miser, quia caro concupiscit ad uersus spiritū, spiritus aduersus carnē. Hæc enim inuicem sibi aduersantur, ut non ea quæ uis, facias. Quomodo ergo nō es sicut cæteri homines, cum teipsum nō uideas quis sis? iactas te, quia ieiunas bis in sabbato, qui à spiritu superbię nō declinas. Quomodo ieiunās, publicano peccatori insultas, & teipsum sine peccato existimas? Quomodo ieiunas, si ieiunares, ab obseruando peccata in mente, proficeret tibi. Et ieiuniū unde te iactas, de uētre insultas publicano, nescіens te futurū inde reprobū. Raptorē te nō dixisti, iniustū te nō dixisti, sed hoc totū insultando publicanū accusasti. Quid egisti, nisi q cū nos legimus hanc lectionē, nobis beneficiū præstitisti? Agnoscite fratres, quæ sit in humilitate gratia, qualis in superbia proxima ruina: quod fecit caput fideliū, hoc faciant omnes credentes in fide, ut iure & legitimè dicamus: Domine deus meus, in æternū confitebor tibi: non temporaliter, sed in æternū. Qualis est confessio æterna, nisi uox illa angelica: A Esaie 6.b ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος? Sine cessatione proficite, ut accipiatis, non pro meritis gratiam, sed gratuitam coronam, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST in Psalmo XXXIII. Quis est homo qui uult uitam, & cupit uidere dies bonos? Homilia, incerto interprete.

Sermo diuinus peragrans, currēsq; per campos singulos, uelut Luminaria, ecclesiis cōtulit claritatem, qui discutiens corda uniuersorum credentiū in Christo clamabat bonis malisq; : Quis est homo qui uult uitam? Isto offerēte tantum munus, tantā lætitiam exoptatam toti generi humano, quasi omnes una uoce exiliſtis ad interrogationem hominis dei dicētes: Ego. Sed qui uult bene uiuere, audiat præceptum. Nec enim potest homo hic accipere

pere id quod promittitur, nisi impleuerit præceptum quod iubet. Ergo cum interrogaret iste ore prophetico cuncta corda, & cōueniret omnes aures, & pulsaret omniū conscientias, dicens: Quis est homo, qui uult uitam? Et respondentibus, nō in lingua, sed in cōscientia uoluntateq; desiderij, Ego: subsecutus adiunxit: Et cupit uidere dies bonos? Aequè talis interrogatio. Nam quid dixit, Quis est homo, qui uult uitā, & cupit uidere dies bonos? Vtrunq; desiderabile promissum ostē dit, sed audi sequentia: Si uis uidere uitam, si uis inuenire dies bonos, cohibe linguam tuā à malo. Eia fratres mei hic modo respondere uolo. Quāti modo dicunt, nolo, qui dicebant uolo? Qui ueteraue runt in detractionibus, qui mordent & comedūt humanas carnes, detrahendo, nō timentes ne ab B inuicem consumantur, qui adulationibus linguā suam impendūt, qui bifacem habent mentē, præsentibus bene loqui, absentibus detrahere. Quomodo modo dicunt, uolo, perseuerātes in malo? Nunquid si esset, quicunq; ille est, in officio sine labore acquireret panem? Si militaret, & iudici non obtemperaret, acquisitionem inueniret? Rusticus rura sua colens, sine labore posset colligere fructus? Et quicunq; homo in seculo nascit, à sententia primi hominis non potest esse alienus, dicente domino primo homini post lapsum: In labo
Gen. 3.d re & sudore uultis tui manducabis panem tuum. Ergo uos qui uultis uitam, & cupitis uidere dies bonos, laborate ut corrigatis malos mores, ut possint uos sequi promissiones bonæ. Cohibe linguā C tuam à malo, id est, à mendacio, à furto, à superbia, à detractione, ab adulatione, à fictione: & cū hæc feceris, inueniſti uitam. Et si labia tua nō fuerint locuta dolum, occurrūt tibi dies boni. Nam quomodo potest malo occurrere bonū, cum ipse bonus non sit? Sed modo sunt hic aliqui stantes, qui inquirere à nobis non possunt, sed cogitant hoc in cordibus suis, dicentes: Ergo omnes boni bona inueniunt, & mali mala: ergo omnes boni uitam inueniunt, & dies bonos: & mali habentes uitam malam, habent dies malos. Et respondeo eis, ita est. Et illi mihi non inquisitoriè, sed contumelioſe dicunt, quomodo dixit Hieremias: Qua-
Hiere. 12.a re uia impiorum prosperatur? Et nunc uidemus homines malos abundare filijs, familia, argento, D auro, uestibus, prædijs, & diuersis rebus locupletatos. O homines inanes: & hoc est totum bonū?
Matth. 16.d Quid hic est bonum? audi dominū dicentem ita: Etsi omnem mundum lucreris, animæ uero tuæ detrimentum facias, quam dabis cōmutationem pro anima tua? quale bonum est, quod malè uten do creat malum, audi quid audiuit quidam diues:
Luce 12.c Stulte, hac nocte postulatur anima tua: quæ præ-
1. Tim. 6.b parasti cuius erunt? Quid dico de Apostolo, qui dixit: Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre aliquid possumus. Habentes uictum & tegumentum, ijs contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueū, & muscipulam diaboli. Radix omniū malorum est cupiditas, quā quidam appetentes nau-

fragauerunt à fide & inseruerūt se doloribus multis. Modo si potestis diuites seculi laudate, quos uidetis naufragare, & ad portum non peruenire. Ecce iste diues mortuus, in malis perseuerans, lecto eburneo portatus, ornatus luminibus, holosericis tectus, tota ciuitate exequias ei exhibente perductus ad sepulchrū marmoreum. Ingreditur in tumulum defuncti, laudat diuitem, laudat potentiam, laudat ædificium: uidet locum marmoratum, & non uidet locum tormentorum. Vidisti quomodo à populis deductus est in malis perseuerans, & malis suis terminum usq; in diem uitæ suæ non ponens? Nunquid intellexisti futurā pœnam, quomodo angeli tartarei eum tulerunt, & incarcerauerunt usq; in diem iudicij? Audi diuitem purpuratū, comedentem splendide, qui pauperem uidit, & non eius misertus est, & sibi impertiuit. Stultus est, de uiuis peruenit ad mortem: & Lazarus pauper, inops, egenus, pallidus, pannis obsitus, hulcerosus, uix pane corporis uentrē implens, sed tantum pane cœlesti abundans satiabatur. Quando q; Lazarus etiam ex hac luce migrauit, simplex, & humilis, & beatus pauper migrauit ad cœlum, & diues purpura tectus mansit in inferno. Nónne melius erat pauperem cum bona uita peruenire ad satietatem angelorū, quàm diuitem obligatum peccatis ire in tenebras exteriores, ubi est fletus & stridor dentium? Nam iste peruersus diues, sibi & non alij locuples, quomodo erexit oculos in cœlum de loco tormentorum, & clamauit ad patrem Abraham, patrem fideliū, & bene uiuentium, ut mitteret Lazarum, ut contingeret linguam eius, quia cruciabatur in flamma: & tamen non est auditus, quia quādo potuit
Matth. 7.a & habuit, non audiuit. In qua mensura mensus est, in eadem remetitum est ei. Eia ille qui dicebas modò, quia hoc erat bonum, quemcunq; hominem esse diuitem: modo dic, modo lauda, modo iudica, modo discerne, modo respōde. Ecce transiit quod habebat, perrexit solus sine seruo, sine argento, sine nummo, sine nitore seculi: ecce peruenit ad pœnam. Qualis illi fuit in seculo uita, q; miserum temporalis uita creauit illi tormentum, & pœnam sine fine? Ergo cohibete linguam uestram à malo, & labia uestra ne loquantur dolum. Declinate à malo, & facite bonum: quærite pacem, & sequimini eam, & inuenietis uitā, & dies boni occurrent uobis. Diuitiæ istius seculi malis bonisq; communes sunt. Dat ergo illa deus malis, ut non habeant quid queri de deo. Item non illa dat bonis, ut æterna bona de deo sperent, & non propter aliquod temporale colant deum, sed gratis. Item non illa dat malis ut paupertate humilientur. Item dat illa bonis, ut dent formā malis, quomodo utantur bonis. Ergo dat ista temporalia bonis & malis, sed se non dat, nisi tantummodo bonis. Melius ergo eligendum est non habere hic communionem cum malis præsentium bonorum, quàm hic habere præsentiā bonorū, & peruenire ad perpetuum supplicium malorū. Facite ergo qd Propheta prædixit. Cautio & cōditio est

Universidad de Deusto
Biblioteca

posita, ut declinemus à malo, & faciamus bonũ. A Creſcite in bonis, decreſcite à malis, aſcendite ad uirtutes, deſcendite à peccatis. Proficite in caſtitate, ſeparamini à luxuria. Quærite pacem omniũ hominum, pacem cum corde & carne ueſtra, quę concupiſcit aduerſus animam, quę caſu trahit ad lapſum: cupiditatem uitate, quæ delectationibus inuiſcat animam uegetantem. Iam facite terminũ malis cogitationibus, date limitem, ſufficiat diei malicia ſua. Noui ſurgite, nullus uetuſtus cum pannis peccatorum ſuorum incedat. Tu ergo qui carnalis es, & in temporalibus tantũ ſperas, ſi uideas nudum pannis obſitum, quomodo horres, quomodo execraris, quomodo contemnis, ne in te impingat ex ueſtimento ſuo. Pannos pauperum horres: & pannos peccatorum tuorum non B horres? Diſplicete uobis, placete deo. Suſtinet uos genitrix ueſtra, de celerrimis & bene currentibus in agone ſancto gaudet tota eccleſia, de pigris uero & ſomnolentis cõtriſtatur. Sit ergo uobis bona ſocietas, ſi uultis uidere uitã. Agite dies lætitiæ ſancte uiuendo, confitemini domino pie ſperando: & nõ tantum uitam, ſed & dies bonos inuenietis, & ſine naufragio ad portũ ſalutis peruenietis, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPIſcopi Conſtantinopolitani, expoſitio in ſuperſcriptionẽ Pſalmi quinquageſimi.

PICTORES imitantur arte naturam, & colores coloribus permiſcentes, uiſibiles corporum depingũt imagines, & faciũt homines, & animalia, & arbores, & reges, & ruſticos, & barbaros, & pugnas, & rixas, torrẽtes ſanguinũ, & lanceas, & loricas, & ſcuta, & ſedem regalem, & imperatorem ſedentem, & barbarum ſubditũ, & gladium acutũ, & fluuios decurrentes, & campos uariis floribus adornatos, & omnia quæ uidentur per artem imitantes, mirabilem hiſtoriam uidentibus præſtant: ſic & Prophetæ uelut quidam pictores uirtutis ac malitiæ. Deſcribũt enim & illi peccatorem, iuſtum, pœnitentem, ſtantem, cadentem, ſurgentem, titubantem. Et ſicut faciũt pictores, occidẽtes & occiſos: ſic & Prophetæ faciunt, aliquando quidem inſurgentia peccata, ali quando etiam & alliſa: eodem modo & dæmones D impugnantes, & homines flentes, & pugnantes: ſic & diabolum inſidiantem, & uictũ. Cum ergo talis eſt eorum deſcriptio, ut & certius hęc eadem addiſcamus, & iſtas quidem deforis cõſiderantes imagines, nihil acquirimus lucri. Quid em̃ mihi prodeſt regis & conſulis imaginem intueri, cum nec rex fieri poſſum, nec quidẽ cupio? Quæ erit mihi utilitas uiſionis, cuius deſideriũ non habeo? Quod etſi deſideruero, punior: quid mihi proderit hominẽ uidere locupletem & inopem? Si em̃ pauper fuero, liuore tabeſco: & ſi diues fuero, ſimiliter aliis in inuidiam ero. Dimitte illas imagines, & conſidera hanc hiſtoriam. Si uidero conſulem, quid ad me? Quòd ſi uidero peccatorem cecidiſſe, & ſurrexiſſe, erit mihi uiſio ad doctrinam. A Si uidero iuſtum ſtantem, uiſio me ad ſolertiã, & philoſophiam deducit. Ex hac nanq; uiſione addiſco certamen, & erudior ad uictoriam. Quòd ſi uidero iuſtum ſupplantatum, contriſtor quidem, ſed cautior de facto inuenior. Hæc autem omnia nõ tranſitorie, neq; ſine cauſa ſunt dicta: ſed quia Pſalmi, qui hodie lectus eſt, imago ad hãc nos diſciplinæ doctrinã adduxit. Sic enim ait Propheta.

IN PSALMVM L. HOMILIA I.

MISERERE mei deus, ſecũdum magnam miſericordiam tuã: Et ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum dele iniquitatem meam.] Hæc eſt imago, pſalmũ enim imaginem uoco. Videm enim diuerſas in pſalmo perſonas, peccatorem inſurgentem & otio deditum: pœnitentem adſtantem, & cõcertantem, dei miſericordiam deſuper adducentem, & philoſophiam præſtantem pœnitentiã, multos lachrymarũ & confeſsionis fontes habentem. Iſtæ ſunt perſonæ imaginis. Sed priuſquã ad pſalmum ueniã, iuſtum eſt eius ſuperſcriptionem uobis enarrare. Sicut enim habent imagines ſuperſcriptiones deorſum fixas minij colore, in quibus ſcriptũ eſt, qui rex, & qđ prælium euicerit. In pſalmis uero deſuper titulus fixus eſt, quę cauſa ſit, quæ ue doctrina, & quapropter pſalmus ſit dictus. Prębete itaq; ueſtras attentius aures, non enim de paruo imminet narratio nobis. Pſalmus Dauid cum ueniſſet ad eum 2.Reg.12.d
Nathan propheta, quando intrauit ad Betſabee, C uxorem Vriæ.] Hæc eſt ſuperſcriptio. Diſcamus ergo quis eſt Nathan, diſcamus & quæ ſit Berſabee uxor Vriæ, quando ad eũ intrauit Propheta, & quapropter pſalmum iſtum ſcripſerit. Non enim oẽs pſalmi in Dauid ſcripti ſunt, nec omnes ab ipſo cõſcripti ſunt: neq; enim proprias tantummodo paſsiones edixit, ſed & aliorum cecinit cauſas. Quando dicit: Super flumina Baby- Pſal.136.a
lonis illic ſedimus & fleuimus, dũ recordaremur Sion: manifeſtum eſt, quia non de ipſo dicit pſalmus. Nec enim perrexit in Babylonẽ, neq; uidit barbaram regionem, neq; ſedit in aliena terra, & fleuit: ſed quæ Iudæis uentura eſſent, narrauit. Quando iterum dicit: Foderunt manus meas, & Pſal.21.d
pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea: non utiq; paſsiones ſuas annũtiat, ſed crucem domini, ſacrificium orbis terræ, ſalutem generi humano prædixit. Imago enim eſt pſalmus, uariam in ſe continens diſciplinã, aliquando quidem ſua, aliquando aũt aliena denuntians. Quia ergo pſalmus iſte non alienas paſsiones enuntiat, ſed proprias indicat, dicens quando uenit ad eũ Nathan propheta: ſuperſcriptio pſalmi cõſtringit nos, & nõ ſinit lõgius euagari, & ad alia trãsferre mentẽ, ſed ſtatim ea demonſtrans & docens, quæ textus continet pſalmi. Conſiderate igit̃ diligẽtius, ſiue iuſti ſiue peccatores: utriq; enim parti utilis pſalmus eſt: iuſto quidem, ne per negligentiam ac deſidiam obtorpeſcat: peccatori aũt, ne ſemetipſum deſpiciat. Vtriſq; enim periculoſa cõtemptio eſt, cum & iuſtus per negligentiam cadit, & peccator cum

cum deſperauerit, perit. Vt ergo neq; iſte in ruina permaneat, neq; ille in lapſibus decidat, utriq; parti eſt utilis decantatio pſalmi. Incipio enim dicere prophetæ peccatũ grande, & peſsimum, ſed nemo deroget de nobis. Dei em̃ miſericordia humano generi prouidentiã faciens, & bene geſta ſanctorum, & peccantium negligentiam in melius commutauit: ut aliorum uulnera alijs prouideant ſanitatem, & iuſti naufragiũ fiat peccatori ſtabilior portus. Quando enim iuſtũ peccaſſe legero, & pœnituiſſe, nõ iam deſperabo de mea ſalute. Et cum audio diabolum de cœlo cadentem, illius ruina mihi fit occaſio reſurgẽdi. Propter hoc enim & gratia ſpiritus, non ſolum bene geſta ſanctorum, ſed & negligentias memorauit: non aũt B propter illos tantum cõſcribi uoluit, ſed propter eos, qui fortè ſimili paſsioni obnoxij erunt. Volo ergo oſtendere hunc fortiſsimum uirum, uulneratum, lapſum, uinctum, ſurgentẽ, pugnantem, uincentem, & coronatum: nec enim oſtendo eum lapſum ſolummodo & iacentẽ, ſed & ſurgentem, ut ex utraq; parte tuum lucrũ ſit. Et ſi forte pecca ueris, nõ deſperes, ſed curras illico ad ſurgẽdum, nec dicas apud temetipſum: Væ mihi, uæ mihi, perij mœchatus ſum, fornicatus ſum, homicidiũ perpetraui. Ne deſperes. Habes em̃ ſalutẽ repoſitam, remediũ delictorum. Cum ergo uidero iuſtũ talia uulnera ſuſcepiſſe, & ſaucium factum, & iterum per pœnitentiã ad ſanitatẽ rediſſe, confeſtim ad exomologeſim curro, & audacter ad cõfeſsio C nem fontes lachrymarum perfundo. Vt ergo per illius confeſsionem, tuam melius ſalutem cognoſcas, audi quæ dicã. Multi ſæpius uiri & mulieres infirmitatem peſsimam contraxerũt, & gemitus & lachrymas perfuderunt, & multa medicamẽta expenſa ſunt, & nihil præualuit medicina, ſed pulchritudo emarcuit, & corpus diſtabuit, anxia fit poſt hoc mulier, hæſitans & dicens. Vbi uadam? Quid faciam? pecunias largita ſum, medicos uocaui, medicamẽta expendi, manet infirmitas, nõ ſanatur uulnus. In his ergo cogitationibus conſtituta, uenit quædam de his, quæ ad uiſitandum uenerat dicere. Et ego aliquãdo ſimilem ſuſtinui infirmitatẽ, ſed ille & illa poſuere mihi medicamenta, & liberata ſum à dolore. Hæc cum audiſſet infirmus, rogat ſibi mulierem demonſtrari, quæ illi D contulerit ſanitatem: & illa dicet: Vade ad anguſtum locum qui eſt iuxta illam, & illam domũ, & ibi inuenies: ſic & nunc quoniam mœchatus es, & homicidium perpetraſti: hoc autẽ eſt peſsimũ uulnus, oſtendam tibi quomodo eſt ille curatus, & qualẽ impoſuit medicinã. Et nõ dico, uade ad anguſtũ locũ, & interroga illũ & illũ: non eſt opus ut labores, & anxius quæras, & huc illucq; diſcurras: ſed hic te ſtantem facio ſuſcipere medicinam, tantum diligentius quæ dicunt attende. Neceſſe eſt enim ad cœpta uerba reducere, & tempus edicere quando peccauerit, & quã ob cauſam & perſonam, & pœnitentiã, & correptionem, & medicinã, ut omnia diligẽtius addiſcentes, inſtructi recedatis. Iſte ergo Dauid adoleſcẽs ciuitates quidẽ

ac turbas aſugiens, per eremũ uero philoſophatur, nihil cõmune ſeculariũ habens, non negotiationes, nõ fœnerationes, nõ aliquid difficile mundi iſtius, ſed & parua ætate in deſerto ſilentij habitabat: & ſicut in portu tranquillo in eremo ſedẽs, & ouium curam habens, regnũ cœleſte meditabatur. Iſte ergo adoleſcens erat ualde paruulus quidem ætate, ſenior autem mente, & ætas parua nihil impediebat tantæ uirtuti. Et cum eſſet adoleſcens aduerſantes ſibi fortiter ſuperabat, nõ robore corporis, ſed uirtute fidei. Attende diligen- 1.Reg.16.e
tius quæ dicuntur. Contigit aliquando diſpli-
cere deo regem Iudæorum, mittit Samuelem illico deus ad huius paruuli patrem. Et cum ueniſſet Samuel ad Ieſſe patrẽ Dauid, adoleſcẽs in eremo oues paſcebat. Non ceſſabo ſæpius adoleſcentulum nominare, ut nullus neq; iuuenẽ culpet, neq; ſenem collaudet. Non enim canicies laudabilis, neq; iuuẽtus culpabilis Multi quippe & in iuuentute philoſophiã demonſtrauerũt, & in ſenectute lapſi ſunt. Nam tres pueri in ignem ſunt regis im- Dan.3.c
perio miſſi, & quia uirtute cœleſti prædíti erant, quam ſibi bene uiuendo acquiſierãt, flammas in rorem conuerterũt. Sed & Daniel cum eſſet duo decim annorũ, leonum rabiem in ouium manſuetudinem cõmutauit, & ferociam illorum fide fregit. Neq; enim iuuenem culpes, nec collaudes ſenem. Non enim in differẽtia ætatis uirtus, ac malitia cognoſcit̃, ſed in differentia mentis. Quòd ſi fueris ſobrius, nihil te immaturata nocebit ætas: & ſi fueris negligens, ſenectus tibi nihil prodeſſe C poteſt. Canicies autem ſapientiæ nõ capillos candidos requirit. Iſte ergo paruulus cum eſſet, maturum uirtutis poſsidebat animum. Venit ergo ſanctus Samuel ad Ieſſe conſtituere regem, non multitudine uallatus militum, nec ambitione ſuperba adueniens: ſed cornu in quo erat ſanctum oleum habens in manu, & dicit ei: Miſit me deus ad te, ut ex filijs tuis conſtituã regem. Et æſtimans ille primogenito aptam filio dignitatẽ, adducit eum in medium. Cui dicit Samuel: Tranſeat nõ enim cõ placet deo. Venit & ſecundus, nec ipſe placuit, ſimiliter & tertius, & quartus, & quintus, & reliqui. Iamq; complebatur numerus filiorum, & qui quærebatur, non inueniebatur. Dicit ei Samuel. Nunquid defecerunt filij? Erubuit pater. Habeo, inquit, unũ paruulum & contemptibilem, qui paſcit oues: tu aũt regem requiris. O pater, paruulũ & paſtorẽ Dauid dicis? Homo deſpicit, ſed deus coronat. Non enim ſicut uidet homo, uidet deus. Homo in facie, deus aũt in corde. Nunquid magnitudinem corporis quærimus? Ingenuitatem animæ deſideramus. Conſiderate diligentius. Non dixit ei deus: Vade & unge mihi Dauid: ſed, uade & unge mihi unum de filijs Ieſſe. Et cur dubiẽ, non ſpecialiter Dauid nominauit? Ne ſicilicet pateretur Dauid, quod paſſus eſt Ioſeph. Si- Gen.37.b.c
cut enim illi addiſcentes futurum ſibi regem inſi-
diati ſunt, & poſt multas iniurias uendiderũt: ſic formidinis erat, ne & iſti hæc eadem perpetrarẽt. Vna ignorantia, cautelæ effecta eſt mater. Stabat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Igitur Propheta hæsitans, & quærebat unum de filijs eius. Cui ille: Non habeo, inquit, nisi infantem paruulum pascentem oues. Vbi sunt qui semetipsos adornant extrinsecus, & depingũt? No lo pulchritudinem corporis, honestatem mentis requiro. Quid eñ est speciosa mulier? Sepulchrũ dealbatum, nisi fuerit sobria, casta, pudica. Pulchritudo autẽ est sine his uirtutibus præcipitium patens, uenenum insipientibus compositum. Decus enim corporis infirmitate marcescit, & pulchritudo ægritudine tabescit: animæ aũt pulchritudo, immortalis est & æterna, & tunc maxime ostendit proprium decus, cum cessauerint passiones: tũc enim mens tranquillitate potitur. Si ergo uideris uirum aut mulierem speciosam, ne admireris: nam & roboreę arbores, cum densæ sint sollijs, & altitudine excelsæ, attamen nõ habent fructum hominibus aptum, sed porcis afferunt cibum: uinea autem per terram repens, maturum uuarum affert fructum: quid ergo uis, uineam habere, an arborem? Puto te uineam eligere magis, quæ lætitia est ad hominum usus, quàm arborem animalium escam. Quid ape utilius est? quid pauone pulchrius? Quid formica sapiẽtius? Et apis quidem dulcedinem in se habet & aculeum: pauo uero solummodo in pennis est, non in fructu decorus, formica uero contemptibilis hominibus, sed magistra uirtutum est. Venit ergo Dauid de pascuis, & ungitur iussione domini, oleo benedictionis, ministerio quidem hominis, sed dei nutu quod superposuit capiti eius cornu chrismatis omni diademate, & purpura potius, & perrexit habens regnum, non lorica indutus, non protectus clypeo, non telis munitus, sed habens benedictionem dei omnibus potentiorem. Post hoc ergo peccatis facientibus insurrexerunt Allophyli, & uastauerunt regionem Iudæam. Et cum hæc gererentur, missus à patre perrexit ad castra Hebræorum uidere euentum rei. Venit ergo Dauid ubi erat uterq; exercitus, & uidit castra Barbarorum ualde munita, & arma splendẽtia, & de suis uulneratos plurimos, & nutu dei processit pastor ad pugnam. Et qui bello fuerant assueti, pauore tremebant: & iste qui arboribus, & umbra frondium delectabatur, cum uidisset alienigenã prouocantem ad singulare certamen, irruit in eum
1.Reg.17.c spiritus domini, & dixit ad Barbarum: Quis est iste incircumcisus, qui blasphemat castra domini? Respondit alienigena: Vnde tibi superbia ista & audacia, ut audeas congredi mecum? Et maledixit Philistæus Dauid, & dixit: Veni ad me, & dabo carnes tuas uolatilibus cœli, & bestijs terræ. Dixit autem Dauid ad Philistæum: Tu uenis ad me cum gladio, & clypeo & hasta: ego autem uenio ad te in nomine domini exercituũ dei agmi num Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te. Nec pertimescam corporis proceritatem, cum insipientẽ nouerim mentem tuam: nec pauebo magnitudinem nauis, sed contemnam, quia gubernatorem non habes intus, quippe quem sciam esse aduersariũ dei. Dic mihi, quibus armis cõfidis ó Dauid? Non carnalibus, inquit, sed spiritualibus. Arma enim nostra non carnalia, sed spiritualia sunt, sed uno modo in his cum sis exiguus, confidis. Confido, ait, quia magnus est dominus: contemptibilis quidem armis ego, sed qui misit me fortis est. Ipsius enim maiestas mare conuertit in aridam, petram disrupit, & flumina emanauerunt. Et qui elementa mutauit, multò magis unum superbissimũ prosternere poterit. Et hæc quidem præueniens sermo narrauit, sed redeamus ad ordinem historiæ. Interea uenit ad fratres Dauid, & dicit eis: Quid dabitur uiro, qui abstulerit caput eius? De mercedibus disputat, non ut mercedem accipiat, sed ut illos firmiores reddat. Quid ergo faciũt fratres? Iterum inuidia, iterum liuor. Dicit ad eum maior frater suus: Quare uenisti, & quare dereliquisti paucu las oues in deserto? Ego noui superbiam tuam & nequitiam cordis tui: quòd autem non possis pugnare, manifestũ est. Ó zelus, ó inuidia omni malitia cumulata. Inuidia ignis inextinguibilis est. Etenim sicut tinea comedit uestimentum, sic & inuidia eum quidem qui zelatur consumit: eum Gen.37.c.d
autem qui inuidet, clariorem reddit. Nam & Ioseph hoc est à fratribus passus. Et illi quidem qui inuidiæ facibus urebantur, de libertate in seruitutem adducti sunt: cui autem inuisum est, rex constitutus est. Iterum æmuli, iterum fratres, nos, inquiunt, scimus superbiam & malitiam cordis tui. Quæ enim erat necessitas, aut quod desiderium tuum, nisi ut uideres prælium aduenisti? Sed quid iste sapientissimus iuuenis? Videndi, inquit, tanti prælij causa ad uos à patre huc missus sum. Nunquid nõ uerbũ est, de quo scisciatus sum? Et cum hæc dixisset, ad alium transiuit locum, & similiter interrogat, dicens: Quid dabitur uiro, qui hunc interfecerit gigantem? Fratres zelantur, & extranei introducunt ad regem, qui sedebat mœstus & formidine plenus. Et dicit ad eum: Non concidat cor cuiusquam in eo, ego seruus tuus uadam, & pugnabo aduersus Philistæum hunc. Non metuat dominus meus rex. Videte honestam & ingenuam mentem. In die lætitiæ seruitutem confitetur. Quid ergo rex? Non uales, inquit, resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es: hic autẽ uir bellator ab adolescentia sua. Noli considerare, inquit, ó rex uisibilia, sed inuisibilia: ne dixeris quia paruulus sum in ætate, sed considera, quia grandis in sensu sum. Quid ergo facto opus est? Non ei credebat rex, cogitur iam uirtutes exponere suas, dixitq; Dauid ad regem: Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & ueniebat leo, uel ursus, tollebatq; arietem de medio gregis, & sequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamq; eos. Erit ergo Philistæus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Credidit Rex signi magnitudinem, & dixit ad Dauid: Induere armatura mea, & sic egredere. Quod cũ fecisset,

iuxta

iuxta morem progredi non ualebat: quia non permittebat hoc fieri deus, sed ut nudus uinceret, & non arma Saulis uirtutem uictoriæ parirentur, ne diceret rex: Quoniam arma uicere mea. Prosijcit arma, & induit fidutiam. Egreditur nudus, & loricatus fide. Egreditur pastor, & miles iactat lapidem, non natura corporis fixus, sed uirtute fidei ex uno rotatu fundæ in fronte percussit blasphemum. Quo corruente cucurrit, & accepto gladio eius, amputauit caput illius, ut compleretur illud quod
Prou.11.a scriptum est: In operibus manuum suarum corruit impius sonitu sempiterno. Et nunc in nomine domini reportauit ex hoste uictoriam & abstulit in tempore illo opprobrium ex filijs Israel. Iterum post uictoriam zelus, iterum inuidia. Per singula quippe effodio fontem inuidiæ, ut ipsa possit uena oculis apparere. Iste ergo talis ac tantus uir ætate tritior, processu temporis fit sapientior, de quo dixit Deus: In-
1.Reg.16.c ueni Dauid filium Iesse, uirum secundum cor meum. O præclara præconia, ó laudes excelsæ, ó uirtutum magnitudo. Dominator ei dicit, Inueni Dauid filium Iesse, uirum secundum cor meum. Iste, inquam, qui bestias superauit, qui Goliath interfecit, qui leonem suffocauit, qui ursum strangulauit, qui in iuuentute senior, adolescens corpore, mente grandæuus: qui in regali culmine uitam monachi imitabatur, dicebat enim: Non margaritis ornaPsal.6.b bo lectum meum, sed lachrymis per singulas noctes lauabo stratum meum. Nũc autem homines non solum in nocte, sed & die dormiunt: ille autem in die procurabat palatium, & nocte deo uacabat, ut si fortè aliquid contraxisset peccati, per noctes lachrymis expiaret: & tanquam in portu quieto degens familiarius colloqueretur deo. Iste ergo talis ac tantus uir spiritus gratiam habens, in iuuenili ætate senior, qui usque ad æthera cœli peruenit, ut desuper mereretur laudari, qui deuicit bella, qui mille aduersum se machinas superauit, post sobrietatem, post modestiam, post castitatem cum obtinuisset regnum, & gentes subiugasset, & pax uniuersa teneret, tunc negligentior & segnior factus est: ut addiscatis quantum bonum sit tribulatio, quæ tanquam uirtutum omnium mater est. Interea dum hæc securitas esset, contigit ut meridie deambularet in solario domus regiæ. Qui curioso oculo eminus uidit mulierem lauantem se ex aduerso super solario suo. Erat autem mulier pulchra ualde. Sed pulchritudo non est in culpa, quia pulchritudo dei est donum. Vidit, inquam, mulierem lauantem se, uxorem militis, aperuit itaque in uano oculos, & suscepit sagittæ ictũ.

Chrys.

Audiant curiosi, qui pulchritudines considerant alienas, audiant qui ex spectaculis insaniunt theatralibus, qui ad excusandas excusationes in peccatis dicũt: Spectamus quidem, sed nihil nocemur. Dauid talis ac tantus læsus est, & tu te putas non posse lædi? Ille nocitus est, qui tantam habebat spiritus gratiam: & tibi quomodo credere potero sine uulnere euasisse? Et ille quidem non uidit meretricem, sed in solario domus suæ: tu autem in theatro ubi & locus condemnat animam sapientis. Ibi enim non solum uides res infaustas, sed etiam audis spurciloquia, & ex ipso incessu meretricis, habituque molliris, ubi & auditu, & cantu diabolico lædunturaures, & undique percutitur mens tua, uisus de eo quod uides, auditus de eo quod audis, & reliqui læduntur sensus, Hier.9.f
dicente Propheta: Mors intrauit per fenestras nostras: Quia oculi nostri tanquã fenestræ sunt animæ. Et cũ tantæ sint corruptelæ, tanta præcipitia, quomodo possum tibi credere, quòd à talibus bestijs uulneratus non sis? Nunquid lapideus es aut ferreus? Homo communis naturæ subditus infirmitati, igni collocaris, & non ardebis? Pone lucernam in fœnum, si poteris dicere, quoniam non exuritur fœnum. Quod ergo fœnum est, hoc & nostra natura. Vidit, inquit, eam lauantem se, & pulchram nimis, suscepit sagittæ ictum, diffusum est uenenum. Misit ad eam rex, cui illa resistere non ualebat. At ubi uenit ad eum, operatus est iniquitatem, impleuit concupiscentiam malam: iubet eam redire ad propriam domum. Hæc dico, & in medium profero uulneratum, ut omnes adstantes uideatis quomodo curatur. Nam & medicus cum putrefacta uulnera secat, habet adstantes sibi, ut uideant quomodo sanet ægritudines arte. Multò magis cum Propheta & rex secatur, cunctos oportet adstare, ut uideamus quomodo putredinem malam euadere possimus, & ab intolerabilibus uermibus liberari. Pessima & iniqua impleta est concupiscentia, peccatum consummatum est, & non erat qui curaret. Concepit itaque mulier, & Rex putabat uirum eius posse latere. Nam & si Propheta erat, tamen concupiscentia obcæcauerat eum. Prægnans ergo facta mulier, uadit ad regem, & dicit ei: O rex, perij. Et ille ait: Quid habes? Prægnans inquit, sum. Peccati mei pullulat fructus, accusatorem intrinsecus habeo, in uentre profero proditorem. Si uenerit, & uiderit uir meus, quid dicam? quid loquar? quam excusationem prætendam? Videte, & admiramini fratres, quantum mali sit delictis, & peccatis obnoxium fieri. Rex militem timet, & formidat

Universidad de Deusto
Biblioteca

subditum. Imperator coronam capiti gestabat, & cõfusionis opprobria metuebat. Nónne tu Imperator? nonne gladij potestatem habes? Habeo, inquit, sed conscientiam peccati mei timeo formidinis matrem. O ignominia accusatrix. Peccatum quod putabam latere, manifestum est. Timeo, formido quoniam confudisti me, & reum fecisti. Si uenerit, inquit, uir meus, quid dicam? quid loquar? Inueniet me grauidam, & occidet me, accusatore clamante. Naufragium perpetratũ perspicis iam charissime, quale sit, & quantum mali peccatum. Quid ergo rex? pudoris excogitato consilio, peccatis adijcit peccatum, & iniquitatem scelere uult cælare: oportet enim dilatare sermonem. In tempore nanq; illo Ioab dux exercitus Dauid in procinctu prælij aduersus populum Amonitarũ à rege fuerat directus: cum quo etiam Vrias perrexerat. Scripsit itaq; rex, ut ad se ueniret Vrias, & diceret ordinationem belli, ut sub hac occasione criminis cælaretur admissum. Venit Vrias de castris, & intrauit ad regem, interrogaturq; de apparatione belli. Respondit omnia prospera, & victoriam esse paratam. Audiuit Rex, quòd miles uicerit, & dolet quòd ipse sit uictus. Miles aduersarios subdidit, & rex à libidinis concupiscentia superatur. Miles inimicum prostrauit, & Rex à peccato superatur. Miles uictoriam annuntiat, & Rex præ confusione sua peccatum timet confiteri. Vicimus, inquit, & superauimus: stupebat rex, & præ confusione peccati, pugnæ uictoriam non sentiebat, eo quòd ipse sit uictus. Vide itaq; clementiam dei, quomodo immutat consilia hominum, qui in malis suis celare cupiunt, quod admittunt. Dicit militi: Vade in domum tuam, & laua pedes tuos, & requiesce paulisper, quia de uia uenisti. Propter quam nam causam ó Dauid solicitus es, dic mihi? Ille enim nesciebat ad domum suam pergere, aut lauare de itinere nõ consueuerat pedes? Ob hoc, inquit, plenum pietatis do consilium, si potero quo pacto obumbrare sceleris magnitudinem, & uulneri superducere cicatricem, ut illius esse dicatur quod meum est. Sed inextinguibilis oculus non concessit, parcens ei qui fuerat uulneratus. Quid ergo miles ad ista? Quomodo, inquit, possum, cum arca testamenti, & uniuersus exercitus super faciem terræ maneat, ut ego ingrediar domum meam, & comedam, & bibam, & dormiam cum uxore mea? Per salutem tuam non faciam rem hanc, ut ego in delicijs, & alij in pugna. Hæc nescíens dicebat miles opprobrium afferens regi, qui uoluerat eum sub dolo illicere suasu, ut posset suum obtegere uulnus. Quoniam igitur celare nõ potuit adulterium, copulat homicidium, & excogitato consilio facit Epistolam, & remittit eum ad ducem exercitus, continentem hunc sensum: Pone, inquit, Vriam ex aduerso belli, ubi fortissimum prælium est. Dic mihi ob quam causam? scilicet ut interficiatur. Et signatam Epistolam tradidit militi. O infelicitas peccati, gladium aduersum se nescíens portabat, qui iniustitiam fuerat passus, & Epistolam ferebat sanguine plenam, sicq; perrexit. Opportet enim succidere ea, quæ sunt peccati. Stetit igitur in pugna, occisus est, cecidit. Ecce duo peccata, homicidium & adulterium. Homicidium adulterij fructus efficitur, & mala cogitatio sceleris crimen est. Hæc dico propter peccatores, qui sibi multum sunt malorum conscij, ut audientes de sua non desperent salute. Scriptum est enim: Non mœchaberis, non homicidium facerís. Duo igitur hæc prima mandata transgressus est, homicidium adulterio copulauit. Grande uulnus, pessima plaga. Quoniam ergo Vrias in bello occubuit, statim exulauit peccatũ. Tunc iam perrexit ad eum Nathan Propheta. Consummatum est peccatum, completa est iniquitas, ablatus est è medio qui iniustitiam fuerat passus. Venit igit ad eum Nathan Propheta. Propheta ad prophetã uenit. Quam ob causam uenit? certè & Dauid Propheta erat. Quomodo ergo seipsum curare non potuit? Sicut enim medici quando ægrotant, alio rum medicorum auxilio indigent, & infirmitas obliuioni dat artem: sic & in hoc Propheta. Ille Propheta, & iste: sed ille sanus, iste autem graui uulnere sauciatus. Dicunt ei: Adest Nathan Propheta. Iubet ut ingrediatur. Ingreditur ergo Propheta, cõspicit regem sedentem in solio suo amictum purpura, & caput lapide pretioso ornatum, hinc inde uallatũ prælidio militum, cum magna gloria exultantem. Dicit ad regem: Sermo mihi ad te ó rex. O sapientia medici. Intrauit portans gladium, ut secaret uulnus, sed infirmanti non ostendit, ne abhorreret medicinam. Abscondit deintus ferrum, non sub uestimento, sed sub uelamine narratio nis. Statim enim ut introiuit, non dixit, ó inique, ó immunde, ó adulter, ó homicida: non usus est nuda coargutione, non causæ iactauit fiduciam, sed erat ferrum absconditum. Quid igitur dicit? Causam habeo. Cui ait rex: Edicito causam tuam. Duo, inquit, uiri erant in ciuitate una, unus diues, & alter pauper: diues habebat oues & boues plurimos ualde, pauper autem nihil habebat omnino præter ouem unam paruulam, quam emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filijs eius, simul de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratq; illi sicut filia

1. Reg. 11. c

filia. Cum autem peregrinus quidam uenisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus, & de bobus suis, ut exhiberet conuiuium, pauperis ouem tulit, & præparauit cibum illi peregrino. Duo homines, Vriam & Dauid addisce personas. In ueritate pauperculi ouẽ mulierem dicit, hoc est uxorem eius, quæ adulterata est, quæ de mensa eius uescebatur, & de calice eius potabat, & in gremio eius cubabat. Considera, pauperem incentiua pietatis habere fulcimina: in diuitibus autem multam superbiam: apud pauperes uxor & ancilla, & ministra est, & procreat filios, & ipsa mater & nutrix est. Apud diuites autem non est ita, sed cum generauerit filium, statim eum tradidit foris, & pietatis insignia abscindit superbia. Erubescit fieri nutrix, quæ facta est mater. Christus autem non ita. Ipse nutritor est noster, ideo & pro cibo propria nos carne pascit, & pro potu suum sanguinem nobis propinauit. Quis ergo in gremio eius cubabat. Auxit parabolam narratione pietatis. Venit ergo peregrinus homo ad regem illum. Quis itaq; est peregrinus? Concupiscentia uidelicet. Vt ergo illius ostenderet castitatem, peregrinum concupiscentiam nominauit. Nunquam alienas nuptias dissipauit, neq; iniquis conspexit oculis, sed percussus in illa muliere perdidit castitatem, quia paululum se remissiorem reddiderat, securitate pacis. Venit peregrinus, iniqua & agrestis cõcupiscẽtia, ad illũ diuitem uenit, & ille non accepit de gregibus aut armentis suis, ut peregrino pararet epulas, sed misit, & rapuit ouem pauperis, quæ in sinu eius cubitabat, & de mensa eius edebat. Cum hæc ergo audisset rex Dauid, iratus est ualde aduersus hominem illum. Et dixit ad Nathan: Viuit dominus, quoniam filius mortis est uir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum, & ipse gladio punietur. O iudicis supereffluentem iustitiam. Non enim erat illa amoris, & umbra suspicionis, ut iustè non diceret. Iubet quidem in quadruplum secundum legem restitui. Lex enim præcepit furantẽ quadruplici restitutione uinciri, iste autem & legem est prætergressus: iubet quippe & ipsum interimi, & in quadruplũ obnoxium detineri promisit, itaq; sententiam & iudicium elimatum. Cum hoc audisset Propheta, iactat omnem umbram imaginis, & in medium profert gladium, & cum fiducia dicit: Tu es Rex, qui hoc opus fecisti. O sectura, non gladio secans sensum doloris, sed in compendio accusationis. Cum enim oportuit, occultauit narrationem: cum uero tempus inuenit, statim percussit, & abscidit sine grandi plaga uulnus. Sed hoc solummodo dicens: Tu es rex. At ille uelociter rediens ad conscientiam, tanquam fidelis & idoneus seruus, culpam sim pliciter cõfitetur, & dicit: Peccaui domino. Vides & in dolore ingenuitatẽ animi? Nec dixit ad eum, O ille tu cur non considera fragilitatem humanam? cur non temetipsum carnalem intelligis? aut nescis me in culmine cõstitutum esse regalis? cur mihi audacter impegisti crimẽ? sed quid dicit? Peccaui domino, statimq; Propheta: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris. O arguta pœnitentia, ó uelocior indulgentia. Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, ut iustificeris. Per opera quidẽ exacerbasti, sed fideli confessione pœnituisti. Hæc dico, ut audiant peccatores, & qui in multis delinquerunt, ne desperent medicinam domini, tantum fideliter, & non subdole pœniteant. Peccaui, inquit, domino: & ille ait: Dominus quoq; transtulit peccatum tuũ, non morieris. Tu quidem dixisti: Reum gladio interimi: ego autem dico: Nõ morieris. Vidisti quomodo deus prophetæ causam exoluit? Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, ut iustificeris. Psalmus ergo Dauid, quando uenit ad eum Nathan Propheta. Hic ostenditur cõfessio fidelissimi famuli eius, bonitas & indulgentia clementissimi dei: didicimus igitur quomodo sit curatus, & qualẽ susceperit medicinam. Quando autem dominus iustificat, quis est qui condemnet? Non enim dixit Nathan, quia ego concedo: sed, dominus, inquit, transtulit peccatum tuum. Secuit uulnus, sanies egressa est, curata est plaga. Et post hæc uerba abijt Propheta in domum suã. Hæc autem omnia egit Nathan, ut ostenderet huius uiri benignitatẽ, & mentis eius correptionem: qualem acceperat indulgentiam peccatorum, qualem consecutus sit ueniam delictorum, & erga dei fidelem famulum largam clementiam. Non solum autẽ post pœnitentiã palàm edicit uulnera sua, sed & in posterũ uniuersæ nationi eadem manifestat. Et psalmum scripsit, ut non remissiores post pœnitentiam efficiantur homines, & ut sciant quantam fabulam concupiscentiæ habeat tragœdia. Subintrante enim pœnitentia, uenit & fiducia. Quia ego saluatus sum, inquit, quare non & alij me narrante saluentur? Deus mihi concesit, propterea scribo, ut & uulnus, & medicamenta uniuersi cognoscant. Non timeo confusionem, quia meam salutem desidero. Sic & Paulus fecit, confessa sibi peccata publicat, dicens: Gratias ago deo, qui me confortauit in Christo: quia fidelem me existimauit, qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed nunc fidelem me fecit. Propterea, inquit, memetipsum publico, ut si quis est blasphemus & iniuriosus, & multis obnoxius malis non desperet

Exod. 22

1. Tim. 1. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

salutem: tantum est ut recedat à malis, & faciat bona, & habebit spem salutis, Quia nolo mortem peccatoris, dicit dominus, tantum ut conuertatur & uiuat. Et tu ó Dauid quoniam mœchatus es, & homicidium perpetrasti, ideo pœnituisti, & remissionem à deo meruisti. Propterea temetipsum publicas, ut si quis est mœchus & homicida, discat, quoniam si conuersus pœnituerit, potest ad salutem uenire. Ideo utraq; ante oculos posuit, & peccatum, & pœnitentiam, & salutem, ut eligamus salutem. Hoc est ergo putas solummodo quod quæritur, ut omnibus notum faceret peccatum, & curationem suam? Non. Sed quid aliud? Ego dicam. Sicut enim audistis, quia pœnitentia multam & magnam habet remissionem, & grandem nobis prouidet apud deum fiduciam: sic & illud necesse est uos audire, quia non solum pœnitentiam putat sibi sufficere, sed formidat & tremit, ne in talia deinceps incidat mala. Volo ergo ostendere, quia Psalmus non tantum peccatorem demonstrat, sed & pœnitentem. Et hoc charitati uestræ dico, ut nemo sibi post pœnitentiam applaudat, & quasi securus remissius uiuat, sed magis cautius agat, ut salutem suam in portu tranquillitatis constituat. Volo ergo ostendere eum, quoniam sanatus est, & melior sui factus, & potentior, & fortior. Sed forsitan dicis: Quomodo denuò desiderans inueniC tur? Et iterum pugna, iterum peccatum. Sed quemadmodum emendauerit, & desiderium
2.Reg.23.b suum Deo obtulerit, exponam. Contigit quodam in tempore ab Allophylis obsideri Bethlehem, cum castra posuissent in ualle gigantum. Quod cum audisset Dauid, contraxit exercitum suum, & ueniebat contra eos in diebus messis. Desiderauit autem Dauid, & ait: Quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam? Irruperunt ergo tres uiri fortes de comitibus eius contra Philistæos, qui uallauerant urbem, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. Et ille noluit bibere, sed libauit eam domino, dicens: Propitius mihi sit dominus, ne faciam hoc. Num sanguinem istorum hominũ qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere, iterum pugna cogitationum, iterum disceptatio: sed illa quidem concupiscentia lege prohibebatur, hæc uero in tempore æstus sitienti necessaria & debita erat. Et cum fortissimi uiri conciti perrexissent, & in periculo animarum suarum exhibuissent aquam cupitam: quomodo transeuntes aduersariorum multitudinem? Allata ergo aqua intellexit rex

A quid fecerit, quia in pugna ualidissima sitim suam non ualuit continere. Ideóque uicit desiderium suum, quod sciuit cum alieno periculo adimpletum. Allatam accipiens aquam bibere noluit, sed semetipsum reprehendit, & domino eam libauit: non enim aqua erat, sed sanguis. Non natura sanguinis in causa erat, sed desiderium, & uoluntas sua. Vides iam quomodo castigatus de priori concupiscentia, postmodum cautior est factus, & qui corpus adamauerat, & ruerat, aquam desideratam & necessariam, & sitiens bibere noluit, & uictor sui factus est. Hæc loquor propter eos, qui fornicati sunt. Concupisti forsitan meretricem, & peccasti, facere quidem non debueras. Sed si cupis agere pœnitentiam, quod B maxime debes: quia & damnum seculi sentis, & animæ detrimentum, ne adijcias peccatum super peccatum. L forsitan dicis: Quomodo me abstinere possum? Dabo tibi consilium. Vxorem habes, licita utere uoluptate. Si non habes, expedit nubere, quàm fornicari. Sed non possum, inquis, me continere. Hoc pusillanimitatis est & negligentiæ tuæ, qui dei præcepta contemnere malles, quàm facere. Quòd si ostendero tibi alium, nec uxorem habentem, nec fornicantem, sed sobrium & pudicum: quam habebis excusationem? Et ille quidem in pelago huius seculi nullo quassatur naufragio, & tu in portu constitutus ad naufragium deuergeris. Habes uxorem, fornicaris, magis autem mœcharis. Et quomodo, inquit, possum incentiuas uincere passiones? fruere uxore, quia præcepit beatissimus Paulus, dicens: Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat, & unaquæque uirum suum habeat. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter & uir sui cor- 1.Cor.7.d poris potestatem non habet, sed mulier. Si ergo allicuerit te meretricis aspectus & sermo, reuolue intra temetipsum huius præcepti sententiam, & dicito: Quoniam uir sui corporis potestatem non habet. Verbum hoc scribe in facie tua, & dicito meretrici: Quid me uocas? D Non est meum corpus, sed uxoris meæ, nec au deo prodere. Alienum dotis eius non poteris mutare, neq; facultates eius impendere: & quo modo audeo corpus eius fœda polluere macula? Dicito ei, debitum hoc uxoris, non tuum: dicito ei: timeo Christum, quoniam membra hæc de corpore sunt Christi. Audiant ergo & mulieres & timeãt, & intelligant ubi hoc mandauerit Christus, & dicãt: Quoniam mulier sui corporis non habet potestatem, sed maritus. Scio multas mulieres per bonam conuersationem lucrasse uiros suos, & castitatis exemplo

prouo

prouocasse ad pudicitiam, & prudenti consensu A tes: ut per abstinentiam, & bonam conuersationem in hoc seculo conscientiam puram habẽtes, coronari in futuro mereamur, per Christum dominum nostrum, cum quo est deo patri cum spiritu sancto, honor, gloria, & potestas per immortalia secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM L. HOMILIA II

RELIQVIAS hesternæ mensæ hodie uobis reddere uolo. Sed reliquias & mensam cum audis charissime, nihil palpabile arbitreris aut crassum. Non enim carnem concidimus, sed uerbum dei uestræ insinuamus menti. Ex mensa enim corporali, si una uel secunda die caro cocta manserit, caro deperit, & corrumpitur. In proloquenda autem sapientia aliter est. Si integrum permanserit annum, suauitatem suam longè lateq; diffundit. Remansit caro & post paululum perputrescit. Remansit sapientia, & suauior redditur. Comedit quis carnem, sentiet corruptelam. Comedit sapientiã, eructat uerbum bonum, & proximum suum replet dulcedine. Ideo Propheta quia tales escas edebat, fidutia liter dicebat: Eructauit cor meum uerbum bonũ. Psal.44.a
Commouentur iterum undæ, sed mens constantior fit. Agitantur corpora, sed auris dura & intrepida fit. Et cum omni intentione audiamus quæ dicũtur. Vidistis hesterna die charissimi Prophetam loquentem, & Dauid regem cadentem, surgentem, uincentem, coronatum, & publicatum. Vidistis peccatum insurrexisse, & per imprudenC tiam corruisse: & tanquam fera quædam peccatum insiliens, & allidens, sed ingressa pœnitentia releuans, & exaltans medendo uulneri spe salutis. Vidistis Prophetam arguentem. Vidistis & regem philosophicè portantem. Vidistis secantem medicum, saniem uulneris defluentem. Vidistis pœnitentem, & mortuum uiuificantem. Audistis dicentem regem, peccaui domino, & prophetam 2.Reg.12.c respondentem: dominus transtulit peccatũ tuũ. Velox confessio, uelocior medicina. Facto peccauit, uerbo pœnituit. Annuit deus, correctio facta est, uulnus apparuit, & sanitas redit, sed non fuit his Propheta cõtentus. Nam post correptionem, post pœnitentiã, post emendationem, post peccatorum ablutionem psalmum hunc conscribit, ita ut etiã posteræ generationi fiat illius passio medicina, & illius naufragium sit alijs portus, & quibus ille uulneratus est, & emendauit, alijs in hisdem incidentibus ipsa possint uti medicina, & emendatione sanari. Sed nunc uideamus quid dicit psalmus, & cum syncero affectu audiamus.

Miserere mei deus, secundum magnam miseri cordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarũ, dele iniquitatem meam.] Quid amplius quæris? O Dauid perseuera gratias agẽs, indesinẽter glorifica, quia ablatum est peccatum tuum. Sed uolo, inquit, & cicatricem extenuare. Ablatum est uulnus, uolo & pulchritudinem recipere. Ideo dicit: Miserere mei deus.] Ad misericordiã, inquit, cõfugio ad cõmunem peccantiũ portũ: nec enim cõfido operib, meis, si quid fortè

boni

1.Cor.10.b nicaberis. Statim turbatur, & tanquã inter duos scopulos positus naufragium sustinet nauis, cui portus clauditur. Nolite ergo fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus. Et enim ubi pax est, ibi omnia prosperabuntur. Vbi sobrietas uicet, ibi unanimitatis abstinentia coronatur. Vbi autem intemperantia dominat, ibi pugna & contentiones non deerunt. Nolite ergo fraudare inuicem nisi ex consensu. Beatissimus Paulus tanquam bonus dispensator, quippe qui uniuersum orbem cupit despondere Christo, castitatis insignia præbens, propterea non erubescit dicere: honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatũ, quibus etiam ipse dominus interfuit, & pietatis suæ largitus est munera, aquam commutans in uinum: figuraliter ostendebat, ut intercessu uirginitatis nuptiæ, quæ quasi generales & licitæ sunt, nutu dei palmam abstinentiæ mererentur. Curre ergo quantum potes, si lassaueris, ad portũ reuoca pedem, dicente Paulo: Et iterum in idipsum reuertimini, ne tentet uos satanas propter incontinentiam uestram. Castitas enim sine comitibus suis, ieiunio uidelicet & temperantia, citò lassescit: quòd si his quasi adminiculis roborata fuerit, perfacile coro D nabitur. Tria enim sunt hæc, uirginitas, nuptiæ, fornicatio, nuptiæ mediæ, fornicatio deorsum, uirginitas sursum. Virginitas nanq; coronam habet, nuptiæ laudem mediocrem, fornicatio pœnam atq; iudicium. Vide ergo si abstinere uis, cum consilio facito, & sic arripe iter, considerans corpus tuũ, quia summam rem desideras, tanquam bonum pædagogum adhibe tibi ieiunium & temperantiam, & perges fidutialiter, quò desiderasti. Nam & cum quis natare disponit, prius considerat & deliberat, ut exuperare possit natando, qd cœpit. Sic & tu, bonum est quod habes, sed si meliorem partem habere cupis, sapiẽter & consulte arripe: consiliatorem habes Paulum dicentem: & qui habent uxores, sic sint tanquam non haben-

Universidad de Deusto
Biblioteca

boni feci: miserere mei deus, quia misericordia tua
inæstimabilis est, omnem excedens sermonem,
interpretari nequiens, peccatorum consolatio, iu
storum cautela. Non enim solummodo peccato-
res saluantur, sed & iusti misericordia circundan-
Mat.16.c tur. Audi deniq; quid Petro dixerit Christus, co-
lumn- & fundamẽto fidei, qui ob robur confes-
sion- uocatus est Petrus, dicente domino: Tu es
Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam
meam. Et iterũ: Simon, inquit, quoties uoluit sa-
tanas cribrare uos sicut triticũ, & ego rogaui pro
te, ne deficeret fides tua. Vides quoniã & iusti mi-
sericordia indigent, ut ex peccatoribus iusti fiãt,
1.Tim.1.g & iustificati iusti maneant. Nam & beatus Paulus
per misericordiam talis est factus. Gratias, inquit,
ago, qui me confortauit Christo, quia fidelem me
habuit, cõstituẽs in ministerio, qui prius fui blas-
phemus, & persecutor, & cõtumeliosus. Quomõ
Act.9.d ergo saluatus es ó beatissime Paule? Sed propter
hoc inquit, misericordiam cõsecutus sum. Vides
& iustum per misericordiam saluatũ? Prius quip-
pe ecclesiam domini persequebatur, & Christia-
nos in carcerem detrudebat, & tanquam singula
ris fera uineam domini deuastabat. Prophetas le-
gerat, & prophetatũ ignorabat. Paterna lege do-
ctus, datorẽ legis nesciebat. Quomodo ergo mi-
sericordiam consecutus est? Saule Saule, quid me
persequeris? O ineffabilis misericordia dei quo-
usque descendit. Quid me persequeris? Patrem,
Mich.6.a inquit, suũ imitatur. Nam & ille populo Hebræo
rum dicebat: Populе meus, qd feci tibi, aut quid
molestus fui, aut in quo contristaui te? responde
mihi. Et filius eius Saulo dicit: Saule Saule, quid
me persequeris? Quid ergo ille? Quis es domi-
ne? Illico dominationem confitetur. Vidisti ani-
mæ generositatem, uidisti humilitatem famuli di-
centis: Quis es domine? Ego sum, inquit, Iesus
Nazarenus, quem tu persequeris. O ineffabilis
sapientia domini. Quare non dixit: Ego sum filius
dei? Ego sum in principio uerbum: Ego sum,
qui in dextera patris sedeo: Ego sum, qui in for-
ma dei consisto: Ego sum, qui cœlum extendi:
Ego sum, qui terram super aquas fundaui: Ego
sum, qui mare diffudi: Ego sum, qui ubique præ-
sens sum, & omnia repleo: Ego sum, qui semper
sum, & natus sum? Quare non dixit magna illa
& admiranda præconia? Sed quid ait illa beni-
gna pietas, & ineffabilis clementia? Ego sum
Iesus Nazarenus, de inferiori loco, de parua ciui
tatula. Cur autem semetipsum de humiliori no-
minauit loco? Nesciebat enim eum persecutor. Si
enim scisset, nõ utiq; persequeretur. Ignorabat quo-
niam de spiritu sancto natus est. Nã quòd de Na-
zareth erat nõ ignorabat. Si ergo dixisset ei, quo-
niam filius dei sum ego, & in principio uerbũ, qui
cœlum feci & astra ornaui, haberet dicere: Alter
est ille, & alter est is, quẽ ego persequor. Intellexi-
stis charissimi quæ diximus. Si dixisset illi magna
illa, & excelsa mysteria, habuit dicere: Non est
iste, qui crucifixus est. Et ideo dixit, ut sciret, quia
ipse esset quem persequebatur, qui carnem induit,
qui figuram serui suscepit, qui cum eodem con-
uersatus est. Qui passus est, qui mortuus, & sepul
tus. De inferiori loco semetipsum nominat, dicẽs:
Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris,
quem nosti, quem scis, qui tecum est conuersatus.
Propterea statim dominum est confessus, quia de
cœlis uocantem audiuit. Tantum quippe descen
dit dominus, quantum seruus ascendere poterat.
Propter hoc & misericordiam consecutus sum,
inquit. Ideo & Dauid: Miserere mei deus secun- Mat.15.d
dum magnam misericordiam tuam. Et secũdum
multitudinem miserationum tuarum dele iniqui-
tatem meam. Nam & Chananæa illa ad istũ con-
fugit portum: Miserere, ait, mei, filia mea male à
dæmonio uexatur. Vbi misericordia flagitatur,
interrogatio cessat. Vbi misericordia postulatur,
iudicium nõ sæuit. Vbi misericordia petitur, pœ-
næ locus non est: Vbi misericordia, quæstio nul-
la. Vbi misericordia condonata responsio est. Mi-
serere mihi, solummodo uolo: ut quid à me expe
tis quæstionem? Dixi semel, quòd misericordiam
inæstimabilem quæro. Miserere mei deus, secun-
dum magnam misericordiam tuam. Dixisti ma-
gnam, edicito quantam. Quanta sit, nescio: quòd
grandis est, noui. Quantum autem, non ualeo ap
prehendere, nescio magnitudinis quantitatem,
non comprehenditur uerbo. Video nanq; fructũ
misericordiæ grandem. Nisi enim in immensum
extenderetur, admodum pauci saluarẽtur. Hanc
misericordiam filius eius ostendit. Veniens enim
misericordia sua saluauit cunctos. Miserere mei
deus. O portus omni tempestate carens, ó por-
tus omni tranquillitate plenus. Grande barathrũ
peccatorum meorum, sed multa domini mei hu-
manitatis cautela: factus est homo, ecce miseri-
cordia magna. In utero uirginali conceptus est
quod eras tu, ut tu quod nõ eras, esse posses. Hoc
misericordiæ ineffabilis magnitudo. Dum esset
paruulus, ab extremis finibus uocauit Magos,
post illos Publicanum, post hũc meretricem, post
illam latronem, post istum uocauit blasphemum.
O noua uocationis principia. Dominabantur dæ
mones, male orbis gubernabanꝫ negotia, præua
luerant peccata, impietas omnes possidebat, alij
dæmonibus libabant, alij creaturas pro deo ue-
nerabantur, alij immũditiæ & omni spurcitiæ ser-
uiebant, & ipsi qui legem acceperant, per præua-
ricationem legis deum contemnebant. O gran-
dis misericordia domini. Cum omnis mũdus con
clusus in peccatis esset, uenit creator uniuersita-
tis, & principia peccantium euacuauit, ut nullus
postmodum desperaret de salute. Si impius es, co
gita publicanum, si immundus es, attende mere-
tricem: si homicida es, perspice latronẽ: si iniquus
es, cogita blasphemum. Considera Paulum apo-
stolum, prius persecutorem, postea annuntiato-
rem: prius peruasorẽ, postea dispensatorem: ante
hoc zizania, post hoc frumentũ: antea lupum, po
stea pastorem: antea plumbum, postmodum au-
rum: antea piratam, postea gubernatorem: ante
dispensatorem ouium, postea dispensatorem ec-

clesiæ

clesiæ: primò euellentem uineam, postea plantan
tem: prius dissipantem, & postea ædificantem. Vi
disti multimodam malitiam: sed perspice ineffabi
lem misericordiã. Vidisti superbiam seruuli: con-
sidera beneuolentiam domini. Nolo mihi dicas,
blasphemus sum: nolo dicas persecutor sum, im-
mundus sum. Habes omniũ ostensiones, in quẽ
uoluerís portum confugito. Vis in nouum, uis in
ueterem? In ueteri Dauid, in nouo Paulus. Nolo
accusationes mihi asseras, nolo mihi ignauiã tuã
prætendas. Peccasti, pœnitere. Millies peccasti,
millies pœnitere. Hæc assidue infundo medica-
menta, & tumorem intercipio. Noui enim mul-
tum conscientiæ cruciatum, scio quanta est despe
ratio. Stat diabolus gladium acuens, & dicens in
hæc uerba: Omnem iuuentutem tuam confudi-
sti, omnem uitam tuam perdidisti. Antè eras in
theatro cum amicis, in circo cum sodalibus, in lu-
panari cum meretricibus. Deinde rapuisti, auari-
tiæ studuisti, periurasti, blasphemasti: quę iam tibi
salutis spes est? Peristi, peristi, fruere ergo iam uel
præsentis uitæ uoluptatibus, ducito in lætitia cor
tuum. Hæc diaboli uerba sunt, ista inimici consi-
lia: sed mea contraria sunt uerba. Si lapsus es, po-
teris surgere: peristi, sed poteris saluari: fornica-
tus es, sed poteris continere: mœchatus es, sed po
teris liberari: ad spectacula proruebas, sed poteris
reuocare pedem: cum malis hominibus uersaba-
ris, poteris recedere, & cum bonis esse: in utraq;
parte liberum habes arbitrium, tantum uel parua
incipiat esse conuersio, paululum pœnitere. Fun
dant oculi lachrymam, redi ad cõscientiam tuam,
considera teipsum, propone ante oculos iudicij
diem, & paradisi delitias, quæ præparantur san-
ctis. Occidisti, sed pœnitere: mœchatus es, sed cõ
fitere: cecidisti, sed resurge: uulneratus es, adhibe
tibi curam, dum uiuis, dum spiras etiam in ipso le
cto positus, etiam, si dici potest, exanimãs, ut iam
de hoc mundo exeas, non de compede libereris.
Pœnitere, non impeditur temporis angustia mi-
sericordia dei. Quomodo, inquit, & qualiter? Hul
ceribus plenus sum, uulneribus refertus. Mille
criminibus obnoxius, non possum in nouissimo
pœnitere die. Potes, & ualde potes charissime, in
exitu tuo cogita deum, in testamẽto relinque pau
peribus. Tu illuc uadis, & opera tua manent. No
lo mihi dicas: Vnde nosse potero, si qualemcunq;
ueniam habeo? Vbi misericordia dei imploratur,
quæstio non expetitur. Quando ille curat, nolo
diffidas, tantum nos uel paululum conuertamur.
Stat medicus secans, & innumeras adhibens cu-
rationes, & nõ interrogas, quomodo curaris, sed
concedis arti: seruo cõcedis, & deo misericordiæ
non concedis? Noli dicere quomodo, sed magis
admirare, & glorifica. Nam & ego te interroga-
bo, quomodo latro saluatus est? quippe qui om-
nem uitam suam cruentam habuit, homicidijs,
persecutionibus, direptionib. Mille obrutus ma-
lis, & non pœnituit, dum adhuc esset in terra: ab
hominibus quidem pro scelere suo cõdemnatur,
à deo autem per bonam cõfessionem coronatur.
Vnius diei uitę spatiũ nõ erat, Dominus in cruce
clauis affixus pendebat, iamiamq; moriturus nõ
desperauit salutem suam, & certe socio eius reni-
tente. Sed hic confessus est dominũ pœnitens fa-
cti sui, & paradisi ianuam meruit aperire. O latro
nis admiranda fides, & in cruce positus uim fecit,
& intrauit regna cœlorum. Sed quemadmodum, Luc.23.f
inquit, saluatus est, discere cupio. Audi uerba la-
tronis: Memento, inquit, mei domine, cum uene-
ris in regnum tuum. Et tantum prævaluit sermo,
prævaluit confessio, adiuuante misericordia dei.
Et quia ex animo pœnituit, & confessus est deum
esse Christum, & paradisi meruit esse colonus. Si
me interrogas, quomodo? nescio quomodo, nec
à me expetas qualitatem. Saluari solummodo cu-
pio, non requiro curationis umbram: liberari cu-
pio de ægritudine, non interrogo medicinæ ratio
nem. Si potes dicere quomodo deus est, nosse po-
teris & quemadmodum miseretur. Interrogabo
te & ego, dicito mihi: Quomodo adulteri? quo-
modo molles? quomodo masculorum concubi-
tores? quomodo fures clausira carceris habitan-
tes? Mille accusationes, inimici amarissimi, po-
testas iudiciaria imminẽs, parati carnifices, & ad
nutum regis dimittuntur. Rex homo est mei simi
lis, & meus conseruus. Quid enim, si purpura cir-
cumdatur? Sed nihil mea sententia amplius ha-
bet. Vna natura, par cõditio. Sic ingredimur mun
dum, pariter egredimur è mundo. Ipso spiritu su-
stentamur, & ad nutum eius, & paruis apicibus
puniendi soluuntur. Si hoc facit homo moritu-
rus, quanto magis Deus angelorum, & archan-
gelorum dominus? Si solummodo inuenerit, sal-
uari num poterit? Et rex quidem si dimiserit è car
cere, pœnam dabit, non peccata. Deus autem
peccata dimittit. Si dixerit adultero: Iam nolo ut
adulter sis, uerba statim uertunt in opera. Si dixe
rit fornicatori: Fornicari cessa ab immũditia tua,
illico mens eius in melius mutat. Et ut scias quia
ita est, dixit: Fiat cœlũ, & factũ est cœlũ. Præcepit
fieri terrã, & uerbũ eius in opere cesit. Volo fieri
luminaria, statim facta sunt, & astris completum
est cœlum. Sol & luna præcepto eius cõsummant
cursum suum. Volo fieri angelos, & in puncto ho
ræ tanta milia facta sunt. Et qui ex nihilo hæc o-
mnia fecit, si uult, sermone suo tua peccata non
ualet soluere, & post pœnitentiam in angelicum
constituere gradum? Quid enim est peccatum ad
domini misericordiam? Tela araneæ, quæ uento
flante nusquam comparet. Si deus uoluerit, nul-
lus impediet. Hæc dico, non ut negligentiores
uos faciam charissimi, sed ut ad fidem uos saluta-
ris expectationis adducam. Nunquam despere-
tis de uobis, sed de dei misericordia cõfidite. De-
sperate potius de illo, qui de se desperauerit, qui
reuocare pedem non uult, qui dei præcepta con-
temnit & despicit, & non se cogitat esse moritu-
rum. Considera nunc ergo charissime prophe-
tam iustum post gratiam spiritus sancti, & post
tantam ad deum fiduciam, post multitudinem
uirtutum, post tantos triumphos publicantem

semetipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

semetipsum,& dicentem. Miserere mei deus se- A
cundum magnam misericordiam tuam.] In im-
mensum misericordiæ pelagus memetipsum ex-
tendi ad dñi misericordiã. Quid amplius quæris?
2.Reg. 12.d Ó Dauid audi Prophetã Nathan dicentem: Do-
minus dimisit peccatum tuũ. Non quæro solum
peccata dimitti mihi,sed & decorem meum pristi
num quæro. Et secundum multitudinẽ miserа-
tionum tuarum dele iniquitatem meam.] Vide
quid quærat. Dele, inquit, & amplius laua me.
Plus aliquid quæro, maiorem honorẽ, maiorem
gloriam. Amplius laua me ab iniquitate mea,
& à delicto meo mũda me.] Quid ergo dignum
fecisti,ut hoc tibi fiat? Attende diligentius uerba,
& temetipsum appende misericordiæ dei. Inesti-
mabilis est, sine fine est, quæ comprehendi nõ po B
test,superans omnem sensum,omnem cogitatio-
nem. Sed quia talis est misericordia domini, ta-
men non ut homines misericordiam consecuti re
missiores fierent, quærit quiddam à nobis deus.
Miseretur quidem, sed nõ passim miseretur. Pro-
uocat nos, & dicit: Da & tu aliquid, utputa mille
scelera perpetrasti,habes onera delictorum,uolo
alleuiare pondus tuũ, da & tu manũ tuam. Non
quia ego tui egeo, sed quia uolo & te aliquid con
ferre ad tuam utilitatem. Quomodo ergo latro sal
uatus est,& tanta soluit peccata? Scito eum mise-
ricordia prouocatum, sed fide sua tanquam admi
Luc. 23.c niculo usum,in eo quod dixit: Memento mei do-
mine,dum uenerís in regnum tuum. Quid contu
lit deus saluti ipsius? Remissionem uidelicet pec- C
catorum. Quid uero intulit latro? Iudicium salu-
tis suæ, confessionis fidem. Qualem? Grandem,
excelsam nimis, cœlum tangentem. Quomodo?
Ego dicam: Iudæi uiderunt mortuos suscitatos,le
prosos mundatos,dæmones fugatos,mare infre-
natum, piscem stateremportantem, stellam rutí-
lantem, magos concurrentes, Herodem turba-
tum. Hæc omnia uidentes, crucifixerunt Chri-
stum. Latro uero nihil horum uidit, sed conside-
rabat sputis repletum, crucifixum, aceto potatũ,
& felle. Et cum hæc omnia uideret,nõ est scanda-
lizatus,sed regẽ cœlorũ confessus est. Vides quo-
niam non sine causa misericordiã consecutus est,
quia & ipse fidem intulit ad salutem suã: necnon
& publicanus aliena iniuste auferens, quomodo D
saluatus est? Transiẽs nanq; Christus, dicit ad eũ:
Luc. 5.f Veni sequere me. Qui statim exurgẽs, secutus est
eum. Et sicut latro confessionem intulit,sic publi
canus obedientiã suam, & meruit in apostolatus
ordinem collocari. Sicut enim cum quidam graui
ægritudine uexatur, & multimodis indiget me-
dicaminibus,& attenuatus est sumptibus,si intro
ierit medicus,& dixerit ad eum qui ægrotat: Plu-
res species ad confectionẽ medicaminis necessa-
riæ sunt. Respondeat uero ægrotus: Non habeo
unde tantas species emam, paupertate detineor.
Dicat ad eum medicus: Illam & illam da mihi spe
ciem tantũ, cætera de meo præstabo. Sic & deus
dicit: Da mihi confessionem tuam, & lachrymas
pœnitentiæ, cætera aũt pro misericordia mea, &
humanitate tibi præstabo. Ideoq; rogat Dauid, ut
multum ab iniquitate sua lauetur. Quid ergo pro
hoc munere intulit? Dixit miserere mei deus, &
usquequaq; laua me ab iniquitate mea, & à deli-
cto meo munda me. Quid obtulit? Quoniam,
inquit, iniquitatem meam ego agnosco.] Vicissi
tudo est. Deus dat ut saluificetur reus, dedit domi
nus misericordiam suam, dedit & qui peccauerat
confessionẽ peccatorum suorũ. Parum quidem,
sed quod habuit. Quid dabis ó Dauid, ut saluari
possis, uti misceatur medicamentum? Quoniam,
inquit, iniquitatem meam ego agnosco. Et esse po
test homo, qui nõ agnoscat peccatũ suũ? Quanti
sunt peccatores, & securi degunt? quanti rapiũt,
& non uolunt intelligere, quoniã iniquè agunt?
quanti deuastant uiduas,& diripiunt pupillorum
facultates? quanti circumueniũt aliena matrimo-
nia? quanti tribulant orphanos, & agnoscere no-
lunt superueniturã sibi calamitatem? Insuper fidu
cialiter quæ mala sunt agunt,& nec ingemiscunt,
nec lachrymã proferunt, neq; confitenẽ. Quomõ
ergo possunt hi tales saluari? Nescientes nec agno-
scentes facinora sua, nec dei iudicium præ oculis
habentes. Vidisti regẽ exomologesim facientem,
& dicentem: quoniã iniquitatem meã ego agno-
sco,& peccatũ meum coram me est semper. Ó in-
genuitas animæ, ó mentis integritas. Non est ob-
litus peccati sui, & iniquitatis, quanuis cõcessum
sibi fuerit: ille tamen in cõscientia sua, quanquam
in imagine,adulteriũ & homicidiũ depictum ha-
bebat. Et per singulos dies uidebat putredinem,
& ideo dicebat: Et peccatum meum coram me est
semper. Ego illud uideo, tu ne id consideres. Ego
illud scribo, tu quasi dominus dele. Vide emẽ quid
sit: Si tu memor sis, deus non erit memor: si tu ob-
litus eius fueris, deus eius memorabit̃, Ego sum, Esa. 43.d
inquit, dominus, qui deleo iniquitates tuas. Tu
uero memor eorum esto. Vt quid ergo uis, ut me-
mor sim? Vt gratior, inquit, sit misericordia mea,
ut sentias quid tibi concesserim. Si enim semper
memor fueris cumuli peccatorũ tuorum, eris me-
mor & magnitudinis beneficentiæ dei. Concessit
tibi, sed tu ne obliuiscaris, & non erit memor, tu
autem semper recordare. Tales erant sancti, uir-
tutes suas non meminerant, sed peccatorum suo-
rum memoriam reuocabant. Non sicut nunc ho-
mines, peccata sua obliuiscuntur, & celare cupi-
unt. Si quippiam autem boni fecerint, in medium
proferunt, & omnibus probare festinant. Fecisti
aliquid boni, cela illud, ut dominus tuus uideat,
& ipse laudet. Quòd si iactanter aliquid boni fece
ris, gloriã ab hominibus recepisti. Fecisti malum,
memor esto, ut dominus tuus illud obliuiscatur.
Concede,domino tuo si dixeris, minorasti ea: do-
minus tuus si dixerit, augebit ea. Quomodo ergo
dicã? Cũ dederis inopi rogatus, quid dicis? Vidi
pauperem esurientem, & paui eum. Et ipse deus
dicit: Esurientẽ uidisti me, & pauisti. Permitte illi, Matth. 25.c
qui potens est dicere granditer, cõcede illi dicere,
& exaltare. Peccata autẽ tua dicito, ut deleas illa.
Si confunderis alicui dicere, quia peccasti, dicito
ea quotidie

ea quotidie in anima tua. Non dico ut confitearis A
conseruo tuo,ut exprobret. Dicito deo, qui curat
ea. Hęc emẽ si nõ dixeris, ignorat ea deus? Nunqd
à te uult ea agnoscere? Cum faciebas ea, præstò
erat: cum admitteres, nouerat. Peccare non eru-
buisti,& cõfiteri erubescis? Dicito in hac uita,ut
in illa requiem habeas: dicito ingemiscens, & la-
chrymãs. In codice scripta sunt peccata tua. Spon
gia peccatorũ tuorum lachrymæ tuæ sunt, gran-
dis earum uirtus. Dicam tibi quid ualeant lachry
mę, attende diligentius. Quid martyribus maius,
qui animam suam ponunt pro amico suo? Gran-
dis gloria martyrum. Martyres effundunt sangui
Luc. 7.g nem, peccatores effundunt lachrymas. Meretrix
illa nõ fudit sanguinem, sed fontes lachrymarum B
profudit, et deleuit peccata sua. Et quid dicam de
meretrice, & immunda muliere? Columna eccle-
się, & fundamentum fidei princeps apostolorum
Matth. 26.g Petrus, ad ancillæ uilissimæ mulierculæ interro-
gationem tertiò negat dominũ: nunquid sangui-
nem fudit? nónne amarè fudit lachrymas, & ab-
sterſit peccatũ suum, & recepit pristinam dignita
tem? Ecce habes codicem, ubi scribas quotidia-
num expensum. Habeto codicem conscientiam
tuam, & scribe quotidiana peccata. Quãdo accu-
bueris super stratũ tuum, & neminem infestũ pa-
teris, antequam ueniat tibi somnus, profer in me-
dium codicem cõscientiam tuam, & reminiscere
peccata tua, si quid in uerbo, seu in facto, uel in co
Psal. 4.a gitatione peccasti. Hoc enim dicit Propheta: Ira- C
scimini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus
uestris, & in cubilibus uestris cõpungimini. Per
diem non habuisti tempus, sed obseruasti iudicio
tuo,& iniunctũ negotium, & cõfabulatio amico-
rum,& domestica necessitas, & filiorum cura, &
uxoris solicitudo, & militiæ timor, & cæterarum
mille te rerum circũdederunt causæ. Quãdo in le
ctulum tuum uenerís, ut sopori membra cõcedas
ad tranquillũ portum, nemo tibi molestus est, ne-
mo pulsat, dicito in corde tuo & in anima tua: Ex
pendimus diem, ô anima, quid boni fecimus, aut
quid mali operati sumus? Et si qd boni fecisti, gra
tias age deo: si quid mali, de cætero ne facias. Et
reminiscens peccatorum tuorum effunde lachry-
mas, & poteris in lectulo tuo positus ea delere.
Roga deum tuum,& sic permitte animã tuam so- D
porari. Cõfessus peccata tua, facito tibimetipsi ra
tionem,& ora misericordiam dei, & inuenies re-
quiem. Quid graue, aut quid molestũ, positum in
lecto quotidiana deflere peccata? Cum reputare
tibi cœperis, tanquã in equuleo suspende cogita-
tiones tuas, & ungula timoris dei radito eas. Pro-
pone tibi timorem gehennæ, superducito ei sectu
ræ ictum non habentẽ dolorem. Iudicium facito
tibimetipsi terribile, leuiorem præpara confessio
nem cogitatuũ tuorum, ut non in futuro die igna
uior sis ad perscrutanda peccata. Quoniam ini
quitatem meam ego agnosco, & peccatũ meum
contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum
coram te feci.] Quid est quod dicit: Non time-

bam eum qui iniustitiã passus est? miles erat me-
us, iudicare me nõ poterat: sed solicitus sum pro-
pter te, ne tu à me exigas pœnas. Vt iustificeris
in sermonib. tuis, & uincas cum iudicaris.] Quid
est quod dicit: Peccaui tibi? Fiat iudicium, & iudi
ces qui uincis: quomodo? Quia uidet deum sine
intermissione uoluntate semper iudicare cum ho
minibus. Propheta dicit: Audite namq; conual- Mich. 6.a
les, fundamenta terrę. Quoniam iudicium est deo
ad populum suum. Et iterum alibi: Populе meus
quid feci tibi, aut quid contristaui te? Responde
mihi. Et iterum alibi: Audi cœlũ, & auribus perci Esaiæ 1.a
pe terra, quoniam dominus locutus est: Filios ge
nui, & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. Et ubi
que uide deum iudicare cũ hominibus. Dicit ei:
Apud te uictoria est, ut iustificeris in sermonibus
tuis, hominem agricolam regem feci sti, prophe-
tam constituisti, uictoriã mihi in pugna dedisti, gi
gantem superare fecisti, non uirtute corporis, sed
uirtute fidei. Purpura induisti, diuitias mihi dedi-
sti plurimas. Vt iustificeris in sermonibus tuis, &
uincas cum iudicaris. Si dixeris peccata mea, &
non dixero ea ego, cõdemnabor: propterea mise-
ricordia opus habeo. Etenim incerta & occul-
ta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.] Quia dixit re
gnum, dicit & prophetiã. Sic me honorasti, ut &
filium tuum reuelares mihi, & notũ mihi faceres.
Didici, quoniam filium habes: etsi in throno tuo
sit, didici quoniã futurus est homo. Annunciaui
uniuerso mundo gaudia aduẽtus eius. Et quia pa
ti haberet pro salute generis humani, & quia cru-
cifigendus esset, & sepeliendus, resurrecturus à
mortuis sine corruptione, & quia ascensurus in
cœlos. Dixi descensionẽ eius, dixi resurrectionẽ
eius, dixi ascensionẽ eius, dixi sedem eius in dex-
tera patris, dixi uocationẽ gentium, dixi congre-
gationem ecclesiæ, dixi expulsionem Iudæorum,
dixi apostolorũ electionem. Incerta & occulta sa-
pientiæ tuæ manifestasti mihi. Sic me honorasti,
sic me dilexisti, et magna mysteria manifestasti mi
hi. Et ubi hæc manifestauit? Audi hũc ipsum pro-
phetam, quomodo descensionem eius de cœlo di
cit: Descendit sicut pluuia in uellus. Quoniã ad- Psal. 71.d
uenit filius dei, non cũ fulgore, aut tonitruo, neq;
cum strepitu, neq; cum exercitu angelorum, neq;
nuda deitate. Si enim sic uenisset, uniuersa interi-
set creatura, quòd non montes, nec colles porta-
rent. Quippe qui respicit super terram, & facit Psal. 103.d
eam tremere: qui tangit montes & fumigãt: nam
si nudam substantiam ostendisset, sol utiq; extin-
gueretur, luna non appareret, mare exiccaretur.
Propterea silentio & tacite ueniens, nemine scien
te, neq; ipso diabolo: sed uenit silentio in uterum
uirginalem. O noua res, & ineffabilis, et miranda
rerum mysteria: lapides consumuntur, & mater
nil læditur: montes tabescunt, & uirginis uterus
deum intrinsecus gestat. Quid dicam, aut quid lo
quar, quo digno sermone pronuntiem? O amen-
tia hæreticorũ, dicite mihi, quomodo ancilla deũ
portabat? quomodo creatura creatorẽ? Qui inter
rogas

Universidad de Deusto
Biblioteca

rogas quæ ſurſum ſunt, dicito quæ deorſum ſunt. A Qui ubiq; erat; quomodo in matris utero erat, & in throno maieſtatis ſuæ ſedebat? Si me interrogas, neſcio, fide credo, non comprehendo cogitatione. Et quia ſilentio erat uenturus, nõ terrens, non conturbãs. Deſcendit, inquit, ſicut pluuia in uellus. In terrã enim deſcendens pluuia, ſonũ reddet: ſuper lanam autem, & in uellus deſcendens, nullum ſonitũ dabit. Mollities lanę ſoluit ſonum pluuiæ deſcendentis: & ut dicas, quoniã ſilentio uenit, non terrens, non cõturbans, non perdens, non exterminãs. Deſcendens, inquit, ſicut pluuia in uellus. Dixiſti deſcenſionẽ ſilentio factam, dici
Pſal. 39.c to et proditionem eius. Qui edebat, inquit, panes meos, multiplicauit aduerſum me ſupplantationem. Dicito & pugnam Iudæorũ: Impugnabant B me gratis. Dic & conſilia eorum mala aduerſus Chriſtũ: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Adſtiterũt reges terræ, & principes cõuenerunt in unum, aduerſus dominũ, &
Pſal. 21.d aduerſus Chriſtum eius. Dic & crucem eius: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Dic & cibum, & potum: Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Dic & inſultationes Iudæorũ: Sperauit in domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniã uult eum. Dic & ſepulturã eius: Poſuerũt me in loco inferiori. Dic & reſurrectionem eius: Quoniã non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctũ tuum uidere corruptionem.
Pſal. 109.d C Dic & aſcenſionẽ eius: Aſcendit deus in iubilo, & dominus in uoce tubæ. Dic & thronũ eius: Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorũ. Dic & gloriã eccleſiæ eius: Adſtitit regina à dextris tuis, in ueſtitu deaurato, circũamicta uarieta-
Pſal. 22.d te. Dic & thronum uirginũ: Adducentur regi uirgines poſt eam. Dic & electionem apoſtolorum: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Dic & baptiſmum: Super aquã refectionis educauit me. Dic & myſteria: Paraſti in cõſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Dic & unctionẽ: Impinguaſti in oleo caput meum, & poculũ tuum inebrians quàm præclarũ eſt. Dic & petitionẽ gentium: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Ecce enim incerta & occulta ſapientiæ tuæ D manifeſtaſti mihi. Et iniquitates meas dele.] Quid ô Propheta, quid deſideras? Soluta ſũt peccata tua, interẽpta eſt pœna tua. Non, inquit, ſufficio his, auarus ſum ad petendã miſericordiã dei. Noui dominum meum eſſe clementem, prophe-ta eram prius, uolo & nũc eſſe propheta, & illam habere fiduciã, illam ſancti ſpiritus gratiam: auolauit quippe à me ſicut columba, fœtorem peccatorum meorum ſentiens, uolo priſtinam recuperare gratiã. Auerte faciẽ tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.] Dicito manifeſte quid uelis. Cor mundum crea in me deus.] O ingenuitas prophetæ, ô deſideriũ ad deum, ut loquaris mihi iterum quęro, ut et ego tibi loquar. Amicitiam illam & familiare colloquium quæro. Quid enim? Quia liberatus à pœna ſum, ſecurus eſſe nõ poſſum. Mihi maior pœna eſt fraudari colloquio tuo, quamuis enim ſubſtantiã tuam uidere non poſsim, inuiſibilis nanq; eſt, præ deſiderio tuo, opera tua uidi, & exulto. Non uidi te, ſed uidi cœlos, & exultaui, & dixi: Cœli enarrant gloPſal. 18.d riam dei. Cõſpexi terram, & dixi: Domini eſt terPſal. 23.d ra & plenitudo eius. Vidi mare, & dixi: Tu cõfirmaſti in uirtute tua mare. Vidi diem & noctem, et clamaui: Tuus eſt dies, & tua eſt nox, ſolem & lunam tu feciſti. Vidi montes, et dixi: Et altitudines montium ipſius ſunt. Sicut qui amat, etiamſi non uideat quem amat, tamen etſi calceamẽtum eius uideat, uidere uidetur quem deſiderat. Sic & ego circumeo uniuerſam creaturã tanquam catulus ſitiens, ut per odorem ſuauitatis tandem aliquãdo domini ſui præſentiã mereatur uidere, & dico: SiPſal. 41.d cut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ, ita deſiderat anima mea ad deum fontem uiuũ: quando ueniam, & parebo ante faciem dei? Rex, inquit, es, purpura indutus es, diademate ornatus. Nõ quæro, inquit, iſta, decorem meum quæro, & ſplendorem ſpiritus. Contemno umbram, pertranſeo cœnoſa quæq; folia ſunt iſta, & nox, & ſomnium, & fœnum, & tanquam tela araneæ. Gloriam meam quæro, non poſſum facere craſtinationẽ, non ſuffero dilationem, qui fiduciam perdidi, circumdatus peccato. Cor mundum crea in me. Et non ſolum hoc quæro, ſed inhabitantem in eo. Et ſpiritum rectum innoua, in uiſceribus meis.] Bene dixit, Innoua. De nouo namq; fabricata eſt domus, quam inueterauerat peccatum, rogo ut innouet gratia. Et p hoc munere, quid mihi dabis ô Dauid? Doceã, inquit, iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.] Si accepero ſpiritum, diſputabo orbem terrarum, & dicam: Omnes genPſal. 46.d tes plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis. Quoniã dominus excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnem terrã. Si accepero ſpiritũ, dicã: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris Pſal. 109.d meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Doceam iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Et Iudaicæ ceremoniæ ubi erunt? Non immolo tibi oues, & non offero tibi uitulos & arietes: ſcio quia his non delectaris, ſed quæ filij tui ſunt. Vis cõuerſionem gentium, abolitionem peccatorum? Quoniam ſi uoluiſſes, ſacrificium dediſſem, utiq; holocauſtis non delectaberis. Quia ergo nolo iſta, quid mihi dabis? Habeo & aliud ſacrificium quo delectaris. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatum deus non ſpernit.] Imò ſacrificium maximum humilitas eſt. Solue peccatũ meum, da mihi ſpiritum ſanctum. Hoc ſacrificium humilitatis multo melius eſt, q̃ Iudæorum. Nam & tres pueri illi ætate iuuenes, ſenibus prudentiores: pauci, ſed ſuperantes multos: captiui, ſed fortiores rege, qui amiſerunt quidem patriã, et non perdiderunt fidem: nudi, ſed ueſtiti: pauperes, ſed abundãtes:

ſerui

ſerui, ſed liberos præcellentes: qui flãmas ardentes cõuerterunt in rorem, qui elementa maxima demutarunt, qui ignis obtuderunt uirtutẽ, quos alligauit tyrãnus, & ſoluit ignis, lamentabant, &
3. Reg. 8.c dicebant: Peccauimus, iniuſte egimus, iniquitatẽ
Dan. 3.c fecimus, & non eſt princeps, neq; propheta, neq; locus primitiarũ ad ſacrificandũ, ut inuenire poſſimus miſericordiam. Sed in anima contribulata, & ſpiritu humilitatis fiat ſacrificiũ noſtrũ. Et hoc non ſua ſcelera deflebant, quæ necdũ admiſerãt: ſed quaſi boni aduocati pura conſcientia pro populo, qui in captiuitate cõſtitutus erat, rogabant deum. Cor igitur contritum & humiliatum deus nõ ſpernit: hic ſolicitius intẽdite: pro ſalute enim ueſtra ſunt quæ dicuntur. Omnes quippe uos doB ctores fieri uolo, omẽs peritos, omẽs monachos: non ut coniuges nõ habeatis, ſed ut cæteras uirtutes poſsideatis, quæ uos deo cõmendare poſſunt. Monachus enim non ſolum propterea dicitur, quia uxorẽ non habet, ſed quia religioni dei, & ſeruitio ipſius mancipatus eſt: & cura illi eſt, quemadmodũ deo, non ſeculo placeat. Et qui magis eligit caſtitatẽ, quæ deo chara eſt, & ſpiritus ſancti habitatio. Volo ergo uos in religione dei feruere. Quid ergo eſt, quod quærimus? Orauit, confeſſus eſt, rogauit, obſecratus eſt, deprecatus eſt, lachrymas fudit, cor mundũ petijt, fidem dedit. Quærendũ ſi quod quęſiuit, inuenit. Multam in uobis cerno alacritatẽ, multum gaudium: delectatur nanq; gubernator cum uiderit proſperiores flare uentos. Vndarũ quidem eleuationẽ non uideo, ſed uideo multitudinem cõmouentium ſe, & non recedentẽ, & aures patulas, & attẽtos oculos ueſtros cõſtringi quidẽ corporaliter, ſed mente ſtabili dilatare ſenſum ad audiendum uerbum dei. Nam quod quęritur, hoc eſt: Orauit, rogauit, obſecratus eſt, deprecatus eſt, depoſuit pœnam, liberatus eſt à peccato. Quid ergo quæritur, ſi ad priorem reuertitur fiduciã, ſi ſpiritus meruit gratiam, ſi quod petijt, accepit? Cor mundũ crea in me deus, & ſpiritũ rectum innoua in uiſceribus meis.] Videte chariſsimi quantũ potuit pœnitentia, ut priori eum redderet dignitati, qua pollebat anteq; caderet. Attendite quæ dicuntur de confeſsione, de repetitione ſpiritꝰ, de prophetali graD tia, quinquageſimũ ſcripſit pſalmũ. Poſt hunc uero & ſexageſimũ, & ſeptuageſimum, & octogeſimum, & nonageſimũ. Ne ergo quidam dicerent: Quid enim, ſi ſcripſit pſalmos, ſed nõ ſpiritu ſancto, non enim recepit ſpiritũ ſanctum. Interrogemus eos quomodo deſcripſerit. Humana, inquiunt, ſapientia, deſeruerat enim eum ſpiritus ſanctus. Peccatũ quidem ei cõceſſum eſt, ſed ſpiritus redditus non eſt. Ipſe quidem petijt, ſed ubi acceperit, non inuenimus, & ubi illi reſpõſum hoc dederit deus. Ecce reddidi tibi qd̃ amiſeras. Attendite diligẽter, ſcripſit quinquageſimũ pſalmum, deinde ſexageſimũ, & cæteros per ordinem. Scripſit autem & alterum pſalmum, qui eſt poſt centeſimumnonũ: Dixit dominus domino meo, ſe-

Chryſ.

de â dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ. Hunc pſalmum poſt paſsionem domini competit aptari, cum conſummatis omnibus aſcendit ad patrẽ. Quinquageſimus uero eſt, in quo ſe dicit recepiſſe ſpiritũ ſanctum; ille autem centeſimus nonus, in quo dicit: Dixit dñs domino meo, ſede à dextris meis: quærendũ eſt, ſicut cœperam dicere, ſi poſt peccatum & pœnitentiam receperit ſpiritũ ſanctũ. Vbi ergo oſtenditur q̃ receperit? Audi quando omnia operatus eſt Chriſtus. Mare infrenauit, leproſos mũdauit, dæmones effugauit, malitiã exterminauit, paraly
Matth. 3.d ticum ſolidauit, uox deſuper intonuit: Hic eſt fiIoan. 1.d lius meus dilectus, in quo complacui. Ioãnes Baptiſta teſtimoniũ perhibet: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Res ipſæ clamabãt: Spiritus uenit ſuper eum in ſpecie columbæ. Iam ergo incipiebat aſcendere crucem, uocauit Iudæos omnes, & dicit eis: Quid uobis uidetur de Chriſto, cuius filius eſt? Ante hoc uos non interrogaui, quia necdum uobis probamenta deitatis meæ oſtenderam. Quando autem elementa deitatem meam oſtenderunt, & pater deſuper intonuit, & dixit me chariſsimũ eſſe ſuum filium: poſtquã doctrinam meam omnibus manifeſtaui, & uiam ueritatis oſtendi ſignis, & prodigijs, & uirtutibus, nunc uobis dico, quãdo ne umbram quidem contradictionis habetis, Quid uobis uidetur de Chriſto, cuius filius eſt? Dicũt illi ingrati, & uecordes:
C Dauid filius eſt. Negantes ſcilicet deitatem eius, & nolẽtes dicere eo quòd dei filius eſſet. Dicit ad eos dñs: Et quomodo Dauid in ſpiritu ſancto doPſal. 109.d minum eum uocat, dicens: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimicos meos ſcabellũ pedum tuorum. Videtis ergo chariſsimi, ſolutam eſſe quæſtionẽ, quam nõ per ſapientiam mundanã, neq; per ſeculi prudẽtiam locutus Dauid, ſed per ſpiritũ ſanctũ futura prædixit, ipſo dño teſtimonium perhibente, quòd receperit poſt pœnitentiã ſpiritum ſanctum. Inter quinquageſimũ enim pſalmum, & centeſimũnonum grande interuallum eſt, & temporis & ordinis. Si autem ſpiritũ ſanctum recepit, imò quia recepit, ſolutũ eſt peccatum, ſuſcepta eſt pœnitẽtia, reſtituta eſt gratia. Cor mũdũ crea in me deus, & ſpiritũ rectum innoua in uiſceribus meis.] Videſ q̃ iterum ad ſuam redijt dignitatem? Iterum propheta munitus gratia, iterũ de Chriſto annuntiat, & diſpenſationis eius prædicit myſteria. Videtis chariſsimi quanta eſt pœnitentiæ uirtus, & conuerſionis ad deum ab operibus malis? Hic enim ſanctus Dauid nõ ſolum cum in corpore eſſet, placuit deo: ſed & poſt mortem ſuam uiuis inuenitur præſtitiſſe grande ſolatiũ. Contigit nanq; Ezechiæ regi inimicas in temporibus Iudæorum gentes circũuallaſſe Hieroſolymam. Et cum eſſet Ezechias iuſtus uir, rogauit deũ: & proſtratus lachrymis deprecabatur, ultionẽ de aduerſarijs poſtulans. Venit ad eum Eſaias ꝓpheta, & dicit: Neputaret ille, quia iuſtitia ſua exauditus eſt, & certom. 1 I z te iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

te iam defecerat Dauid, et habebat multos annos requiescens. Quid ergo dicit ei? Protegã hanc ciuitatẽ propter me, & propter Dauid seruũ meũ. Dauid mortuus est, & merita eius uigent. O rem admirandã, ò ineffabilis clemẽtia dei, homo mortuus uiuo patrocinatur. O iustorum, & post consummationem inexpugnabilis pugna uirorum: pro his omnibus gratias agamus deo, & tales nos exhibeamus in hac uita, quò possimus inuenire requiem sempiternã cum sanctis, per Christũ dominum nostrum, cum quo est deo patri, unà cum sancto spiritu, honor, gloria, imperiũ & potestas, per immortalia secula seculorum, Amen.

Esaiæ 37.g

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN psalmo LXVIII. Exaudi me domine, quoniam suauis est misericordia tua: Homilia.

QVI orationibus insistere, semper uoluntatem dei implere, promissa eius sustinere norũt, ita ipsi solliciti uiuũt, ut etiã à leuibus peccatis abstineãt, nec exaltare uocẽ suam in risu possint, intendentes illo testimonio, ubi dictum est: Stultus in risu exaltat uocem suã, sapiens aũt uix tacite ridebit. Obseruãt ponentes custodiam ori suo, scientes: quia in multiloquio non effugietur peccatũ. Et quia etiam de otioso sermone reddituri sunt rationẽ: isti ergo sano oculo cordis uidentes ambulant, ne offendãt: proficiscuntur, ut proficiant: tolerãt, ut perueniant: perueniunt, ut gaudeant. Hæc spes perducit eos usq; ad rem. Nã iste qui sic clamat, ut modo cantauimus: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua, et secundum multitudinẽ misericordiæ tuæ respice super me: satis de deo præsumebat, sperabat, credebat, rogabat, impetrabat. Non dixit, Exaudi me, quia talia sunt merita mea: nec dixit, quia præcesserũt bona facta mea, exaudi: sed uide quid ait. Tanta suauitate repletus, delectatus odore illo suauitatis: quia Christi bonus odor in illo iam erat in spiritu uaticinationis, clamabat dicens: Exaudi me dñe, quia suauis est misericordia tua. Non audeo iactare merita mea, sed non taceo gratiã tuam. Ergo suauitas quæ est in deo nostro, dulcis est, sapore sancto repleta est, nutrit, fouet, defendit, & fortificat, consolationẽ præstat, benignitatem nõ negat, tolerantẽ facit, iustum, sustinentẽ, humilem, benignũ, largum, sobrium, castum, charitate plenum, hospitalitate præditũ, prudentia ornatum, temperãtia clarum, fortitudine firmum, iustitia liberatum. Gaudeãt quia ista pulchritudine tantarum uirtutum uestiti sunt. Ista ergo suauis misericordia perducit usq; ad præsentiã dei. Nec ita unusquisq; sibi blãdiatur de misericordia dei, ut cogitet quia non erit iudiciũ. Erit & iudicium: nam quid clamabat in psalmo ore prophetico sanctus Dauid: Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine? Hic misericordia, ibi iudicium iudicis. Nec cum nõ hic placuerint deo misericordiæ, in iudicio inueniãt dei ueritatẽ. Ergo primo mores purgandi sunt, uita corrigenda, mala cõsuetudo mutanda, uetusta institutio dimittenda, & ita dici potest: Exaudi me dñe, quia suauis est misericordia tua secundũ multitudinẽ misericordiæ tuæ. Quia uero multa mala sunt generis humani, & multa misericordia est dei nostri. Si enim misericors nõ fuisset, cum die peccatores occideret: sed quia benignitas dei unũquenq; ad pœnitentiam uocat: duri & insulsi secundũ duritiam cordis sui thesaurizant sibi iram in die iræ, secundũ reuelationem iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundũ opera sua. Ergo iste deus multũ misericors, qui nõ in finem irascitur, neq; in æternum indignatur: ideo dicit ei, secundũ multitudinem misericordiæ tuæ. Non pro facinore meo, non pro uita mea, sed propter multitudinẽ misericordiæ tuæ respice in me. Quãdo respicit deus, fugiũt peccata, extinguuntur delectationes, liquefiũt omnia mala, collecta desideria, tantũ ut respiciat claritas, & statim fugit peccatorũ obscuritas. Ergo dicam⁹ & nos correcta uita, eliquata conscientia, Exaudi me dñe, quia suauis est misericordia tua. Si tamen non redarguat conscientia, quoniam scriptum est: Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt.

Rom. 2.d

Matth. 5.d

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN psalmo LXXI. Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut guttę distillantes super terram. Orietur in dieb. eius iustitia, & abundantia pacis, do nec extollatur luna, Homilia.

DOMINVS uirtutũ & plenitudo gloriæ, magna & mira faciens, ineffabilia demonstrans credentibus, considerantibus opera eius, stupor mentis accidit eis, formido & pauor cordis. Nam modo quos uersiculos cantamus, audite: Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut guttę distillantes super terrã. Orietur in diebus eius iustitia, & abundãtia pacis, donec extollatur luna. Pluuia in uellus, ostenditur prædicatio Christi in synagoga lata. Nam quando tulit librum coram omnibus sacerdotibus, obstupescentes dixerunt: Hic quomodo legit, cum literas nesciat? Ergo sedebat, & docebat in templo populũ dei, ideo pluuia in uellus, quia prædixit Esaias dicens: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, & terra germinet saluatorẽ. Nam quid significabat temporib. illis Hierobaal, qui alio nomine dictus est Gedeon, quando signum petijt à deo, & ait: Hoc uellus descendente pluuia ipsum solum madidetur, et tota area sicca sit. Quid significabat pluuia nisi prædicationẽ legis? Nam uellus illud sacrificia Iudæorũ, in quibus sacrificijs iusserat sibi pecora offerri. In isto ergo uellere descendit pluuia, quia in sola fuit Iudæa legis cultura. Aliã petitionem postulauit, ut uellus siccum esset, & area pluuia infunderetur: in qua pluuia demonstrauit nobis transferri sacrificia à synagoga, & totã aream mundi impleri prædicatione Christi. Illis enim repudiatis, nobis aduenit misericordia in aduentu saluatoris. Descendit ergo pluuia in uellus, Christus in

Luc. 4.d

Iudic. 6.g

stus in synagogã, legem confirmãs & adimplens, non soluens. Sed quia solũmodo filium hominis putauerunt, ideo dominum gloriæ crucifixerunt. Subsequitur ergo uersiculus, dicens: Et sicut guttæ distillãtes super terrã. Guttæ istæ uirtutes sunt, quibus idem dñs noster Iesus Christus dignatus est terram ueniens implere. Gutta fuit, quando leprosum mũdauit, puerum Centurionis à mortis periculo sanauit, paralyticum curauit, cæcum illuminauit, mortuos suscitauit, & cætera miracula quæ legistis in euangelio faciente domino. Istæ ergo guttæ distillauerunt in terram, id est miracula in carne humana aduenientia. Orta est ergo in diebus eius iustitia. Qualis est ista iustitia, nisi stater ille inuentus in interioribus. piscis à Petro de mari leuatus? De quo statere dixit Petro: Da filijs regni huius pro me & te. Ergo ista iustitia qualis est, nisi ut dominus carne induta, & hominẽ oculis humanis demõstraret, et diuinitatẽ occultaret? quanta iustitia, ut traderet se pro omnibus hominibus, & pro ecclesia ubiq; diffusa? Quanta iustitia, nisi ut omnia toleraret iniusta ex improbitate Iudæorum, & suam iustitiã demonstraret ferocitati eorum? Hæc iustitia mõstrata est omnibus hominibus, ut qui uidisset mulierem ad cõcupiscendum eam, iam mœcharetur eam in corde suo. Nulli malum pro malo reddere, cum omnibus hominibus pacem habere, pro inimicis orare. Ecce orta est in diebus eius iustitia. Quæ iustitia? pietati coniuncta, tolerantiæ conglutinata, appenditur ibi uita æterna, & fit iustitia: ut in quacũq; mensura mensi fuerimus, in eadẽ remetiatur nobis. Hæc est iustitia, ut ante tribunal Christi stemus, & reddam⁹ rationem quæ per corpus gessimus, siue bonum, siue malum. Hæc est iustitia de qua dicebat Apostolus: De cætero supereſt mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dñs iustus iudex in illa die, nõ tantum mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius. Ecce orietur in diebus eius iustitia, subsequitur: Et abundantia pacis, donec extollatur luna. Quãtam enim abundantiã pacis nunc uidemus, ut caro quæ concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ, subiugati sint affectus carnales, spiritui sit abundantia pacis donec tollatur luna. Habemus aliã pacem abundantẽ in nobis charitatẽ, quam hæreditariam donauit nobis, dicẽs: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Hæc abundantia pacis. Sed quandiu? donec tollaẽ luna. Quid est, Donec tollatur luna? Donec finiatur omnis prædicatio ecclesiæ, & colligãtur omnia: plicetur cœlum hoc ut liber, & terra ista transeat, ut sit cœlum nouum, & terra noua. Luna enim dicta est ecclesia, quæ crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus, dicente prophe ta: Vt sagittent in obscura luna rectos corde. Quę est obscura luna, nisi persecutionẽ passa ecclesia, quando despicit eam sol, & caret claritate tempore persecutionis, hoc est, donec tollaẽ luna? Sentiamus ergo tam occultũ secretum apertum nobis à deo, et factum manifestũ. Quia quæ fuerunt in lege ante uelata, facta sunt in euangelio reuelata. Aperta est ergo ianua scientiæ cordis. Quærite eum, reddite ei quæ uouistis, & distinxerunt labia uestra in regula illa symboli, in qua professi estis. Quis descendit p nobis, quis tãta passus est? Vnde uẽturus est iudicare uiuos & mortuos? De cœlo ueniet ex gremio patris. Quos inuenerit fortes & stabiles in fide, dabit eis coronã iustitiæ, qã orieẽ in diebus eius iustitia, & accipient abundantiam pacis: in illa regione ubi nulla nominaẽ inimicitia, ibi iam luna nõ erit: quia ecclesia tota nõ de malis & bonis plena erit, sed tantum de bonis. Concedat ipse, ut ibi boni serui, pñ, fideles, humiles, mansueti, in spiritu & ueritate susc ipiamini, in dextera sequestrati à sinistra, ut pastorẽ bonum agnoscentes, qui animam suam posuit pro ouibus suis, in perpetuo cum eo regnetis, Amen.

Matth. 17.d

Matth. 5.d

1. Thes. 5.c

Matth. 7.d

2. Tim. 4.b

Gal. 4. 5.c

Ioan. 14.d

Psal. 10.d

Psal. 17.b

Ioan. 16.d

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN psalmo LXXXIIII. Non in æternum irascaris nobis, Homilia.

OMNIS qui se agnoscit, sui accusator est. Nã iustus & iustificatus qui in primordio sermonis sui accusator exititit, cum uenerit aduersarius non confundetur. Omnis qui sua in isto seculo dolendo peccata accusat, & fuerit à se accusatus, à deo erit excusatus. Sed illa est fructuosa accusatio, si subsecuta fuerit correctio. Cæterũ quotidie se accusare, & nõ corrigere, deum tentare est. Melius ergo eligo, ut primo sit correctio, & postea accusatio, quam præcedat accusatio, & nõ subsequatur correctio. Quid ergo scriptum est, ne repetas sermonem in oratione? Magna uis, magna obscuritas. Quid est quod dixit, Ne repetas sermonem in oratione? Quis enim non repetat? An forte illud intelligendũ est de eo quod dicis deo, Peccaui? Nõ repetas factũ, quia cum repetis, id est, ad peccatum redieris, orationem repetis. Ergo eligendũ est à sapientib. peccatum agnoscere, & dolere semper prꝫterita tꝫtu sta, male cõmissa, male cogitata, pessime delectata: inordinate dicta debent quotidie in mente manere, & semper homo debet ista dolere, ut cũ uenerint nouæ suggestiones, ibi repellaẽ inimicus, dicens: Adhuc doleo peccatũ uetustum, quomodo admitto peccatũ nouũ? Quid ergo dicebat iste Propheta: Non in æternum irascaris nobis, uel extendas iram tuam à generatione in generationẽ. Quid est hoc quod dicebat: Non in æternum irascaris nobis? quasi diceret: Hic nobis irascere, hic nos afflige, hic nos emẽda, in isto seculo flagella. Quia quem diligis, flagellas, & emendas. Flagellas autẽ omnem filium quem recipis. Hic ergo in isto seculo, quia flagellum meum finitur, & correptio mea inuenitur. In tuo ergo flagello correctio mea inueniatur hic, & noli in ꝫternum. Si in æternum me flagellaueris, pœna ꝑpetua mihi erit. Ergo ne in æternũ irascaris nobis, quia uita hic tenetur, aut amittitur. Dignare ergo hic quicquid uis, qualiter uis, quando uis, fac in me quid uis, tantũ ut ibi me recipias, ubi omnes recipis quibus ignouisti, qui à te non recesserunt, qui per pœnitentiam ad te transierunt. Ergo ne in æternum irasca

Psal. 102.d

Hebr. 12.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris nobis: non tantum nobis, sed & posteris no- A
strís à generatione in generationem. Quia scriptũ
Exod. 20.a est: Rependam peccata patrum in filios in secun
dam & tertiam generationem, in ijs qui non co-
gnouerunt me. Gratias tibi deus, qui addidisti, in
ijs qui te non cognouerunt. Cæterum si taceres,
omnes cõdemnares. Demonstrasti ergo, quia pa-
ter si fuerit contemptor tuus, & filius talis fuerit,
æque tibi non obediens, & nepos secutus fuerit
uias aui, & patris sui: pronepos si ita attenderit,
quod anterior generatio eius: quia ergo te nõ co-
gnouerũt, rependes eis secundã, tertiam, & quar-
tam progeniem. Nam quid dixit Propheta alio lo
Hier. 31.c co: Quid est quod inter uos uertitis parabolam
istam, dicentes: Patres comederunt mala acida,
& dentes filiorum obstupescunt? ulterius non e- B
rit hoc. Nónne anima patris & filij mea est? Nec
pater pro filio, nec filius ,p patre. Vnusquisq; pro
facinore suo iudicabitur, pro peccato suo punie-
tur, pro malis suis in pœnam æternam mittetur.
Non ergo dicat, quia post pœnã accipiet qualen-
Ezech. 18.a cunq; indulgentiã in æternum. Anima ergo quæ
peccat, morietur. Pondus peccatorum suorum u-
nusquisq; in se portat, pro suo peccato iudicabi-
tur. Nam si sit bonæ uitæ pater, & filius malæ, nõ
liberat pater filiũ: æque si sit filius sanctus, & pa-
Rom. 14.b ter iniquus, non liberat filius patrem. Quia ergo
staturi sumus ante tribunal Christi, & reddituri
rationem quæ per corpus gessimus, siue bonum,
siue malum, nullus erit excusatus, nullus accusa-
tus. Sed ecce homo & opera eius, qui reddet unic- C
uiq; secundum opera eius siue bonum, siue ma-
lum. Hic ergo clamemus cum Propheta, ut mo-
do cantauimus: Non in æternum irascaris nobis,
uel extendas iram tuam à progenie in progeniẽ:
quoniam no iustificabitur in cõspectu tuo omnis
uiuens. Quia uero dei omnipotentis est hic uelle
omnibus misereri, si rei non festinent indulgen-
tiam recusare, non corrigendo, sibi uilescendo, in
peius proficiendo. Et iam fratres quandiu pigri,
quandiu tepidi, quandiu remissi, quandiu desi-
des, quandiu negligentes, quandiu uilescitis uo-
bis, quandiu desperatio uos possidet? Iam surgi-
te, qui aliquando male sedistis: mãducate panem
doloris, agite pœnitentiam, & nolite sub spe mise
ricordiæ in peccatis permanere. Nec differatis D
Eccles. 5.b cõuerti ad deum de die in diem. Subito ueniet ira
eius, & non tardabit, & in tempore uindictæ dis-
perdet te. Ne dicas peccaui, & quid accidit mihi?
Ecce ipse sum qui fui, & in nullo minoratus sum.
Omnem substantiam meam habeo, uxorem, fi-
lios, familiã, pecora, omniaq; mea in integro me-
cum consistunt, non tantum sicut fuerunt, sed e-
tiam augmentata sunt. Et ignoras, qui tecum ta-
lia cogitas, quia patientia dei ad pœnitentiam te
Rom. 2.a adducit? Secundum duritiam autem cordis tui,
& cor impœnitẽs thesaurizas tibi iram in die iræ
& reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicui-
que secũdum opera sua. Clamat deus, nolens ali-
Zach. 1.a quem perire: Conuertimini ad me, & conuertar
ad uos. Patet misericordia mea, si mutentur ope-
ra uestra: non deerit indulgentiã mea, si corrigan
tur facta uestra. Hoc tamẽ scitote de deo clemen-
tissimo, quia nõ uult mortem morientis, tantum
ut conuertatur & uiuat.

EXPOSITIO PSALMI NONAGESIMI,
Qui habitat in adiutorio altissimi
&c. Homilia.

PSALMVM nonagesimum, deo de-
monstrante atq; enodante, proposui
exponere, ut omnis qui eum psallit,
sciat cui psallit, quare psallit, & quid
psallit. Sic enim inchoat: Qui habi-
tat in adiutorio altissimi: hic quasi confirmantis
est, & nõ interrogantis. Habitare in adiutorio nõ
suo, sed altissimi, sempiterne habitare demõstrat.
Et quia nõ de uiribus suis præsumit, in protectio
ne dei cœli cõmorabitur. Reuera qui protegitur
à deo fabricatore cœli, securus habitat in terra, &
prolixam uitam inueniet, & lætus semper erit, &
in spe semper gaudebit. Protegitur imperator scu
tis, & nõ timet: qui à deo protegitur, quid timet?
Ergo iste qui in protectione dei cœli cõmorabi-
tur, reuera protegitur à deo fabricatore mundi, se
curus habitat in terra, & prolixã uitam inueniet,
& lætus semper erit, & in spe semper gaudebit: se-
curus dicet deo, Susceptor meus es. Susceptores
hoc noluerunt facere, suscipere à prouincialibus
fiscalia, & dare securitates domini: & à conducto
ribus pensiones accipere, & emittere pictatia se-
curitatum. Ergo deus noster qui susceptor noster
est, suscipiat à nobis opera misericordiæ & pieta-
tis, eleemosynæ & hospitalitatis, orationis sancte
& cõfessionis, & det nobis securitatem perpetui-
tatis. Et refugium meum deus meus sperabo in
eum. Magnum refugium. Nam petra refugiũ eri-
naceis & leporibus. Quicũq; peccauerit, quasi eri
cius est plenus spinis: quicunq; timidus erit, qui
peccauit, quasi lepus est coniunctis auribus fu-
giens à mala consuetudine diaboli. & ubi fugit?
ad petram magnum refugium. Quæ est ista pe-
tra? quæ est, audi illum agonistam: Petra autem 1. Cor. 10.d
erat Christus. Ergo refugium Christianorũ Chri-
stus est, ubi portum inueniunt nauigãtes, & non
naufragium. Et hoc totum fit per spem. Nam sic
subsequitur, Sperabo in eum: scuto circumdabit
te ueritas eius. Sic subsequitur uersiculus psalmi, D
sed recapitulauit sententiam expositam, quod di-
xit: In protectione dei cœli cõmorabitur. Prote-
ctio hoc est, quod & scutum. Scuto ergo circum-
dabit ueritas eius, tetigit nos, ut cõtra sagittas ini
mici ignitas simus parati, ut armatum cor sugge-
stionibus eius non acquiescat. Et qualis ueritas
nos protegit, nisi illa quæ ueniens in mundum di
xit: Ego sum ueritas? Ipse ergo protegit & circun Ioan. 14.d
dat, ut undiq; nos paratos inueniat & clausos, ut
omnes aditus sensus nostri scuto ueritatis tegan-
tur. Sequitur: Non timebis à timore nocturno, à
sagitta uolante per diem, à negotio perambulãte
in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano. Quis
est iste timor nocturnus ambulans in tenebris, ni
si tentationes diaboli, quas mittit in dãnificationi-
bus, in

bus, in detractionibus, in uituperationibus? A ti- A
more isto nocturno nõ timet Christianus, quia ui
tuperationibus nõ frangitur. Sagitta uolans per
diẽ potest intelligi laus humana, quæ etiam ipsa
percutit, ut elatione pereat: sed quia scuto illo ue-
ritatis protegimur, nec à negotio perambulãte in
tenebris, aut sagitta uolante per diẽ formidamus.
Quid est negotiũ perambulans in tenebris? Audi
negotia quæ rationabilia uidenẽ esse Christianis,
& sunt tenebrosa. Nam omne negotium inter e-
mentes & uendentes conficit mendacium. Nam
Psal. 80.c quid dicebat ille? Quid? Quia non cognoui nego
tiationem, introibo in potẽtiam domini semper.
Semper ille ingerit compendiosa negotia, ut ani-
ma pecunia decipiatur. Malum negotiũ pecunia-
rum, quod animam inuisćat & captiuat. Ergo ab B
isto negotio perambulante in tenebris, à ruina &
dæmonio meridiano non timemus. Quæ est ista
ruina, & quod est istud negotium meridianũ? me-
ridies dicit quia diuidat diem. Meros enim pars
est diuisa diei, ut tantum uideatur transire, quan-
tum remanet ad finem diei. Ergo in centro cœli
sol stans, medius dies dicitur. Nam cũ in tentatio-
nibus impugnaẽ à malis Christianis anima Chri-
stiana pro sua religione & pro sua fide, uel si ali-
qui apostatæ, seu pagani insultent ei de religione
Christi: confusio nascitur, & ardor ibi cũ rubore
& uerecundia perfunditur, & fit quasi meridies,
quando igneus est sol. Nam illi, qui alta radice nõ
sunt fundati, & super petrosa seminati tẽpore ten C
tationis exorto Sole arefiunt, eo quòd non habe-
ant radicẽ altã. Et hoc facit dæmon meridianus,
id est incẽdens suos insultatores, ut recedat Chri
stianus à fide, uel uerecundia perfusus cõfundaẽ
Christianus esse: & de ista confusione quæ addu
cit ad peccatũ hic subsequitur. Postq; dixit, A ruina
& dæmonio meridiano: subiungit, Cadent à la-
tere tuo mille, & dena milia à dextris tuis: hoc
propheta Christo dicit. Quid est, Cadent à late-
re tuo mille? Multotiẽs uidemus eremitas, uel bo
nos Christianos iam sic perfectos esse, ut pro san-
cta uita sua, qua perseuerauerunt in solitudine, &
in sancta religione, lateri Christi sint applicati:
sed sub elatione aliqua decepti, uel illusione dia-
boli perturbati, faciunt lapsum, & quasi à latere
Christi cadunt. Et quare mille? Quia mille in de- D
xtera manu designamus. Primũ dicit & mille. Er
go isti iam, qui propè sunt, ut perueniant ad Chri-
stum, subito in exitu uitæ suæ transeunt ad aliqua
nepharia & impudica. Et cadunt à latere eius mil-
le: sequit, Et dena milia à dextris tuis. De quibus
Matt. 25.c dicit, nisi de illis, quibus dicturus est: Esuriui enim,
& non dedistis mihi manducare: sitiui, & non de-
distis mihi bibere: nudus eram, & non operuistis
me: hospes, & non collegistis me: infirmus, & in
carcere, & nõ uisitastis me: in tribulatione, & non
me estis consolati? Isti dena milia dicuntur. Sed à
dextris ad sinistram transeuntes, cadent à dextris
Luc. 10.c eius. Nam & illi qui dicturi sunt, Nónne in no-
mine tuo dæmonia eiecimus, & multas uirtutes
fecimus? quasi ad dexteram se putant esse, & di-
cit eis: Discedite à me, non noui uos. Ite in ignem
æternum, qui paratus est diabolo, et angelis eius.
Et isti cadẽt à dextris eius. Sequitur: Tibi aũt nõ
appropinquabunt. Et reuera nõ possunt tales ap
propinquare ueritati, qui consenserunt falsitati.
Veruntamẽ oculis cõsiderabis. Hoc Christo de
malis propheta dicit: Et retributionẽ peccatorũ
uidebis. Ergo quid intelligimus, oculis tuis consi
derabis, nisi quod dixit propheta alio loco: Vul-
tus aũt domini super facientes mala, ut perdat de
terra memoriam eorũ? Oculis suis considerabit, Psal. 33.b
ut perdat de terra memoriam eorũ. Et illi cadent
à latere uel à dextris, iam proximi ad portum fa-
cientes naufragium, accipient retributionẽ pec-
catorũ ab illo, qui reddet unicuiq; secundum ope
ra sua. Accedet hic iam populus fidelis, populus Rom. 2.a
Christianus, populus perfectus, & dicet: Quoniã
tu es domine spes mea, altissimũ posuisti refugiũ
tuum. Verè magna altitudo est cõfugere ad deũ:
homines accedentes ad deũ cũ corde alto, quod
non est in terra depositum, isti cõfugiunt ad deũ.
Et cum in ipso alto corde nõ dubij sint, sed certi,
alis apertis. Duæ alæ agnoscunẽ dilectionis, quæ
sunt dei & proximi. Cum ibi in alto ascẽdunt, nõ
accedunt ad eos mala. Et flagellum nõ appropin
quabit tabernaculo eius. Quid facimus, quia di-
ctum est? Quem enim diligit dominus, corrigit: Hebr. 12.b
flagellat autẽ omnem filium quem recipit. Et san
ctus Iob flagellatus est, tentatus est, examinatus
est, exacerbatus est, uulneratus est: sed non appro
pinquabit flagellum tabernaculo eius, quia non
cessit flagello dei, sed dixit: Si bona suscepimus Iob 2.b
de manu domini, mala quare non sustineamus?
Videte qualis athleta, cuius tabernaculo non ap-
propinquabit flagellum. Quid est, Non appropin
quabit? Non permansit. Quare non permansit?
quia ab spe nõ recessit, quia tolerantiam habuit.
Et quia omnis tolerantia fructum habet præsen-
tis uitę et futurę, & hic accipit multiplicatũ quod
dimiserat, & illuc cum laude peruenit, quia hic in
tribulatione non defecit. Ideò legimus ista, ut imi
temur, non ut tantummodo talem uirum laude-
mus, & nihil faciamus. Exhinc iam inducit perso
nam Christi: nam & ipse Iob personam ipsius por
tabat. Et dicit: Quoniam angelis suis mãdauit de
te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. In mani-
bus tollant te, ne quando offendas ad lapidẽ pe-
dem tuum. Intantum persona Christi est, ut dia-
bolus tempore illo tentationis quando eum tenta
uit in pane, & in regno mundi, & in elatione, hoc
ei dixit in prima tentatione: Non in solo pane ui- Matt. 4.b
uit homo, sed in omni uerbo dei. Et in secũda ten-
tatione dixit, quando ei dictũ est, quando ei ostẽ
sa sunt omnia regna mundi ab ipso diabolo dicen
te: Omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Re-
sponsum est ei à Christo: Dominũ deũ tuũ adora-
bis, & illi soli seruies. Et tertia tentatione leuans
eum in pinnam templi, dicens: Mitte te deorsum
in terram, quia de te scriptũ est: Angelis suis man
dauit de te ut custodiant te in omnibus uijs tuis.
In manibus tollant te, ne quando offendas ad la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pídem pedem tuũ. Propheta díxit, quomodo día A
bolus futurus erat dícere in tẽtatione saluatoris,
subsequitur dícens: Super aspídem & basilíscum
ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.
Quis est íste aspis, nisi ipse serpens diabolus, qui
Protoplastum innocentem & rudem decepit? Ba
silíscus quare dictus est, nisi quía inter serpentes
príncipatũ tenet? Quomodo diabolus princeps
est omnium uitiorũ. Ambulauit super illum uni-
Ioan.14.d genitus saluator noster, quãdo díxit: Ecce uenit
princeps huius mũdi, & in me nihil inuenit. Ten
tatus est à Sadducæis, à diuersis Iudæis, tamẽ am
bulauit super aspidem & basilíscũ. Nam quando
ei proposuerunt de muliere illa quæ septem uiros
habuit, cõculcati sunt, quando responsum est eis:
Mat.22.c Erratis, nescitis scripturas, in cœlo neq; nubent, B
neq; nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlo. Ita
ambulauit super aspidem, ambulauit super basi-
Luc.20.c liscũ, quando ei dictum est à Iudæis: Dic nobis in
quo nomine hoc facis, & quis tibi hanc dedit po-
testatẽ? Ambulauit super basiliscũ, quando díxit
eis: Et ego interrogo uos unũ sermonẽ, quẽ si di-
xeritis mihi, & ego dícam uobis: Baptismũ Ioan-
nis unde erat, de cœlo, an ex homínibus? Et illi
iam sub pedibus eius iacentes, dixerunt intra se:
Si dixerimus, de cœlo: dicet nobis, quare nõ cre-
didistis ei? Si dixerimus, ex homínibus, timemus
populum: quía sicut prophetã habebãt eũ. Et re-
spónderunt ei, Nescimus. Et cõfusi recesserunt.
Et ambulauit super draconẽ, quãdo Sadducæos
cõfudit secũdó. Ambulauit super basiliscũ, quan C
do interrogantes hanc quæstionẽ, rei recesserũt.
Psal.103.d Sequitur, & conculcabis leonẽ & draconẽ. Quis
est íste leo? qui uícit de tribu Iuda leonẽ & dracó-
nẽ, qui significatus est in psalmo: Draco hic quẽ
finxísti ad illudendũ ei. Hoc mare magnũ & spa-
tiosum, ibi repentia quorũ nõ est numerus. Ani-
malía pusílla cũ magnis, carnales cum spirituali-
bus. Et quía in ipso mari huius seculi negotía da-
mnosa diabolus agit, draco dictus est, qui illudit
mundo, & cõculcatus est à dño nostro Iesu Chri-
sto, qui percussit eũ gladio oris sui in morte sua,
& in pretio redemptionis nostræ. Diabolus qui
lætatus est in primo homine captiuato, exínde ca
ptiuatus est Christo resurgente glorificato, qui
cõculcauit leonẽ et draconẽ. Quoniã in me spera D
uit, eruam eũ, quoniam cognouit nomen meum.
Quando sperauit in eũ? quando caro clamauit ad
Psal.21.d patrẽ, dicẽs: Deus deus meus respice in me, qua-
re me dereliquísti? Eruit eũ, quoniam Iudæi non
præualuerunt cõtra eum. Cognouit nomen eius,
quando díxit: Longè à salute mea uerba delícto-
rum meorũ, id est, longè sunt à me peccata mem-
brorũ meorũ. Peccata possum portare eorũ, non
tamẽ habere: quía ipse est qui peccata nostra por-
tat, & pro nobis dolet, quẽ nos putauimus in do-
lore esse. Ipse aũt uulneratus est pro nobis, & hu-
miliatus est pro peccatis nostris. Sequitur: Inuo-
cauit eum, cum ipso sum in tribulatione, eximam
& glorificabo eum, longitudine dierum replebo
eum, & ostendam illi salutare meum. Inuocauit
eum, & exauditus est quando díxit: Deus deus
meus respice in me. Erutus est, quando emísit spi- Psal.21.d
ritum. Cum ipso fuit in tribulatione, quando di-
xit: Ne discedas à me, quoniam tribulatio proxí-
ma est. Cum ipso fuit in tribulatione, exemit eũ,
& glorificauit eum. Quomodo eum glorificauit?
quando eum clarificauit, quando díxit, Clarifica
me pater claritate illa, quam apud te habui anteq; Ioan.17.d
mundus esset. Clarificauit eum, quando in toto
mundo clarum eum fecit credentium mentibus.
Quando in omnẽ terram exíit sonus eius? quan- Psal.18.d
do uerbũ exíit, & cucurrit in campos. Glorifica-
tus ergo, ut nos dícamus: Gloria in excelsis deo, Luc.2.b
& in terra pax homínibus bonæ uoluntatis. Ora-
tiónibus uestris inquantum dominus donauit, &
pulsanti aperuit, exposuímus uobis totum psal-
mum. Orate ergo ut qui percepístis à nobis mo-
dica, accipiamus magna, & detur nobis quod
tradatur uobis, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo XCIII. Quis exurget míhi aduersus malignantes? & cætera, Homília.

ADVERSVS fluctus & impetus ma-
lorũ hominũ, contra pestíferas cogi
tationes, qui student magis ut uiuãt:
nec uiuãt ut illi, qui ita seculi laqueis
obligati sunt ut totum cor depositũ
in terra trahant, non agnoscentes eũ, qui fecit cœ
lum & terram. Cõtra hæc sola oratio Christiano-
rum ad deum poterit prævalere, licet suis uíribus
aduersitates nullus manu cordis repellere potest
nisi fuerit adiutus cœlitus dextera illa ineffabilis
diuinitatis, tamẽ necessária est nobis incessabilis
operatio, ut sequamur magístri & domini præce-
ptum, dicentis: Oportet semper orare, & nunq; Luc.18.d
deficere. Isti ergo mali homines, qui magis ideo
uiuunt ut probent bonos, ut si qua fortè sex mo-
rum obfuscauit claritatẽ sanctæ & immaculatæ
uitæ perturbantibus pestíferis homínibus, quo
proficiunt illi in peius, isti purgantur in melius, di
cente dño: Cũ dixerint omne malum aduersum Matt.6.d
uos, mentiẽtes, gaudete & exultate, quía merces
uestra copiosa est in cœlis. Et iterũ: Orate pro ini
micis uestris, benefacite ijs qui uos oderũt. Ora-
te pro calumniantibus & persequentibus uos, ut
sitis filij patris uestri, qui in cœlis est, qui Solẽ suũ
facit oríri super bonos & malos, & pluit super iu
stos et iniustos. Si enim diligitis eos tantũ, qui uos
díligunt, quã mercedem habebitis? nónne & pu-
blicani hoc faciunt? Et si eos salutatis tantum qui
uos salutant, quid amplius facitis? nõne & Ethni
ci hoc faciunt? Estote ergo perfecti, sicuti et pater
uester cœlestis perfectus est. Taliter impugnabat
propheta, de quo modo cantauímus. Nam nisi
exagitaretur, tentaretur, probaretur, perficeretur,
quando clamaret dicens: Quis exurget mihi ad-
uersus malignantes, aut quis cõsistat mihi aduer-
sus operantes iniquitatem? Nisi quia dñs adiuuit
me, paulominus habitauerat in inferno anima
mea. Quasi quærens, & dicens: Quis adiuuat me
contra

cõtra tantos ímpetus, cõtra tantas suggestiones, A
contra tantas importunitates malorũ? Ergo quis
exurget, dicebat: quasi quærẽs, & cõquirens per-
agraret in tota creatura, & iam nullum ex homi-
nibus adiutoriũ inueníret. Repetíuit, dicens: Aut
quis cõsistat mihi aduersus operantes iniquitatẽ?
Rediit ad fontem misericordiæ, unde semper hau
riebat beneficia, ad dominum rerum omnium, &
conditorem creaturarũ. Hic & confessus non in-
gratus dixit: Nisi quía dominus adiuuit me, pau-
lominus habitauerat in inferno anima mea. Ostẽ-
dit, quía omnis anima deũ sitiens & esuriens, dere
linqui in quocunq; periculo, in quantacũq; extre
mitate non poterit. Et si paululum differt benefi-
cia, tamen non derelinquit sperantes in se. Nam
quis sperauit in domino, & confusus est: perman- B
sit in mandatis eius, & derelictus est? Et beneficia
prestans dicebat, salus et saluatio nostra dominus
Iesus Christus: Credis, quía possum hoc facere?
Marc.9.d Et ille clamabat medulla fidei, interiori credulita-
te: Credo domine, adiuua incredulitatem meam.
Et dominus respondens dicebat: Secundũ fidem
tuam fiat tibi. Nullus ergo ex cultoribus dei dubi
tet, quamuis beneficia difficilia speret, quãuis mi-
racula super se ueniẽtia postulet, differri à summo
bono deo non potest. Cõsiderate patres nostros,
qui fuerunt ante nos. Patriarchę fide exierunt de
terra sua & de cognatione sua, credentes quía qui
fusserat eos exire, dimittere nõ poterat exeuntes.
Quid dícam de illo populo, qui in eremo quadra- C
ginta annos instituitur? licet murmuroso, licet in-
digno, licet ingrato, de propagine illorũ tertiam
progeniem introduxit in terrã promissionis: quía
Gene.21.d quæ promisit deus, potẽs est facere. Quid dico de
illo Abraham patre multarũ gentiũ, qui fide in se-
nectute meruit accipere filiũ, & cõtra spem in spe
credidit? Quid dico de Isaac? quía iam uxor eius
sterilis uocabatur, ad unũ coitum geminũ accepit
fructũ filiorũ, ita ut in uno ergastulo uentris Esau
& Iacob uno tempore cõciperentur, alerentur &
crearentur. Quid dico de Iacob? qui fide exíit cũ
uno baculo à genitoribus suis, pergens ad Laban
auunculum suum, id est, fratrem matris suæ, & ue
nit in Luza, & ibi uidit tantum mysterium & ine-
narrabile, angelos ascendentes & descendentes,
& sanctum locum nominauit, & in sua oratione D
Christum prophetauit, & saluatorem unguendo
1.Cor.10.d lapidem non tacuit, dícente Apostolo: Bibebant
aũt de spirítali sequente petra, petra aũt erat Chri
stus. Quid adhuc de illo dicã? qui ueniens ad pu-
teum, inuenit filiam Laban, nõ posse adaquare pe
cora præ multitudine pastorũ: reuoluit lapidem
grandem quo puteus cooperiebatur, & adaqua-
uit greges. Quantũ mysteriũ, quanta granditas,
in opera patriarcharũ, quanta credulitas. Puteos
cũ legimus, siue fossos à patriarchis, siue obrutos
à Philistinis: intelliguntur Philistíni Gentiles ho
mines esse, seipsos amantes, uel hæretici, qui falsi
tate sua cooperiunt ueritatem legis, ne adaquent
multitudinem gregũ. Aeque intelligitur puteus
fossus altitudo legis. Fodiunt eã doctores de sar-
culo linguæ, purgant terrenas cogitationes, ueni
unt ad spirituales, & perueniunt ad illam altitudi
nem sapientiæ & scientiæ dei, quam oculus nõ ui
dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit:
& profluit eis aqua de altitudine fontis saliẽtis in
uitã æternã. Sed petra cooperiť, quía quod in le-
ge uelatũ est, in aduentu Christi reuelatũ est. Cũ
ergo ad puteũ uenit Iacob, siue Moses, uel cæteri
qui ad puteos agnouerunt futura coniugia: quid
intelliguntur, nisi in altitudine legis ecclesiam ag
noscere? Inde adaquant oues, id est, de uerbo spi-
ritali. Nam ipse Iacob dũ adhuc pastor esset auun Gen.30.ef
culi, & soceri sui, uidebat fructũ et fœcunditatem
ouium nõ ad se transire: fecit pactũ cũ socero suo,
ut si quid nasceret uariũ in agnis, pertineret ad la
cob: si quid fuluidũ & exalbidũ, pertineret ad La
ban. Sapientia illa, quæ est ostensor omniũ artiũ,
omnia ingenia excedens, dictauit illi debere face
re populeas uirgas, sculpere eas, ut uiride in quo
erat decoriaret ex parte, et faceret uiride cũ albo.
Posuit has uirgas uario colore decoratas, ut quo-
ties biberent greges tempore conceptus concipe
rent ibi uarios fœtus: & huius sacramẽti res erat.
Virgæ intelliguntur præcepta legis, dícente Apo 1.Cor.4.d
stolo: Quid uultis, in uirga ueniam ad uos? &, Re Psal.2.c
ges eos in uirga ferrea. Et alio loco: Virgam uirtu Psal.109.d
tis tuę emittet dñs ex Sion. Et ipse Moses uirgam
ferebat, quam ante Pharaonẽ proficiebat. Intelli-
gitur in uirga, ut dixi, uigor legis, præfigurabat
ecclesiam ubiq; diffusam. Qui audit nunc uerbũ
dei, quod est illi uirga, ponitur supra aquã, id est,
in fontẽ baptismi, & ibi bibentes oues baptisatæ,
credẽtes pastori pastorũ dño nostro Iesu Christo, Ioan.10.d
qui animã suam posuit pro ouibus suis: ibi, id est,
in aqua, concipiunt uarietatẽ uitæ suæ. Vnus con
stituit uxorẽ ducere post baptismũ, & aliam mu-
lierem tangere nullam: alius cõstituit ascendens
de baptismo continentiam tenere, & ulterius am
plexum fœmineum non tangere: alius constituit
uirginitatem custodire, alius uiduitatem seruare:
alius constituit monachi uitam tenere: aliæ in cho
ro sacrarum puellarũ permanere. In utroq; sexu
permanent ista dona, gratia donante. Hoc est fi-
guratũ ab Iacob, uarias oues in aqua concipere,
hoc totũ credulitas de auribus dei sibi uendica- Gene.30.d
uit. Quid dicã de Rachel uxore eius, quæ sterilis
uocabatur, quomodo credens cõcepit, primum,
Ioseph; ultimũ, Beniamin? Quid dícam de ipso Io
seph, qui credulitate omnia à deo impetrauit? qui
puer paruus, adolescentia decoratus, impudicæ
mulieris insolentiam credulitate declinauit, casti-
tate possessus, in manu proteruæ mulieris palliũ
dereliquit. Quæ mulier significat synagogã, quæ
incredulitate sua usq; ad mortem dominũ accusa
tione persecuta est, ut palliũ carnis dimitteret in
manibus eius: æque ipsum palliũ in resurrectione
corporis assumpsit. Quòd uerò de carcere exíit,
hoc est, quod idẽ ipse dñs de sepulchro ascendit.
Quòd pauit Aegyptum tempore famis, hoc est,
quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Christus uerbo totũ mundum repleuit. Et ut agnoscatur famem esse uerbum dei, dixit Pro-
Amos 8.d pheta: In illis diebus mittam in eos famẽ, sed non famem panis, sed famem audiendi uerbũ dei. Et quia prætermittendum non est de Iacob: quæ nobis exponenda occurrerunt, redeamus ad ordinem dictionis. Nam cum ad cognationem suam uellet redire cũ uxoribus & paruulis, omnicq; censu â Laban socero suo (ita continet series lectio-
Gen.31.cd nis) Igitur egressus Iacob de Mesopotamia Syriæ, uenit ad montẽ Galaad, ibicq; fixis tentoriis nunciatũ est ad Laban, quòd fugeret Iacob clam ipso cum coniugibus ac liberis suis, omnicq; suppellectili sua. Qui consecutus reperit eum in Galaad. Et locutus est dominus eadem nocte ad Laban, dicens: Caue, ne quid asperè loquaris ad Ia- B cob. Et hoc totũ unde factũ est nisi de credulitate? Illud uerò quod sequitur, Transductisq; omnibus quæ ad se pertinebãt uadũ Iordanis, Iacob remansit solus, & ecce angelus luctabatur cũ eo. Cumq; iam crepusculo dies immineret, dixit angelus ad Iacob: Dimitte me ut uadam: iam enim ascẽdit aurora. Ad quẽ Iacob ait: Non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Cui dixit angelus: Quod nomẽ uocaris? At ille respondit: Iacob. Cui angelus: Non uocaberis, inquit, Iacob ultrà, sed Israel erit nomen tuum. Quia si cũ deo fortior ualuisti, quanto magis cũ hominibus fortior prælabeis? Tetigitq; neruũ femoris eius, & emarcuit. Magnum sacramentũ, qui angeli tactu insanus sanus debuit reddi, uersa uice factũ est, ut sanus claudi- C cans efficeretur. Sed præfigurabat in duobus pedibus Iacob duos populos, scilicet credentes, & incredulos. Nam de populo Iudæorũ, qui Christum dominũ futuri erant crucifigere, quid dictũ est? Filij alieni mentiti sunt, filij alieni inueteraverunt, & claudicauerunt à semitis suis. Quanta fuit claudicatio, ut filium Ioseph cõfiterentur tantum, & non filium dei, & crucifigerent. Intantum fuit claudicatio, ut dicerent: Si tu es Christus, dic
Luc.22.g nobis. Ecce in uno pede Iacob, demonstrabatur populus in Christo claudicans, Iudæorũ: in alio pede integro & stabili populus Christianorũ, dicente Propheta: Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesijs benedicã te domine. Hos duos pedes significabat Iacob in duobus populis. Quid dicã de D
Psal.25.g Mose, de Aaron, de Thamar, de Eleazaro? Virtutes, potentiæ, miracula, tolerantia, granditas, sustinentia, fides, spes, charitas erat in eis, ut duces populi efficerentur. Tolerabant insipientes, insulsos, iracundos, murmurosos, ingratos, & hoc totũ: illã credulitatẽ tenentes: quia agnoscebant patientiã pauperũ nõ posse perire in æternũ. Quid
1.Reg.17 dicam de sancto Dauid? qui puer paruus cũ oues uindicaret à ferocitate ferarũ, leonẽ & ursum tenens sub ala suffocabat. Vnde hoc puer impetrabat, nisi quia iam deus in illo mysteria agebat? Nã quid erat suffocare ursum & leonẽ, & defendere oues, nisi dominũ Iesum Christũ uenturũ signare, qui alligauit satan & angelos eius, ut gregem suum liberaret de faucibus leonis rugientis? Qui conculcauit leonem & draconem. Aequè ursum suffocauit, quando incredulitatẽ crucifixorũ cõfudit dicentiũ: Hic dixit, destruam templũ, & in Matt.26.a triduo reædificabo illud. Et iterũ dixerũt: Nobis dormientibus discipuli uenerũt, et furati sunt eũ. Aequè tanta bestia occisa est, quando ex mortuis resurrexit. Breuiter ergo uoluimus, quãto potuimus, uel quę occurrerunt dicere nõ prolixè, non laborioſe, nõ latissimè, ne fastidium ingereremus legentibus. Si quid enim comaticè dicitur, cũ dulcedine & suauitate legitur. Ergo & nos dicamus cũ talibus, quia filij prophetarũ sumus, & credentes scimus nos cũ membris Christi esse. Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis consi- B stet mihi aduersus operãtes iniquitatẽ? Nisi quia Psal.93.c dñs adiuuit me, paulominus habitaret in inferno anima mea. Ecce hoc dicamus quotidie deo purgata, eliquata mente, iugi oratione, cõquadratis moribus, trutinata cõsuetudine, ut gratiã dei nõ inuacuũ suscipiamus, sed faciamus in eadem gratia fructum iustitiæ ob meritum uitæ perpetuæ.

IN PSALMVM, CANTATE DOMINO Psal.95.a
cantícum nouum, cantate domino omnis terra: Homilia, Desiderio Erasmo interprete.

GREGIVM uereq; mirandum hymnũ spirituali lyra nobis resonuit hymnographus Dauid, dum prophetica lingua sermonem texit Euangelicũ, & antiquis sermonibus nouas res signi-
ficauit. Quid enim insonuit, quemadmodum modo audiuimus? Cantate domino canticũ nouum, cantate domino omnis terra. Cõsidera charissime pieq; contemplare, ut prophetiam uerbis adaptans Euangelicis eundem reddat sententiarum dogmatumq; concentum. Cantate, inquit, domino canticũ nouũ. Scimus fratres, quòd nouum canticũ à uetere distinguitur. Quærendum igitur, quod sit argumentũ cantici ueteris, quod nouí: hoc pacto ex rerũ differentia cõsequi poterimus ueritatis intellectũ. Primũ omniumq; uetustissimũ canticũ ad mare rubrũ decantatũ est: quo tempore admirandus ille Moses uirtute diuina transit mare, ac pelagus uertit in terram. canticũ resonans dicebat: Cantemus domino, glorioſe e- Exo.13.d nim glorificatus est: equum & cõscensorem proiecit in mare: fuit & aliud uetus canticum à beata Iud.5.a Debbora decantatũ, quum prostratis in bello hostibus, pro maximo quopiã trophæo erexit hymnum uictorialem. Inuenies & aliud canticum in Num.21.d deserto cantatum, quum puteum reperissent filij Israel, nouoq; beneficio frui contigisset: Quin insuper multã ueteris cantici mentionẽ inuenire licet ijs qui uerè syncereq; uersant in sacris literis. Oportet igitur, iam & recens illud & nouũ quærere canticũ, quam uim habeat & quid proponat nobis cõtemplandũ. Hic mihi uigilanter attẽde. Vetus canticũ unius populi finibus circũscriptũ erat, unoq; climate continebatur, uidelicet Palæstinæ

stinæ, neq; phas erat populo extra illud clima uetus efferre canticum, sed quũ populus esset unus unaq; gens, uno loco unoq; climate, tum canticũ, tũ religio uetus erat circunscripta. Testatur quod dico etiam beatus Dauid, sic alicubi loquens sub persona Iudæorum, qui erant in Babylonem ad-
Psal.136.a ducti, Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Vides, quòd non fuerit cõcessum ueteri cantico per omnẽ ire terram, quę sub cœlo est? Sed repetamus ea quæ dixerunt in Babylone uersantes: Tunc interrogauerũt nos qui captiuos duxerunt nos uerba cantionũ, & qui abduxerunt nos, hymno cantate nobis de canticis Sion. Dein lege circũscripti, uetitiq; ne in terra peregrina canerent diuina cantica, respondent, quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Vetus B iuxta corporum unionem, sed iuxta mentis affecticum adeò angustis finibus circunscribebatur, quemadmodum modo dicebam, intra populum unum, unamq; regionem: sed nouum per omnẽ terram incedit quæ sub cœlo est, & ab uniuerso decantatur orbe: eoq; Propheta quum dixisset, Cantate domino canticum nouum, protinus adiecit, cantate domino omnis terra. Vide quomodo explicat donum, uide quomodo dilatat theologiam, uide quomodo ostẽdit discrimen inter canticum nouum, & uetus illud angustiis finibus circunscriptum. Ac ne quis humanis conIecturis cæcutiat in huius rei cõtemplatione, nec angelicæ gratiæ uim tacuit: sed quũ dixisset, Can- C tate domino omnis terra, rursum adiecit, annunciate diem ex die salutare eius. Quod salutare? profecto liquet, quod de multis hymnis celebrada saluatoris dispensatione loquitur: quod deus amore generis humani, inter homines uersatus est, quòd medicus ad ægrotãtes aduenerit, quòd caligantibus lux affulserit, quòd errantibus apparuerit uia, illa, inquã, uia quæ & hodie clamat
Ioan.1.4.b in Euangelijs, Ego sum uia, ueritas, & uita. Sed operæpretiũ est fratres discere, quam ob causam deus populũ illũ loco et climate circunscripserit, tũ quur illi nõ permiserit per uniuersam terrã canere laudes diuinas: nam illud oportet in primis pulchrè nosse, quòd deus nõ uertitur nec immutatur, nec ab una sententia in aliã dimouetur, ut nunc hoc decernat, nũc diuersum: sed quòd quũ ipse maneat immotus & immutabilis, sese ad hu- D manã attemperat imbecillitatẽ. Crebro fratres loquitur deus ac leges prescribit, nõ ut ipse possit, sed ut nos capere ualemus. Poterat & per uetus canticũ accendere lucernã gentibus: sed nõ erãt qui lucernã manibus attingerent ualidi ad pietatis prædicationẽ. Etenim si qui acceperunt, non obtinebant pietatis sermonem, qui potuissent in alios pietatis legẽ transfundere? Verũ quoniam populus ille segnis erat & incredulus, ut facile gentiũ abominationibus seductus sese submitteret, uno loco septus est quò posset solus apud se exercere pietatis legẽ. Idẽ facit frequenter & maritorũ hominũ quisq;, quoties uxorem habet suspectam, circunscribit illam uno loco, thalamisq; includit, eunuchos adhibet, & omnẽ apponit custodiam: in summa, nihil non facit curatq; eorum quæ seruant pudicitiam, eo quòd illa non habet uerũ amorem, ac pudicæ mentis custodiam, quæ castæ fœminæ solet esse familiaris. At qui pudicã beneq; moratam habet uxorem, à nulla eam progressione prohibet, quippe qui certũ pignus habeat uxoris affectum. Illa prodit in forum, & extinctus est zelus: congreditur cũ multis uiris, nec usquã est zelotypiæ morbus, eo quòd pudica mulier secum habeat custodem ac pedagogum, morum integritatẽ. Quod igitur inter nos homines geritur, idem facit & deus. Ac ne quis dicat incõgruam esse similitudinem quam proposui, deus hoc modo copulatur populo, quo uir uxori, non
Hiere.3.c appellat synagogã) sciens igitur mentẽ synagoge merito suspectã, prius illã appellat, dicens, Atten- Deut.12.d de tibi Israel, ne quando offeras holocautomata tua, & uictimas tuas in omni loco, quemcũq; inueneris, sed in loco quem elegerit dñs deus tuus. Videte quàm circũscripta sit, & quid ẽ meritò fratres: quũ enim in uno loco accepisset altare, totũ locũ impleuit simulachrorũ cultu, sicuti clamans Hieremias testatur: iuxta numerũ ciuitatũ erant dij tui Iuda, et iuxta cõpita Hierusalẽ sacrificabas Baal. Si quũ accepisset unũ locũ, terram omnem impleuit adulterio, si plena libertas fuisset concessa, cogita, in quàm enormem incidisset incontinentiam. Ob hanc causam fratres, etiam canticum loco circunscriptũ est, et altare loco definitũ

& po-

Iuv. 44.cf & populus ille loco conclusus. At ecclesia quæ ubiq; Christũ in se circunsert, innumerosq; martyres immolauit ob charitatẽ quam gerit erga uirũ, à nullo prohibetur loco: sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina: hæc prædicit deus per Prophetam: nam & ecclesiasticã exprimens synceritatem, & alterius populi ingratitudinem

Mala. 11.c traducens, ad illos loquitur: Non est mea uoluntas in uobis, dicit dominus omnipotens, nec accipiam hostias de manibus uestris: quoniam ab exortu Solis usq; ad occasum, nomen meum glorificatum est inter gentes, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo, & sacrificium purum. Vide quàm luculenter, quamq; dilucide mysticã interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia. Thymiama uero purum appellat, sacras preces, quæ post hostiam offeruntur: hic enim suffitus deum refocillat, nõ is qui à terrenis radicibus sumitur, sed qui à puro corde exhalatur. Diriga-

Psal. 140.d tur igitur oratio mea tanquàm incensum in conspectu tuo. Vides ubicunq; concessum est angelicum illud sacrificium inclarescere: uides nullis finibus circunscriptum, neq; altare, neq; canticum. In omni loco Thymiama offertur nomini meo. Est igitur hostia pura, prima quidem, mystica mensa, cœleste summeq; uenerandum sacrificium. Est autem & in nobis uaria sacrificiorũ differentia. Posteaq; enim lex in ueteri testamento multas habuit hostias, aliam pro peccatis, aliam quæ dicta est holocautoma, aliam uocatã laudis, aliam salutaris, aliã pro leprosis mundandis, breuiter alias & multas & uarias, pro his qui innumeris expiationibus censebantur, omnino magnus erat & modo carens numerus sacrificiorum in lege: quę omnia noua gratia superueniens uno complectitur sacrificio, unam ac ueram statuens hostiam. Habemus autem et nos in nobis ipsis uarias immolationes, non quę iuxta legẽ incedunt, sed quæ decent Euangelicã gratiam. Vis ne has cognoscere uictimas, quas habet ecclesia, quum sine sanguine, sine fumo, sine altari cæteriscq; cærimoniis, munus Euangelicum sursum ascendit ad deum, quodq; sit sacrificium mundum & immaculatum? Audito sanctam scripturam tibi palam exponentem hanc differentiam ac uarietatẽ. Est igitur primum sacrificium, quod ante dixi, spi D rituale illud ac mysticum donum, de quo Paulus

Ephe. 5.a ait, Imitatores estote dei, tanq; filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum et Christus dilexit nos, tradiditq; seipsum pro nobis deo sacrificium & oblationẽ in odorem suauitatis. Alterum sacrificium est martyrum: & quæ testatur

Rom. 12.a hoc scriptura? Audi Paulum: obsecro uos fratres ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuam, sanctam, gratam deo. Habes primam hostiam quæ dicitur salutaris, habes secundam martyrum, ter-

Psal. 104.a tiam precationis: Dirigatur deprecatio mea, tanquam incensum in cõspectu tuo, sublatio manuũ mearum sacrificium uespertinum. Quarta est quę

Psal. 106.e offertur, laude, hoc est, per hymnos, Sacrifica deo

A sacrificium laudis. Quinta est per iustitiam: Tunc acceptabis sacrificium iustitię. Sexta offertur per eleemosynam: Sacrificium, inquit, mundum & Iacob. 1.d immaculatum, uisitare pauperes & orphanos in afflictione ipsorũ. Septima fit in iubilo. Iubilum aũt est uictorialis in bello applausus. Nam aliud est ὁλολυγμὸς, hoc est, clamor: aliud ἀλαλαγμὸς, hoc est, iubilatio. Quum post uictoriam in bello milites uociferantur, ea est iubilatio, uictoriæ signum: eoq; Propheta eos qui conspecturi erant Christi uictoriam, hymnum uociferantes aduersus hostes, beatos appellat, dicens: Beatus populus qui scit iubilationem. Iubilatio igitur est uictorialis in bello plausus. Posteaquam ergo seruator uictoriam tulit, deuictis omnibus inimicis, dicẽs:

B Confidite, ego uici mundum: hymnum hunc of- Ioan. 16.g ferentes uictori, perficimus iubilationem, quam Propheta beatam uocat, dicens: Circumiui & im- Esa. 26.c molaui in tabernaculo eius sacrificium laudis & iubilationis. Est & octauũ quoddam sacrificium Psal. 50.d deo, spiritus contritus: Cor contritum et humiliatum deus non despiciet. Vides quales hostiæ à nobis tractentur. Est & aliud nonum sacrificium, quod peragitur per Euangelij prædicationem: is est sermo doctrinæ de qua Paulus apostolus ait: Administrantes Euangelium dei, ut fiat oblatio Rom. 15.g gentium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Vides quam declarauit, etiam Euangelij prædicationem offerri deo? Habes igitur primũ sacrificium, illud salutare donũ, secundum martyrium, tertium deprecationis, quartũ iubilationis, quintum iustitiæ, sextum eleemosynæ, septimum laudis, octauum cõpunctionis, nonum humilitatis, decimũ prædicationis, tametsi quiddam prætermisi, quũ animo nouem enumerârim, putaui me tradidisse decẽ. Quod nam igitur sacrificij genus prætermissum est? Est decimum sacrificium fructificationis, de quo loquitur Paulus: accepi quæ Philip. 4.d à uobis missa sunt per Epaphroditũ, sacrificium acceptabile in odorem suauitatis. Vides beneficentiam in sanctos à Paulo uocari sacrificiũ. Habes igitur uarias sacrificiorum formas, Sacrifica deo sacrificiũ laudis. Laudaui uos omnes fratres, imò potius omnes laudauimus, & ante omnia deus, sacrificium quod exhibuistis: loquor de be-

D neficentia in pauperes, ut qui miserti estis eorum, qui in foro conculcabantur clamantes ad deum, & per uos exauditi sunt: imitati estis dei benignitatem, depulistis à foro mendicitatis probrũ, processit eleemosyna, & extinxit dedecus: dedecus enim diuitum est clamor pauperum. Thesaurizastis thesaurum, diuitias iustitiæ. Nam hunc thesaurum oportet habere prę oculis, thesaurum ueritatis, thesaurum iustitiæ, thesaurum benignitatis in pauperes. Siquidẽ duo fratres sunt thesauri, unus qui reponitur malis, & alter qui bonis recõditur, Thesaurus malorum est inobedientia et intractabilitas, & iniquitas: de qua dicit Paulus, Ignoras Rom. 2.a quòd bonitas dei ad pœnitentiam te inuitat, sed iuxta duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas

rizas tibi iram in die iræ, & reuelationis & iusti- A dicij dei: Vides thesaurum peccatorũ reponi operantibus iniquitatem. Nunc uide thesaurũ qui ex humanitate erga pauperes reponitur operãtibus

1. Timot. 6.d iustitiam. Audi Paulum Timotheo scribentẽ: Præcipe his qui diuites sunt in præsenti seculo, ne animis efferantur, neq; spem ponant in incerto diuitiarum, sed ut benefaciãt, diuites sint in operibus bonis, ut faciles sint ad impartiendum & communicandum, thesaurizantes sibi thesaurum in futurum, ut ueram apprehendãt uitam. Vides thesaurum bonorum, uides thesaurum malorum. Et apud quem hic thesaurus deponitur? Clarum est quòd apud deum: nam ille & malorũ thesaurum reponit ad retributionem. Et alteros quidem ulciscitur, alteris uero rependit præmia. Vis ipse uide- B re, quis thesaurorum horum perfectam habet memoriam, custodiamq;? Per Mosen loquitur de ijs qui perpetrãt mala, De uinea Sodomorum uinea

Deut. 32.c eorũ, & palmes illorũ ex Gomorra, uua eorũ uua fellis, botrus eorũ botrus amaritudinis: uenenum draconũ, uinum illorũ, & uenenũ aspidis insanabile. Et posteaquam commemorauit opera iniqui tatis, protinus adiunxit: nonne hæc omnia condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? in die ultionis retribuã, in tempore quum lapsus fuerit pes eorum. Ad hunc modum dispensat thesaurum iniquitatis, his qui operantur iniustitiam. Di

Esaiæ 33.d rum iniquitatis, his qui operantur iniustitiam. Dispensat & thesauros regni, de quibus loquitur & Esaias: uenit sapientia & scientia & pietas à deo. C

Luc. 12.d Hi sunt thesauri iustitiæ, de quibus & seruator sanctis discipulis suis loquebatur: Thesaurizate uobis thesaurum indeficientem, æternum in cœlis. Atq; idem diuiti loquens: ueni sequere me, & habebis thesaurum in cœlis. Fugiamus itaq; thesaurum iniquitatis, & recondamus thesaurum eleemosynæ, bonum opus, quodq; possit omne peccatum extinguere, quod idoneum sit ad soluendam omnem iniquitatẽ. Atq; ut planè cognoscas quantam habeat uim eleemosyna, attentius considera quæ dicuntur: peccata quædam spectant ad deũ, quædam ad hominem: ueluti impietatem cõmittere, blasphemias euomere, ac uiolare templũ dei aut ecclesiam dei persequi, aut sacerdotes afficere contumelia, hæc omnia referunt ad deum. Cæte- D rum mœchari, furari, iniuriã facere, hæc intra consuetudinẽ quæ nobis cum conseruis est consistũt. Multiplex autem est differentia, eorum quæ committuntur in deum & quæ in homines: nihil itaq; peius iniquitate, neq; quicq; infelicius iniquitate aduersus deum, neq; quicq; magis impium, quàm aduersus deum blasphemia. Et tantam tamen impietatem eleemosyna ualet diluere. non si perseueret in blasphemia, sed si per pœnitentiam peccatũ reuocet. Ne quis mihi hic obstrepat dictis meis perperam intellectis: non enim mihi ad amentiũ amentiam, sed apud uos fideles mihi sermo est, apud ueritatis collactaneos. Nihil sceleстius impietate, nihil sceleстius blasphemia: & tamen tantum malum per eleemosynam diluitur, si quis uere ac- cesserit ueritati. Sumo mihi ad probationem uete rem Danielis historiã. Balthasar Nabuchodonosoris filius, quum aliquãdo debacchareť in res diuinas ac sancta uiolaret, ausus est in ꝓphano conuiuio ebriorum, impiorum ac blasphemorum, sacra uasa, quæ Hierosolymis substulerat, in mediũ afferre, ijsq; pro temulẽtiæ instrumentis abuti: Et Dan. 5.d exportauit, inquit, uasa dei, quę erant Hierosolymis sancta, & bibit ex illis, ipse & uxores illius, & pellices, & concubinæ illius. Violauit autem diuina, non tantum per mensam prophanam, uerum etiam per intemperantiam. Atqui tantũ etiam malum deus lenitate sua tulit, illa malorum tolerans uis, illa opulenta gratia, illa benigna copiosaq; humanitas, quæ acceperat pœnitentiam nostram, & uindictam prorogat. Debacchantẽ in sancta tolerat deus, & sententiã aduersus illum proferre differt. Extitit, inquit, dum hæc fierent in superficie parietis, hoc est, in incrustamento, talus manus, à uola usque ad digitos, scripsitq; in pariete. Mane Thehel phares: & uerba erant Hebraica, ac mira culi nouitas expauefecit tyrannum cum conuiuis suis. Requirebatur ænigmatũ solutio, nec inuenie batur: accersiuit cõplures interpretes, qui nõ habebant quod dicerent de eo quod uidebať. Vocať Daniel in medium: oportet enim primũ consilio destitui mendaciũ, atq; ita demũ elucescere ueritatem, Quemadmodum in Aegypto, quum hære Gen. 14. ab rent magi ac sapientes, moxq; Ioseph interpretãs aperuit ueritatem: ita & in Babylonia, redarguta omni humana sapientia, mox dei sapientia per fidelem famulũ eluxit. Vocatus est Daniel, ingressus est sanctorũ uerborũ propheta, spiritualis scripturarum liber, magni regis interpres. Atq; ut cognoscas quid interlit inter hominẽ simplicẽ & hominẽ dei, qui natura quidẽ purus est homo, mente uero immortalis, introgressus ad illud cõuiuiũ impietatis, aduocať ab eius conuiuij principe, uidelicet rege, qui ait ad illũ, Scio quod spiritus dei sanctus sit in te: Explana nobis scripturam hanc, quid sibi uelit. Honoras famulum, & contumelia afficis dominũ: hominem reuereris, & deum contemnis. Cõfiteris spiritũ sanctũ, & sancta polluis? Dan. 5.d Scio ꝙ spiritus dei sanctus sit in te: Etenim sub patre meo, copiosior spiritus erat in te. Si igitur hanc quæstionẽ dissolueris, purpurã indues, & torquẽ aureũ circa collum tuũ. At beatus & admirandus ille, pro nihilo ducens hominũ munera, sed super omnia ueritatem honorans, ait, Rex munera tua alteri da uiro, ac dona tua alijs largire: Ego tamen scripturam enarrabo. Et quod erit interpretationis præmium? A deo merces ueniet. Quin potius hoc ipsum mihi ueritatis præmium erit, interpretari ueritatẽ ac pietatem quæ infamať uindicare. Vide aũt admirandam iusti sapientiam: non protinus interpretať scripturam, sed prius redarguit mentẽ regis dicens: ô rex, deus cœli dedit regnũ et potentiam patri tuo Nabuchodonosor, insuper honorem addidit illi, similiter & tibi: & ut sermonem in pauca conserã, dedit tibi deus regnũ & potentiam, & tu oblitus es dei, & exportasti uasa illius aurea argentea q;, atque ex his potasti tu cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uxoribus suis pellicibus & cõcubinis, eum uero A
qui habet in manu spiritũ tuum, non benedixisti:
ideo missus est articulus manus à facie eius, scri-
ptúsq; in superficie parietis sentẽtiam ipsius. Atq;
Dan. 5.8 hæc sunt uerba: Mane, numerauit deus regnũ tu-
um, & cõpleuit, id enim sonat, Mane, Syriorũ lin
gua atq; itidẽ Hebraica. Thehel, librauit deus re-
gnum tuũ, & dedit illud Persis ac Medis. Nam id
tẽporis tantũ erat regnũ Babyloniorũ. Considera
illud admiratione dignũ, quõ declarauit, deum o-
mnia numero & mensura facere: librauit, inquit,
ac mensus est: nihil enim ab illo fit absq; mensura,
nihil sine pondere, nihil sine cõgruentia, sed iusta
mẽsura uindictã infligit, quumq; punit, trutina li-
brat ultionẽ, pro delictorũ modo eam repẽdens,
ne maior sit cõmissis, sed cõgruens: eoq; deus ali- B
quando cõminans ludæa, quũ prius esset sublata
atq; extincta Samaria, dicit: & extendã in Hieru-
salem mẽsuras Samariæ, & trutinas dom⁹ Ephra
im: pro eo q̃d erat, eandem uindictã admetiar his,
quam illis sum admensus. Neq; enim mensura ca-
ret diuina uindicta, sed mensura, & regula, & tru-
tina mensurata est, sicut seruator loquit̃ in Euan-
Matth. 7.a gelijs. Qua mensura mẽsus fueris, remetiet̃. Men
Marc. 4.c sus igitur fuerat deus, ac librauit, diuisit & imple-
tus est numer⁹ eius regni, ait ad illũ. Quid aũt acci
Dan. 4.c dit, post tam seuerã sententiã? mox inducit dicti so
lutionẽ: & nunc rex cõsiliũ meum placeat tibi, ac
peccata tua eleemosynis redime, & impietatẽ tuã
cõmiserationibus pauperũ, si fortè propitius fiat
delictis tuis. Vides quantã uim habeat eleemosy- C
na, quantum ualeat humanitas, q̃ efficax iustitiæ
opus operetur erga egenos misericordia. Admo-
nuit Propheta, cui si obedisset ille legis transgres-
sor, gratia fuisset cõsequuta ꝓmissum. Sed gratia
quidẽ erat simplex, mens uero nõ recipiebat cor
rectionem. Adeo ualida res est erga pauperes hu-
manitas. Resecuit eleemosyna captiuorũ speciem
è foro, tollitur captiuitatis species ex uniuersa ter-
ra: uidisti forum plenum captiuis, & correxisti in-
amœnum spectaculum, contrahet deus ultionem
uindictæ suæ quæ peccatis infligitur. Neq; enim
iniustus est deus, ut obliuiscatur animarum iniu-
ste interfectarũ, neq; sanguinis iniuste effusi. Sub-
lati sunt sancti, sed pro pietate mortui sunt. Ne mi
hi respicias ad captiuitatis bellicq; speciẽ, sed illud D
specta, quòd cõplures suscepto pro castitate certa
mine, mortẽ perpessi sunt: multæ uirgines in tem
pore opportuno, uidelicet in tẽpore persequutio-
nis coronatæ sunt, quum animæ cõplures eodem
tempore expugnarentur. Ac ne putes illos deo
indignos quorum sanguis effusus est, istud est ue-
tus historiarum exemplum. Semper deus sanctos
exponit periculis, quò per hæc declaretur pieta-
tis uis, ne quis dicat: Quur si erant pij, sublati
sunt: quur si erant pij occisi sunt? quur si deo erant
curæ tantam sustinuerũt oppugnationem? Audi
Dauidem, per uetera decantantem noua, Deus
Psal. 7.a uenerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerũt
templum tuum: Ac non simpliciter, templum san
ctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum

custodiã, posuerũt morticinia seruorũ tuorũ escas
uolatilib. cœli, carnes sanctorũ bestijs terræ. Si hi
tanq; indigni pietate traditi sunt, illi quõ traditi
sunt? si hęc nũc quidã patiunt̃ ut indigni deo, quõ
eadẽ illa ueteres sancti pertulerũt? Quòd si idem
deus permittit, hæc omnia ad utilitatẽ suorum di-
spensans, ac per sanctos emendans peccati macu
lam, nihil prorsus iniustum, in his quæ diuina po-
tentia permittuntur. Hæc permittit deus ad exer
cendas mentes nostras, ac frequenter iusti pro in-
iustis mortem perpetiuntur. Habes ueterem con-
gruentiam, per antiquas historias, pronuntiauit
deus aduersus Adã, dicens: Terra es, & in terram Gen. 3.d
abibis. Atq; is quidẽ accepta sententia, inter ui-
uos censebatur. Contrà, qui nihil peccarat Abel,
interfectus est: qui obnoxius erat culpæ, uita frue B
batur: iustus morti subiectus est, idq; utiliter. po-
steaquam enim deus pronuntiarat sententiam ad
uersus Adã: Quocunq; die comederis, morte mo
rieris: non dedit morti potestatem illico reum in-
uadendi, ne mors aduersus genus nostrum arripe
ret uera certaq; cõtagia. Etenim si trãsgressos pro
tinus arripuisset, pœna fuisset irreparabilis, citraq;
pœnitentiæ remediũ. Sed ingressa est mors per in
iustitiam, ut eijceret̃ per iustitiã. Sublati sunt iusti,
sed extincti non sunt: in memoria sempiterna erit Psal. 111.b
iustus. Sãguis iustorũ effusus est, sed deus eos qui
traditi sunt tanquã uiles & abiecti, filios appellat,
& tanquã filios ulciscitur. Porrò q̃ qui simpliciter
ab inimicis occisi sunt, filij dei dicunt̃ ac tanquam
filij uindictã accipiunt, sermonẽ meum cõfirmat
beatus Moses. Quid aũt ait in cantico? Exultate Deut. 32.f
gentes cũ populo eius, & adorẽt eum oẽs filij dei,
quoniam sanguinẽ filiorũ suorũ ulciscetur. Si filij
dei, quõ occisi sunt ab inimicis? Vides quòd deus
permittit iustos occidi, ad probationẽ pietatis: nec
uiolatum est uerbum, ut cõfirmaretur sensus? Læ
tamini cæli, quoniam sanguinẽ filiorum suorum
ulciscetur: traditi sunt tanquã alieni, & uindican-
tur tãquã filij. Exercitatio pietatis est martyrium,
hoc est testimonium euidens & professum. Et quo
modo? Audi & considera, obsecro, demitte cogi-
tationem ad sermonis profunditatẽ. In omni tri-
bunali quid aliud martyri proponit̃, quàm ut ab-
neget deum? Ac dum aduersus hanc propositio-
nem decertat, manifestam & irreprehẽsibilem ar-
ripit coronã martyrij. Super his uero sanctis, qui
nunc occisi sunt, nõ erat iudex iudicans, sed con-
scientia. Complures enim interdum (neq; enim
condemno, sed humanas cogitationes excutio)
transgressi sunt in cogitatiõe: ueluti si quis aliquã
do in afflictione dixit, ubi est deus cui seruiui, ubi
est deus quem professus sum? Ibi procella ac tem
pestas, ibi periclitatur nauigium. Quòd si quis
dum illis examinatur tempestatibus, denuo resi-
puit ac dixit, num hic mihi uita circumscripta est?
Num expectaui bona terræ? An nõ expectabam
regnum, an non expectaui resurrectionem mor-
tuorum? An non magnificam angelorum uitam?
An non uitam illam senij nescio? Quid itaq; me
lædit mors, adferẽs bona æterna? Non perturbor

tempo

temporarijs, quũ expectem æterna. Qui hæc ex- A
pendit in animo, deum habet suæ cogitationis iu
dicem, habet patronum pium animum, habet tri
bunal metum, habet testem conscientiã, quæ ipsi
iustitię plectit coronam, & ante cõscientiã deum
cœlitus præmia distribuentem operarijs pietatis.
Matt. 6.d Etenim qui uidet occulta, coronat in propatulo.
Ora tu, inquit, patrem tuum in abscondito: & pa
ter qui est in abscondito, reddet tibi. Ergo ne qui
orat in occulto coronatur, sed qui in occulto con
torquet mentem ad confessionem, non corona-
tur? Martyrium fratres non euentu tantum æsti-
matur, sed etiam proposito. Nõ quum martyr de
collaũ tum fit martyr, sed ex quo propositũ ostẽ
dit profitendi martyr est, etiã si non patiatur quæ
martyres solent. Et quis est, qui hæc suo compro- B
bat testimonio? Beatus ille Paulus, qui quum se-
1. Cor. 15.d mel sit mortuus, tamen ostendit se quotidie mori.
Quid enim, inquit, quotidie morior, per uestram
gloriam, quam habeo in Christo? Quotidie mori
or. Quomodo moreris, qui uiuis? moriebar pro-
posito, sed seruat⁹ sum gratia dei. Quantũ erat in
hominibus potẽtibus, & in me, quatenus me ip-
sum exposui, quotidie morior: quod aũt ad gra-
tiam attinet diuinã, tanquam doctor, reseruatus
sum ecclesiæ. Dispensat enim deus res ad utilita-
tem hominum. Et alios quidem tradit ut ostenda
tur probata fidelium mens: alios rursus seruat, ut
custodiat fermentum ecclesiis. Non sunt pollutæ
uirgines, quòd propositum sit immaculatũ, & a-
nimus immarcescibilis: & illud mihi cõsidera fra
ter. Virginitas citra controuersiam accipit coro-
nas: utra uirginitas, quæ est propositi, an quæ est
necessitatis? An nescis, quòd innumerę uirgines
corporaq; impolluta decesserunt ex hac uita? An
non multæ filiæ gentium abominabilium, & im-
piorum, tẽpus nuptiarũ expectantes raptæ sunt?
An non multi iuuenes corpore incontaminato,
post coniugiũ & nuptias morti sunt traditi? Iuue
nes, inquam, Ethnicorũ filij, Iudæorũ filij, impio-
rum hęreticorũ filij, Abieruntq; innumeri corpo
ris uirginitatẽ habentes. An apud tribunal Chri-
sti, tali uirginitate prædita turbæ dãtur coronæ?
non dantur coronæ uirginitatis, fructũ aufert ne
cessitas. Quòd si nullus est necessitatis fructus,
sed tota merces est propositi, numerus ille innu- D
merabilis manet incoronatus, uirginitatẽ quidẽ
habens, sed uirginitatis ꝓpositũ nõ habẽs. Neq;
eũ deus acceptũ fert quod fit ex necessitate, sed
quod ex proposito recte fit. Si igitur illis innume
ris uirginitas nõ imputẽ ad uirginitatẽ, sed his
quæ præter propositum inquinationis corruptæ
sunt. Pollutũ est corpus, sed animi templũ non est
pollutũ: uiolatũ est corpus, sed mẽs corrupta non
est. Ne quis igitur reijciat multitudinẽ sanctorũ
in contumeliã & captiuitatẽ traditorũ. Sæpenu-
mero sanctorũ est pro impijs pati. Seruator qui
nihil peccauerat, pro peccatorib. traditur. Et Esai
as clamat, homo in uia sua aberrauit, & dñs tra
didit eum pro peccatis nostris. Atq; idem rursus,
Esaiæ 53.c Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in

Chryſ.

ore eius, & dominus tradidit illum pro peccatis
nostris, & pro peccatis populi uenit ad mortẽ. Vi
des? Imitatores Christi sunt, qui pro iniustis pati-
untur. Accidit autem fratres & alio modo, ut ali-
quãtulum dilatem historiam, accidit ut etiam ex
his qui occiduntur nõnulli peccatis obnoxij sint:
dominus autem per temporariam afflictionẽ di-
luit peccatũ, per corporũ plagas extinxit animæ
uulnera. His mors imputat̃ pro supplicio. Quin
& ægrotatio pijs qui peccarunt, imputat̃ pro sup-
plicio. Et quis est qui ista promittit? Paulus: neq;
enim oportet quicquã dicere sine testibus, solaq;
animi cogitatione. Nam si quid dicitur, absq; scri
ptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc an-
nuens, nunc hæsitans, & interdum sermonem ut
friuolum auersans, interdum ut probabilem re-
cipiens: uerum ubi è scriptura diuinæ uocis pro-
dijt testimonium, & loquentis sermonem, & au-
dientis animum confirmat. Quis igitur sermo no
bis attestabitur quòd afflictiões & flagella homi
nibus illata imputãtur ad peccatorũ remissionẽ?
Audi beatũ Paulũ loquentẽ de his q̃ indigne ac- 1. Cor. 11.g
cedunt ad mẽsam mysticam. An ignoratis quòd
qui edunt indigne, sibi edunt ac bibunt ad iudici
um? Et quid continenter adiecit? propterea inter
uos multi infirmi, propterea q̃m indigne accedi-
tis ad mensam, propterea multi infirmi. Multi in-
firmi, & dormiunt multi: pro eo quod erat, mori-
untur, tanq; mors etiã pro peccato adueniat. His
protinus annectit: Si eñ nos ipsos iudicaremus,
nequaquã iudicaremur à dño: ergo domini iudici C
um est, & morbus, & mors. Et quid mihi prodest
post mortem? Quis fructus post obitũ? Si nos ip-
sos iudicaremus, nequaq; iudicaremur. Cum aũt
iudicamur, à domino corrípimur, ne cum mun-
do condemnemur. Deus enim iustificauit, ne iu-
stos simul cum impijs perdat, nẽue simul cõdem-
net sanctos cum prophanis, idq; ualde cõuenien
ter: nõ enim par est, ut qui deum adorat, simul pu
niatur cum eo, qui deum afficit blasphemijs: eodẽ
modo plectat̃ piè colens deumq; glorificãs, quo
blasphemantes & despectui habentes ueritatem:
propterea deus occultis & inuisibilib. modis ua-
rie flagellat pios delinquentes, quò uidelicet nos
puros exhibeat magno illi tribunali: ut quum hic
corrípuerit, illic imputet præmium. Denuo resu-
mite sermonẽ apostolicæ intelligentiæ. Si nos ip-
sos iudicaremus, nequaq; iudicaremur. Cum aũt
iudicamur, à domino corrípimur, ne cum mundo
condemnemur. Huic dicto cõcordat beatus Da-
uid: Beatus, inquit, homo, quemcunq; corrípue-
ris domine, & de lege tua docueris eum, ut miti-
ges ei à diebus malis: qui enim hic correptus fue
rit, in requie erit, ac mitius experietur diuinũ iu-
dicium. Ne mireris, si pium hic castigatũ liberat
in futuro seculo. Reperis enim in diuina scriptu-
ra certissimũ argumentũ Sodomitarum, ac nihi-
lo deterius habitatorũ Gomorræ. Nihil illis ma-
gis impium, & tamẽ quoniã hic pœnas dederũt,
mitius illos in iudicio tractandos promittit do-
minus. Et tu Capernaũ, quę usq; ad cœlum elata Matth. 11.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

es, usq; ad infernum detraheris: quoniã si in Sodo A
mis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te,
mansissent ad hunc usq; diem: uerũtamen tolera-
bilius erit terræ Sodomorũ, & terræ Gomorræ,
in die iudicij, q̃ uobis: proinde si Sodomitis tole-
rabilius iudicium reddit, quòd in hac uita puniti
sunt: cogita, quõ pñ qui hic castigantur, futurum
effugiunt iudicium. Quod iudiciũ nobis omnib.
cõtingat effugere, & cum fiducia sisti ad tribunal
Christi, cui gloria in secula, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EX-
planatio in Psalmum XCVI. Dominus
regnauit, exultet terra.

Acto. 28.d IACTVS à uipera Paulus manu, spiritus
sancti uirtutẽ quæ in se habitabat, his
qui illic erant, etiã non dedita opera o- B
stendit, usus uipera teste. Erat enim &
ipsa non mendax testis, significãs dei apostolum
esse eum quem inuaserat. Vides sanctis & feras,
quæ uocẽ nõ emittunt, testificari? Et uoce quidẽ
carent, sed opere miraculum clamant. Atq; non
solum sanctis feræ testificãtur, sed & seruiunt. Sic
Ionæ 2.d & Ionæ, cetus triduo subiugalis fuit, & quo intus
gubernans, nõ quo ipse uolebat, ducens. Sic cor-
3.Reg.17.d ui Heliæ quotidie cibos ceu dño afferebant. Sic
Dan.6.14.cf leones Danieli mansuescebant, & uiri sanctimo-
niam etiam non loquentes prædicabãt. Sic edax
ignis in tribus pueris sanctũ & diuinũ ternarium
reuerebatur, & tremebat. Suæ enim naturę obli-
tus, tam nihil nocuit, ut etiã capillum læsioni ual-
Luc. 8.d de obnoxiũ nõ offenderit. At Christo meo testifi C
cabantur & uẽti, ac mare, qui cum discipulis suis
in nauim ascendit, dormiuitq; in prora: & cũ stri-
dẽtes ualida tẽpestate uenti mare è profundo cõ
mouerent, mareq; ualde turbidũ, fremebundo so
nitu, & spumis niualibus, salsam his qui in naui
erãt minarẽ mortẽ: nauis aũt à fluctibus crebris,
& à medijs furentiũ uentorũ turbinibus circulo
uertereẽ, & nauigantes futuræ mortis periculum
plorarent, surrexit increpauitq; mare ac uentos:
factaq; est magna & inexpectata tranquillitas, ita
ut ij qui in naui miraculũ uidebant, & à mari uen
tisq; testimoniũ accipiebãt, cũ iuramẽto dicerẽt,
Dan.6.c.& Vere hic dei filius est. Quis pastor ita agnas suas
14.fg placauit, ut Daniel efferos leones? Quis rex tam
pernices Indos habet, ut Helias coruos? Quis di- D
Ionæ 2.a scipulum ita absq; murmure hospitalitatẽ exerce
re docuit, ut Ionas cetum in mari? Quorũ armato
rum exercitus, regem suũ ita illæsum saluauit, &
alienigenas ab impetu coercuit, ut Chaldaicꝰ ca-
minus Chaldæos ciues urbis exussit, & Hebræos
seruauit? Qui serui ita dño suo cum timore & tre-
more obtemperarũt? Dominus regnauit, exul-
tet terra, lætentur insulæ multæ.] Et quæ causa
exultationis & lætitiæ? Nisi quid boni magniq; fa
ctum esset, Propheta non dixisset, Dñs regnauit.
Christus enim ubi regnauit, solutũ est peccatum,
diabolus confusus est, dæmones fugerunt, aculei
mortis cõfracti sunt, paradisus olim Adę clausus
apertus est. Spinæ peccatorũ nostrorũ extirpatæ
sunt: & tribuli quidẽ eradicati sunt, à triplici aũt

gratia caput meum coronatũ est. Soluta mea ue-
tus maledictio. Iam ego nõ timeo, Terra es, & in Gen.3.d
terrã reuerteris. In baptismate enim depositi ter-
ram, & cœlum induì: & nunc audio, Cœlum es,
& in cœlum ascendes. Dominus ergo regnauit,
exultet terra, lætenẽ insulæ multæ. Non iam sub
terra iaceo, nõ iam in abstrusis, & silentibus tene
brosis q̃ diaboli specubus & labyrinthis in inferno detineor. Meũ est posthac nubes trãscendere, & propter regnantẽ Christi gratiã, sursum in cœ-
lum currere. Cuius rei testimoniũ non deest. Ra- 1.Thes. 4.d
piemur in nubibus, inquit, Paulus, in occursum
domini, sicq; semper cum domino erimus. Domi
nus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ mul-
tæ. Non iam Heua timet Adam opprobrantem,
nam in maribus eius ruina reparata est. Non iam
timeo serpentẽ aliorsum caput inclinãtẽ, superq;
uentrẽ euntem, ac calcaneũ obseruantẽ. Nõ iam
timeo ictum uirulentũ: non enim sum ultrà terra
sed sal. Serpẽti enim dicit dñs maledicturus: Ter Gen.3.c
ram comedes iuxta dies uitę tuę. Ante Christi ad
uentũ terra eram, comedebar à serpente: ubi aũt
uenit dñs, in salẽ me mutauit. Disce dilecte, quo
modo sal fit: ut cũ didiceris quõ fiat, teipsum in re
illa agnoscas. Sal ex aqua fit & uẽto. Sal merito
appellauit nos dñs quoniã ex aqua et spiritu rege
nerauit, dominus igit regnauit, exultet terra, læ-
tentur insulæ multæ. Quòd autẽ non omnes, sed
multæ. Multæ orthodoxorum ecclesiæ sunt: quæ
aũt expertes sunt rectæ fidei, hæreticorũ sunt ec-
clesię: quõ letificabunt regem Christũ, quem tam
uarijs modis cõtumelijs afficiunt? siquidem uoca
re licet eorũ conuenticula, ecclesias, & nõ potius
uulpium cauernas. Sũt enim uulpes nõ imitatio-
ne naturæ, sed uoluntatis. Itaq; si accedat dominũ
meum Christũ Arius, Eunomius, uel Macedoni
us, & dicat illi: Sequar te quocũq; ieris: appositeLuc. 8.e
etiam ipsi respondeẽ: Vulpes foueas habẽt, & uo Cant. 2.d
latilia cœli nidos. filius aũt hominis nõ habet ubi
caput reclinet. De his dicit sapiens: Apprehendi
te nobis uulpeculas, quę demoliunt uineas. Vul-
peculæ, sunt hæreticorũ discipuli, qui scilicet in-
gressi in ecclesias nostras, fideles q̃ in uinea Chri
sti ut botri se exhibent, falsa doctrina subuertunt.
Corrũpunt enim bonos mores colloquia praua.
Dominus regnauit, exultet terra, lætenẽ insulæ
multæ. Deinde quid sequitur? Nubes & caligo
in circuitu eius] Nubes olim Hebræos ex Aegy
pto egredientes tegebat, radiosq; Solis feruescen
tes obscurabat, illos aũt suis splendoribus illustra
bat. At si clariorẽ nubẽ uidere uis, ascẽde in mon
tem cum Petro, Ioanne, & Iacobo, uidebisq; illic
nubem lucidam, & uocem è nube uenientẽ: Hic Matt. 3.d
est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.
Quid autẽ est, Nubes & caligo in circuitu eius?
Aliud est nubes, aliud caligo. Nubes est tenuissi-
mus aeris lucidi contextus lucẽ aliquã de se emit
tens. Caligo uero crassior est, & nebulosa obtene
bratio. Quomodo igitur, Nubes & caligo in cir-
cuitu eius? Prius ponit nubes, postea caligo: ita
in Christo primum est diuinitas, postea humani-

tas. Nubem dicendo, diuinã eius & luculentam A
deitatis pulchritudinẽ insinuat: caliginis aũt no-
mine humanũ significatur integumentũ. Hac em
caligine deus sermo uiam suam occultauit. Audi
Psal.17.b & alio loco prophetã dicentẽ: Carbones succensi
sunt ab eo: &, Inclinauit cœlos, & descẽdit, & ca-
ligo sub pedibus eius. Pedes dei dixit, ut uiã eius
super terrã significaret. Carbones succensi sunt
ab eo, & inclinauit cœlos, & descendit, caligoq;
sub pedibus eius. Occultauit enim uiam suã tegu
mento carnis, ut ignota esset aduersarijs uirtutib.
1.Cor.2.b multifaria suæ sapiẽtię uia. Nam si cognouissent,
dominum gloriæ utiq; non crucifixissent: sicut &
Psal.17.b Propheta dicit: In mari uia eius, & semitæ eius in
aquis multis, & uestigia eius non cognoscentur.
Et uestigia eius non cognoscentur, dicit prophe- B
ta. Eunomius autem diuinitatis generationem in
uestigare audet. Et inclinauit cœlos, & descẽdit,
& caligo sub pedibus eius, & ascendit super Che
rubim & uolauit, & uolauit super alas uẽtorum.
Non quòd pennas habeat dominus, & uolet, di-
xit propheta: Volauit super alas uentorum. Alæ
ergo uentorũ quæ sunt? Vtiq; angeli: unde & ali
bi dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & mini-
stros suos ignem ardentem. Porrò quod dixi cali
ginẽ crassiores tenebras, ne quis me fabulari pu-
tet, & non rem dicere ut est, testatur hoc etiã Pro
pheta ipse. Et ascendit super Cherubim, & uola-
uit: uolauit super pennas uentorum, & posuit te-
nebras latibulum suum. Queris, quales tenebras
posuit deus latibulum suum? Planè corpus: quia C
tabernaculum corporis sui dicit tenebras. Id te se
quens psalmi uersus doceat. Nã posteq; dixit, Et
posuit tenebras latibulum suum, adiecit dicens,
In circuitu eius tabernaculũ eius] Vidisti eius
nubem, cognouisti eius caliginem, & quid sit cali
go. Nunc solue celebrem, & difficilis solutionis
interpretationem, quæ à multis quidem affertur,
à paucis autem recte docetur. Dies diei eructat
Psal.18.a uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Et posuit
tenebras latibulum suum. Tenebras, dicit scriptu
ra, uocauit deus noctem. Nox eramus nos Gen-
tes, noctem induit dominus. Nostrum etiam ta-
bernaculum portauit. Dies diei eructat uerbum,
pater filio, secundum quod lux est dies, & domi-
nus: Ego enim sum lux mundi, ait: Dies diei eru- D
Ioan.8.b ctat uerbum. Appropia Iordani, & ibi uidebis
quomodo dies quę superne, ei quę in flumine sta
Matth.3.d bat, eructat uerbum. Dicit enim sic, Hic est filius
meus dilectus, in quo mihi complacui: sed ut ne
putes, quòd Propheta spiritus sancti mentionem
omiserit, cum dixit, Dies diei eructat uerbum, di
sce dilecte, quòd triadem cõfitetur. Dies diei eru
ctat uerbum. Dies pater, dies filius: uerbũ quod
in medio aere uolabat in specie colũbæ, spiritus
Ephe.6.d sanctus. Testis est Paulus, qui dicit: Gladium spi-
ritus sancti, quod est uerbũ dei. Dies diei eructat
uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Nubes
enim & caligo in circuitu eius. Dies ipse & nox:
ipse enim deus & homo. Dies secũdum deitatem,
& nox secundum humanitatẽ. Nam in compara-

tione deitatis, nox est humanitas: & hoc est quod
ait, Posuit tenebras latibulum suũ. Tenebras em
uocauit noctẽ. Nox nocti indicat scientiã. Chri-
stus secundum humanitatem, nocti, omni terræ,
hoc est omni humanitati, annuntiat scientiã de
patre & seipso, & spiritu sancto. Nam ipsi gloria,
& imperium, in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Explanatio in Psalmũ, Credidi pro
pter quod locutus sum, &c. Psal.115

NArrant quòd apiculæ leuibus pen-
nis arborum & herbarũ floribus in
sident, latentẽq; in flosculis liquor-
culum innocua deprædatione aue-
hunt, ut tandẽ dulcissimos mellis fa
uos inde confectos, hominibus præstent: ita & ec
clesiæ doctores super amœna uernãtiaq; scriptu-
rarum uiridaria leui mentis ala residentes, & insi
tum literæ, succũ spiritus haurientes solliciti sunt,
ut dulcissimũ mel fidei, auditorũ cordibus placi-
de instillẽt. Age & nos apiculæ mores imitemur,
spiritu Solis iustitiæ radijs feruido in florulentũ
psalmodiæ pratũ prouolantes. Et quid dudũ de-
cãtatus nobis Psalmus dicebat, Credidi propter
quod locutus sum? Quã uim habet hic sermo? Vt
sitientibus uobis liquor sermonis tẽperẽ, ac po-
tabilis fiat, operæpretium fuerit, pro nostra uirili
sensum spiritus melleũ in profundo literæ iacen-
tem elicere. Credidi propter quod locutus sum.
More oratorũ, qui persuasuri de re aliqua, anteq;
differunt rem omnẽ, expendũt certis cõiecturis:
Propheta nos docturus, prior ipse certior fit de
substantia dei, deq; spe in Christo hominib. repo
sita, & dicit: Credidi propter quod locutus sum.
Nisi prior ipse credidisset, ac rẽ cõperisset, haud
absq; periculo dicenda docere cœpisset. Proinde
necessario præmittit, dicẽs: Credidi ꝓpter quod
locutus sum. Et quidnã illud, credidi? Credidi de
um patrẽ esse Christi, non creatorẽ, non factorẽ:
sed genitorẽ, deq; hoc persuasus, Credidi ꝓpter
quod locutus sum. Non inuestigaui curiosius de
natura dei, quæ & qualis sit: sed credidi Christũ
esse filiũ dei, ante secula ineffabiliter ex patre ge-
nitum. Vnde de hoc persuasus, Credidi, propter
quod locutus sum. Ad psalmũ hunc uere psallere
D non possunt Iudæi, tametsi eum habeant. Non e- 1.Cor.2.b
nim crediderunt deũ patrẽ esse Christi, neq; co-
gnouerunt esse filium dei. Nam si cognouissent,
utiq; dominũ gloriæ non crucifixissent. Et Euno-
miani ac Ariani, licet hunc psalmũ habeãt, ipsum
tamen uere psallere nõ possunt. Non enim credi
derunt deũ esse genitorẽ Christi, sed conditorem
& factorẽ: & iterũ non crediderunt Christũ esse
filium dei, creaturã & facturam dicẽtes. Qui aũt
Christum reprobant, hi & patrẽ reprobãt. Nam
iuxta scripturã, Si quis filium nõ habet, neq; pa- Ioan. 14.b
trem habet. Credidi, propter quod locutus sum.
Neq; Macedoniani psalmũ hunc (licet eum ha-
beant) in ueritate psallere poterunt. Nõ enim cre
diderunt spiritũ sanctũ ex patre ineffabiliter pro
cedẽtem esse deum. Porrò qui spiritum sanctum

Universidad de Deusto
Biblioteca

non habent, neq; filiũ habent, & de hoc audi Paulum dicentem: Si quis spiritũ Christi non habet, Rom. 8.b is non est eius. Itaq; omnis qui recte credit in patrem, & filium, et spiritum sanctũ, is psallere uere potest: Credidi, propter quod locutus sum. Vide amus aũt & sequentem uersum quid uelit. Postq; enim dixit, Credidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis.] Qui hæc non intelligunt, uersum male cohærere putant. Verũ si nos idem sentiremus de deo, quod Dauid, nullus esset ex nobis, qui non & ipse de se clamaret, Ego autem humiliatus sum nimis. Etenim quisquis indicibilem dei maiestatẽ oculo cordis contemplatur, & cognoscit deũ homine tanto sublimiorem, quanto cœlũ formica sublimius, nimirũ si stupescat intra se, & dicat, Ego aũt humiliatus B sum nimis. Vnde & Abrahã in cõparatione dei, terram se esse ac cinerem uidebat, & dicebat: Ego Gen. 18.d autem sum terra ac cinis. Contrà superbi deum non cognoscũt, neq; semetipsos quid sint, sciunt. Quo pacto enim, qui nõ antea agnoscit opificẽ, agnoscet seipsum esse figmentũ? Quia enim nescitur dñs, nascitur superbia. Id quod attestabit scri- Eccl. 10.b ptura, dicens: Initiũ superbiæ, est nescire deũ. Desciuit enim à factore cor eius. Dauid nõ erat talis sed sciens deum cor contritũ & humiliatũ non despicere: humiliauit seipsum, ut exaltaret. Omnis enim qui semetipsum exaltat, humiliabit: qui uero seipsum humiliat, exaltabitur. Tantũ enim bonum est humilitas, ut & dñs noster humiliarit semetipsum. Et ut in similitudinem suæ humilitatis C Matth. 11.a nos adduceret, dixit: Discite à me, qa mitis sum, & humilis corde. Credidi propter quod locutus sum, ego aũt humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.] Quomodo ergo Iob dicitur uir uerax? Hoc enim testimonium ei deus dat, dicens: Considerasti seruũ meum Iob 1.b Iob, quõ non sit similis ei super omnẽ terram, uir absq; reprehensione, iustus, uerax, abstinẽs se ab omni opere malo? Si aũt uerax Iob scribitur, accedente ad hoc diuino testimonio, quõ hoc Dauid de oñibus affirmat, Ego aũt dixi in excessu meo, omnis homo mendax? Ad hunc dicimus, quòd Iob cõparatus alijs hominib, uerax fuerit: sed ad deum collatus, mẽdax. Nullus enim purus à macula, etiã si ad unum tantũ diẽ uixisset. Quòd si D nullus absq; peccato, certũ q; neq; mẽdacio caret: solus deus absq; peccato est. Et quẽadmodum hora uespertina quis stellã alijs cõparatã, lucidã uocat, quã Sole fulgente lucidã nemo diceret, eo q excellẽs splẽdor solis fulgorẽ stellę obtegit. Ita & hominẽ ueracẽ ac bonũ esse dicimus, qñ eum cũ alijs hominib. cõferimus: cæterũ quando cũ deo cõparamus, nõ est uerax. Omnis eñ homo mendax. Iterũ dilecti uersemus sermonem, ut in eo & aliorũ sensuũ gratiã relucentẽ inuenire ualeam9. Ego aũt dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Beatus Dauid, amator uerbi à puero, tolerãs & amator laboris per adolescentiã, & in senecta amator sapientiæ erat. Proinde ut amator dei, cũ uellet oculo cordis deũ contemplari, qualis esset, fieretq; extra carnis desideria, postq; mente, aerẽ cœlumq; transiit, & ad angelicas uirtutes uolauit ingressusq; est ad purissimã & materiæ expertem dei speciẽ, uidit diuinitatis maiestatẽ, splẽdore & incõparabili decore fulgere, & ita ut nullus hominum, nullaq; diuina lingua magnitudinẽ dei sufficiat enarrare. Et ꝓpterea in tali ecstasi facta, re diligenter cognita, magna fiducia pronunciat, dicens: Ego aũt dixi in excessu meo, omnis homo mendax.] Age denuo uersemus sermonis huius margaritã, splẽdoreq; latentis spiritus mentem nostrã illustremus. Scio enim & ego probos agricolas ex uno agro triplices fructus percipere. Itaq; imitemur & nos agricolas, & ligone spiritus fodiamus, iuxta Prophetã, dicentẽ: Nocte Psal. 76.b cũ corde meo loquebar, & scobebã spiritũ meũ. Viso itaq; primo uersu, atq; itẽ secundo, uideam9 & tertiũ. Ego aũt dixi, inquit, in excessu meo, omnis homo mendax. Vide precor, quõ omnes homines, multa sibi de hac uita polliceantur uolentes ædificare, plantare, educare pueros, inuadere eos qui se offendunt, quõ iactẽt se de inimicis ultionẽ sumpturos, eosq; in carcerẽ missuros, uincturos, proscripturos, & alia quædã atrociora facturos, nec multo post, & forte illa ipsa nocte, uel post duos trẽsue dies moriunt, uidebisq; liquido, quomodo omnis homo mendax. Neq; enim præstat, quod promisere: neq; perficiũt, quod proponunt. Ecce ita omnis homo, qui hanc uitã amat, mendax est: qui uero in uirtutib. illam transmittit mendax nõ est, eo quòd qui talis est, nõ sit homo sed deus: nõ natura quidẽ, sed ob inhabitantẽ in se gratiã. Quales erãt Petrus & Paulus, qui Christum intra se loquentẽ habebant: hi enim nõ erãt mendaces, sed ueraces: neq; enim homines erãt, sed habebãt spiritũ dei intra se loquentẽ. Non erant illis curæ, uel opes, uel possessiones: aut quo pacto possiderent, quibus dictũ erat: Ne possidea- Matth. 12.b tis uel aurũ, uel argentũ, uel æs in zonis uestris? Non minabant inimicis uindictã: neq; enim inimicos habebãt, seruantes præceptũ dñi dicentis, Diligite inimicos uestros, et orate pro persequen- Luc. 6.d tibus uos. Neq; multos uitæ annos sibi promittebant, quorũ unusquisq; dicebat, Quotidie morior etiam per gloriã uestrã. De quo & Apostolũ audi, dicentem: Quasi impostores, & ueraces, quasi 1.Cor. 15.c moriẽtes, & ecce uiuimus. Nã quantũ ad id quod 2.Cor. 6.b foris apparet, quasi seductores sum9: uidemur enim homines esse: quantũ aũt ad prędicationẽ, et cordis & uitæ, ueraces sumus. Et moriẽtes, & ecce uiuimus. Quantũ enim ad uoluntatẽ nostrã attinet, quotidie mori parati sumus, quantũ aũt ad fidẽ dñi, uiuimus. Deinde postq; dixit: Ego aũt dixi in excessu meo, omnis homo mendax: subdit,

Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?] Animo aduertens Propheta, quæ nobis dona domin9 ab initio largitus sit, & quanta sibi peculiariter deus concesserit, obstupescẽs dicit, Quid retribuã domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Cœlum propter me expandit, fulgidis stellis illud ornauit. Propter me cœlo affixit

fixit Solem aureis splendentem fulgoribus. Pro A pter me lunã fecit noctiuagam, ut obscura noctis illustret, nautisq; ac uiatoribus dux sit itinerum. Propter me terrã coagulauit, eamq; multigenis arboribus tam fructiferis, q; sterilibus ornauit, & impleuit herbis ac floribus. Aquarum quæ pisces proferunt multitudines, in unam conclusit congregationẽ. Fontes aquarum salsarum & dulcium, ut è scatebris suis prorumperẽt ad sedandam hominũ sitim præparauit. Ad oñia igitur bene ficia illa obstupescens propheta, dicit: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Quin & profundius & spiritualius quiddam intellexit propheta Dauid, considerans quanta beneficia hominib. in Christo erãt danda, eaq; tam certò prædicabat, quasi præsentia essent, dicens: B Quid retribuã domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? E puluere eñ de terra excepto formauit me: & cũ nõ essem, ut essem prodire me fecit: imagine propria honestauit, angelorũ gloria uestiuit, ob præuaricationẽ, morte dissolutũ, ueniẽs iterum reformauit. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Draconem, serpentem mihi inimicum occidit, portas æneas mortis descendens in infernum confregit, & uectes ferreos contriuit. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Ex delicijs paradisi eiectum me deduxit: nõ mea iustitia, sed sua gratia. Cœli portas mihi aperuit, regnũ cœlorũ promisit. Scalam mihi à terra in cœlum, fidem mihi esse uoluit & erexit. Quid retribuam domino, pro C omnibus quæ retribuit mihi? Imò & his plura mihi præstitit. Propter me enim sustinuit sputa & alapas, propter me spineam coronam in capite suo portauit, fel aceto mixtũ bibit. Propter me multa passus est, ut et prꝑatã mihi mortis amaritudinẽ, malitiamq; exinaniret. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Igitur propheta cum disquisisset multa, cogitandoq; circunlustrasset oñia, nullaq; deo digna perfectaq; occurreret retributio, unum animaduertit pręclarius, nẽpe martyrij opus, & de hoc infert, dicẽs: Matt. 26.d Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.] Hoc loco: calix passionẽ Christi nobis declarat, qui orauit: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Habemus in scriptura & multos alios calices. Est quidam aureus calix Babylonis, è quo biberũt gentes & inebriatæ sunt. Habet & Babylon suum calicem aureum, sed bonã potionẽ in calice non habet. Aureus calix Babylonis, erat nitor & elegantia uerborũ Gentilis sapientiæ: quoniam intra se habebat lethiferum poculum, idololatriæ dogma. At nos qui psallimus hic, non optamus hunc calicem, sed patientiæ, & certaminibus plenum, nomine domini obsignatum: quem qui bibit, spiritus sancti lætitia impletur, inq; sanctorum martyrum choro constituitur. In Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psal. CXVII. declarationem uide supra eodem to. in fine; expositionis psal. 22. Psalmo CXVIII. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine, secundum uerbũ tuum, Homilia.

BEnignitas dei, & dñi nostri Iesu Christi bonitas luxit in nobis, ut tenebræ peccatorum nostrorũ longè essent à nobis. Quid enim benignius, quid sanctius, quid clemẽtius, nisi ut animã suã poneret pro oIoan. 10.b uib. suis? nec eñ tantã bonitatẽ possumus enarrare, ut deus indueret carnẽ, uirtus fragilitatẽ, impassibilitas passionẽ: tota lætitia toleraret tristitiã ut usq; ad passionẽ crucis ueniret. Exprobari, exalapari, spinis coronari, felle aceto q; potari, cũ iniustis deputari, flagellari, & oñia q̃ pertulit pro nobis: unde pertulit, nisi de bonitate, quã ipso data cognoscimus in nobis? Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secundũ uerbum tuum. Quam bonitatẽ infudit bonis, ut aliquando ex malis essent boni? Hæc est Christianorũ bonitas, ut malum pro malo non reddant, cum oñibus pacem habeant: non se uindicent, pro inimicis orent, benefaciãt ijs qui eos oderũt. Hæc est bonitas Christianorũ, quia & Christus hoc fecit in capite suo, quod uoluit esse in membris suis. Quid caput nostrum egerit, audite: Cum malediceretur, nõ ma- 1.Pet.2.d ledicebat: cũ iniuriam pateretur, non cõminabatur. Tolerauit omnes impios, superbos præsumptores, filios turpis mulieris: audiuit, dęmonium habes, in nomine Beelzebub eijcis dæmonia, seductor, blasphemus. Audi & quando dictum est ab eo in hora passionis: Amodo uidebitis filium Matt. 12.b hominis ascendentẽ in cœlum: & sedentẽ in regno patris sui, & dixerũt de eo: Blasphemat hic, quid adhuc egemus testibus? Seductorẽ dixerũt, quando, postq; crucifixus est, dixerũt ei, Dæmonium habes: quando eos docuit de regno dei, & increpauit duritiã cordis eorũ, dixerunt ei, In Beelzebub principe dæmoniorum eijcis dæmonia? quando uiderunt uirtutes exire de eo, & claman tes spiritus, atq; dicentes: Scimus quia filius dei sis, quid uenisti ante tempus torquere nos? Ista ergo bonitas fecit formam bonis, quæ bonitas radicem fixam habẽs, in conscientia cumulescit, frondescit, grãdescit, opacaq; in uirtutibus, ut iam sol per diem non urat, neq; luna per noctem: umbraculum uirtutum habens anima contextũ requiescit à laboribus suis. Nec enim aliunde ascẽdunt uirtutes, nisi à bonitate boni: & omniũ bonorum bona mater est charitas. Quid benignius, panem dare esuriẽti, potũ dare sitienti, nudo frigora passo uestimentũ subministrare, egẽtem sine tecto in domũ inducere, peregrinũ suscipere uiaticũ profiscẽti dare? Hæc bonitas bonos facit, perfectos constituit ciues uitæ æternæ. Colligit suos, ut ament se boni, habẽtes unã bonitatẽ matrẽ & amicã: & illa amat filios & amicos suos, & illi amant matrẽ, & amatã suã. Isti ciues sanctę ciuitatis, ubi nulla malitia, sed tota concordia: ubi perfecta bonitas, & tota charitas: ubi iustitia & plena mãsuetudo, ubi tẽperãtia & prudẽtia regnãt. Istæ uirtutes in mẽbris Christi diuidunt populis bonitatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicamus & nũc, Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo, A qui eſt populus eius, ſecundũ uerbum tuũ. Quomodo cum illo uerbo tuo feciſti, ut carnem aſſumeret, & à carne inquinatus non eſſet: ita & nobis, præſta domine deus, fac nos ſecundũ carnem ambulare, & non ſecundum carnem militare. Secundum uerbum tuum ſuauitatem feciſti. Quæ eſt ſuauitas, niſi dulcedo, ubi nulla eſt amaritudo? quæ eſt dulcedo, niſi illa dulcedo, quæ prædicatur ab omnibus dicẽtibus: Quàm dulcia faucibus meis eloquia, & uerba tua ſuper mel & fauũ ori meo? Aequè Propheta de ipſa dulcedine non tacens, quid ait alio in loco? Præceptum domini lucidum, illuminãs oculos. Timor domini caſtus permanẽs in ſeculum ſeculi. Iudicia domini uera, iuſtificata in idipſum: deſiderabilia ſuper aurũ & B lapidem pretioſum multũ, & dulciora ſuper mel fauum: Etenim ſeruus tuus cuſtodiet ea, in cuſtodiẽdo illa retributio multa. Et bonitas bonitatis. Bonũ ac perfectum donatũ deſurſum eſt à patre luminũ: nullus tamẽ nunc bonus eſſe poteſt, niſi qui primo fuerat malus. Nullus bonitati ſuæ aſsignet quod habet, aut uendicet ſibi quaſi propriũ quod à deo accepit. Quãdo fuit homo bonus, qui in iniquitatibus eſt conceptus? quãdo bonus, qui quum peccatum in hũc mundum intrauit, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertranſiit? Quando bonus, quibus graue iugũ ſuper filios Adæ à die exitus eorum uſq; in diem ſepulturæ, quæ eſt mater omniũ? quando bonus, cũ apoſtolus bonum ſe dicere non auſus eſt, clamans, & C gemens, & ſpirans, Miſer ego homo, quis me libebrabit de corpore mortis huius? Qui eſtis boni, aſſignate illud dono dei: & nolite illud uobis aſſumere quod donatum eſt uobis, ne perdatis quod habetis, & dicat uobis ueritas. Quid habetis qđ non accepiſtis? & ſi accepiſtis, quid gloriamini quaſi non acceperitis? Aſsignate ergo deo bonitatem, & dicite quod modo cantauimus, Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo dñe, ſecundum uerbum tuum. Bona confeſsio ſeruitutis, ſi impleatur legitime in timore, ut exultet cor cũ ſecreto mœrore. Qui ſeruit imperatori, honorem habet magnum. Quem diligit imperator, potens eſt apud omnes homines. Videte cuius ſerui eſtis. Seruí eñ dicuntur à ſeruãdo. Si ſeruaueritis quod eſtis, ſerui boni D eritis. Eſtote ergo ſerui boni ſub bono deo, quia bonitatem fecit nobiſcũ cum indignis, cum reis, cum morti deſtinatis, cum tenebroſis, cum impijs fecit hanc bonitatem, donauit iſtam bonitatem. Nullus reus maneat ingratꝰ, ſibi aſſumẽdo quaſi non acceperit: ſed hanc bonitatẽ conſeruate, charitatem dominã tenentes, in qua eſt uinculũ perfectionis: ut hæc charitas perficiat in uobis, quę adhuc deſunt nobis, ut exultans de uobis eccleſia ubiq; diffuſa dicat, Imperfectũ meum uiderunt oculi tui. Semper clamet de uobis, Filij lucis eſtis, ambulate dũ lumen habetis in uobis, ne uos tenebræ cõprehendãt. Aliorũ mors ꝓficiat ad ueſtrã ſalutẽ, ut ibi cõgregati agnoſcat character illud militiæ ueſtræ, qđ profeſsi eſtis in eminenti loco eccleſiæ, ut cũ profeſsio & uita ueſtra cõcordauerit ſibi, efficiamini gens ſancta, populus acquiſitionis in domo illa uirtutis, de qua Vates eius cecinit, dicẽs prophetica uoce, beati qui habitãt in domo tua domine, in ſecula ſeculorũ laudabũt te. 1.Pet.2.b Pſal.83.a

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Pſalmo CXVIII. In proximo es domine, & omnes uiæ tuę ueritas. Ab initio cognoui de teſtimoniſs tuis, quia in æternũ fundaſti ea, Hom.

VEritatẽ prædicandã anguſtia oris humani nõ capit. Et quia ſilendũ non eſt de tãtæ magnitudinis ueritate, in quantum poteſt capere ſenſus, aurib. ueſtris prædicamus, nõ quãta eſt ipſa ueritas, ſed quantũ de illa dici poteſt. Hęc ueritas ab initio fuit fundata, eſt, et erit. Quia uerè ideo dicit fundata, ꝙ in cordib. ſanctorũ inhæſit, in fundo cordis ibi radicata eſt, ibi culmeſcit, frõdeſcit, fructificat, pficietur q;. Cũ iſta ergo prædicamus, ſancta corda ædificamus, ꝓficiẽtia docemus, initiatis cordib. eam oſtendimus, prodeſt oñib. in noſtra prędicatiõe, pulſat aures humanas, ut in corde faciat manſionem, Hæc ueritas, tres ſunt ſyllabæ, & ſeptem literæ: quia in ſeptima die requieuit deus ab omnib. operibus ſuis quæ fecit. Et quia in ipſa ueritate requieſcit deus, ideo requieuit ab omnib. operibus ſuis. Cũ in nobis illã uidet firmatã, radicatã, dilatãt: cum nominamus illam, requieſcimus in illa: cum loquimur de illa, delectamus illã: cum prædicamus illã, deſcendit ad memoriã noſtrã, ut ibi faciat manſionẽ, Hæc ergo ueritas impugnat falſitatem, repellit aduerſitatẽ, uana nõ admittit, temporaria & caduca odit: & quia eſt ueritas, ſemper eſt ueritas. Redeamus ad id quod propoſuimus, cõtexentes uerſus hymni, quẽ modo cãtauimus. Diximus, In proximo es domine, oẽs uiæ tuæ ueritas. Verè prope es illis, qui ita uiuunt, ut ſemper audianꝰ. Qui in longinquo fuerit, audiri non poteſt: qui propè fuerit, ſine dilatione audiꝰ. Propè & non longe ſunt corda, quæ non ſibi, ſed deo uiuunt: quæ non carni, ſed animæ: quæ non ſeculo, ſed creatori. Iſti propè ſunt ad aures dei, intantũ ut alio loco non taceret ijſdem propheta, dicens, Propè eſt dñs omnibus inuocantibus eum in ueritate. Videte quia ueritas ubiq; nominat, & nuſq; taceꝰ. Et ut ſciatis q; locupletata ſint corda, quæ ꝓpe ſunt deo, audite in alio loco qđ dixerit: Prope es dñe, & oẽs uiæ tuæ ueritas. Si ergo ille facit uoluntatem noſtrã, qui dedit ipſam uoluntatẽ bonam, quõ non debet humanũ cor auerti à uanitate, & facere ueritatẽ? Veritas ubiq; fulget. Sequitur, Voluntatem timentiũ ſe faciet. Videte q; dulcis eſt, q; amandus, q; benignus, q; ſummũ bonũ, ut uoluntatem timentiũ ſe faciat. In tanta promiſſione, quæ pigritia non erigat, quæ ſomnolentia non excitet, qui cor frigidũ habens non calefiat, quæ anima tepida non inflammeꝰ? Videte quid audiſtis. Voluntatẽ timentiũ ſe faciet. Voluntatẽ faciet, quia à domino præparat uoluntas. Propè eſt ergo, & in proximo eſt dominus. Geminũ & in his oſtẽdit intellectũ. Et aduentũ ipſius, qui prope

propè eſt, & ijs qui inuocãt eũ in ueritate. Nunq; A eſt lõge ab eis, qui legitimi ſunt eius cultores, qui ita colunt deũ, ut colantur ab eo, quia deus agricola eſt. Colet corda noſtra, tollens ſpinas, & tribulos, quæ mala ſeminauit primi hominis labes. Culta corda colunt deũ, reddentes illi fructũ ueritatis & ſanctitatis. Propè es domine, & oẽs uię tuę ueritas. Quæ ſunt uię eius? quomodo dictum eſt, Vniuerſę uię domini miſericordia & ueritas? Viſcera miſericordiæ qui nõ amiſerit, ueritatem nõ amittit: qui egenũ ſine tecto in domũ ſuã duxerit, nudũ ueſtierit, eſuriẽti panẽ fregerit, ſitienti potũ dederit, prodiet quaſi lux iuſtitia eius. Ecce uiæ domini qũo non amittũt ueritatẽ, quia ueritas iuſtitiã creat, & miſericordia de ueritate deſcendit. Veritas ergo ubiq; mater eſt ſanctitatis, B nuſquã offendit, nuſquã errat, nõ deuiat, non declinat, rectũ cor præparat: ga propè eſt dominus ijs, qui recto ſunt corde. Videte quomodo proximus eſt dominus, & quibus eſt proximus. Quibus? Seruientib. ſibi, qui à ueritate non recedũt. In proximo eſt dominus, & omnes uiæ eius ueritas: ſequitur dicẽs, Ab initio cognoui de teſtimoniſs tuis. Vbiq; ueritas prædicat. Prædicat ueritas, cũ dicitur, In principio fecit deus cœlũ & terram. Falſum eſſe non poteſt, quia terra erat inuiſibilis & incompoſita, & ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Et dixit dominus, Fiat lux. Et facta Gen.1.a eſt lux. Et uidit deus lucem, quia bona eſt, & uocauit deus lucem, diem, & tenebras noctem. Iſta quæ dicta ſunt de ueritate dicta ſunt. Sed quia C ipſa ueritas aliquem ſignificabat, iſtum qui in proximo eſt, qui uẽturus erat in mundo, trahens poſt ſe amatores ſuos inhærentes ſibi, illũ qui diIoan.14.a xit, Ego ſum uia, ueritas, & uita: ideo ab initio cognouit de teſtimoniſs quia iam in principio Chriſtus prædicabatur, qui dixit Iudæis, cũ interrogatus ab eis fuiſſet, Dic nobis aliquid de temetipſo: Ioan.8.d reſpõdit, dicẽs, Principiũ qui & loquor uobis. In iſto principio ueritas intelligebatur. Gratias tibi domine, quia tria iſta præſtitiſti nobis noſſe quæ ignorabamus, Veritatẽ, quia falſitatem tenebamus: uiam quã neſciebamus, per quã ambulare mus: uitã, quia morti inheſeramus, et mors nobis Gen.2.c propinata erat ab illo homine, cui dictũ eſt, Morte morieris. Mortuis uitã donauit, mendacib. ueritatẽ præſtitit, errantibus uiã oſtendit. Nam hoc Pſal.43.c eſt quod dixit, Declinaſti ſemitas noſtras de uia tua: id eſt, aduerſiẽs uia tua, ut ipſa iter eſſet proficiſcẽtiũ, quæ ſingulares portat, duplices nõ fert. Matt.7.b Arcta enim & anguſta uia ipſa eſt, quæ ducit ad uitã æternam: lata uero & ſpatioſa quæ ducit ad mortẽ, & multi ſunt qui intrãt per eam. Declinemus ab iſta, cõuertamur ad illã unicã & ſingularem uiã, quæ ducit uſq; ad præſentiã dei, uſq; ad requiẽ, uſq; ad lucẽ immenſam, uſq; ad chorũ angelorũ, uſq; ad illũ quẽ nullus homo uidit, ſed in futuro uideri poteſt. Dicamus ergo quæ dicta ſunt, & redeamus ad uerſiculum quẽ dimiſimus. Ab initio cognoui de teſtimoniſs tuis, quoniã in æternũ fundaſti ea. Quã fundauit in æternũ, niſi ipſam ueritatẽ? Quę eſt iſta ueritas, niſi Chriſtus, qui ſinẽ nõ habet, cui ultra mors nõ dominabit, qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, qui uẽturus eſt ſeparare hœdos ab agnis? Quia ipſa ueritas eſt, quæ ducit uſq; ad ſecretariũ iudicis. Ibi aduocatus & iudex teſtis eſt Chriſtus, nec falli habet, nec fallere. Nullus uitã ſuam uilem habeat, nullus uanitatib. inhæreat. Nõ poteſt duobus dominis ſeruiri. Ille ſeruit duob. dominis, qui die it ad eccleſiam, die ad ſpectacula. Iſte duas tunicas habet, longe eſt à tunica illa, quæ diuidi non poteſt, lõge eſt à ueſte nuptiali: quia illa eſt ueſtis nuptialis, quæ nõ habet maculã. Nã qui die pergit ad eccleſiã, die ad ſpectacula, maculoſam portat tunicã. Nullus ſeruus cũ macula ſtans ad mẽſam B domini ſui nõ proijcit, & uerberib. macerat. Habete tunicã mũdã, ſicuti accepiſtis de baptiſmo. Nullus eã maculet morib. ſuis, nullus prauitate cordis ſcindat tantã pulchritudinẽ ueſtis. Talẽ ac cepiſtis ueſtẽ in baptiſmo, qualẽ habuerunt angeli, qui ſeruabant dominũ in ſepulchro: ſicut nix, ita erat ueſtis eorũ. Et uos munus gratię tale accepiſtis, ſeruate quod accepiſtis. Qui polluit ueſtẽ iſtam, lachrymis lauet, à malis ſeparet, cõfeſſionẽ deo celebret, & correcta uita iam non redeat ad uomitum ſicut canis. Quæ ſocietas luci ad tene- 2.Cor.6.e bras? aut quæ pars fideli cũ infideli? quæ aũt cõſonantia Chriſti ad Belial? Nõ deberis filij eccleſiæ deprauari in uanitatib. ſpectaculorũ. Eccleſia fœtorẽ ueſtrũ nõ portat, nõ poteſt inquinari de ingreſſu ueſtro, gemit ad deũ, quia tales uidet filios C ſuos. Quotidie cõtremiſcit, ne iraſcaꝰ deus, & pereatis de uia iuſta. Vel ipſa ſigna agnoſcite, quia Pſal.4.a æreũ factũ eſt cœlũ, & terra ferrea. Iracundiã dei ipſa elemẽta loquunt. Filij hominũ quouſq; graues corde, ut quid diligitis uanitatẽ in ſpectaculis, & quæritis mendaciũ in hiſtrionibus? Scitote quoniã admirabilẽ fecit dominus omniũ animã nõ recedentẽ de eccleſia. Exaudiꝰ anima dũ clamat ad deum, dũ nõ recedit à deo. Nolite eſſe tepidi, ne euomamini ex corde dei. Dixit ipſe per Apoc.3.c prophetã, quia neq; frigidus, neq; calidus es, atq; utinã uel frigidus eſſes, aut calidus: ſed qa nec frigidus, neq; calid⁹, euomã te ex ore meo. Noſtrũ officiũ implemus, & q de ueritate uera loqmur. D Vos ſi ingreſſi eſtis ad ſtationẽ medici, ut uulnera curetis, dolete uulnera ueſtra. Medicamẽtis impoſitis, putredines purgenꝰ: creſcat ſanitas, ut uidẽs correctionẽ ueſtrã, gaudeat eccleſia de filijs ſuis: qa ubi abũdauit pctm, ſupabũdauit & gratia Rom.5.d

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Pſalmo CXXI. Fiat pax domine in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis, Homilia.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, qui uoluit oſtendere uiam recentẽ, per quam & in qua incederemus ſine ceſſatione: oſtendit & doctrinam ſalutis, in qua peruenirẽmus ex captiuitate peccatorum ad plenitudinẽ uirtutũ. Audite fratres dilectiſſimi primam beatitudinem in octo beatitudinibus, quas dominus cõmemorauit in ſancto Euãgelio, hãc poſuit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.5.d posuit dicẽs, Beati pacifici, quia filij dei uocabun A
tur. Et uenit in articulo passionis suæ, quam hære
Ioann.14.d ditariam misit toti mundo, dicens: Pacem meam
do uobis, pacẽ meam relinquo uobis. Nam mo
do hoc cantauimus ex uerbo prophetico, dicẽs,
Fiat pax in uirtute tua, & abũdantia in turribus
tuis. Propter fratres meos, & proximos meos lo
quebar pacem de te. Ista pax multipliciter intelli
gitur. Est & pax malorum. Sed pax nostra ita no
bis concordat, ita undiq; lucet, ut totum concor
det, splendorem possideat, totam claritatem obti
neat. Audite quæ est pax nostra. Christus est, qui
tollit parietem inimicitiarum, qui erat inter nos
Ephe.2.c & deum, & reconciliauit nos patri. Quia ipse est
pax nostra, qui fecit utraq; unum. Ecce radix pa
cis nostrę. Exinde surgit, ut pacẽ habeamus cum B
omnibus hominibus. Sustineamus inquietos, ar
guamus superbos, corrigamus elatos, toleremus
infirmos: cum ista fiunt, fœcũdatur in nobis pax.
Surgit alia pax, ut non litiget caro nostra contra
animam nostram. Subdantur omnes uoluptates
& stimuli carnis: quæ militant cõtra nos, & pos
sident membra fragilia. Exagitant habitatorem,
qui est spiritus noster. Spiritus concupiscit aduer
sus carnem, caro aduersus spiritum. Hæc enim si
bi inuicem aduersantur, ut non ea quę uolumus,
faciamus. Videtis quanta est discordia cum spíri
tu & carne? Cum ergo ista subdita fuerit spiritui,
tunc erit pax. Nam audite illum, qui bellum gere
bat in corpore suo, quomodo sine uerecũdia ex
clamat, dicens, (cum iam præterita diceret, & mi C
Rom.7.d serias carnis non taceret) Infelix homo, quis me
liberabit de corpore mortis huius? Præmiserat
enim, & dixerat, Scimus enim, quia lex spiritua
lis est, ego carnalis sum, uenũdatus sub peccato:
quod enim operor, ignoro, non enim quod uolo,
hoc facio. Si autem quod nolo hoc ago, consen
tio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non
ego operor illud, sed quod habitat in me peccą
tum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est,
in carne mea, bonũ: nam uelle adiacet mihi, per
ficere autem bonum non inuenio. Igitur legem
mihi uolenti facere bonum quia malum mihi ad
iacet. Condelector enim legi dei secundum inte
riorẽ hominem. Video autẽ aliam legẽ in mẽbris
meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuan D
tem me sub lege peccati, quæ est in mẽbris meis.
Et, ut dixi, redit in se, & ad se, & uidet fœneã car
nem casibus plenam, caducam, minus stabilem,
& exclamat rugiens à gemitu cordis, dicens: In
felix ego homo, qs me liberabit de corpore mor
tis huius? Et confugit ad illam singularem mise
ricordiam, dicens: Gratia dei per dominum no
strum Iesum Christum. De ista ergo pace quam
uidebat Propheta, sano cordis oculo, dicebat,
Fiat pax in uirtute tua, & abũdantia in turribus
tuis. Tũc res gradibus interioríb. ordinatæ sunt,
nec possunt ascendi usq; ad summum, nisi grada
tim. Tunc ergo erit abundantia uirtutum in no
bis, si transierimus uitia, & saltus fecerimus à ma
lis, & gradibus ascenderimus ad uirtutes, ut sca-

la illa uirtutũ perducat nos usq; ad abundantiam
turris, id est plenitudinem uirtutis (Ἀναβαθμός,
βαθμὸς enim dicitur gradus.) Gradus faciebat,
quãdo in uirtutibus tripudiabat Dauid, in uicto
ria triumphabat, de uiribus suis nõ præsumebat
& totũ quod erat, deo assignabat. Nam uicit ho
mo iracundiam per mansuetudinem, primũ gra
dum ascendit. Reconciliatus est fratri propter pa
cem: humiliauit se, ne inuiscata mente deo mune
ra offerat cum inimicitia fratris. Quartũ gradum
ascẽdit, qui uicit tenacitatẽ ex dispensatione pau
perũ permanens in largitate. Per pietatem quin
tum gradum ascendit. Qui malum pro malo non
reddit malis, sextũ gradum ascẽdit. Qui orat pro
inimicis, septimũ gradum ascendit. Qui paratus
est amittere substantiã seculi ex amore dei, octa
uum gradum ascendit. Qui obtinet charitatẽ, in
caput turris peruenit. Ista est ergo abũdantia, de
qua dicebat propheta, sicut & modo cãtauimus,
Fiat pax in uirtute tua, & abũdantia in turribus
tuis. Sequitur, Propter fratres meos & proxi
mos meos, loquebar pacem de te.] Qui sunt fra
tres nostri, nisi quos demonstrauit ipse saluator,
cũ mater eius & fratres ante ianuã starent, & nun
tiatũ ei fuisset, Ecce mater tua, & fratres tui stant Luc.8.c
foris, quærentes te uidere? Et ne uideretur ab ad
uersarijs carnẽ magis proximã sibi amare, quam
susceperat nõ ex indigẽtia, sed ex uoluntate, ait
dicenti sibi, Et quæ est mater mea, & qui sunt fra Mala.7.c
tres mei? Et extendens manum in discípulos, di
xit, Hi sunt mater mea, & fratres mei. Et qui fece
rit uoluntatẽ patris mei, qui in cœlis est, ille mihi
frater, soror, & mater est. Ergo propter istos fra
tres nostros, & propinquos nostros, non carnis
propinquos, non fratres seminis istius corporis:
sed illos fratres, qui uoluntatẽ dei faciunt, qui ui
tam student habere purgatã, qui displicẽt sibi, &
placẽt deo: Propter istos fratres, & propter istos
propinquos loquimur pacẽ, & quærimus bona à
deo. Sic em̃ sequit̃, Propter fratres meos, & pro
ximos meos loquebar pacẽ de te. Ergo iste domi
nus noster Iesus Christus, qui est caput nostrũ, de
credentibus sibi dicebat, & sibi inhærentibus. Et
nos possumus dicere in charitate Christi de ser
uis dei pudicis, sanctis, & immaculatis, qui sunt
fratres nostri, si tamẽ uiuamus sicuti uixerũt, uel
sequamur uestigia eorũ, q ita uiuũt, ut audeamus
dicere fratres de bonis, q sumus mali. Sed in no
mine Christi nõ desperamus nos quotidie in me
lius proficere, & esse boni, q aliquãdo fuimus ma
li, et dicere cũ bonis, Propter fratres meos & pro
pinquos meos, loquebar pacẽ de te. Ecce modo
loqmur pacẽ de deo, ut superius significauit pa
cẽ illã multiplicẽ, syluosam & spatiosam, quo se
omnis homo trãquillus tollit, & ab æstu istius secu
li umbra opaca & cõdensa requiescit. Ibi em̃ sub
sub umbra eius cũ regnemus, & fuerimus, &
manserimus, loquemur pacem de deo. Vbi pax
est, tempestas nulla est, obscuritas nulla est, nox
nulla, tenebræ nullę. Hæc est pax clara, modesta,
simplex, idonea, fundata. Ergo fratres tenete pa

cem

cem, possidete charitatem, permaneat uobiscum A
pax ista. Sed nũc dat se amicis suis, qui omnes de
lectationes, uoluptates, cupiditates, aduersitates
uincunt, calcant, ascendunt, peruenium. Si agno
uistis expositos uersiculos, quos modo propitio
deo pro salute nostra cantauimus, eritis imitato
res: & nõ tantũ doctores, sed factores. Dicamus
quod ait Apostolus, Imitatores mei estote, sicut
1.Cor.11.d & ego Christi: qa sancta imitatio q̃ bona, ut usq;
ad societatẽ Christi: peruenìat. Fiat ergo in nobis
pax in uirtute eius, nõ in uirib. nostris, ut iam nõ
litigent duo in corpore nostro, id est caro & spiri
tus: sed subdatur caro spiritui, ut in agone cõten
dentes, ab omnibus erroribus abstineamus, ut
iam sequamur ad palmã supernæ uocationis dei,
præterita obliti, in ea quæ antè extenti, & occur
rat nobis iam nõ certantibus, sed uictoribus bra
uium illud æternitatis, corona immortalitatis,
quã præparabit deus metuentibus se, Amen.

HOMILIA IN PSALMVM CXXII

AD te leuaui oculos meos, q habitas
in cœlo.] Prosunt nõnunq̃ suppli
cia, & tribulationũ sarcinis animi sę
pius corrigũtur. Ecce enim ludæi,
qui semper habebãt oculos infixos
in terra, qui humilia cogitabant, qui Aegyptio
rum, & Assyriorum confidebant auxilio, qui mu
rorum propugnaculis tegebant̃, qui cumulo ful
gentis auri tumebant, post captiuitatem suã, post
ruinam patriæ omnibus priuati delitijs, ad inui
ctam dexterã confugerunt, & terrenis cogitatio- C
nibus spretis excelsa postulabãt, & euerso tẽplo
ad cœlum oculos eleuauerunt, & de cœlo dei mi
sericordiã flagitabãt, & de deo subsidiũ suę capti
uitatis implorabant. Et nemo miretur quòd deus
dicitur in cœlis habitare: non enim tanq̃ conclu
sus est aliquo loco, nec aliquib. limitibus occu pa
tus, sed cœlestibus potestatibus requiescẽs. Nam
1.Cor.6.d & in hominibus habitare dicitur, sicut ait: Inhabi
tabo in uobis, & inambulabo in uobis. Igitur isti
apud Barbaros multarũ sectarũ imbuti ratione,
ualuerũt scire, quòd ubiq; deus subuenit inuoca
tus, & eam propheta nouã conuersationẽ, id est,
ecclesiæ iam radiare perspicit: & locorũ obserua
tionem sensim, & figuratim imitandam esse testa
tur. Sicut oculi seruorũ in manibus domino- D
rum suorum, & sicut oculi ancillę in manibus do
minæ suæ: ita oculi nostri ad dominum deum no
strũ, donec misereatur nobis.] Perspice stabilem
reuerentiã, incommotã fidem, non paruo tẽpore
sese rogaturos pollicent̃, sed perenni deprecatio
ne seruaturos ostendunt: & ideo se seruulis com
pararunt, quibus omnis spes in dominorũ cura
consistit, nec aliunde prędium est. Quippe cum
sine dominorũ solicitudine alimoniã sibi præpa
rari, uestimenta suppeditari, omnemq̃ commodi
tatis curã non deesse confidunt. Et hęc à domino
donec receperint, non recedunt: & cum accepe
rint, gratias confitentur, & hæc perpetuò gerũt.
Dauid igitur demonstrare festinans, quòd à deo
solo solatiũ postulãt, & quòd perpetuò deprecan-

tur, & quòd nulla spe nisi dei misericordia cõso
lant̃, & quòd sua bona tanq̃ seruorũ peculia ipsi
debẽtur: posuit serui & ancillę personã, & qui an
tea inuitabant̃ ad deũ, & nimio elati fastidio, non
obtemperare curabant, sola calamitate corrigun
tur, & captiuitate mutãtur, & se ab eo nunq̃ re
cessuros pollicẽtur, donec eius misericordiã me
reantur. Donec, inquit, misereat̃ nobis. Non di
xit, donec mercedem reddat, aut donec uicẽ resti
tuat: sed, donec misereat̃ nobis. Et nos ergo cõti Luc.18.d
nua deprecatiõe debemus insistere, & si acceperi
mus, etsi nõ acceperimus, tamen nõ recedamus,
Nã cũ hoc facis, incũctanter accipies. Nã si illius
impij iudicis agrestẽ mentẽ unius uiduæ assidua
uerba flexerũt: tu quã ueniã poteris promereri, si
ad fundendas preces aliquo fueris fastidio super
atus? inspice famulos dominorũ uestigijs inhæ
rentes, & in ipsorũ nutu solicita obseruatiõe pen
dentes, hos imitare, hos sequere. Obsequiũ domi
no, quod debes, exolue, & seruitio tuo eum pla
care festina, & omnia prætermittens illius præce
pta conserua, & facilè poteris sentire quæ poscis.

Miserere nobis domine, miserere nobis: quo
niam multũ repleti sumus despectione. Multũ re
pleta est anima nostra.] Vidisti mentẽ dolore cõ
tritã, saluari se misericordia deprecatur, & ingen
ti se mole supplicij laborare proclamat. Sicut &
Daniel ait: Quoniã diminuti sumus ultra omnes
gẽtes super terrã. Hoc & Iudæi clamabãt, Omnes
terminos calamitatis excessimus, amissimus pa
triã, perdidimus libertatẽ, seruitutis iniuria subiu C
gamur, captiuitatis uincula sentimus, barbaro
rum tenemur obsequio, cõtempti uiuimus, suspe
cti anhelamus, fame cõterimur, sitis rabie lacera
mur, omne tẽpus tormentis exemptũ est: ideo sub
ueni, miserere, multũ repleta est anima nostra. Et
ipsa, inquit, anima iam defecit calamitatũ conti
nuatiõe tantarũ. Et multi quidẽ tolerabiliter pa
tiuntur aduersa, nos aũt etiam solatiũ sufferentiæ
amisimus, lugemus, lachrymamus, lamẽtatione
conterimur. Et quoniam datis sibi honoribus nõ
sunt usi cõpetenter, sed largitatis beneficijs abu
si uixerũt, cõtrarijs corrigunt̃. Et hoc deus ubiq;
facit. Sic & Adam, cũ paradisum utiliter habita
re noluisset, pulsum è paradiso emendauit, & cõ
iugem pari honore gloriatã, postea seruitute de
terioratam, utilem melioremq̃ cõstituit. Sic & Iu
dæos libertate superbos, delitijs fastidiosos, iugo
reddidit seruitutis, ut captiuitati dediti, et iniurijs
traditi corrigantur. Opprobrium exprobran
tiũ, & despectio superbis.] Hoc frequẽter admit
titur, hoc quotidie cõprobatur. Semper superba
cogitantes, repẽtina humilitate obruunt̃. Nihil
em̃ superbia detestabilius, nihil arrogãtia crude
lius reperit̃. Propter hãc tẽtationes, propter hanc
dolores, propter hãc gemitus, propter hanc mor
tale corpus est, propter hãc cordib. solicitudines
ingeruntur, ut anima undiq; tormẽtis obsessa, &
crebris effrenata supplicijs, superbiæ cacumina
derelinquat. Non ergo sufficit, si aduenięte forsi
tan aliqua tẽtatiõe terreamur, cũ scimus hãc esse

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro nobis: sed prophetæ uerba teneamus, qui di- A
Psal. 118.c cit: Bonum mihi domine, quòd humiliasti me, ut
discerem iustificationes tuas. Calamitatem pro
remedio, & uulnus pro medela sentiamus. Et tẽ-
tationem prodesse noscamus, ut refici quieti pos-
simus, per dominũ nostrum Iesum Christum, ui-
uentem & regnantẽ, cum patre & spiritu sancto,
in secula seculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo CXLII. Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo domine, quoniam non iustificabitur in con-spectu tuo omnis uiuens. Homilia.

Psal. 35.b Vdicia domini sicut abyssus multa. Altitudinem, & profunditatem, & la-titudinẽ in dei cogitatione quicunq; attingere uoluerit, ante deficit quam
Esa. 40.c B proficit. Nã quis illi cõsiliarius fuit? aut quis illi primo dedit, & retribuet ei? aut quis nouit mentẽ domini? Ergo quia abscondita sunt à nobis pro nobis, quia ideo abscõduntur, ut de-sideretur: dicamus deo, sicuti modo cãtauimus, Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuẽs. Quis castum se gloriatur habere cor, aut mundũ esse à peccatis? Hic modo eriguntur peccatores, & dicũt, Ecce Apostolus dixit, quia nemo homi-num potest castum se dicere habere cor. Audi, & quod audis intellige. Noli ad tuũ sensum, uel ad tua facta deducere testimonia recta. Quod dixit, Quis castum se gloriatur? Non dixit non esse ca-stum cor, sed non gloriari de casto corde. Et mun-
C dum à peccatis omnino hominem esse nõ posse, hoc possum acquiescere, quia sunt leuia peccata, perquàm leuia, ut oratione quotidiana purgen-tur. Et si forte etiam ipsa purgentur, ne in illis ue-terascamus, saltẽ illa de præteritis, de ætatis, pue-rilitatis, pubertatis, adolescentiæ, quis se dicit es-se mũdum à peccatis. Ergo quia de præteritis seu per ignorantiam, seu per ætatem infelicem, calli-dam, inordinatam, cæcam offendit deum: Nemo ergo glorietur mundũ se esse à peccatis, etsi profi-ciens elongauerit à peccatis. Ergo mens Christia-na cum proficit in id quod proposuit, maximè se-cundum deum non debet gloriari, & tamen glo-riari, non in se, sed in domino. Nam sic dixit apo-
1. Corin. 1.d stolus: Qui gloriatur in domino glorietur. Ergo
D de meritis suis nihil assignare sibi debet, nisi pec-cata, quæ sunt propria nostra: cæterũ uirtutes & actio purgata, cœlitus datur hominib. Donatur
Iacob. 1.c à deo, Quia omne donum optimũ, & lumen per-fectum desursum est descendens à patre luminũ. Ergo dicamus, Ne intres in iudicium cum seruo tuo domine, quoniã non iustificabitur in conspe-ctu tuo omnis uiuẽs. In uita ista tentationis uide-mus quod nolumus: audimus, qd nolumus, lo-quimur quomodo nolumus, ambulamus ubi no lumus: totum ad quod nolumus, uenimus. Sed ta-men in id quod nolumus, cum uictoria peruení-mus ad quod nolumus. Pugnãdum est ergo in o-mnibus malis suggestionibus, luctãdum est cum desideriis: negandæ sunt carni uoluptates suæ, ut
A se ipsa subdat homini interiori, id est animę, ut sit pax in domicilio cordis. Et iam fratres excutite pigritiem, feruete in spiritu sancto. Inflãmamini Ioan. 12.f ut in luce ambuletis, ne tenebræ nos comprehen-dant: Nolite gloriari in uobismetipsis, reddite de-bita. Quæ sunt ista debita? Nemini quicquã de- Rom. 13.c beatis, nisi ut inuicem diligatis. Hoc ergo debe-tis debitum reddere: Estote quod non fuistis, ha-bete charitatem, inserite mansuetudinem: cęteræ uirtutes subsequantur, ut sit mens uestra librata & mensurata. Qui carni uiuunt, deo placere non possunt. Qui plus diligunt carnem suam, q̃ crea-torem carnis suæ, male uiuunt. Viuite cum deo, Psal. 2.c ambulate cum deo, obtemperate deo. Seruite do-mino in timore, & exultate ei cum tremore. Ap-
B prehendite disciplinam, ne quando irascatur do-minus, & pereatis de uia iusta. Quãta est uita no-stra infelix, misera, quæ quotidie ad non esse ten-dit, maximè quia dies exitus nostri occultatus est à nobis: non est omniũ nasci, crescere & sene-scere. Sed ideo occultantur dies nostri, ut uiua-mus cauti, solliciti. Ne subitò occurrat mors in-certa, & prœoccupent peccata, & perueniatur ad pœnam, tempus est curationis, tempus est corre-ptionis, & recipiendæ salutis. Nullus sedeat non curatus, nullus remaneat uulneratus. Si dolent facinora, currite ad medicum: si agnoscitis quæ fecistis, celebrate confessionẽ. Erubescite de præ-teritis, ut dicatur uobis ab apostolo, Quem enim Rom. 6.d fructum tunc habuistis, in quibus nunc erubesci-
C tis? Finis peccatorũ mors. Nos uero in nomine Christi liberati à peccato, serui autem facti deo, habemus fructũ nostrũ in sanctificatione, finem uero uitam æternam. Beata uita, quæ sic uiuit, ut talem limitem inueniat, talem portum acquirat, talem ciuitatis ingrediatur portam, ut ibi iam nõ peregrinus, sed ciuis gaudeat. Ibi iam nõ pugnæ præcedunt, & prælia, & bella, sed tantummodo uictoria cum palma recipitur. Hæc ciuitas tunc dabitur, quando dicet bonis, sanctis, pijs, imma-culatis, castis, Intrate in gaudium domini uestri. Matth. 25.d Vox ista, promissio ista cum prædicatur, non ui-lescat, nõ tepescat infidelibus. Quomodo panis quotidie in oculis nouus efficitur esurientibus, sic promissiones dei nouæ sint audientibus. Dicite er-
D go, Ne intres in iudicium cũ seruo tuo domine, quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis ui-uens. Magna humilitas, magna sapiẽtia, magna prudentia, ut sciat uiuens sic se posse uiuere, ut si-bi sit accusatus, & deo excusatus. Quia iustus in primordio sermonis, sui accusator existit: cum ue-nerit aduersarius, confundetur. Accusate uos de præteritis facinoribus uestris, legitime confitemi-ni deo: & iam nolite peccare, ne quid uobis aliud contingat deterius. Cum uobis prædico, me cõ-pungo: cum uos compũgo, & meipsum agnosco, quia homines sumus exigui & nulli. Non possu-mus gloriari in isto quod quærimus adhuc esse: nec possumus exaltari, ne perdamus quod uide-mur esse: Quia superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam.

Ho-

HOMILIA IN PSALMVM CL. A

Laudate dominum in sanctis eius.] Alius, inquit, in sanctos eius: alius, in sanctificatiõe eius. Aut de popu-lo hic ait: aut propter uitã sanctam, & uiros sanctos: aut propter sacer-dotium. Vide, liber quo fine cõcludit, & qua iu-stitia terminat agnosce. Habuit de gratiarũ acce ptione principiũ, & terminũ de gratiarũ actione fortit. Ita enim decet, sic cõuenit. Debemus bene dictione semper & operũ, & orationũ principia, Colos. 3.c fines q̃ munire. Et ideo Paulus ait: Oñe quod fa citis in uerbo, aut opere, gratias agẽtes deo patri. Ideo & orationis nostræ proferẽ inde præfatio: nam dicẽtes, Pater noster, de cõcessis beneficijs Matth. 6.a gratias cõfitemur, & diuinas largitates huius uo- B cabuli nuncupatione mõstramus. Nam qui dicit patrẽ, etiã filium confitet, designat iustitiã, sancti tatem, redemptionẽ, peccatorũ remissionẽ, con-cessionẽ spiritus largitate. Nam hæc debent om-nia præparari, ut frui adoptione possimus & me-rito patrẽ inuocare ualeamus. Mihi aũt etiã aliud significare putatur, dicens: In sanctis eius: id est, propter sanctos suos, quia talem humano generi conuersationẽ patefecit, ut homines angelos de-mõstraret. Et ideo post q̃ dixit, in sanctis eius: ad-didit, in firmamento uirtutis. Et aliud eum senti-re arbitror, sicut in priori psalmo. Nã & sicut ibi Psal. 148.a ait: Laudate eum oẽs angeli eius, hoc & hic facit, dicens: Laudate eum in firmamẽto uirtutis eius, qui estis in firmamẽto eius. Nec cessabunt benedi-ctionis suæ participes cœlestes accipere potesta-tes. Laudate eum in uirtutibus eius.] Alius ait, per potentiã eius, propter uirtutem eius, propter mirabilia eius, propter fortitudinẽ eius: quæ per terrestres, & cœlestes potestates, quę cõmuniter, quæ sigillatim, quæ perpetuo demonstrat. Lau-date eum secundũ multitudinem magnitudinis eius.] Sed dicis, quemadmodũ laus poterit eius magnitudini coæquari? nõ hoc ait, sed ut eius ma gnitudinẽ cogitãs, in quantũ possis, ad eius lau-des animosus accedas, & licet digna tantę ampli-tudini benedictio professione quiueris, hac ta-men tantæ cõsideratiõe uirtutis, orationẽ laudis debemus agere. Vidisti animi religiosum deside-rium? Vidisti inflãmatã mentem, pia cõtentione D humanã uelle fragilitatẽ superare & terra quodã modo derelicta, ipsius cœli altitudinẽ affectare, & sese deo affectione nimia cõiungere, festinare?

Laudate eum in sono tubæ: alius ait, per sonum cornu. Laudate eum in psalterio & cithara: alius ait, in nabla, & lyra. Laudate eum in tympano & choro, laudate eũ in chordis & organo: alius ait, & cithara. Laudate eum in cymbalis bene sonan tibus, laudate eũ in cymbalis bene tinnientibus: alius ait, designationibus. Omnis spiritus laudet dominũ: alius ait, respiratio cuncta moueat orga na.] Sonos commemorat uniuersos, ut ex omni parte mens humana laudis ardore succensa, & di uersis sonorũ mysterijs inuitata, benedictiõis uer ba percantari festinet: Et sicut Iudæi iubebant o-

Chryſ.

mnis organi sono laudare dñm: sic nos omni cor-pore laudare properemus, oculis, lingua, auribꝰ, manibus, hoc debemus efficere. Et sic homo ci-thara, corde, membro, & sonos canticorũ cõscien tiæ imitet affectu, & animus magister attẽdat, & pulset pectora, & sonus reddet ad cœlum. Ideo & Paulus dicebat: Præstate corpora uestra sacrificii Rom. 12.d um uiuum, beneplacitũ, rationabilẽ culturã deo. Oculus deo præstat obsequiũ, si turpia declinet aspicere. Et lingua merebit præmiũ suum, quan-do benedictionib. occupat. Et auditus placebit deo, si se detractationibus nõ patitur cõmisceri. Et mens eleuat ad cœlum, si malis cõscientijs nõ polluatur. Et pedes laudare deum poterunt, si cursum suum ab omni malitia reuocare festinent. B Et manus benedicũt, si rapinis renuntiauerint, si ad misericordiã properauerint. Sic facit homo ci-tharam omni parte perfectã, sono spirituali deco-ratam, cœlesti placiturã auditui. Nam ludęis ideo diuersos sonos fuerat habere permissum, propter infirmitatẽ cordis sui, ut organis saltem immuta tis, ad charitatẽ inuitarent. Et diuina permissio fuit, ut qui delitiosis mẽtibus tepida cogitabant, & dissimulationis negligentia premebant uolu-ptarijs cõuersationibus inhærentes, sic saltem ali quid spernerent uanitatis. Et quid est cymbalis? Designatione psalmi. Non enim tantũ sono ute-bantur cymbalorũ, nõ tantũ citharis delectaban-tur, sed cum cymbalis, cum tuba, cũ cithara, psal-mos quoq; cum sua designatione cantabãt. Et la-
C bor ille, ac uoluntatis instantia lucrũ cõmodumq; portabat. Omnis spiritus laudet dominum.] Et quia cœlestes potestates nominat, & quia popu-lum excitauit uniuersum, quia organa cuncta cõ mouit, omnemq; ad laudẽ naturã incitauit, uiros & fœminas, senes & iuuenes, pueros & infantes & oẽs undiq; mundũ habitantes, ad canticũ bene dictionis hortat, & hic semina noui testamenti di spargens. Laudemus ergo deum, & agentes gra-tias, nullis momentis deuincamur horarum, sed uerbis & rebus sacrificiũ benedictiũis offeram⁹. Hoc ministeriũ congruũ est, hoc angelorum sum mæ cõuersationis imitatur obsequiũ. Et si laudan do eum inuigilamus, etiam futuris bonis perfrui poterimus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, & dilectio patris, & sanctificatio spi-ritus cum omnibus nobis, Amen.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOSTO-mi super illud Sapientiæ, Iustorum animæ in manu dei sunt. &c. Sap. 3.d

 Vstorum animæ in manu dei sunt, & nõ tanget illos tormentũ. Visi sunt o-culis inlipientiũ mori, & æstimata est malitia exitus illorũ, &c. Qui sanctorũ merita religiosa charitate miratur, quiq; iustorũ glorias frequenti laude colloquit: eorum mores actus, atq; iustitiã imitetur. Quoniã quem dele-ctat sancti alicuius meritũ, delectare hunc debet pari cura cultus dei & obsequiũ. Quare aut imita ri debet, si laudat: aut laudare nõ debet, si imitari detrectat: ut qui aliũ laudat, se laudabilẽ præstet:

& qui sanctorum merita admiratʒ, mirabilis ipse A
uitę sanctitate reddatur. Nam si propterea iustos
fidelesq; diligimus, q̃ in ipsis iustitiã fidemq; suspi
cimus: possumus nos quoq; esse, quod sunt, si fa
ciamus ipsi, quod faciunt. Neq; enim difficile no
bis est, quod ab ipsis geritur, imitari: cũ sine præ
cedẽti exẽplo ab antiquis talia gesta cõspicimus,
ut nõ ipsi aliorũ æmuli redderentʒ, sed æmulandę
uirtutis seipsos nobis præberẽt exemplũ: ut dum
nos ex ipsis, ex nobis alij proficiunt, sic Christus
in suis semper in secula sanctus laudetʒ. Vnde ab
origine mundi innocẽs Abel occidit, Enoch deo
placens transfertur, iustus Noe inuenitʒ, Abrahã
fidelis probatur, Moyses mansuetus dignoscitʒ, le
sus castus, Dauid lenis, Helias acceptus, Daniel
sanctꝰ, tres pueri uictores reddunt: apostoli disci B
puli Christi credentiũ magistri habentur. E qui
bus eruditi cõfessores fortissime pugnant, marty
res perfecti triumphant, & Christiani semper ex
ercitus diabolũ deo armati debellant. In istis sem
per diuersæ uirtutes, dissimiles pugnæ, gloriosæ
uictoriæ. Vnde tu Christiane delicatus es miles,
si putes te posse sine pugna uincere, sine certami
ne triumphare. Exere uires, fortitudine dimica,
atrociter in prælio concerta. Cõsidera pactũ, con
ditionem attende, militiã nosce: pactũ, quod spo
ponderisti: conditionẽ, qua accessisti: militiã cui no
men dedisti. Hoc enim pacto quos miraris cũcti
pugnarunt, hac cõditione uniuersi uicerunt, hac
militia triumpharunt. Denicq; cõsidera te, præsen
te deo, cũ hoste pugnare. Fauet ille, ut uincas: fa C
uet dñs, ut obtineas. Cum pugnas, adest: cum di
micas, presens est. Tantũ enim uirium de eius pre
sentia cõcipis, quantũ inimico debilitatis accidit.
Tu erigeris per uirtutẽ, hostis incidit in debilita
tem: tibi arma diuinitus mõstrantʒ, illi malitiæ tela
franguntur. Tibi cõspectus dei uirium adhibet in
crementa: hosti præsens maiestas adimit nocendi
uenena. Tibi angeli plaudunt, illi formidinẽ adhi
bent: tibi fortitudo tribuitur, illi malitia infirmatʒ.
Quibus tu foueris, ille opprimitʒ: quibus tu erige
ris, ille prosternitur. In tua pugna, dñs congredi
tur, dominus dimicat, dominus præliatʒ, & uicto
ria tibi ascribitur. Certamen tuũ dei certamẽ est,
prælium tuũ Christi est prælium. Quid trepidas,
quid formidas, quasi tua uirtute deuincas? Pren D
de arma, procede in bellum, fortiter dimica, ut di
micanti adsit ille, qui uinci nõ nouit. Non potest
imperatorẽ promereri, qui hostem à se noluerit
superari. Non potest regi esse acceptus, qui hosti
fuerit lenocinatus. Nec enim hostẽ poterit uince
re, nisi qui atrociter uoluerit dimicare. Victoria
militis, peremptio est hostis: & peremptio hostis,
gloria est imperatoris. Denicq; in certamine Chri
stiano aut superstes miles prostrato hoste beatus
de prælio redit, aut hostem uictor moriendo de
uincit. Feliciter enim uincunt, qui post uictoriam
uinci non norunt. Felicicer uincit, qui & diabo
lum & mundum post uictoriam derelinquit. Fe
liciter uincit, qui proficiscens è mũdo diabolum,
quem in præsenti deuicit, in futuro cum domino
iudicabit. Alios enim post unum certamen ad a
lias uictorias dominus seruat, alios consummato
martyrio iam coronat, alios uictores retinet in ex
emplũ, alios iam perfectos trãsmittit ad cœlum,
alios frequenter desiderat uidere certantes, alios
passione iam meritos imponit regnis cœlestibus
triumphantes: ut imperatoris Christi ab omnib.
dignatio collaudetur, qui in suis & semel & fre
quenter hostem deuincit: & quem, quomodo pu
gnare uiderit, munerabit: tantum contra hostem
excitetur animus, exeratur uirtus, deuotio præ
paretur, ut procedens miles ad bellum, uel primo
prælio coronetur: uel frequentibus trophęis,
palmarum numero honoretʒ. Sic dimicarũt Chri
stiani, quos diligere consueuisti: sic præliati, quos
semper amasti. Denicq; tres pueri in Chaldęa, Bar
bari regis dum terrores despiciũt, formidines cal
cãt, minas contẽnunt: sic eundẽ regem cum suis
ignibus deuicerũt. Daniel quoq; cultor dei, ama
tor iustitiæ, ueritatis defensor, dum in adhęrendo
deo, regis edicta cõtemnit: sic & leonum rabiem
uicit, & de inimicorum interitu exultauit. Petrus
& Ioannes apostoli ad adorandum deum, hora
nona templum Salomonis ascendunt: claudum
curant, uirtutem faciunt, quinq; milia hominum
prędicando acquirunt. Vnius cura, multitudinis
salus efficitur. Vnus enim curatur, sed multorum
salus acquiritur: uexato sanitas redditur, sed pra
uitas in obduratis corrigitur. Ascendunt apostoli
dominum deprecari, sed preces claudi non pote
rant aspernari. Præueniũtur precibus preces: ro
gantem claudum rogaturi antè audiunt, quam
precarentur: neq; permittit claudus orare illos,
quos petit: nisi prius acciperet, quod optauit: ut
antè ab eis, quod uolnit, impetraret, q̃ ipsi à do
mino quod uolebant, expeterent. Gloriosum
meritum apostolorũ, qui antè in templo operan
tur, quàm ipsi dominũ deprecentur: antè uirtus
ostenditur, quàm oratio ad dominum præmitta
tur: effectus preces præueniũt, uirtutes desideria
antecedũt. Nec expectatʒ, ut uota ad dñm prę mit
tantur: quia dñs ipse antè efficit, q̃ oretur. Interea
claudus aliud petit, & aliud accipit: aliud postu
lat, & aliud impetrat: aliud cupit accipere, & ali
ud à dño meruit impetrare. Postulat eleemosynã,
D & sanitatis accipit curã: petit aliquid ad uictũ ac
cipere, & integritatẽ corporis meruit impetrare.
Quod petis, inquit Petrus, nõ habeo: sed aliud da Act. 3. d
bo, quo ex gratia dei redundo. Argentũ quidẽ &
aurũ nõ est mihi: quod aũt habeo, hoc do tibi. In
nomine Iesu Christi, surge, & ambula sanus. San
ctissimus Petrus nihil sibi de facto, nihil de ope
re, nihil de uirtute ascribit, sed totum illi assignat,
per quem meruit, quod impleuit. Denicq; cura, ut
dixi, unius claudi negotiũ geritur multitudinis:
unus sanus efficitur, plurimorũ utilitati consuli
tur. Adeo mirantʒ cuncti uirtutẽ, stupent factum,
honorant dñm. Quinq; milia hominũ credunt in
Christum, ut & claudi desideriũ, & apostolorum
meritum, et benignitas Christi ad multorum salu
tem probaretur trahi exemplum.

SERMO

Locũ illũ scri- SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOSTO A
ptum, Agno- mi, super illud Esaiæ, Si uolueritis & audieritis
sce quod in me me, bona terræ comedetis &c.
dio laqueorum
pertransis: re- Si uolueritis & audieritis me, bona terrę
peries expla- comedetis: si aũt nolueritis, et nõ audie
tatum in ulti- ritis me, gladius uos cõsumet. Os em
mo tomo ad po dñi locutũ est ista. Si uelle aut nolle no
pulum Antio- stru nõ esset: hoc est, si uiuẽdi recte, an secus li
chenum Homi- bertas adẽpta nobis fuisset: nec bonus unq̃ cœle
lia XV. ste munus digne perciperet, nec malus suppliciũ
cõpetẽs inueniret: sed totũ deo deputaretʒ autori,
qui alios impingeret in contẽptum, formaret ali
os in obsequiũ. Sed cũ diuinę legis edicta in eccle
sia pendeant: quibus quid fieri deus aut uelit, aut
nolit, eius familia instruatʒ, ut liberæ quis uolunta
tis arbitrio præcepta aut impleat, aut cõtemnat: B
unde sibi quisq; qd̃ mereretʒ, instituat, nec posse
aliud mereri, q̃ uelit: quippe cui legis ꝓpositus te
nor sit: ex quo quod uelit, eligat: & quod nolit, cõ
temnat: ut iudicio hõis dei iudicium celebretur, ut
qui libertatẽ concessam in obsequiũ dederit, mu
neretur: qui in cõtemptũ duxerit, cõdemnetʒ, di
cente dño: Si uolueritis, & audieritis me: bona ter
Esa. 1. c ræ comedetis. Si aũt nolueritis, & non audieritis
me, gladius uos consumet. Os enim dñi locutum
est ista: ostendit dñs hominẽ se liberũ cõdidisse,
ostendit uiuendi cõpotem, ostendit propriæ uo
luntatis autorẽ. Sed beata uoluntas est, quæ serui
endo cõparat libertatẽ. Misera seruitus, quã gene
rat libertatis excessus. Beata, inquã, libertas, quæ C
seruit legi: obtẽperat iudici, patet autori, quæ hu
milis deo est, subiecta Christo, quæ imperata te
net, iussa cõplet, præcepta cõseruat, cõtendit ut
placeat: ut promereatʒ, instat, timet offendere, ue
retur delinquere, amat diuina monita frequenta
re. Vt enim obsequia legis obtinent libertatẽ, ita
cõtemptus generat seruitutẽ. Dñi uox est: Qui fa
Ioan. 8. d cit peccatũ, seruus est peccati. Cessat enim culpæ
defensio, ubi legis præcessit contẽptio: nec facile
seueritas iudicis flectitur, ubi edicti admonitio
annullatʒ. Inexcusatus est reus, cui per cõtemptũ
legis, iudex fuerit inimicus: nec in iudicio mere
bitur uenią, qui audacter cõtraxerit culpã. Qua
re iudex admonet, ne peccetur: dum obseruari
iussa persuadet, dum se obseruantibus patrẽ: con
temnentibus, iudicẽ cõminatur. Ama patrẽ præ- D
struentẽ: time iudicẽ cõminantẽ. Vtrumq; enim
salutare & bonũ est. Si em̃ amas, obaudi: si times,
deserui. Promissi præmij, & destinati supplicij, an
te oculos diuersa cõstitue. Nullum momentũ sit,
quo nõ ista pertractes: nullũ tempus, quo nõ, quę
destinata sunt, cogites. Dũ enim hæc iugiter me
ditaris ac loqueris, teipsum instigas. Præsto est le
ctio, quæ persuadeat. Non potest cogitare pecca
tum, qui suppliciũ cogitãdo ueretʒ: non potest de
linquere, qui futura præmia meditatʒ. Sint ista in
corde, & nunq̃ delinquitʒ: frequententur in ore,
& nunq̃ peccatur. Obliuio mandatorũ, causa est
delictorum: formido supplicij, abolitio est pecca
ti. Cæterũ contẽptio legis, conditio est seruitutis.
Non enim idcir co seruus liber efficitur, ut ab eo-

dem iussa domini cõtemnantʒ: aut ideo filius po
testate patria liberatʒ, ut beneficia patris contume
lijs ab eodẽ dispunganttʒ. Vnde sic inter homines
mos iste obseruatʒ, ut libertus ingratus grauiore
seruitio addicatʒ, aut filius contumax potestate pa
tria abdicetʒ. Libertatis enim indignus, qui dñm
liberalem offendit: hæreditatẽ capere non potest,
qui filij nomen per contemptũ patris amittit. Sic
& homo liberæ uoluntatis effectus, datam liber
tatem amittit, si dominũ contẽnendo despexerit.
Sed dicet aliquis: Cur me deus liberæ uoluntatis
fecit, qui legem mihi, secundũ quam uiuã, præsti
tuit? Aut cur mihi ordinẽ uiuẽdi lex ipsa præscri
bit, si natura mihi uiuẽdi libertatẽ attribuit? Nul
la libertas recipit conditionẽ, nulla conditio non
affert seruitutẽ. Aut enim liberum mihi est facere
ex natura, quod uelim, & lex mihi imponere ne
cessitatẽ non debet: aut si necessitas mihi per le
gem imponitur, cur naturæ libertas, quę data est,
imputatʒ? Sedita hoc ipsum ô homo uere dixisses,
si lex cum natura pugnaret: id est, si aliud lex, ali
ud natura præciperet. At cũ lex naturã procuret,
& natura ipsa legis instituta cõseruet: & legis præ
cepta seruare, sit naturaliter uiuere, (Quicquid e
nim lege præcipit, hoc naturę iure seruatʒ: & quic
quid natura geritur, hoc præcipi legibus demon
stratur.) cur itaq; putes esse diuersa, quæ cõspicis
ex ratione esse similia? Cæterũ ad hoc homo libe
ræ uoluntatis à natura formatʒ, ut quæ natura ge
nuit, sibi exercenda cognoscat: & quę natura nõ C
nouit, fugiẽda esse defendat. Vt em̃ bona natura
formauit: ita mala interpolator hostis inuexit. Et Gen. 1. d
uidit, inquit, dñs omnia quæ fecit esse bona ualde.
Vnde qui liberæ uoluntatis institutum se memi
nit, & ingenuitatem suam docente natura cogno
uit, quod natus est, seruet: quod factus est, uindi
cet. Aliud enim uelle esse, q̃ factus est: non est li
bere uiuere, sed conditionem seruitutis excipere.
Nam si personam tuã Christiane pertractes, liber
tatis collatæ duplex à te debetur obsequiũ. Alte
rum, potestate seruitutis, qua & peccando addi
ctus es: alterum, libertatis collatę, qua & filius ad
optatus es, ut & quid fueris, seruiendo testeris: &
quid à domino consecutus sis, maiore seruitio fa
tearis. Non enim proprio merito consecutus es
libertatẽ: sed liberalitas domini te liberum fecit.
Quare si liber ante meritum factus es, acquire
maius per obsequia meritum, ut ex tuo seruitio, à
domino meriaris & præmium. Tene obsequen
do, datam à domino libertatem, & per te acquire
domino promittente, mercedem. Prouocet libe
ralitas domini in obsequiũ, quem adoptando de
us destinauit in regnum: ut dum totum illi dica
mus obsequium, & liberalitas data seruetur, &
præmia promissa reddantur. Perdet enim quod
meruit, qui diuina mandata contempserit. Serui
tutis astringetur iugo, qui nõ paruerit redempto
ris imperio. Ingratus est libertatis, qui peccando
conditionem exceperit seruitutis. Nec cum fi
lijs poterit numerari, qui contemnendo
patrem, meruit abdicari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EIVSDEM HOMILIA IN LAVDEM A eorum qui cõparuerunt in ecclesia, quæq; moderatio sit seruanda in laudando. Item de hoc quod scripsit Esaias: Vidi dñm sedentem in throno excelso, &c. Des. Erasmo Rot. interprete.

Onspicio uos multo studio adnitentes, ut ad effectũ perducatis quæ heri à nobis dicta sunt, eoq; nũc haud grauate semẽ doctrinę iacimus, q hinc bona spes alit animũ nostrum. Nam & agricola, quum non sine labore quidem semina deposuit, sed uidit terram feracem segetemq; prouentu exuberantem, superiorum laborum obliuiscitur, atq; ad reliquũ operæ conseruationemq; priorum, lucri expectatione excitatur. Verum hęc agricolatio quãto feracior quantoq; lucrosior est? Nam illa quidẽ frugum sensibilium copiam adferens, corporibus reponit alimoniam: hæc uero dum sermonũ deponit doctrinam, spiritualiumq; donorũ abundantiã adsert, animi diuitias recondit, alimoniã quæ nec consumi, nec uitiari potest, reditus qui neq; pereunt, neq; corrumpũtur, sed arcana quadam & ineffabili prouidentia conseruantur, quorum usus fructus mente percipitur. Hic est meorum laborum prouentus, hæ sunt opes quas uestræ charitati recondimus. Has itaq; quum cõsidero in uobis augescere, gaudeo semper, ut qui non frustra semen tem fecerim, ut qui non incassum labores pertulerim, ut qui in frugiferam pinguemq; terram, & C ad fructificandum idoneam, semen iecerim. Vnde igitur hoc lucrũ fore coniecto? unde perspicio sermones ad opus proficere? Nimirum ex hoc concursu, ex eo quòd ecclesiam omniũ matrem studiose amplectimini, ex hac pernocte perpetuaq; statione, ex eo quòd angelicorum ordinum stationem imitantes, sine cessatione laudes & hymnos offertis conditori. O mira Christi dona. In supernis exercitus angelorum canũt gloriã, in terris homines, in ecclesiis choros agentes ad illorum exemplum eandem canunt gloriam. In supernis Seraphim ter sanctum illum hymnum resonant, in terris eundem hominũ promit multitudo, cõmuniterq; tum cœlestium, tum terrestrium plaudit celebritas, una gratiarũactio, una exultatio, una beneuolentis gaudentisq; choreæ statio. Hanc enim ineffabilis domini sese ad nos demittentis bonitas cõprobauit, hanc electam spiritus congregauit sanctus: huius uocũ concentus paterno beneplacito cõgruit: è cœlis habet modulorum consonantiã, dum à trinitate uelut à plectro quopiam mouetur, delectabile illud ac felix resonat melos. Illam angelicã cantionem, illum desinere nescium concentũ, hoc est studij præsentis alacritatisq; uectigal, hic conuentus nostri fructus. Eoq; gaudeo, talem cõspiciens in uobis probabilem affectum: gaudeo dum animorũ uestrorum beneuolentiam alacritatẽq; consido, dum gaudium spirituale, dum iuxta deum exultationem. Neq; enim ulla res tantum adfert gaudij uitæ nostræ, quãtum hoc quòd ex animo gaudetis in ecclesia congregari. In ecclesia gaudentiũ conseruatur gaudium, in ecclesia animo deiectorum animorum est recreatio. In ecclesia dolẽtium est uoluptas, in ecclesia defatigatorum respiratio, in ecclesia laborantiũ requies. Venite enim, inquit, *Matth. 11.d* post me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Quid hac uoce possit esse desiderabilius? quid hac inuitatione iucundius? Ad epulum te uocat qui in ecclesiam te uocat dominus. Ad releuationem pro laboribus adhortatur, ad relaxationẽ à molestijs trãsfert, pondus peccatorum alleuans, delicijs animi molestiam, gaudio mœrorem sanat. O miram eius curam, ô uocationem cœlestem. Festinemus itaq; dilecti, ut eandem alacritatem in longum tempus porrectam exhibeamus, & cum conueniente modestia, consideratioq; decente hanc consummemus. Etenim de hoc uobis hodiernum sermonem mouere uolo, in speciem quidem molestum, cæterũ leuem utilemq; ueritate. Sic enim & amantes liberorũ patres faciunt, non solum ea quæ ad breue tempus delectant, uerum etiam quæ molestiam adferunt filijs adhibent: nec ea modo præcipiunt eis quæ statim ostendunt utilitatem, sed quæcunq; uidentur quidem esse molesta, salutaria tamen sunt, si perficiantur, & hæc multa cura docent, diligenterq; flagitant ab eis ut conseruentur. Atq; hunc sermonem in longũ producimus, ne præsentem laborem frustra insumamus, ne sustinentes uigiliæ necessitatem inutiliter in pugilum certamine uersemur, ne uoces in aerem dissolutæ, ad detrimentum sonẽt potius quàm ad lucrũ. Neq; enim negotiator è longinquo merces importans, uehementem uentorum incursum, undarũq; exorientium procellas sustinens, frustra & incassum susciperet eiusmodi labores: uerum ideo maria secat, & audax est aduersus pericula, locaq; locis cõmutat, totasq; noctes ducit insomnes, ut negotiatione ditescat. Quod si non contingat, sed cũ lucro etiam sortis iacturam faciat, ne soluere quidem ancoram poterit, nec illa uaria perferre discrimina. Hoc itaq; scientes cum decẽte circunspectione huc accedamus, ne pro peccatorum remissione, etiam accessionem peccatis adiunctam domum referamus. Quid autem est quod quæritur, quodq; à nobis reposcitur? Vt dum diuinos hymnos resonamus, multo tremore cõtracti, multaq; religione ornati, ita demum eos offeramus. Nam sunt quidam inter hos qui hic adsunt, quos ne uestræ quidem charitati arbitror esse ignotos, qui contemnentes deum, ac spiritus eloquia pro uulgaribus ac prophanis ducẽtes, incompositas uoces emittunt, nihiloq; melius se gerunt his quos habet insania, toto corpore tumultuantes ac circumacti, moresq; præ se ferẽtes à spirituali statione alienos. Miser & infelix oportebat te cum tremore ac reuerentia angelicam glorificationẽ resonare, cumq; terrore confessionem reddere conditori, ac per hanc delictorum ueniam postulare. Tu uero mimorum & saltatorũ mores huc inducis

Δοξολογία.

eis, dum indecenter manus iactas, pedib. subsultas, totoq; circũageris corpore. Et quî fit, ut non metuas, neq; horrescas hæc audens aduersus talia eloquia? Non cogitas ipsum hic inuisibiliter adesse dominũ, qui uniuscuiusq; motũ metitur, & conscientiæ rationẽ habet? Non cogitas quòd angeli huic stupendæ assistunt mensæ, cumq; reuerentia hanc circunuallant? Verum tu ista non cogitas, quoniam ea quæ in theatris audiuntur, quæq; spectantur, mentem tuam obscurarunt: & ideo quæ illic geruntur in ecclesiæ ritus inducis, ideo clamorib. nihil certi significantib. animum incompositum exulgas. Quomodo ergo ueniam postulabis tuorũ delictorũ? Quomodo in domũ tuam recipies dominum, qui usqueadeo cõtemptim offeras precationem? Miserere mei deus, B inquis, ac mores à misericordia alienos declaras. Clamas, serua me, & speciẽ à salute alienã exprimis. Quur se extendunt manus ad supplicandum, quæ semper ad sublime iactanẽ & indecore circumaguntur, quæq; uehemẽti clamore uiolentiq; impulsu strepitũ habent nihil certi declarantem? An non ista quidem partim sunt mulierum in triuijs meretriciam artem exercentiũ, partim uero eorũ qui in theatris uociferanẽ sunt exempla? Quõ igitur audes angelorum, deum glorificãtiũ hymnis, dæmonum admiscere ludicra? Quomodo aũt nõ uereris hanc uocem, quam il- *Psal. 2.c* lic profers dicens: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore? Hoccine est cum tremore seruire, sic diffundi distendiq; ut nec ipse scias quæ loquaris incõposito uocis boatu? Istud uero contemptus est nõ timoris, arrogantiæ nõ modestiæ, istud ludentium est potius quàm confitentium. Quid est ergo seruire domino in timore? quũ omne præceptũ perfecerimus, cum tremore contractioneq; hanc confessionem facere, corde contrito menteq; submissa preces offerre. Nec solum seruire in timore, uerum etiam exultare cum tremore, spiritus sanctus per Prophetã iubet. Nam quoniam præcepti impletio gaudiũ gignere solet in animo uirtutẽ exercentis, & hanc, inquit, confessionem cum tremore facere conuenit, ne si deposito metu confundamur ac dissoluamur, simul & laborũ iacturã faciamus, et deũ in nos prouocemus. Sed quõ, inquis, fieri potest, ut quis exul- D tet cũ tremore? nã impossibile est simul hæc duo accidere, quum inter hæc plurima sit differentia. Gaudium enim est eorum quæ desiderat animus expletio, rerumq; iucundarũ fruitio, ac molestarum obliuio. Metus aũt expectatorũ malorum incursus, cooriens aduersus condemnatã conscientiam. Quõ igitur licet exultare cum timore, nec simpliciter cum timore, sed etiã cum tremore, qui est timoris uehemẽtia, & immodice cuiusdam anxietatis signũ? Quõ igitur, inquis, hoc fiet? Ipsa te Seraphim docent, re ipsa tale ministeriũ implentia. Nam illa ineffabili gloria cõditoris fruuntur, incõprehẽsibilem eius pulchritudinẽ contẽplantia. Non dico illam ut est natura, hæc enim incogitabilis est, nec spectari potest, nec figura expri-

mi, absurdumq; est sic de illa opinari: sed quãtum concessum est, quantũ ex illo splendore possunt cõprehendere. Quoniã enim assidue famulantur in circuitu throni regalis, in iugi gaudio perseuerant, in sempiterna delectatione, in exultatione finem non habitura, gaudentia, saltantia, citra ullum silentium gloriã canentia. Nam stare in conspectu maiestatis illius, deq; splẽdore illinc refulgente illuminari, hoc illis est gaudiũ, hoc illis exultatio, hoc illis uoluptas, hoc deniq; gloria. Fortasis sensistis aliqd uoluptatis, & cupiditas quędam illius gloriæ uos cepit. Age, utinam uelitis adhortantẽ auscultare, præsentẽq; gloriæ diuinæ celebrationẽ religiose peragere. Nã nõ destituet uos huiusmodi gaudiũ, siquidem ipse est ille dñs, qui & in cœlis & in terris glorificat, pleniq; sunt cœli & terra gloria eius. Quomodo fit igiť, ut illa Seraphim quum eiusmodi uoluptate fruantur, hanc cum timore misceant? Audi quid dicit Propheta: Vidi dominũ sedentẽ in throno excelso & *Esa. 6.b* eleuato. Quam ob causam, quum dixisset, excelsum: adiecit, eleuatum? An non satis erat per celsitudinẽ rem totã significare declarareq; dignitatis eminentiã? Quapropter ergo addidit, eleuatum? Vt cathedram incõprehensibilem demonstraret: quãdoquidẽ apud nos quod excelsum est, cogitationem quandam præbet cõparationis ad ea quę humilia sunt ac submissiora. Veluti excelsi sunt montes ad campestria locaq; terrę supina comparati, excelsum aũt cœlum super omnia terC rena sublatum est. Cęterũ hæc eleuatio sublatioq; solius est illius naturæ incomprehẽsibilis, quam neq; cogitatione concipere, neq; uerbis eloqui quisquam potest, eoq; dicit, Vidi dominũ sedentem in throno excelso & eleuato. Sed quid prætea uidisti ô Propheta? Quid circa illum spectasti? Et Seraphim stabant, inquit, in circuitu eius. Quid faciebãt, & quid dicebant, qua fiducia fruebantur? Fiducia quidẽ, inquit, nulla, uerum timoris ac stuporis erant plena, ipsa etiã specie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alis uelabant faciem, simul excludentia radium è throno prodeuntẽ, eo quòd ferre nõ possent immensam illius gloriã, simul autẽ & suam religionem ac reuerentiam significantia quam habent erga dñm. Tali gaudio gaudent illa, tali lętitia exultant, nec solum facies uelant, uerum & pedes. Quãobrem hoc faciunt? Facies quidẽ merito uelant propter metuendum spectaculũ, quodq; nõ possint inaccessam gloriam obtueri. Verũ pedes quare simul uelant? Ac uolebam quidem uobis hoc relinquere, ut ipsi circa huius solutionem laboraretis, circaq; spiritualiũ rerum uestigationem uigilaretis: cæterũ ne uestram cogitationẽ circa huius inquisitionem intentam relinquens, incipiam admonitionem negligere, necesse est ut hoc obiter dissoluam. Quare igiť pedes uelant? Inexplebilem erga conditorẽ reuerentiã exhibere student, multãq; anxietatẽ, tum ipso habitu, tum uoce, tum aspectu, deniq; ipsa statione. Quoniã igitur id quod desiderabant, quodq; cõueniebat nõ assequũtur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

declarant eo quòd undiq; uelantur. Nàm ita defectũ circuntegũt. Vtrum intelligitis quod dictũ est, an operæpretiũ est, ut idem denuo repetam? Age ut hoc faciã dilucidius, ex rerum nostrarũ exemplis manifestum facere conabor. Assistit alíquis terreno regi, omnibusq; modis molitur, ut quàm plurimam erga illum reuerentiam exhibeat, quò per hoc maiorem illius erga se cõciliet benevolentiam. Cuius gratia non solum specie capitis, uerum etiam ipsa uoce, ipsa manuum cõpositione, ipsa pedum coniũctione, totiusq; corporis contractione, talem reuerẽtiam conatur ostendere. Hoc & ab illis incorporeis uirtutibus fit. Quum enim plurimam habeant erga conditorem reuerentiam, & hanc undiquaq; conantur præstare: deinde quoniam nõ assequuntur quod expetunt, quod deest affectui, hoc uelo obtegũt. Hanc ob causam igitur facies ac pedes tegere dicuntur. Quanquam est & alia quędam magis mystica speculatio quæ circa hoc consideratur, non quòd pedes ac facies habent: sunt enim incorporea, quẽadmodũ ipsum numen, sed ut hoc humanus sermo declaret, ea undiquaq; metu ac reuerentia cõtracta seruire domino. Sic oportet nos assistere, talẽ deo glorificationẽ offerentes, metuentes, ac tremẽtes, ac tanq; illum ipsum mẽtis oculis intuẽtes. Adest enim hic omnino, nec tamẽ ullo modo circunscribĩ, uocesq; nostras recenset. Sic igitur cõtrito corde & submisso, laudẽ de promentes reddamus eam acceptã, & uelut incẽsum boni odoris ad cœlum submittamus. Cor em̃ C inquit, contritũ & humiliatum deus nõ despiciet. Verum propheta, inquis, exhortaẽ ut cum iubilo glorificationẽ peragamus: Iubilate, inquit, domino omnis terra. Verũ neq; nos talẽ iubilationem prohibemus, sed uocẽ prohibemus nihil significantẽ. Neq; ꝓhibemus uocẽ laudis, sed uocẽ absurditatis & inconditã, ac mutuas inter uos contentiones, manus incassum temereq; sublatas in aerem, pedes supplodẽtes, indecoros effœminatosq; cantus, qui sunt eorũ qui in theatris & hippodromijs otiantẽ, lusus: Illinc nobis pernicioſa in uehuntur exẽpla, illinc irreligiosæ uulgaresq; uoces, illinc manuũ absurditates, cõtentiões, cõcertationes, moresq; incõpositi. Nulla res em̃ æquè eloquia dei adducit in cõtemptũ, atq; spectaculo D rum quæ illic proponunt admiratio. Proinde frequenter uos hortatus sum, ne quis eorũ qui huc aduenĩũt, diuinaq; doctrina fruunt, quiq; horrendæ ac mysticæ uictimę participes sunt, ad illa iret spectacula, neu diuina cũ dęmoniacis cõmisceret mysteria. Attamẽ nõnulli usq; adeo insaniunt, ut etiã quũ speciẽ religionis circũferant, & ad profundã caniciẽ peruenerint, nihilo secius currant ad illa, neq; nostris sermonib. auscultantes, neq; propriã reueriti speciẽ. Verũ quoties eis hunc sermonẽ ingerimus, & ut caniciẽ religionẽq; uereantur adhortamur, quod ibi illorũ frigus? q; ridiculus sermo? Exemplũ, inquiũt, uictoriæ quæ in futuro seculo erit & coronarũ sunt illa, plurimãq; illinc utilitatẽ referimus. Quid ais homo? Putris iste sermo est ac fallaciæ plenus. Vnde utilitatem istinc ferre licet? Ex innumeris cõtentionibus, ex temere factis deierationibus, malo loquentiũ? An ex cõtumelijs cõuitijs scõmatibusq;, quibus spectatores se mutuo cõspergunt? Verũ ex his nihil, cæterũ omnino ex incõpositis uocibus, & nihil significante clamore, eq; puluere qui submittitur, tum ex his qui impellũt, qui uim faciunt, qui accissant ac dissimulant exẽplo mulierũ, utilitatẽ colligis. Atqui hic quidẽ ipsum dñm angelorũ, omnes ꝓphetę doctoresq; super thronũ excelsum & eleuatũ ostendũt, ijsq; qui digni sunt brabia & coronas distribuunt, indignis uero gehennã assignant: atq; ipse etiam dñs hoc confirmat. Deinde hæc quidem contemnis, in quibus etiã conscientiæ terror est, & factorũ redargutio & pœnarum accusationumq; anxietas, & supplicium ineuitabile. Verum ut absurdam inuenias tuorum spectaculorum quibus suspensus inhias excusationem, dicis te utilitatem capere ex his, ex quibus iacturã pateris irrecuperabilem. Rogo etiam atq; etiam obsecroq;, ne excusationes excusemus in peccatis. Prætextus em̃ ista sunt ac deceptio, quibus nobis ipsis damnũ accersimus. Verum de his quidem hactenus, tẽpus aũt est ut iam ad priorẽ recurramus admonitionẽ, atq; ut paucis de ea locuti debitũ orationi finem imponamus. Neq; em̃ hoc solum peccatur, quòd quæ hic fiunt parũ pro dignitate peraguntur, uerum etiam alius quidã gravis obambulat morbus. Quis tãdem iste? Quòd, qui ꝓposuerunt cũ deo colloq eiq; seruitiũ exhibent, mox hoc omisso suum quisq; uicinum arripiunt, ordinantq; res domesticas, quæq; fiunt in foris quæq; in populo, quæ in theatris, quæq; in exercitu, & quomodo alia quidem sunt administrata, alia rursus neglecta, & quid in gerendis rebus plus satis fuerit, quid diminutũ: in summa, de rebus omnibus uel publicis, uel priuatis hic colloquuntur. Et qua tandẽ uenia digna sunt ista? Atqui qui cum rege terreno colloquiũ, de his cantũ uerba facit de quibus ille uoluerit audire, & de quibus rex fuerit percontatus. Quòd si quis ausit injcere secus q; ille uelit, extremo supplicio afficietur. Tu uero cum rege regum colloquens, cui cum horrore seruiũt angeli, omisso cũ illo cœpto sermone, de luto, de puluere, de telis araneorũ loqueris. Nihil enim aliud sunt huius uitę negotia. Et quõ sustinebis istius contẽptus pœnã? Quid aũt te ab hac uindicta liberabit? Verum haud recte se habẽt, inquiunt, reipub. negotia, de his plerunq; loquimur. Ingens periculum. Quid autẽ in causa? Eorũ, inquiunt, qui principatum gerũt incogitantia. Non est principũ incogitantia, sed nostra iniustitia, pœna est pro nostris sceleribus exacta. Illa cuncta sursum deorsum miscuerunt: illa quicquid est calamitatũ inuexerũt, illa armarunt hostes, illa fecerũt ut uicti discederemus, nõ aliun de nobis malorũ examẽ inundauit, q; ex hac causa. Proinde quãuis Abraham quispiã esset qui imperaret, quãuis Moses, quãuis Dauid, quamuis Solomon ille sapientissimus, quãuis omniũ hominum

Psal. 50.d

Psal. 65.a

C

A

B

D

minum flagitiosissimus: si nos male uiuimus, nihil interest qualis ille sit, quantũ ad causam malorum. Qui sic, inquis, aut quo pacto? Qm̃ si transgressor legum fuerit, si temere nulloq; cõsilio feratur, nostra incogitantia nostraq; temeritas talem genuit principem, nostra cõmissa plagam accersierunt. Nam quòd iuxta corda nostra accipimus principes, nihil aliud est nisi quòd præterita peccata nostra talem nobis dedere præfectum, siue quis fuerit ex cõsecratis, siue ex eorũ numero qui mundanas administrant dignitates. Quamuis autem iustus fuerit, adeoq; iustus, ut usq; ad Mosi uirtutem pertingat, haud tamen illius unius iustitia, immensa rebellium peccata ualebit obtegere, idq; poterit quis ex ipso Mose certo cognoscere. Quum em̃ ille multis modis afflictus fuisset pro Israel, instanterq; apud deum supplicasset, ut terram repromissam in sortem illis traderet, tamen quoniam se populus suis peccatis reddiderat ab hac promissione alienũ, non potuit Mosi deprecatio iustam dei sententiã mutare, quò minus totus ille populus in deserto prosterneret. Attamen quis Mose iustior, aut quis plus ualuit apud deũ? Dictũ est, ualere iusti deprecationẽ, sed efficacẽ: hoc est, pœnitentia cõuersionẽq; adiutã eorũ pro quibus fundit. His uero quibus mores manent sine pœnitentia, citraq; bonã conuersationẽ, quõ possit auxiliari iusti deprecatio, quum illijpsi suis factis obsistãt? Et quid cõmemoramus hoc accidisse toti populo peccanti, quum & paucorũ ino bedientinm peccata, imò unius, iuste imperantiũ gratiã superẽt? Atq; hoc rursus ex eodẽ populo Israelitico perspicias licebit, qui Mose rempub. administrante, quum in terrã alienigenarũ irrupissent, pugnãq; cum illis cõmisissent, quõ quidã illorum insanientes in illorũ mulieres, totius populi cladẽ exitiũq; inuexerunt. Hoc aũt quod dicam in uno accidit, uidelicet Achar, qui quũ uariam ex anathemate stolam sustulisset, etiã aduersus populum iram dei succẽdit. Verũ, ut cõijcio, nonnullis præsentiũ ignota est hæc historia. Quã ob rem necesse est, ut paucis de hac locutus, & scientes cõmonefaciam, & nescientes doceam. Achar itaq; fuit unus ex eorũ numero, qui cum Iesu Naue trãsiere Iordanẽ, qui Iesus fuerat antè dei iudicio delectus, ut Mosi succederet, quicq; typum ac figuram gerebat ueri seruatoris nostri Iesu Christi. Quemadmodum enim ille è deserto per Iordanẽ in terrã repmissam perduxit populũ, Sic & seruator noster, ex ignorãtiæ & idolotrię deserto per sanctũ ac salutiferũ baptismum in cœlestẽ Hierosolymã nos traduxit, ad matrẽ primogenitorũ, in qua uerę quietis paratę sunt mansiones, ubi uita seditionis nescia pacificaq;. Hic itaq; cum eius uirtute qui ipsum populo præfecerat Israelitis, transmisisset, iamq; admouisset exercitum Hiericho, nouam illam & admirãdam obsidionem moliens, mox ruituris mœnibus, quid loquitur apud populũ? Erit anathema hæc ciuitas, & quicquid est in ea, domino Sabaoth, excepta Rhaab meretrice, Hanc seruabitis: Cauete igitur ab anathemate ne quando concupiscentes sumatis ex eo, ac perdatis nos. Consecrata sunt, inquit, omnia quæ sunt in ciuitate: Nam id sonat anathema. Ne quis igitur suffureẽ ex his quæ cõsecrata sunt dño deo, nosq; disperdat è terra. Periculosum erat præceptũ, multa diligentia tũ dei præcipientis, tũ legem ferentis Iesu. Vix enim fieri potuit, ut in tanta multitudine nõ uiolareẽ hæc lex, quum multæ res essent quæ huc impellerent. Nam uel instabilitas eius populi lucriq; cupiditas, uel quòd nõ oẽs audissent edici præceptum, uel spoliorũ uarietas uelut esca obiecta, habendiq; auidos illectans, facile ad legis trãsgressionẽ perpulisset. Et tamẽ ea lex erat lata: ac trãsgressoris capiti periculum imminebat. Quid igitur post hęc? Cõciderunt mœnia, & quicquid erat in ciuitate uenit in manus obsidentiũ. Itaq; quum uniuersus populus seruaret hoc præceptũ, unius prę uaricatio in uniuersam multitudinẽ cõcitauit irã dei. Peccauerũt, inquit, filij Israel peccatũ magnũ & suffurati sunt & sumpserũt ex anathemate, & sumpsit Achar filius Charmi ex anathemate, & indignata est ira dñi filijs Israel. Atqui unus erat qui peccauerat. Quõ igitur peccauerunt filij Israel, ac deus iratus est filijs Israel? Vides quõ unius peccatũ toti populo uindictã accersit? Quomodo deum aduersus multitudinẽ hostẽ reddidit? Quoniã igitẽ fuerat perpetrata legis transgressio, neq; quisquã erat conscius, præter solum deum qui nouit occulta, ultio quidem differebatur: cæterũ qui hoc perpetrarat, tametsi uidebatur latere, tamen à conscientia uelut ab igni urebatur. Venit igitur tempus quo fieret quod cõminatus fuerat deus, quoq; peccatũ ueniret in propatulũ. Misit, inquit, Iesus uiros ab Hiericho in Gæ. Et ascenderunt illuc uiri ferè ter mille, fugerũtq; à facie uirorum Gæ, & occiderũt ex illis uiros triginta sex, & persequuti sunt eos, & occiderunt illos, & expauit cor populi, factumq; est uelut aqua. Vide unius peccati pœnam, uide plagam acerbissimã, unus peccarat, & in populũ uniuersum mors ac trepidatio irruit. Quid hoc ô bone domine? Tu solus iust⁹, & recta iudicia tua. Tu cuiq; iuxta propria facta reddis iudiciũ. Tu humani generis amator, dixeras in suo quenq; peccato moriturũ, nec alium pro alio daturum pœnas. Quod igitur hoc est tuum iustum iudicium? Bona sunt tua omnia domine, & ualde bona, & ad nostram utilitatem dispensata. Lues quædam, inquit, est peccatũ, per ultionem euulgetur ac traducatur apud omnes, ne corrumpat omnes, ut ubi cognorint quantas minas una pepererit transgressio, fugiant ultionẽ, de multis alioqui sumendã ęternam uindictã. Vidẽs igitur, inquit, Iesus fugam sisti non posse, discidit uestimẽta sua, ac prostratus est in terram, ea lugubriter lamẽta proferens quæ narrat diuina scriptura. Quid igitur illi respõdit dominus? Surge, cur ita prostratus iaces? Peccauit populus tuus, transgressus est pactum meum, nec potuerunt stare filij Israel cõtra faciẽ hostium suorum, donec sustuleritis anathema ex uobisipsis. Prędi-

Iosue 7.b

Iacobi 5.d

Psal. 118.s
Rom. 2.d
4. Reg. 14.d

Iosue 7.b

Iesus Naue figura Iesu Chr.

B

C

D

catur igitur hoc in populo, & à deo proditur qui hoc perpetrarat, ille fateſ. Reſpondit eſ, inquit, Achar Ieſu dicens: Vere peccaui in cõſpectu dei Iſrael, ſic & ſic feci: Videbã in præda palliũ uari egatum unum pulchrũ, ducentaq; argenti didrachma, & linguam unã aureã quadraginta didrachmorũ, & cõcupiſcens cepi, & ecce hæc defoſſa ſunt humo in tabernaculo meo. Omnia iam in apertum profert, poſteaq; perſpexit illum omnia ſine mendacio indicaſſe, nec diffiſus eſt teſti ſeip ſum prodenti. Vide aũt probroſam ac pernicioſam illam mortẽ: Subduxit, inquit, Ieſus Achar in conuallem, filios & filias eius, & uitulos eius, & iumenta eius, & oẽs oues eius, & tentorium eius, & omnia quæcunq; poſsidebat, & lapidib. obruit ea omnia populus. Hoc tranſgreſsionis B præmiũ, talis dei uindicta, quæ per corruptelam euitari nõ poteſt. Hæc itaq; ſcientes, cogitemus moleſtias à noſtris peccatis inuehi, ſingulisq; diebus noſtra examinãtes crimina, non alijs ſed nobiſipſis cauſam aſcribamus. Nec eſ principũ modo negligentia, ſed multo magis noſtra delicta, mala accerſierunt. Proinde ſi huc aduenientes ſua quiſq; examinet delicta, nec aliũ incuſabit, & preſentẽ glorificationẽ reſonabit. Quod aũt exigiẽ ad decentẽ modeſtiã, hoc eſt primũ, corde cõtrito accedere ad deum: proximũ, cordis affectum ipſo uiſibili habitu declarare, ſtatu, manuũ decora cõpoſitione, placida cõtractaq; uoce: Nam id facile eſt, & poteſt quiſquis uoluerit. Quî fiet igitur, ut oẽs fungãtur ſuo officio? Ponamus nobis C ipſis legem, dicamusq;, In publicam utilitatẽ lex prodita eſt, & huius utilitatis oportet nos omnes eſſe participes. Quapropter & indecoras uoces premam⁹, manuũq; geſticulatiões corripiamus, has coniunctas exhibentes deo, nec incõpoſitis motibus attollanſ. Odit enim hoc deus & auerſatur, ſicut contrà, cõpoſitum ac modeſtum amat expetitq; : Ad quem, inquit, reſpiciam, niſi ad manſuetum & quietum & trementẽ uerba meа? Dicamus alij alijs, non uult deus, ut ſimul cum ipſo loquamur, & inter nos fabulemur, nec patiſ ut omiſſo cũ ipſo colloquio, præſentiũ colloquia ſuſcitemus, cœnoq; margaritas contaminemus. Siquidẽ hoc ſuam contumeliã eſſe ducit, nõ glorificationem. Quòd ſi quis uoluerit hoc præceptũ D præterire, obturemus illi os, tanq; noſtræ ſalutis inſidiatori, expellamus, ex eccleſiæ ſanctę caſtris eijciamus. Hoc ſi fecerimus, noſtra quidem peccata ſuperiora facile diluemus, ipſum autẽ dominum habebimus in medio noſtrum unà cum ſanctis angelis choros agentẽ, & cuiq; modeſtiæ coronas diſtribuentem. Quoniam enim eſt humanus ac munificus, gaudẽs noſtra ſalute, oblectãs ſeſe bonis noſtris, propterea et cœlorũ regnũ promiſit, & uitæ incorruptibilis cõſortiũ, oẽmiaq; bona præparauit, uolens nos in his habere tabernacula. Quæ nobis omnib. cõtingat aſſequi, gratia & humanitate dñi noſtri Ieſu Chriſti, quẽ decet, gloria, imperiũ, honor, & adoratio cum patre & ſancto ſpiritu, nũc & ſemper, &c.

A EIVSDEM HOMILIA SECVNDA, DE eo quod dixit Eſaias, Factum eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex, Vidi dominum ſedentem in throno excelſo & eleuato.

GAudeo conſpiciens uos ad audiendum cõcurrẽtes. Quemadmodum enim appetentia cibi corporis bonam ualetudinẽ declarat, ſic & ſermones appetere ſpirituales, animæ ſanitatẽ arguit. Gaudeo quidem igitur propter hoc, cæterum uereor ne fortè non poſsim aliquid adferre dignum iſto ueſtro deſiderio. Sic & mater amans quoties lactantẽ habens puerum, non poteſt illi largiter prębere lactis fontem, attamen quanquam lacte caret, mammam tamen dat. Ille uero acceptam trahit ſugitq;, ore uexatam papillam calfaciens, plus q; erat elicit alimenti: mater uero dolet quidẽ dum ipſius diſtenduntſ ubera, nec tamẽ repellit puerũ, mater enim eſt, & omnia præoptat perpeti potius q; ut partũ ſuum cõtriſtet. Itaq; ſi matres erga fœtus ſuos tãta charitate afficiũtur, multo magis oportet nos erga ueſtram charitatẽ ſimiliter affectos eſſe. Nã ſpiritus nixus flagrantiores uehementioresq; ſunt q; naturæ. Itaq; tametſi nobis mẽſa multã habet penuriam, ne ſic quidẽ tamen eam occultabimus, ſed omnia in medium proferẽtes apponemus uobis. Quòd ſi paucula hæc ſunt, uiliaq;, præbebimus tamen. Nã & ille cui talentũ erat creditũ, nõ quia quinq; talenta nõ attulit ob id incuſatus eſt, ſed q; unum illud detinuerit, dedit pœnas. Siquidẽ hoc eſt qđ queriſ apud deum & apud homines, nõ multáne aut pauca deponas, ſed ne oblationem offeras facultatibus inferiorẽ. Audiſtis heri quũ nobis datum eſſet hoc honoris, ut apud charitatẽ ueſtram diſſereremus, pſalmũ illum legentibus nobis qui peccatorem è ſacrorũ ambitu eijciens, angelos ſupernasq; uirtutes hortabatur ad laudandũ omnium deum. Vultis igitur & hodie, idem myſticum melos audiamus, prope illic alicubi aſtãtes? Mihi uidetur. Nam ſi homines ſcelerati dum choreas agunt in foro, in profunda caligine noctęq; in tempeſta meretricias cantilenas molleſq; canentes cantiones, totam ciuitatem nobis aperiunt, & ad ſeſe conuertunt: nos cœleſtiũ populorũ ſupernis choris regem uniuerſi celebrantibus non accurremus? nõ audiemus diuinã illam ac beatam uocẽ? Et quæ nobis dabiſ ueniaſ Sed quõ, inqs, licet audire? Si ipſum aſcenderimus cœlũ, modo fieri poſsit, etſi nõ corpore, certe mẽte licet: etſi minuś præſentia, certe cogitatione. Nam corpus quoniã terreſtre eſt ac graue, natura manet in terris. Anima uero ab hac neceſsitate libera eſt, facilimeq; ad altiſsima longiſsimeq; ſemota loca aduolat, etiam ſi uelit ad extremos orbis terminos peruenire, aut in cœlũ aſcẽdere, nihil eſt quod uetet, adeo ipſi leues cogitationum alas dedit deus. Nec tantũ alas leues dedit, uerũ & oculos largitus eſt, multo q; corporis perſpicaciores. Nã corporis aſpectus ſi quidẽ per uacuũ aerẽ appareat aliquid, ad longum interuallum progredit: quòd ſi in

ſi in exiguũ corpus impegerit, nõ aliter q; fluxus A qui ferebatur, obſtaculo repulſus, denuo retrorſum auertitur: uerũ animi oculi etiamſi pariẽtes, etiamſi mœnia, etiamſi montium moles, etiamſi cœlorũ corpora cõpererint obſtãtia, oẽmia facilè prætercurrũt. Attamẽ quũ tantã habeat celeritatẽ, & oculorũ aciẽ animа, non eſt ex ſeſe ſufficiẽs ad intelligentiã rerũ ſpiritualium, ſed opus habet qui ipſam manu porrecta deducat. Faciamus igitur quod in regũ aulis facere ſolẽt, qui cupiũt eas uidere. Quid aũt illi faciũt? Vbi quæſierint eũ cui claues cõmiſſæ ſunt, illũ adeũt, alloquunſ & ſupplicant, frequenter & pecuniã numerant, ut ipſis gratificeſ. Adeamus ergo & nos unũ eorũ quibus cœleſtes portæ commiſſæ ſunt, appellemus, ſupplicemus, pro pecunia promptã uoluntatem B ſyncerumq; affectũ exhibeamus. Et ſi ille mercedem hanc acceperit, manu noſtra apprehẽſa per oẽmia circũducet, non ad iſtã ſupellectilẽ regiã, ſed ipſum regẽ in throno ſedentẽ aſtantib. exercitibus exercituũq; ducibus, aſſiſtẽtibus innumerabiliũ angelorũ & archangelorũ milibus, breuiter oẽmia diligẽter nobis oſtendet, quatenus nobis uidere fas eſt. Quis igiẽ eſt iſte cui hæc funcțio commiſſa eſt, ſi quando uolumus ingredi? Eſaias prophetarũ uocaliſſimus. Ergo neceſſe eſt, ut hũc alloquamur. Agite, ſequamini cõpoſito gradu incedentes, multo cũ ſilentio: ne quis ingrediaſ curis onuſtus mũdanis, ne quis elatus, ne quis attonitus: uerũ hæc omnia foris ante oſtium deponamus omnes, atq; ita demũ ingrediamur. Ingredimur eẽ in regnũ cœlorũ, conſcendimus in regiones ſtellis fulgurãtes. Quæ intus ſunt miro ſilẽtio plena ſunt, myſteriſq; nõ efferendis referta. Sed animaduertite: nam ſcripturarũ lectio, cœlorũ eſt reſeratio. Et factũ eſt anno quo mortu⁹ eſt Oziaſ rex, uidi dñm ſedentẽ in throno excelſo & elato. Vidiſti probi famuli beneuolentiã humanitatẽq;. Illico nos ad thronũ induxit regiũ, nec prius
Eſa. 6.a circũegit poſt longos ambitus, ſed ſimul atq; portas aperuit è regiõe ſedentẽ dominũ oſtendit: Et Seraphim, inquit, ſtabant in circuitu eius, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri, ac duabus quidẽ uelabãt faciẽ, duabus pedes, & duabus uolabãt, & clamabant alter ad alterũ dicẽtes: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus ſabaoth. Verè ſanctus qui noſtrã D naturã tãtis ac talibus myſterijs dignatus eſt, qui nos talium ſecretorũ cõſortes fecit. Atq; interim me horror ac tremor corripuit, huius cantilenæ gratia. Et quid mirũ ſi me corripuit luteũ ac terrenũ, quũ etiã ipſas ſupernas uirtutes ſemper maximus obtineat ſtupor: eapropter auertũt facies, alasq; uice murorũ obijciũt, non ferẽtes radios illinc proficiſcẽtes, & tñ id quod apparebat, ad noſtrã imbecillitatẽ ſeſe demittebat. Quur igitur nõ tulerũt? Mihi iſta dicis? Dic iſtis q curioſe ſcrutãtur ineffabilẽ ac beatã naturã, his q audẽt non audẽda. Ipſa Seraphim ne demiſſionẽ quidẽ dei ſuſtinuerunt intueri: & homo auſus eſt dicere, imò potius homo auſus eſt animo concipere, q; naturam ipſam ſummã poſſit ad plenum clareq; uidere. Horreſce cœlũ, obſtupeſce terra, hoc audere maius eſt ijs q auſi ſunt illi. Nã quæ tũ illi per impietatẽ audebãt, eadẽ nũc per impietatẽ audent iſti. Nã creaturã ſimiliter adorãt: quod aũt nũc iſti cõmenti ſunt, nullus eius ætatis hominũ neq; dicere, neq; audire ſuſtinuit. Quid ais? Demiſſio erat quod uidebaſ? Erat, ſed dei. Etenim ſi Daniel cui multũ erat familiaritatis ac fiduciæ apud deũ, non ſuſtinuit angelũ ſeſe ipſi demittentẽ uidere, ſed cecidit iacuitq; ,pnus, uinculis oculorũ illius diſſolutis: quid mirum ſi Seraphim expauefacta ſunt nõ ſuſtinentia maieſtatẽ illam intueri? Neq; enim tantũ diſcriminis eſt inter Danielem & angelum, quantũ inter deũ et uirtutes illas. Verũ ne nos plus q; ſat eſt his miraculis immorantes ueſtros animos in ſtuporẽ adigamus, agè ad initiũ hiſtoriæ conuertamur, humilioribus enarrationibus ueſtros animos ad eius intelligentiã adducẽtes. Et factũ eſt anno quo mortuus eſt Oziaſ rex. Operępretiũ eſt inquirere primũ, qua gratia Propheta nobis tẽpus deſignarit: Neq; enim hoc fortuitu temereue facit. Nã prophetarũ ora, dei ſunt os. Tale uero os nihil dixerit obiter & extra rem. Ne igitur nos obiter & aliud agentes audiamus. Etem ſi ij qui fodiũt metalla ne minima quidem fruſtula prætereũt, uerũ ubi nacti fuerint aliquã uenã auri, meatus omnes exactè circunſpiciunt: multo magis hoc facere nos oportet in ſcripturis. Et tamẽ in metallis difficile eſt inuenire quod uenanſ. Etenim quũ & metalla ſint terra, & aurũ nihil aliud ſit q; terra, ipſa quoq; naturæ communio ſimilitudoq; celat aſpectũ eorũ quæ quæruntſ. Attamen ne ſic quidẽ deſiſtunt illi, ſed oẽm adhibẽt diligentiã, etiamſi poſteaq; inſpexerint, ſciãt quid uerè ſit terra, quid uerè aurum. In ſcripturis aũt non eſt eadem ratio: Neq; eẽ proponitur aurũ terræ cõmixtũ, ſed purũ eſt aurũ: Eloga, Pſal. 11.b inquit, dei pura, argentũ igni exploratũ, probatũ terræ. Siquidem ſcripturæ non ſunt metalla quæ indigeant operarijs, ſed theſaurũ prębent paratũ ijs qui quærunt opes in ipſis reconditas. Satis eſt enim introſpexiſſe, ut omni expleti fructu diſcedatis, ſatis eſt tantũ aperuiſſe, ut illicò uideas gemarũ ſplendorem. Hæc aũt mihi non temerè dicta ſunt, neq; fortuito produxi ſermonem, ſed ob id q; ſunt homines quidam opifices, qui poſteaq; ſacros libros in manus ſumpſerint, deinde repererint uel annorũ numerũ poſitũ, uel nominũ reenſionem, illico prætercurrunt, & incuſantibus reſpondent, nomina tantum ſunt, neq; quicq; habent utilitatis. Quid ais? Deus loquitur, & tu audes dicere, nulla eſt dictorũ utilitas? Etenim ſi ad nudam ſcripturã aſpexeris tantũ, dic mihi, nõne reſiſtes cũ ſtudio, repoſitas q; ſcrutaberis opes? Sed quid loquor de tẽporibus & nominibus titulisq;, diſce quantũ ualeat unius tantũ literulæ adiectio, ac deſine tota cõtemnere nomina. Patriarcha noſter Abrahã (noſter enim potius eſt q; Iudæorũ) hic prius dictus eſt Abram, quod interπρόβατος pretatũ ſonat tranſitorem: poſt hęc uero nomine cõmutato dictus Abrahã, pater factus omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentiũ, & unicũ elementũ adiectum, tantũ princi A patũ uindicauit iusto. Quẽadmodũ em̃ reges præfectis suis aureas porrigũt tabellas principatus signũ: sic & deus iusto illi honoris signũ dedit literã. Verũ de nominibus alio tẽpore disserã. Quantus aũt sit fructus si cognoscat, rursum quantum damnũ si ignoret, aperiendũ est. Ac primũ quidem id à rebus tẽporarijs demõstrabo. Testamẽta tabulęq; de nuptijs, de debitis, deq; reliquis cõtractibus, nisi in frontispicio consulũ annos habeant præscriptos, nullã ex sese uim habẽt. Hoc est em̃ quod illis robur addit, hoc est quod cõtro uersias dirimit, hoc quod à lite liberat, hoc quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia describunt, nõ aliter q̃ lucerna in candelabro poni solet: sic in frontispicio literarũ, addunt consulũ no B mina, ut omnibus quæ subijciunt præluceãt. Quæ si sustuleris, lumẽ sustuleris, omniaq; tenebris multaq; turbatione cõpleueris. Propterea, omne dati acceptiq; negotiũ siue cũ amicis siue inimicis, siue cũ famulis, siue cũ procuratorib. et œconomis agat: hac eget cautione, & ubiq; mẽses annos ac dies subscribim⁹. Quòd si tantũ ualet ea res in negotijs tẽporalibus, in spiritualib. multo amplius proderit, Siquidem hoc declarat prophetias esse prophetias. Neq; em̃ aliud quicq; est prophetia, q̃ rerũ futurarũ enarratio. Proinde qui nescit tẽpora eorũ quæ dicta sunt quæue euenerũt, q poterit homini cõtentioso demonstrare prophetiæ certitudinẽ? Hinc nobis & aduersus gẽtes certamina cõtentiõesq;, quũ nostra demõstramus antiquiora, q̃ quæ apud illos habent: hinc nobis ad C uersus ludæos infelices multis opus est demonstrationib. ad euincendã ueritatem. Aduersus Iudęos, inquã, infelices ac miseros, qui ob tẽporum ignorantiã in grauissimum errorẽ prolapsi sunt.

Gen. 49.b Nam si audissent Patriarchã dicentẽ, Nõ deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de fœmoribus eius, donec uenerit cui repositũ est: Sicq; obseruassent exacta diligẽtia aduẽtus dominici tempora, nõ incidissent in Antichristũ à Christo dilapsi. Quemadmodũ & ipse Christus eis prædixit, Ego ueni in

Ioan. 5.g nomine patris mei, et nõ recepistis me: Si uenerit alius in nomine suo, illũ recipietis. Vidistis quantus error inciderit ex inscitia tẽporũ. Tantam igitur utilitatẽ ne negligas. Quẽadmodum in agris D termini columnæq; nõ sinunt arua confundi, sic tẽpora nõ sinũt cõfundi res gestas, sed dum dirimunt alias ab alijs, & in ordinẽ congruentẽ digerunt, multa nos liberant turbatione, Operæpretiũ igit̃ est exponere uobis quis fuerit hic Ozias, & quo tẽpore regnarit, & quibus imperarit, & quãto tempore durarit illius principatus, postremo quo uitã finierit. Imò potius iam silendũ est, eo quòd necesse sit in immensum historiarũ pelagus orationem soluere. Qui uero per tale mare sunt iter facturi, necesse est non fatigatis sed integris remigib. uiã capessant. Nam hanc ob causam passim per mare portus insulæq; positę sunt, ut & gubernator et uector refocillent, hic quidẽ remo deposito, ille uero exurgens à clauo. His de cau-

sis & diuersoria cauponęq; ubiq; per uias excogitatæ sunt, ut iumẽta simul cũ uiatorib. à labore recreent. Eoq; & doctrinæ sermoni, silentij tẽpus præfinitũ est, ut neq; nosipsos deteramus uerborũ multitudine, neq; uos delassemus. Atq; hæc tẽpora nouit Solomon dicẽs, Tẽpus tacẽdi & tem Eccl.3.d pus loquẽdi. Sit igit̃ nobis tẽpus tacẽdi, quò detur & præceptori tẽpus loquẽdi. Nam quæ nos afferimus, similia sunt uino qd̃ recens è lacu haustũ est: quæ uerò dicunt̃ ab illo, similia sunt uino, quod quoniã uetustatẽ seniũq; collegit, multã adsert tum utilitatẽ tum uim ijs qui opus habẽt: Nobisq; accidit hodie illud euangelij, Post deterius uinũ id qd̃ melius est infert̃. Et quẽadmodum illud uinũ non uitis genuerat, sed uirtus Iesu Christi fecerat: Ita & huius sermonẽ nõ humana profundit cogitatio, sed spiritus sancti gratia. Quoniã igit̃ huius liquoris fluxus copiosus est & spiritualis, studiose excipiamus, caute seruemus, ut assidue irrigati tẽpestiuũ adferamus fructũ deo, q hæc largitus est, cui gloria, honor & imperium cũ domino nostro Iesu Christo sanctoq; &c.

EIVSDEM IN SECVNDVM LIBRVM PA 2. Par. 26.a
ralipomenon, ubi dicit̃: Elatũ est cor Oziæ, deq; 4. Reg. 15
modestia: tũ quòd hominẽ uirtute præditũ non oporteat esse cõfidentẽ: deniq; quãtum malum sit arrogantia. Hom. III

Benedictus deus, & nostra quoq; ætas progerminat martyres, & nobis hoc honoris contulit dei dignatio, ut cõspiceremus homines occidi p C Christo, hoies qui sacro sanguine distillant, eccleſiã uniuersam irrigante: Sanguine, inquã, distillantes, dæmonib. quidẽ terrifico, angelis uero desiderabili, nobis porrò salutari. Largita est nobis hoc dei dignatio, ut spectaremus pro pietate belligerantes, uincentes, coronatos. Neq; uerò solũ cõtigit hęc spectare, uerũetiã ipsa athletarũ corpora accipere. At nunc quidẽ uicto res illos, & corona insignes apud nos habemus. Sed in præsentia de martyrib. sermonẽ reseruemus martyrũ æmulatori, mihiq; uobiscũ cõmuni doctori. Ipsi uero nũc de Ozia disseremus, iã pri- *Hic Ozias idẽ qui Azarias, idem & Zacharias: trino minus nimirũ legitur*
dẽ debitũ æs alienũ dinumerãtes, diuturnosq; au diẽdi nix⁹ soluẽtes. Nã parturit sat scio unusq;q; uestrũ, cupiẽs illã audire historiã, atq; parturitionẽ nixũq; nos interim distulim⁹, nõ ob id q̃ cupe remus uobis intẽdere cruciatũ, sed q̃ studeremus uestrũ accendere desiderium, ut uobis à me conuiuio acceptis, meus apparatus q̃ lautissimus ac suauissimus uideretur. Nam opulentis cõuiuatoribus, si conuiuas acceperint saturos, licet apparatus lautitia, & edulijs opiparis, illorũ appetẽtiam excitare: cæterũ pauperẽ mensam nõ alia res æque facit uideri splendidã lautamq;, q̃ si qui ad illã accubituri sunt, obtingãt famelici. Quis igitur est Ozias, & ex qbus ortus maioribus. & quorum rex, & quanto tẽpore regnauit, & quid cũ laude gessit, quid secus, postremò quo pacto uitã absoluit. De his oñib. in p̃sentia apud uos disseremus, imò potius quãtũ de his dicere licebit, sic ut multitudine

titudine non cõfundamus uestrã memoriam, id A quod in lucernis accẽsis accidere solet. Nã si paulatim elychnio instillaris oleũ, satis alimoniæ dederis igni. Sin simul totũ insuderis oleũ, non solũ non alueris ignẽ, uerũetiam flammã quæ erat, extinxeris. Hic igit̃ Ozias è stirpe Dauid duxit genus. Rex aũt erat Iudæorũ. Regnauit annis quinquaginta duobus, quumq; initio cũ laude gessisset principatũ, pòst in scelera prolapsus est. Quũ em̃ altiores spiritus sustulisset q̃ pro sua dignitate, principatũ inuasit sacerdotij. Tantũ malũ est arrogãtia, quæ persuadet, ut q̃q; semet ignoret, postq; multos labores uirtutis thesaurum exhaurit. Ac cætera quidẽ mala nobis negligẽter agẽti γνώμη bus solẽt exuperare, hæc aũt ipsis rectẽ factis nostris adnascit̃. Nihil em̃ perinde gignit superbiã, B ut bona conscientia, nisi aduigilemus. Vnde & Christus sciens q̃ post benefacta nos hic morbus Lu.17.c adorit̃, dicebat discipulis suis: Quũ omnia feceritis, dicite, inutiles serui sumus. Quũ em̃ hæc noxia bestia parat inuadere nos: tunc, inqt, per hæc uerba fores illi occludite. Neq; dixit: Quũ omnia feceritis, inutiles estis: sed, uos dicite, inutiles sumus. Dic, ne metuas, non ex tuo iudicio fero sententiã. Nã si tu teipsum dixeris inutilẽ, ego te ut Esa.43.c utilẽ coronabo. Sic & aliãs loquit̃, Dic tu prior peccata tua, ut iustificeris. In mũdanis siquidẽ ac forẽsibus iudicijs, post accusationẽ & criminum confessionẽ restat mors: cæterũ apud diuinũ tribunal, post accusationẽ & confessionẽ criminum Eccl.7.a datur corona. Vnde & Solomon dicit: Ne iustificaueris teipsum in conspectu domini. Verũ nihil horũ audiuit Ozias, sed irruit in tẽplum, ut thymiama incenderet, ac ne sacerdote quidem prohibente abstinuit. Quid igitur deus? Immisit illi leprã in frõte, hoc modo impudentẽ faciẽ puniẽs, docensq; illum, q̃ hoc esset dei tribunal, & quòd illi bellũ esset, non aduersus homines, sed aduersus deũ. Ac de Ozia quidẽ hactenus. Agedum iam ab integro historiã hanc percurramus. Nam hac de causa & ipse præoccupans, cõpendio uobis exposui, quæ Oziæ acciderũt, oñia, ut quum audieritis scripturã, hæc eadem narrantẽ, rerum seriem summo cũ animi studio consectemini. Sed 2.Par.26.a attendite. Et fecit, inquit, Ozias quod rectũ est in conspectu domini. Hoc testimonio magnã illius uirtutẽ declarauit. Non em̃ modo fecit quod rectum erat, uerũetiam fecit in conspectu domini, non apud homines ostentans, quemadmodũ apud Iudæos faciebãt illi, qui ante eleemosynam tuba canebant, & in ieiunijs facies suas obscurabãt, qui precabant̃ in cõpitis, quibus rebus quid potest esse miserius, ubi post toleratos labores, omni præmio frustrabãtur? Quid facis homo? Alij redditurus es rationẽ factorũ tuorũ, & aliũ testem citas eorũ quæ facis? Alium habes iudicẽ, & aliũ adhibes spectatorẽ? Non uides aurigas qui prætercurrentes totam illam stadij partẽ qua uniuersa ciuitas è sublimi spectat sedens in equestri certamine, ibi contendunt concertatorũ currus subuertere, ubi Cęsarẽ uiderint sedentẽ, et unum

oculum digniorẽ cui fidant, ducunt q̃ tot homi- C
num uultus? At tu quũ uideas ipsum angelorum regẽ tuo cursui agonotherã, hoc est certaminis iudicẽ, & præmiatorẽ præsidere, eo prętermisso ad conseruorũ fugis oculos? Atq; ideo sanè post innumeras luctas incoronatus recedis, post sudores plurimos absq; brabijs uenis ad agonothetã. At non talis erat Ozias, sed in cõspectu domini faciebat quod rectũ est. Qui factum est igitur, ut post uitam tam perfectã supplantatus sit cõciderit̃q;? Nam hoc & ipse demirans hęsito. Quin potius nihil hic esse debet hæsitatione dignũ, quandoquidem homo erat, res ad peccandũ lubrica, & ad malitiam propẽsa. Neq; id solũ est difficile, uerumetiam illud quod incedere iusti sumus per uias angustã, & utrinq; præcipitio minacẽ. Pro- B inde quoties & uolũtatis facilitas, & uiæ difficultas in unũ coeũt, ne postea mirare de lapsu. Quẽadmodum em̃ in spectaculis qui per funẽ ab imo in altũ tensum ascendere ac descendere meditantur, si paululũ deflexerint oculos, inuerso corpore deferuntur in orchestrã, pereuntq;: Itidem qui per hanc incedunt uiã, si uel paululum cessarint, præcipitantur. Et tamen hæc uia tum angustior est, tum magis ardua ac prærupta, multoq; excelsior, q̃ illa per funẽ, ut quæ sursum ad ipsum usq; cœlum protensa est: ac tum nobis maiore cum periculo ponuntur uestigia, quum ad summũ & ad ipsum usq; fastigiũ accesserimus, eo quòd in sublimi stantes multus occupat tremor. Atq; una tan C tum uia tuti sunt à lapsu, ne deorsum aspiciant, neue in terram demittant oculos. Nam illinc, spectare deorsum tũ difficile est, tum periculosum. Hanc quidẽ ob causam propheta nobis assiduè inclamat dicens: In fine ne corrumpas: animę nostræ socordiam retrahẽs, iamq; collapsurã suffulciens ac retinens. In initio quidem non egemus multa exhortatione. Quur ita tandem? eo quòd quilibet homo, etiamsi fuerit omniũ pigerrimus aggressurus negotiũ plurimam in principio adhibet diligẽtiam, dumq; & animi uiget alacritas & uires integræ sunt ac recentes, facile ad id quod propositum est, pertingit: cæterum ubi maior uię pars nobis peracta est, iamq; alacritatis uigor emarcuit, uiresq; nostræ defecerunt, nec aliud supereſt, q̃ ut decidamus: tunc nobis in tẽpore ad- D est propheta, ueluti pro baculo quopiã alloquium suũ nobis porrigens ac dicens, In fine ne corrumpas: Tũc enim diabolus spirat uehemẽtius. Et quemadmodum piratæ qui mare nauigijs infestant, non tum ubi conspexerint naues è portu exeuntes, inuadunt: quid enim hinc fructus caperent, si scapham inanem demergerent? sed ubi redierint onustę plenęq; sarcinis, tum demũ oñes expediunt artes: ita sceleratus ille dæmon simul atq; uidet aliquos multa collegisse, uidelicet, ieiunia, preces, eleemosynã, castitatẽ, reliquasq; uirtutes omnes, ubi uidet nauigiũ nostrum esse plenum pretiosis pietatis lapidibus, tunc irrũpit undiq; thesaurũ perfodiens, ut in ipsis portus ostijs scaphã demergat, iãq; nudos nos ad eũ portum

ejiciat

Universidad de Deusto
Biblioteca

eíſciat: eoq́ propheta cunctos admonet dicens, In fine ne corrũpas: q́ ab eiuſmodi ruina, nõ facile ſe quis reflexerit, ut ſurgat, propterea q́ qui in profundũ malorũ uenerit, contẽnit. Tum in principio lapſis uenia datur ab oñib. ob imperitiam, ſed eũ qui poſt multos curſus cõciderit, nemo uenia dignũ iudicauerit, eo quòd tum cadere, non tribuatur imperitiæ, ſed negligẽtiæ. Nec id ſolum hic eſt mali, uerumetiã quòd cõplures taliũ ruinis offendunt, & ad lapſum ſolicitant, ut rurſus hoc quoq́ nomine peccatũ reddatur irremiſſibile. Hæc quũ ſciamus, auſcultemus prophetæ, & in fine ne corrũpamus. Nã hac de cauſa, & Ezechiel clamat dicẽs: Si quis fuerit iuſtus, deinde lapſus peccauerit, nõ proderit illi recordatio iuſtitiarũ eius, ſed in peccato ſuo morietur. Nam & hic propheta metuit de fine: neq́ hinc modò, uerum etiã ex cõtrarijs declarat in fine plurimũ eſſe momẽti. Si quis, inqt, fuerit peccator, ac poſtea mutatus factus fuerit iuſtus: nõ nocebit illi memoria iniuſtitiarũ illius, in iuſtitia ſua uiuet. Vides et hic prophetã de fine uehementer ſolicitũ. Siquidem ut neq́ iuſtitiæ ſuæ cõfidens iuſtus ad ſocordiam uerſus pereat, per finẽ incutit illi terrorem: neq́ peccator ob delicta deſpondens animũ, iugiter perſeueret in ruina, erigit illum per finem. Peccaſti, inquit, multa, ne deſperes: eſt em̃ unde reſurgas, ſi finem exhibueris non diſcrepãtem ab initio. Rurſus ad iuſtũ: Multa, inquit, rectè feciſti, uerũ ne fidas: ſubindicans illum caſurũ, niſi per finem eandem adhibeat curã. Vides ut alterius quidẽ ſocordiã, alterius uero deſperationẽ ſuſtulerit. Nihil horũ audiuit Ozias, ideoq́ per confidẽtiã decidit ruina periculoſa & inſanabili. Neq́ enim quiuis lapſus eandẽ adfert ruinã: Sed quædam peccata condẽnationi tantũ obnoxia ſunt, quædam grauiſſimo ſupplicio puniunt. Proinde Paulus increpans eos, qui in cõmunibus cœnis nõ expectabant fratres, ita loquit: Hoc denuntians non laudo. Vides peccatũ intra reprehenſionẽ conſiſtere, nec aliud habere præmiũ, q́ probrum obiurgationis. At ubi de inceſto loquitur, non itidẽ facit. Sed quo pacto? Si quis templum dei uiolat, perdet hũc deus. Hic nõ eſt probrum aut reprehenſio, ſed pœna grauiſſima. Nouit & Solomon peccatorũ diſcrimen, qui furtũ cum adulterio cõferens ſic alicubi loquitur: Non eſt mirum ſi quis deprehendat furto, Furatur enim, ut animã expleat eſurientẽ: Sed adulter, ob inopiã ſenſus, exitiũ animæ ſuę cõciliat. Et illud, inquit, peccatũ eſt, ſed alterũ minus, alterũ maius: quòd alteri præbuerit occaſionẽ peccãdi fames: alteri oñis adẽpta ſit excuſatio. Verũ hic quoq́, dixerit aliquis, cõpellitur naturali cõcupiſcẽtia. At nõ permittit elabi uxor quæ illi ſorte obtigit, ſed inſtat eripiẽs illi ueniã. Ob id enim matrimoniũ & huius legitimus uſus permittitur, ne quid horum excuſare poſſit maritus. Hanc ob cauſam data eſt illi mulier adiutrix, ut efferueſcentẽ naturam coerceat, ut cõcupiſcentię fluctus ſedet. Itaq́ quemadmodũ gubernator in portu faciens naufragium, haudquaq́ ullam impetraret ueniã: ſic nec is cui quũ per coniugiũ conceſſum ſit quo lapſum effugiat, tamẽ aliena perfodit matrimonia: aut qui quancũq́ fœminã curioſis aſpicit oculis, habere quicquã poſſet quo ſemet excuſet, nec apud homines, nec apud deum, etiamſi decies milies allegarit naturæ uoluptatem. Imò quæ poſſit illic eſſe uoluptas, ubi metus, ubi diſcrimẽ, ubi periculũ, ubi tantorũ malorũ expectatio, ubi tribunalia, ubi accuſatiões, ubi iudicis ira, ubi gladius & carnifex, ubi barathrũ, ac deportatio? Omnia pauet metuitq́ q talis eſt, umbras, parietes, ipſos lapides, tanq́ uocem emittẽtes: omnia obſeruat, oñes habet ſuſpectos, famulos, uicinos, amicos, hoſtes, eos qui norũt omnia, eos qui nihil norũt. Quin potius, ſi uoles, tollantur hæc omnia, ponamus nulli notum eſſe flagitiũ, pręterq́ ipſi uni, & mulieri quã adulterauit, quomodo feret conſcientiam redarguentẽ, acerbam & amarulentam accuſatricem ubiq́ ſecũ ferens? Quemadmodũ em̃ ſeipſum nemo poteſt effugere, ita nec illã eius curiæ ſententiã. Hoc enim tribunal nõ pecunia corrumpitur, nõ adulationibus acquieſcit, eò quòd diuinũ eſt, & à deo noſtris impoſitũ mẽtibus. Vere adulter, per inopiã ſenſus, exitiũ ſuæ ipſius animæ cõciliat. Tametſi ne fur quidem immunis eſt à ſupplicio, qui dat quidem pœnã, ſed minorem. Nec enim iudicia in diuerſum ordinẽ extrudũt ea quæ cõparant, ſed permittentia ſuo quæq́ manere loco, diminutionem inducũt aut exuperantiam. Fortaſſe nõ intelligitis quod dictũ eſt, itaq́ neceſſe eſt idem explanatius dicere: Bonũ eſt cõiugium, ſed melior eſt uirginitas: nec quoniã melior eſt uirginitas, ideo malum eſt coniugiũ, ſed illud quidẽ inferius, alioqui bonũ & ipſum. Similiter & hic: Malum eſt furtũ, ſed adulterio minus, quanq́ & ipſum eſt malum. Vides peccatorũ differentias? Conſideremus itaq́ quale peccatũ hic peccauerit. Elatũ eſt, inqt, cor illius. Periculoſum uulnus: eſt em̃ arrogantia malorũ omniũ fons. Et ut cõpendio diſcas morbi malitiã, illud audi: cætera quidem peccata circa noſtrã uerſantur naturam, at ſuperbia uirtutẽ incorporeã è ſublimi detraxit ac deiecit, eò quòd diabolũ quũ diabolus non eſſet, ut hoc eſſet, effecit, nimirum diabolus. quòd ſi teſtem adducã Eſaiam ita de illo loquentem, In cœlum aſcendam, & ero ſimilis altiſſimo: qui non libenter recipiunt allegorias, calumniabũtur noſtrũ teſtimonium: Sin uero Paulum illi adhibuerimus accuſatorẽ, nemo iam habiturus eſt quod cõtradicat. Quid igit ait Paulus? Timotheo ſcribẽs, quòd qui nuper profeſſus eſt Euangelium, eum non oportet ad ſummã epiſcopi dignitatẽ euehi: ita fermè loquit, Nõ neophytũ, ne inflatus incidat in cõdemnationẽ, & in laqueum diaboli: ne eadẽ, inquit, peccans cũ illo patiatur. Hoc uero non hinc ſolũ eſt perſpicuum, uerumetiam ex his quæ ſceleſtus ille dæmon conſuluit homini, qui primus oñium factus eſt. Quemadmodum bonis hic mos eſt, per quæ ipſi facti ſunt boni, ad eadem exhortari proximos: ita & malis hic eſt

hic eſt mos, per quæ ipſi facti ſunt improbi, eadẽ uicinis inuehere. Nam una hæc eſt illorũ malitiæ ſpecies, ut ſolatiũ exiſtimẽt ſui ſupplicij, ſi alios in exitium attraxerint. Quid igitur diabolus? Suaſit Adam, ut conciperet cogitationẽ ſua conditionẽ maiorẽ, ſibiq́ cum deo ſperaret æqualitatem: Si enim, inquit, hæc res me cœlo expulit, multo magis eadem hũc eijciet è paradiſo. Quapropter & Sirach dixit: Deus ſuperbis reſiſtit: non dixit, deus ſuperbos dimittit, & in peccatis deſerit, ſuoq́ nudat auxilio: ſed, aduerſatur, inquit: non quòd inſtructa acie aut pugna deo ſit opus aduerſus ſuperbum. Quid em̃ eſſe poſſit ſuperbo infirmius? Nam ut qui orbatus eſt oculis, omniũ oppoſitus eſt iniuriæ, ita & ſuperbus qui nõ uidet dominũ: Nam ſuperbia, ut inquit ſcriptura, eſt non noſſe dominũ: etiã ab hominibus facilè ſuperatur, poſteaq́ excidit ab illius luce. Quòd ſi etiã ualidus ac potens eſſet ſuperbus, nihil opus eſſet deo exercitu aduerſus illum, quãdoquidẽ & uoluntas illi ſufficiebat ad inuertenda oñia, multò magis ſufficeret ad tollendos illos. Quur igitur reſiſtit? Quò uehemens odium declaret erga ſuperbum. Itaq́ ſuperbiam eſſe uulnus periculoſum, tum ex his quæ diximus, tũ ex alijs perſpicuũ eſt. Quòd ſi uultis, etiã cauſam ipſam unde uulnus hoc accidit, diſcamus. Siquidem hic ſcripturæ mos eſt, ſi quando parat accuſare quempiã, nõ modo pectatũ illius narrare, uerũetiã docere nos quę fuerit peccati cauſa. Id autẽ eò facit, ut qui ſani ſunt, eos reddat tutiores cautioresq́, ne in eadem incidant mala. Similiter & medici ad ægrotantes ingreſſi, anteq́ curent morbũ, inquirũt ueſtigãtq́ unde morbus ſit inflictus, ut ab origine coerceãt malũ: propterea quòd qui manente radice, ramos tantũ execat, nihil aliud q́ inanẽ ſumit operam. Vbi igit ſcriptura & peccatũ & peccati cauſam eloquit? Reprehendit eos qui præceſſerunt diluuiũ, ob inconceſſas mixturas. Atq́ audi quo modo cauſam exprimat. Quũ uidiſſent filij dei filias hominũ eſſe formoſas, acceperunt illas ſibi in uxores. Quid igitur? Num pulchritudo cauſa eſt peccati? Abſit. Eſt enim diuinæ ſapientiæ opus, opus aũt dei nunq́ poſſit eſſe cauſa peccati. Sed uidere fuit cauſa peccati? Ne id quidẽ. Nam & hoc naturæ opus eſt. Sed quid tandẽ? Malè uidere: nã hoc eſt deprauatæ uolũtatis. Eoq́ ſapiẽs quidam admonet dicens, ne cognoſcas pulchritudinẽ alienã. Non dixit, ne uideas. Id enim nõnunq́ fit ultrò, ſed ne cognoſcas, inquit, illud tollẽs ne ſtudio animaduertamus, ne curioſe intuearę, ne uitioſæ contẽplationi immoreris, quę ab animo corrupto & cõcupiſcentia proficiſcit. Sed q́d, inquiet aliq́s, hinc mali poſſit oriri? Ex hoc, inquit, amor uelut ignis excitatur. Vt em̃ ignis, ubi fœnũ aliquod aut culmũ arripuerit, nihil morat, ſed ſimul ut attigit materiã, lucidam accendit flammã: itidẽ & ignis cõcupiſcẽtiæ quæ eſt in nobis, ſimul atq́ per oculorũ intuitũ elegantẽ & uenuſtã attigerit formã, ꝓtinus exurit animũ. Proinde ne ſpectes tẽporariã illã, quę ex aſpectu proficiſcitur uoluptatẽ, ſed perpetuũ dolorẽ conſidera, q́ naſcit ex cõcupiſcẽtia. Nã illa inflicto uulnere plerunq́ celeriter auolat, at uulnus nõ auolat, ſed plerũq́ manet & interficit. Et quẽadmodũ cerua confixa iaculo in uitali corporis parte, etiãſi uenatorũ effugiat manus, nihil inde fert lucri: ſic & anima accepto cõcupiſcẽtiæ iaculo è laſciuo curioſoq́ aſpectu, etiãſi cum iaculo permittat abire, tamẽ ipſa per ſe corrũpit ac perit, ubiq́ uidens hoſtẽ, et inſequentẽ habens. Sed ad id qd̃ dicere cœperã. Neq́ em̃ cõmittendũ eſt, ut in hoc tam longas ſermõis digreſſiones faciamus, quòd ſcriptura cũ peccatis ſimul et peccatorũ cauſas ſoleat cõmemorare. Audi igit & hic quid dicat de Ozia. Neq́ em̃ hoc modo nos docuit, q́ fuit elatum cor eius, uerũ addidit unde fuit elatũ. Quum potens eſſet, inquit, elatũ eſt cor eius. Nõ ferebat principatus magnitudinẽ, ſed quemadmodũ ex edacitate naſcit ignea inflatio, ex inflatiõe gignitur febris, deinde ex febri plerunq́ mors: itidẽ & hic, ex actionũ eminentia nata eſt ſuperbia. Nam quod in corporibus eſt inflatio, hoc in animis eſt ſuperbia, mox ex ſuperbia nata eſt appetentia rerum ipſi nõ congruentiũ. Hæc nõ temere producimus in longũ, ſed ne unq́ exiſtimetis hos eſſe ſuſpiciendos, neq́ fœlices ducatis qui principatũ gerunt, cum ſciatis quantũ habeat negotij conditiõis dignitas, nec unq́ illos iudicetis miſeros, qui in egeſtate & afflictionibus uiuũt, ſciẽtes hãc uitã eſſe multò tutiorem. Vnde & Propheta clamat, dicẽs: Bonũ eſt mihi domine quòd humilíaſti me. Vide igitur quantum ex eminentia natum ſit malum. Elatum eſt, inquit, cor eius uſq́ ad corruptionem? Quid eſt, uſq́ ad corruptionem? Vſq́ ad prauas cogitationes, quæ prorſus non aſcendunt in animũ noſtrũ, ſi noſipſos tutamento circũſepiamus: ſed eadẽ ſi negligenter egerimus, naſcuntur in nobis germinantq́: ſin occupentur, protinus præfocant & obruunt. Aliæ ſimul & gignunt & adoleſcunt, atq́ ad prauas actiões euadũt, omnẽq́ mẽtis noſtræ ſanitatẽ corrumpũt, ſi quãdo uehemẽter ceſſauerimus. Hoc itaq́ dicit: Elatum eſt cor eius, neq́ ſe intus continuit coucupiſcentia, neq́ extincta eſt, ſed prorupit, & ad opus uſq́ prauũ progreſſa, totã illius uirtutẽ corrupit. Beatitudo eſt igitur cogitationẽ improbã prorſus nõ admittere, qd̃ & à Prophẽta dictũ eſt: Domine nõ eſt elatũ cor meum: non dixit, elatũ quidẽ eſt, ſed illud cohibui, uerũ non eſt omnino elatũ: hoc eſt, iugiter ſeruaui animam meam inacceſſam malitiæ. Hoc igitur eſt felicitatis, huic proximũ illud eſt, malas cogitatiões iam ingreſſas celeriter repellere, neq́ ſinere, ut illic diutius immorẽtur, ne in nobis mala paſcua, malamq́ ſibi gignant alimoniã. Quòd ſi & huc uſq́ ceſſauerimus, eſt per dei bonitatẽ & huius ſocordiæ ſolatiũ, multaq́ ab illa ſumma bonitate talibus uulneribus parata ſunt remedia. Sed age ſermonẽ hũc miſſum faciamus, ne quod in initio uerebamur, nunc accidat nobis, rerũq́ turba ueſtram perdat memoriã. Quapropter neceſsũ eſt ut quæ dicta

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicta sunt, summatim paucis repetamus: Sic & A matres facere solēt, quũ poma, aut bellaria, aut aliud simile quippiã in puerilẽ immittũt sinum, ne per puerorũ negligentiã excidat aliqd eorũ quæ data sunt, cõtractã undiq; tunicula, cingulo subij ciunt quò sint in tuto. Idẽ nos faciamus, orationẽ in longũ porrectã cõtrahamus, memorieq; custo diæ deponamus. Audistis qũo nihil agẽdũ sit ad ostentationẽ apud homines, quantũq; sit malum socordia, ut etiã in perfecta uita uersantem facilè supplantarit. Didicistis quãta nobis opus sit cura, potissimũ sub uitę finẽ, utq; nec desperandum sit de eo q mutatus inciderit in peccata, neq; qui bene uixit eũ oporteat per socordiam in rectè factis cõfidere. Disseruimus uobis de differentijs peccatorũ, ne simus uehemẽter intẽti ad eximias B corporũ formas, quantumq; hinc oriatur mali de monstrauimus. Quę de superbia uobis diximus, meministis, quæq; de prauis cogitatiõibus. Hæc seruantes redeamus domũ, quin potius hæc seruantes excipiamus perfectiorẽ doctoris exhortationẽ. Nã nostra quidẽ, qualiacũq; sunt, habẽt iuuentutis ostentationẽ: huius aũt, qualiacunq; suerint, maiore prudẽtia sunt ornata. Ac nostra quidem similia sunt torrenti, qui cum strepitu fertur, illius aũt oratio similis est fonti magna trãquillitate fluuios effundenti, qui olei magis q̃ aquarum cursum imitentur. Excipiamus igitur ea fluenta, ut fiant in nobis fons aquæ salientis in uitã æternã: quã nobis oñibus cõtingat assequi, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cum C quo patri, simul cum sancto spiritu, gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE EO QVOD SCRIPSIT Esaias, factum est anno quo mortuus est Ozias rex, Vidi dominũ. decq; ciuitate Antiochiæ & aduersus eos qui prohibẽt nuptias. Hom. IIII

PRæclarũ nobis theatrũ obtigit, magnificus alacrisq; concursus. Quid tandem est in causa? Sementis heri factæ fructus, hodierna messis est. Heri plãtauimus, hodie colligimus uindemiã. Non enim terrã inanimã colimus, ut tarde fructificet, sed animas ratiõe præditas. Nõ est natura quæ cõtatur, sed gratia, quæ accelerat. Compositus ac tractabilis est nobis populus, au D diendi studiosa plebs est. Heri uocati sunt, hodie coronantur. Admonitiõis hesternę fructus, hodiernum est obsequiũ. Vnde nos quoq; libẽter semina iacimus, quia purũ uidemus aruũ, haudquaq; spinã quæ suffocat: neq; uiã quæ calcat, neq; petrã sterilẽ, sed profundũ ac pinguem agrũ, qui simul & semẽ recipit, & mox aristã nobis exhibet. Hæc eò semper loquor, nec loqui desino: quoniã hæc nostræ ciuitatis laus est, nõ quòd Senatũ habet, nõ q̃ Consules numerare possumus, neq; q̃ statuas cõplures, neq; quòd mercĩũ copiã, neq; quòd situ habet cõmodum, sed quòd populũ habet audiendi studiosum, quòd tẽpla dei differta, quodq; congregatiõis delitię magis ac magis crescunt indies, quodq; sermonẽ habet profluẽtem, desideriumq; nunquã satiabile. Siquidem ciuitas non ab ædificijs sed ab inhabitantibus admiranda redditur. Ne mihi narres, quòd Romanorum urbs magnitudine spatiosa est, sed ostẽde mihi illic populũ æquè cupidum audiendi. Nam Sodomæ turres habebant, quũ Abrahã in tugurio moraretur. Attamen ueniẽtes angeli, Sodomas præteribant, ad tugurium diuertebãt. Non enim ædificiorũ splendorem quærebant, sed animæ uirtutem quærentes circumibant. Ita sanè aliãs desertum habebat Ioannem, ciuitas Herodẽ, eoq; desertũ nobilius erat ciuitate. Quur ita tandẽ? Quoniam nõ in structuris sita est prophetia. Hæc dico ne quando ciuitatem prædicemus, quæ moribus dissoluta dirutaq; est. Quid mihi narras ædificiorum structuras, quid colũnas? Hæc unà cum præsenti uita diruunt. Ecclesiam ingreditor, ut ciuitatis uideas claritudinẽ. Ingreditor, inquã, uide pauperes à medio noctis usq; ad lucẽ perseuerantes, uide sacra peruigilia, noctem cum die copulantia, uide neq; noctu, neq; interdiu uel somni tyrannidẽ, ac uiolentiã metuentes, uel inopiæ necessitudinẽ formidantes. Magna ciuitas ac totius orbis metropolis. Quot episcopi, quot doctores huc uenerũt, & à populo docti discedũt, ac legẽ illam nõ scriptam, sed cordibus insitã, hic discũt? Quòd si mihi narres dignitates & opũ abundantiam, à folijs non à fructibus arborẽ laudas. Hæc aũt loquor, haudquaq; assentans charitati uestrę, sed uirtutẽ uestrã prædicans. Beatus ego propter uos, beati uos propter uosipsos, beatus qui loquitur ad aures audientiũ, sic ego beatus factus sum. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã. Videte quomodo uos beati propter uosipsos estis facti: maxime uero beatus est uir amans sermonũ spiritualium. Hoc nos distinguit à brutis. Non enim nos ab illis separat corporis ratio, neq; quòd alimur aut bibimus, neq; quòd pascimus aut uiuimus: hæc enim oñia nobis cum brutis cõmunia. Sed quare distinguimur à brutis homo? Sermone, & ob id animal dicitur λογικόν: hoc est, sermonis particeps. Vt enim aluntur corpora, sic alũtur et animę, sed corpus pane, anima sermone: proinde si uideas hominẽ uescentẽ lapide, num illum dixeris esse hominẽ? Itidem si quem uideris qui non alatur sermone, sed sermonis ac rationis inopia, nimirum hic & hominis naturã amisit, siquidem uita declarat hominis nobilitatẽ. Quoniam igitur theatrũ nobis differtũ est, itemq; mare positis undis tranquillitatis plenũ, ac rursum pelagus sedata tẽpestate quietũ ac placidum: age iam nauem detrahamus, ueli loco expandentes linguam, pro Zephyro spiritus gratiam inuocantes, pro temone clauoq; cruce gubernatrice utentes. Nam mare quidẽ illud, habet aquã salsam, hoc aũt, aquam uiuã. Illic enim sunt animalia rationis expertia, hic uero, animæ rationales. Illic, qui nauigant è mari in terrã, hic uero qui nauigant è terra in cœlũ appellunt. Illic nauigia, hic eloquia spiritualia. Illic in naui tabularũ strepitus, hic sermonum applausus. Illic uelũ, hic lingua. Illic Zephyri flatus, hic

spiritus

spiritus præsentia. Illic homo gubernator, hic ue- A ro gubernator Christus. Eoq; sanè iactat quidem nauis, at non mergit. Poterat quidẽ & in trãquillo nauigare, uerũ non passus est gubernator, quò simul & nauigantiũ perspicias tolerantiã, & gubernatoris prudentiã plenius cognoscas. Audiãt gentes, audiãt Iudæi benefacta nostra, audiãt instans ac seruens Ecclesiæ studiũ. A q̃ multis oppugnata est Ecclesia, nec unq; tamẽ uicta. Quot tyrãni, quot duces, quot Imperatores? Augustus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, hoies literis ornati, potẽtes, tot modis oppugnarũt recentẽ ac tenerã, at nõ deiecerũt. Quin potius ij q oppugnarunt silent obliuioni traditi: illa uero oppugnata cœlũ transcẽdit. Neq; em illud mihi spectato, q in terris sita est Ecclesia, sed q in cœlo uersatur. B Vnde hoc dilucidũ est? Nimirũ ipsæ res demonstrant. Oppugnati sunt undecim discipuli, totus orbis oppugnabat: uerũ qui oppugnabant, uicerunt: qui oppugnabãt sublati sunt. Oues deuicẽre lupos. Vidisti pastorẽ oues in mediũ luporum emittentẽ, ut ne fuga quidẽ salutẽ consequerentur. Quis pastor hoc fecit? Christus hoc fecit, quò tibi demonstraret quæ rectè gerunt non accidere iuxta nostrarũ actionũ tenorẽ, sed præter naturã, præterq; rerũ tenorẽ. Nam ecclesia radices in cœlo fixas habet potius q̃ in terra. Verum fortassis ethnicus meã despicit arrogantiam, sed maneat donec harũ rerũ probationẽ attulero, discatq; uim ueritatis, qũo facilius est solẽ extinguq̃ Ecclesiam obscurari. Quis, inquis, ista prædicat? Is qui eam fundauit. Cœlũ & terra transibũt, sed uerba mea non transibunt. Hæc nõ modò dixit, sed & cõpleuit: siquidẽ latius illam fundauit q̃ cœlũ. Est em cœlo honoratior Ecclesia. Quare conditũ est cœlum? propter Ecclesiam. Ecclesia non est cõdita propter cœlum: cœlum conditum est propter hominem, nõ homo propter cœlũ. Id perspicuũ est ex his quæ fecit Christus. Nõ enim cœli corpus assumpsit, sed hominis. Verum ne in longũ producto sermone, rursus hodie uobis debitores discedamus (scitis enim q̃ multa simus heri pollicíti nos exhibituros) quod pollicíti sumus, repręsentabimus. Nam propter eos qui non aderant, distulerã. Quoniam igit qui defuerãt, suo sunt officio perfuncti, suaq; præsentia no D bis mensam exhibuerunt sumptuosam, age sanè, apponamus obsonia, obsonia quidem haud putria quãuis hesterna sint, sed hæc obsonia nõ putrescunt. Quã ob rem tandẽ? Non sunt carnes ut corrumpi queant, sed sententiæ semper florẽtes. Carnes enim quoniã corpus sunt, corrũpuntur: contrà sententiæ si maneant, reddunt fragrantiores. Quid igit erat quod heri diximus? Siquidẽ & ita nos heri participes mensæ fuimus, ut qui non adfuerunt, nihil detrimenti sint passi. Et factũ est in anno quo mortuus est Ozias rex, Vidi dominum sedentẽ in throno excelso & eleuato. Quis hæc loquit? Esaias ille spectator cœlestium seraphim, qui cũ cõiugio cõmerciũ habuit, nec tamẽ extinxit gratiã. Auscultastis Prophetã, & audistis prophetã hodie: Exi tu & Iasuph filius tuus. Esa. 7. a Nec ista oportet prætercurrere: Exi tu & filius tuus. Itáne filiũ habebat Propheta? Si filium habebat, habebat & uxorẽ, ut intelligas nõ esse malas nuptias, sed malã esse scortationẽ. Sed quoties cũ quibusdã de uulgo disserimus, dicẽtes: Quur nõ rectè uiuis? Quã ob rẽ non præstas mores absolutos? Qui possum, inquiũt, nisi diuertã ab uxore, nisi ualedixero liberis, nisi ualere iussero negotia? Quã ob rẽ? Nũ obstat matrimoniũ? Adiutrix tibi data est uxor, nõ insidiatrix. An nõ habebat uxorẽ Propheta? Neq; tamẽ spiritus gratię obstabat coniugiũ, sed cũ uxore conuictũ habebat, & erat nihilominus Propheta. Moses nõne uxorem habebat? Et tamẽ is petrã dirupit, aerẽ immutauit, cũ deo colloquebat, diuinã iram cohibuit. Abrahã nónne habebat uxorem? Et tamẽ pater factus est gentiũ & Ecclesiæ. Sustulit em filiũ Isaac. Et hic illi fuit egregiorũ facinorũ materia. Nónne obtulit filiũ, cõiugij fructũ? Nónne fuit pater & idẽ amãs dei? Nónne licuit uidere sacrificũ è suis uiscerib. fieri? Sacrificũ, inquã, simul & patrẽ, uinci naturã, uincere pietatẽ, uiscera cõculcari, piaq; facta superare, patrẽ deijci, dei amantem coronari? An nõ uidisti totũ, & filij amantẽ & dei? Nun quid hic obfuit matrimoniũ? Quid autẽ Machabæorũ mater, nónne uxor fuerat? nónne septẽ filios addidit sanctorum choro? Nónne uidit illos martyrio coronatos? Nónne ueluti spectatrix astabat, nihil animo labascẽs? Nónne astabat obC testans illorũ unũquenq;, & mater martyrum, septies ipsa martyriũ præstitit? Dum em illi torquebantur, illa plagã accipiebat. Neq; em adeò sine affectibus quæ gerebantur, spectabat: mater erat & naturæ illata uis, propriã uirtutẽ declarabat, at illa non uincebatur. Mare quidem erat & undæ: Cæterũ sicut mare quũ insanit, sedatur: ita & natura cõmota, metu dei refrenatur. Quomodo eos aluit? quõ eos unxit? quomodo septem tẽpla deo exhibuit? statuas aureas, immo potius auro pretiosiores? Neq; em tale quippiã est aurũ qualis anima martyrũ. Stabat tyrannus, atq; ab una muliere superatus discedebat. Ille armis oppugnabat, hæc animi promptitudine superabat: ille fornacẽ incendebat, hęc uirtutẽ spiritus: ille exercitum mouebat, hæc ad angelos applicabat animum. Videbat inferne tyrannum, & in animo uersabat illum in supernis regnãtem: uidebat infra se tormenta, ac numerabat superna brabia: uidebat præsentem cruciatum, & cogitabat futurã immortalitatẽ. Si nos spectaremus nõ ea quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur: nunquid obstaculi adferret matrimonium? Quid autem Petrus basis Ecclesiæ, ille uehemẽs amator Christi, ille sermone indoctus & rhetorũ uictor, ille impetus, qui tamẽ philosophis obturauit os, ille qui Græcanicam sapientiã non aliter quàm aranearum telam dissoluit, qui terrarum orbem peragrauit, qui sagenam misit in mare & piscatus est orbem? Quid autem ait Euangelium? Ingressus est Matt. 18. d Iesus ad socrũ Petri febricitãtem; Vbi socrus, ibi

& uxor

Universidad de Deusto
Biblioteca

& uxor, ibi & coniugiũ. Quid autem Philippus, A nonne quatuor habebat filias? Vbi uero quatuor filiæ, illic & uxor & matrimoniũ. Quid igit̃ Christus? A uirgine quidẽ natus est, uerũ ad nuptias accessit, ac donũ attulit. Non habent, inquit, uinum: & aquã uertit in uinũ, uirginitate nuptias honorans, dono id quod fiebat cõmendans: ut ne abomineris nuptias, sed oderis scortationẽ, meo periculo, nam ego spondeo tibi salutẽ, etiãsi uxorẽ habueris. Prospice tibijpsi. Mulier si proba fuerit, adiutrix tibi est. Quid igit̃ si non fuerit cõmoda? Fac illam cõmodam. An non fuerũt uxores bonæ simul ac malæ? Ne haberes excusationem. Quales erat illa Iob? Sed Sara erat bona. Ostendam tibi mulierẽ & malam & improbã, neq; tamen nocuit uiro. Vxor Iob praua erat & impro- B ba, suasit illi ut blasphemias proferret. Quid igitur? Labefactauit turrim? Deiecit adamantẽ? Superauit petram? Depulit militẽ? Comminuit scapham? Eradicauit arborẽ? Nihil horũ, sed illa impellebat, & arbor reddebat̃ stabilior; illa fluctus excitabat, at nauis nõ submergebatur, sed secundo nauigat uento: fructus eius decerpebat̃, & arbor cõmota nõ est: folia deciderũt, & radix mansit immota. Hæc loquor, ne quis excuset uxoris improbitatẽ. Mala est, corrige eam. Sed ais, è paradiso me expulit: Verũ eadem te in cœlos induxit. Eadem quidem natura, mens tamen diuersa. Sed illa Iob erat mala, uerũ Susanna bona: sed illa Aegyptia erat impudica, uerũ Sara erat modesta. Vidisti illam, uide & hanc, quandoquidẽ etiã C inter uiros, hi quidẽ mali sunt, illi uero boni. Bonus erat Ioseph, senior es aũt impudici. Vidisti omnibus in rebus uitiũ ac uirtutẽ, nõ natura dijudicari, sed animo distingui. Ne mihi prætexas excusationes. Sed ad corũ quæ debemus solutionẽ properemus. Et factũ est anno quo mortuus est Ozias rex. Dicturus sum quam ob causam Propheta designet tẽpus: siquidem his qui quærebãt heri, quã tandem ob causam quũ omnes Prophetæ atq; in his aliâs hic quoq; tẽpus regũ enarrare soleant quo uixerint, hoc loco ea cõsuetudo prætermissa sit. Nec em̃ dicit, In diebus Oziæ, sed in morte Oziæ: hãc quæstionẽ hodie soluere uolo. Quanq; em̃ ingens est æstus, tamẽ maior est sermõis refrigeratio: quanq; uis sit corpori fathiscẽti, tamen anima uigens delectat̃. Ne mihi narres D æstũ ac sudorẽ. Si sudaueris corpore, inungis animam tuã. Tres illi pueri qui erãt in fornace nihil detrimenti perpessi sunt, sed fornax illis fuit refrigerio. Quũ cogitas sudorẽ, cogita simul & mercedẽ & præmiũ. Etem̃ homo urinator nullã aliam ob causam audet seipsum in profundũ aquarum demittere, q̃ propter margaritas, bellorum causam. Quanq; non materiã reprehendo, sed mentem intẽperãtem. Et tu ut accipias thesaurũ desicere nesciũ, plantesq; uineã in anima tua, nõ sustines æstum neq; sudorẽ? Non uides istos qui sedent in theatro, quomodo sudent, nudoq; capite solis radiũ excipiant, quò fiant mortis, quò scorti mancipia? Ad exitiũ illi laborãt, & tu ad salutem segnis ac remissus es? Athleta es, miles es. Quis est igit̃ ille Ozias, & quã ob causam mortẽ hanc illius expressit Propheta? Hic Ozias rex erat, ac uir iustus, multis florẽs egregijs factis: uerũ postea tandẽ ad superbiã uenit, ad superbiã, inquam, malorũ matrẽ, ad arrogantiã tumultibus plenã, ad elationẽ, qua diabolus homines in exitiũ trahit. Nihil enim arrogantia peius, eoq; totũ sermonem in hoc heri cõsumpsimus, superbiã eximentes ac modestiã docentes. Vis tibi dicã quantum bonũ sit modestia, & quantũ malum arrogantia? Peccator iustũ superauit, publicanus Pharisæũ, & uerba factis fuere superiora. Quomodo uerba? Publicanus dicit: Deus propitius esto mihi Lu.18.c peccatori. Pharisæus dicit: Non sum sicut cæteri homines, rapax, auarus: sed quid? Ieiuno bis in sabbato, decimas do de facultatibus meis. Pharisæus opera iustitiæ præstabat, Publicanus uerba dicebat modestiæ, & uerba plus potuerunt q̃ facta, tantusq; thesaurus cum cõtumelia reijcit̃, & tanta inopia in diuitias cõmutata est. Venerunt duæ naues habentes onus, ambæ portũ ingressæ sunt, sed publicanus pulchre in portum appulit. Pharisæus aũt naufragium perpessus est, ut discerres, quantũ mali sit animi tumor. Iustus es, ne deijcias fratrẽ tuum. Flores rectè factis, ne probra iacias in proximũ, tuasq; laudes contrahe. Quanto maior es, tanto magis submitte teipsum. Attẽde quod dicitur charissime, magis iustus metuere debet arrogantiã q̃ peccator: hoc & heri dicebã, & hodie dico, propter eos qui heri aberãt, eo q; peccator habet conscientiã uelit nolit nobilẽ humilem ac submissam, iustus aũt ob benefacta extollit. Quẽadmodũ igit̃ fit in nauigijs, qui uacuam habent nauẽ, nõ metuunt piratarũ insultũ. Non enim ueniunt ut conterãt nauẽ nihil uehentẽ: cæterũ ij qui nauem habent onustã, metuũt piratas. Nã pirata illuc properat, ubi aurũ, ubi argẽtum, ubi lapides pretiosi: sic & diabolus nõ facilè persequit peccatorẽ, sed iustũ potius, ubi multæ sunt opes. Quoniã igit̃ frequenter per arrogantiã insidiat̃ diabolus, uigilandũ est. Quãto maior es, tanto magis submitte teipsum. Quũ ascenderis in altum, opus est ut tibi prospicias ne cadas. Quã ob rem & dominus noster dicit: Quũ omnia feceritis, dicite: Inutiles serui sumus. Quid efferris animo Lu.17.c quũ sis hõ, cognatus terræ, eiusdẽ substantiæ cũ cinere, tũ natura, tũ animo, tum actionũ delectus? Hodie dies, cras pauper: hodie sanus, cras ægrotus: hodie gaudes, cras doles, hodie in gloria, cras in ignominia: hodie iuuenis, cras senex. Nunqd in rebus humanis cõsistit, ac nõ potius amnium prætersluentiũ cursum imitant̃ omnia, simul atq; apparuerũt, citius nos q̃ umbra relinquũt? Quid igit̃ cristas erigis homo, fumus & uanitas? Ho- Psal.143.d mo enim uanitati similis factus est, ueluti fumus dies eius. Exaruit gramẽ, & flos decidit. Hæc dico: non ut substantiã deijciã, sed ut arrogantiã refrenẽ. Alioqui & magna res est homo, & pretiosa res uir misericors. Verũ hic Ozias quum esset rex redimitus diademate, q̃m erat iust⁹, elatus est animo

animo, maiore spiritu cõcepto, q̃ pro dignitate, A ingressus est templũ. Et quid dicit Esaias? Ingressus est sancta sanctorum, aitq;, uolo adolere incensum. Rex quum esset, sacerdotii principatum usurpat: Volo, inquit, adolere incensum: quia iustus sum. Sed mane intra tuos terminos, alii sunt termini regni, alii termini sacerdotii, hoc regnum illo maius est. Neq; em̃ ex his quæ uidẽ hic declaratur rex, neq; è gẽmis illi affixis, neq; ex auro quo amictus est debet æstimari rex. Ille quidẽ ea quæ sunt in terris sortitus erat administrãda, cęterũ sacerdotii ius è supernis descendit: Quæcũq; ligaueritis super terrã, erũt ligata & in cœlo. Regi ea quæ hic sunt cõmissa sunt, mihi cœlestia: mihi quũ dico sacerdotẽ intelligo. Itaq; quũ uideris sacerdotẽ indignũ, ne traducas sacerdotiũ. Non e- B nim oportet dãnare res, sed eũ qui rẽ bona male utitur. Quãdoquidẽ & Iudas proditor fuit, uerum nõ ob id accusat̃ ordo apostolicus, sed illius animus: nec crimẽ est sacerdotij, sed malũ animi. Et tu igit̃ ne sacerdotiũ uituperes, sed sacerdotẽ male re bona utentẽ. Etem̃ si quis tecum disputet dicatq;: Vidisti illum Christianũ, respõdeto: at ego nõ de personis, sed de rebus tibi loquor. Alioqui quot medici facti sunt carnifices, ac uenena pro pharmacis dederunt? Nõ tamẽ artẽ uitupero, sed male utentẽ arte. Quot nautæ male rexerũt nauigia? Verũ nõ ars nauigandi mala est, sed illorũ animus. Si Christianus fuerit improbus, ne incuses professionẽ ac sacerdotium, sed re bona utẽtem male. Regi corpora commissa sunt: sacerdoti ani C mæ. Rex maculas corporũ remittit: sacerdos aumaculas peccatorũ. Ille cogit, hic exhortat. Ille necessitate, hic cõsilio. Ille habet arma sensibilia, hic arma spiritalia. Ille bellũ gerit cũ Barbaris, mihi bellũ est aduersus dæmones. Maior hic principatus, propterea rex caput submittit manui sacerdotis, & ubiq; in ueteri scriptura, sacerdotes inungebãt reges. Verũ rex ille sua trãsiliens septa, modumq; regni transgressus, conatus est aliquid addere, atq; ingressus est templũ, cũ autoritate incẽsum adolere uolẽs. Quid igit̃ sacerdos? Nõ licet tibi Ozia adolere incensum. Vide libertatẽ, uide mentẽ seruire nescią, uide linguã cœlos attingentẽ, uide libertatẽ incoercibilẽ, uide hominis corpus, & angeli mentẽ: uide humi ingredientẽ, & D in cœlo uersantem. Vidisti regẽ, nec uidisti diadema. Ne mihi dixeris esse regnũ, ubi est legũ transgressio. Non licet tibi rex adolere incẽsum, non est fas uenire in sancta sanctorũ, transcẽdis septa tua, quæris tibi non concessa, eoq; quæ accepisti perdes. Non licet tibi adolere incẽsum, sed sacerdotibus isthuc datũ est. Non tuũ hoc est, sed meum. Num mihi tuã usurpauí purpuram? Ne usurpes meum sacerdotiũ. Non licet tibi adolere incensum, sed tantũ sacerdotibus filijs Aaron. Post multũ temporis iam defuncto Aarone hoc accidit. Et quamobrẽ nõ dixit sacerdotibus tantum, sed patris mentionẽ fecit? Accidit in illo tẽpore, Num.16 ut tale quippiã fieret: Dathan em̃ Abiron & Core insurrexerãt aduersus Aaron, aperta est terra, & deuorauit illos: uenit ignis è cœlo, & exussit eos. Volẽs igit̃ eum cõmonefacere illius historię quòd olim quoq; per uim inuaserint sacerdotiũ, uerũ haudquaq; succubuerit, sed adorta est multitudo, & deus illã ultus est. Non licet tibi adolere incensum, sed solis sacerdotib. filijs Aaron. Non dixit, cogita quid passi sint qui tunc illa patrarũt, sed nominato Aarone cuius uicẽ ultus est deus, eũ ad historiæ recordationẽ adduxit. Noli audere quæ ausus est Dathan, ne patiaris eadem, quæ tẽpore Aaron acciderũt. Rex aũt Ozias nõ sustinuit admonitorẽ. Sed arrogantia inflatus aperuit templũ, ingressus est sancta sanctorũ, uolens adolere incensum. Quid autem deus? Vbi igitur sacerdos contemptus est, dignitasq; sacerdotij cõculcata, nec quicq; præterea posuit sacerdos. (Nã sacerdotis tantũ arguere, liberãq; præstare admonitionẽ, non mouere arma, non clypeos usurpare nõ uibrare lanceã, nec arcũ tẽdere, nec iacula mittere, sed tantũ arguere ac liberã præstare admonitionẽ.) Posteaq; igitur arguisset sacerdos, rex autẽ non cessisset, sed arma moueret, clypeos & hastas, suaq; uteret potentia, ibi sacerdos deo: Ego, inquit, qd̃ erat mei officij præstiti, nihil amplius possum, succurre sacerdotio quod cõculcatur, leges uiolant̃, fas subuertit̃. Quid igit̃ ille hominũ amator? Et cõtinuò effloruit lepra in frõte illius. Vbicũq; est impudentia, illic est ultio. Vidisti humanitatẽ ultionis diuinæ, nõ fulmẽ emisit, nõ terrã cõcussit, nõ cõmouit cœlũ, sed effloruit lepra, nõ in alio loco q̃ in fronte, ut facies præ se ferret uindictã, ut tanq; in colũna literæ essent impressæ. Nõ enim propter illum est, sed propter eos qui sequuntur Dathan. Quũ em̃ posset pro meritis pœnã infligere, non inflixit, sed ceu lex posita est uelut in loco sublimi dicens: Nolite facere talia ne patiamini similia. Extat lex uiua, & frõs uocẽ edidit tuba clariorẽ: literæ erãt inscriptæ fronti, literæ quæ deleri non poterãt. Non em̃ erãt atramẽto inscriptæ, ut aliquis posset delere, sed naturalis erat lepra, eumq; reddidit immundũ ut alios faceret mundos. Et quemadmodũ iure dãnatos posteaq; funẽ acceperint, educũt funẽ ore gestantes: sic & hic abducebat̃, pro sune lepram ingestans, eo quòd sacerdotiũ affecisset cõtumelia. Hæc loquor nõ incessens reges, sed eos qui arrogantia irag; sunt ebrij, ut intelligatis sacerdotium regno maius esse. Semper em̃ deus ubi peccauit anima, punit corpus. Itidem fecit & in Cain. Ani- Gen.4.d ma peccauerat admisso parricidio, & corpus illius paralysi tactũ est, idq; iure optimo. Quam obrem? Gemens ac tremens eris super terrã. Et circũibat Cain, omnibus loquẽs, silentio uocem edens, silẽtio q; erudiẽs. Lingua tacebat, & cætera membra clamabãt, cunctisq; exponebãt, quur gemeret, quur tremeret: Fratrẽ occidi, parricidium admisi. Quod postea Moses scripto narrauit, ille rebus ipsis omnib. loquens obambulabat: Nõ occides. Vidisti os silens, & rem uociferantẽ, uidisti legem uiuã ferri, uidisti columnã eminentẽ, uidisti uindictã uindicta tolli, uidisti supplicium uer-

sum, in eruditionis materiam, uidisti peccantẽ ani A
mã, & carnẽ dantem pœnas, idq; admodum con-
gruenter? Itidem accidit in Zacharia, anima pec-
Lxx.2.b carat & lingua uincta est. Hic ille Zacharias qui
uocẽ illam genuit. Sic & iste lepra correptus est.
Et egressus est rex, omnibus exemplũ factus, pur
gatũq; est tẽplum & eiectus est nemine propellẽ
te, quũq; sacerdotiũ sibi uellet sumere, & hoc qđ
habebat perdidit. Et exiuit è templo. Vetus erat
mos oẽm leprosum è ciuitate eijcere, nunc uero
non idem fit. Quur ita? Nam quũ deus ueluti pue
rorũ curã agebat, tũ lepra erat corporis: nũc au-
tem animæ lepra quæritur. Exiuit igitur rex cũ le
pra, nec tamẽ eiecerũt eum è ciuitate, diadema il-
lius regiãq; dignitatẽ reuerĕti: sed cõsedit in thro-
no rursus legẽ transgrediens. Quid ergo? Deus B
irascẽs ludæis interrupit prophetiã. Hæc aũt om-
nia dicta sunt propter uerbũ prophetæ, ut exol-
uam quod debeo. Ego quod erat mei muneris fe-
ci, uos populares metuitis impurũ eijcere, reuere-
mini regiã dignitatem, dei legẽ uiolãtes. Quid igi
tur? Deus auersus est ab illis. Nõ amplius loquor
Prophetis uestris, nõ amplius mitto spiritus gra-
tiam. Et uerbũ tunc nõ erat in pretio, nec erat ser-
mo uaticinãs. Silet spiritus gratia, nõ ostensus est
deus, eo q; sub impuro illo nõ erat gratia. Non ad
ueniebat deus, nõ apparebat, non uisiones exhi-
bebat, non Prophetæ loquebanť quæ debebant:
sed perinde quasi dicas: Posthac non misceo te-
cum sermonẽ, posthac non loquor tibi: sic deus
uidet & irascitur. Non enim uindictã intulit, pœ-
namq; inflixit in ciuitatẽ mansuetudine plenam, C
neq; exussit eam, sed quid ait? Non uultis ulcisci
uicẽ meã, nõ colloquor uobiscum. Neq; enim nõ
poterã illum eijcere, uerũ quod restabat, uobis re
lictũ esse uolui. Non uultis? Neq; ego colloquor
uobiscũ, neq; excito Prophetarũ animum. Non
agebat in eis spiritus gratia, silentiũ erat, simultas
inter deum & hominẽ. Quũ igitur ille pòst esset
mortuus, simul soluta est impurorũ materia. Ergo
ubi Propheta multo tẽpore desiisset prædicere, il
loq; silentio soluta fuisset ira dei, rediit Propheta.
Hinc necessario designat mortis tempus dicens:
Esa.6.a Et factũ est anno quo mortuus est Ozias rex, ui-
debã dominũ sedentẽ in throno excelso & eleua-
to. Quum ille mortuus esset, tum uidi dominum. D
Nam antea deũ non uidebãnobis iratum. Venit
mors impuri, & soluit irã. Hãc ob causam quum
ubiq; regum uitã cõmemoret, hic mortẽ dixit O-
ziæ: Factum est in anno quo mortuus est Ozias
rex, uidi dominũ sedentẽ in throno excelso & ele
uato. Ac rursus hic contẽplare dei bonitatẽ. Mor
tuus est impurus, & deus recõciliatus est homini
bus. Quam ob rẽ hoc factũ est, quũ nihil esset be-
ne factorum, sed tãtum ille mortuus est? Quoniã
humanus est dominus, nec in talib. agit seuerius,
tantũ quærebat, ut exiret impurus. Hæc itaq; cum
sciamus, arrogantiam abijciamus, modestiam am
plectamur, solidam gloriam reuocemus patri &
& filio & spiritui sancto, nunc & semper, & in se-
cula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE IISDEM ESAIAE VERbis: & quod Ozias iure sit affectus lepra, Homilia V.

AGe expositioni de Ozia cœptę, hodie finẽ imponamus, fastigiũ sermo ni iam addamus, ne qñ nos quoque derideamur, quẽadmodum euãgeli cus ille, qui aggressus ædificare turrim, perficere non potuit, ne quis aliquando præ tereuntiũ de nobis quoq; dicat: Hic homo cœpit ædificare, nec potuit perficere. Verum quò uobis dilucidiora fiãt quæ dicent, ex his quæ dicta sunt pauca prius repetamus. Id eñ pariter & ijs q audierunt, memoriæ renouatio, & his qui nõ audierunt eruditio. Heri igit dixim⁹ cp fuerit impius Ozias, & cp uir improbus, & unde orsus, & quò superbiæ prolapsus sit. Hodie uero dicendũ erit, quomodo templũ ingressus sit, quomodo tentarit adolere incensum, quomodo prohibuerit illũ sacerdos, quomodo ille nõ cesserit, quomodo in se prouocauerit iram dei, quomodo lepræ obnoxius uitã finierit, & quã ob causam Propheta præ termissis uitæ illius diebus, mortis fecerit mentio nẽ, ita loquẽs: Anno quo mortuus est Ozias rex. Hoc est eñ, ob quod totã ab exordio mouimus historiã, sed auscultate diligenter. Quũ inualuisset Ozias rex, elatũ est cor eius, donec corrumperetur, & iniuriã fecit in domino deo suo. Quis iniuriæ modus? Ingressus est, inquit, in tẽplum domini, ut adoleret incẽsum super altare thymiamatis. O audaciã, ô impudentiã. Aduersus ipsa sacra a-
dyta sumpsit audaciam, in sancta sanctorũ irrupit, qui locus omnibus erat inaccessus, præterẽp primario sacerdoti, hũc prophanare conatus est. Tale mõstrũ est anima in arrogantiã sublata. Semel eñ desperata salute nequaq; desinit furere: uerũ habenas laxans, irrationalib. cupiditatib. quouis rapitur, nec aliter cp equus ferociẽs, ubi frenũ ore sessorem tergo excussit, ferri quouis uento uelocius: omnibus obuijs intolerabilis, diffugiẽtibus cũctis, neq; quoq; audente cohibere: Sic & anima quæ dei timorẽ ipsam refrenantẽ excussit, ubi rationẽ habenas moderantẽ eiecit, ad quæuis malitiæ loca decurrit, donec in exitij barathrũ delata, præcipitarit suã ipsius salutẽ. Quapropter oportet illam refrenare semper, ac pietatis ratione ceu freno quodam irrationabilem illius impetũ inhibere: quod non fecit Ozias, sed aduersus ipsum omniũ supremum principatũ, legem transgressus est. Siquidem sacerdotiũ, principatus est, ipso etiam regno uenerabilius ac maius. Ne mihi narres purpuram, neq; diadema, neq; uestes aureas, umbræ sunt istæc omnia, uernisq; floscules leuiora. Omnis eñ, inquit, gloria flos graminis, etiam si ipsam gloriam regalem dixeris. Ne, inquã, mihi narres ista, sed si uis uidere discrimen, quantum absit rex à sacerdote, expende modum potestatis utriq; traditę, uidebis sacerdotẽ multo sublimius rege sedentem. Quanq; enim nobis admirandus uidetur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum quo obcinctus est; tamen rerũ terrenarũ a dmini-

ministratione sortitus est, nec ultra potestatẽ hãc A
præterea quicq; habet autoritatis. Verũ sacerdo-
ti thronus in cœlis collocatus est, & de cœlestib.
negotijs pronuntiandi habet autoritatem. Quis
Matt.18.d hæc dicit? Ipse cœlorũ rex: Quæcunq; ligaueritis
super terrã, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq;
solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis.
Quid cũ hoc honore cõferri possit? A terra iudi-
cãdi principalẽ autoritatẽ sumit cœlum. Nam iu
dex sedet in terra, dominus sequit seruũ, & quic-
quid hic in inferioribus iudicarit, hoc ille in super-
nis cõprobat. Itaq; medius stat sacerdos inter de-
um & naturã humanã, illinc uenientia beneficia
ad nos deferens, & nostras petitiones illuc perfe
rens, dñm iratũ recõciliãs utriq; naturæ, nos qui
offendimus eripiẽs ex illius manibus. Eoq; deus B
ipsum regale caput sacerdotis manibus subiecit,
nos erudiẽs q; hic princeps est illo maior. Siquidẽ id quod minus est, benedictionẽ accipit ab eo
quod præstãtius est. Verũ de sacerdotio quãta cp
sit illius dignitas, alio tẽpore declarabimus. Inte-
rim cõsideremus quãta sit regis uel tyrãni potius
iniq; tas. Ingressus est in tẽplum dñi, ingressus est
& Azarias sacerdos post eum. Non temere dice-
bã sacerdotẽ rege maiorẽ esse. Neq; eñ ut regem
eiecturus, sed ut profugũ & ingratũ famulũ ex-
pulsurus cũ austeritate ingressus est, non aliter cp
generosus canis incurrit ad impurã bestiam, ut il-
lam exigat ex ædibus herilib. Vidisti sacerdotis
animũ multa fiducia plenũ, excelsiq; spiritus. Nõ
aspiciebat principatus fastũ, nõ expẽdebat quan C
ta res esset animũ cupiditate temulentum cohibe
Prov.19.d re. Nõ audiebat illud Solomonis: Minæ regis si
cut ira leonis, sed sublatis oculis ad uerũ regẽ cœ
lorũ, adq; illud tribunal, easq; pœnas cõsiderãs,
& his cogitationibus sese muniẽs, impetũ fecit in
tyrannũ. Nouerat eñ, nouerat, inquã, certè quòd
cõminatio regis simílis sit iræ leonis, dũtaxat ijs,
qui terrã spectarent. Verũ homini qui cœlũ habe
ret pręoculis, quiq; sic induxerat animũ ut uitam
citius in ipsis sacrificijs deponeret, cp sacras leges
cõspiceret uiolari, quouis cane uilior erat ille. Ni
hil enim eo imbecillius qui diuinas conculcat le-
ges, ut contra nihil potẽtius eo qui leges diuinas
Ioan.8.d defendit. Nam qui peccatum cõmittit, seruus est D
peccati, etiãsi decẽ milia coronarũ habeat in capi
te. Rursus si quis facit iustitiã, ipso rege regalior
est, etiãsi fuerit omniũ infimus. Hæc ille præcla-
rus apud sese philosophabatur, adortus est regẽ:
Ingrediamur & nos, si uidetur, cum illo, ut uidea
mus quid loquat regi: licet eñ neq; mediocrem
adferet utilitatẽ, spectare regẽ à sacerdote redar-
2.Paral.26.c gui. Quid igitur dicit sacerdos? non licet tibi O-
zia adolere incensum domino. Non appellauit
eum regẽ, neq; titulo principatus appellauit, pro
pterea quòd ipse præueniens sese dignitate deie-
cerat. Vidisti fiduriã sacerdotis, proinde disce &
mãsuetudinem. Non enim fiducia nobis tantum
opus est in reprehendendo, uerũ multo magis o-
pus est mansuetudine cp fiducia. Neminem enim
mortaliũ sic auersantur oderũtq; hi qui peccant,

Chrys.

atq; eum qui parat redarguere, captantq; occasio
nem ut elabant, cupientes effugere reprehensio-
nem. Necesse est igitur ut eos mansuetudine hu-
manitateq; retineamus. Obiurgator enim nõ so
lum quũ uocẽ promit, uerum etiam quũ uidetur,
grauis est peccantibus: Grauis enim, inquit, no- Sap.2.c
bis est etiã aspectu. Quapropter plurimã mansue
tudinem præstare oportet, eoq; nobis sermo pro-
pheticus ob oculos posuit & eũ qui peccarat, &
eum qui corrigere parabat. Etenim sapientes me
dici quoties mẽbra putrefacta secturi sunt, aut la
pides in meatibus affixos extracturi, aut aliud ali
quod naturæ uitiũ correcturi, non id faciunt eo
qui laborat in angulũ abducto, sed eo in medijs
foris deposito, conglomeratoq; prætereuntiũ spe
ctaculo ita demũ admouẽt sectionẽ. Hoc autem
faciunt nõ q uelint humanas traducere calamita
tes, sed ut unicuiq; propriæ sanitatis cõmendent
curã. Itidem & scriptura facit, ubi quem arripuit
peccantiũ, proponit eum in sublimi suggesto, nõ
in medijs foris, sed in media terra: & posteaq; to-
tius orbis circunsteterit theatrũ, tum curationem
adhibet, erudiens nos, ut circa propriã salutẽ cau
tiores simus. Videamus igitur quo pacto tunc il-
lum corrigere sit aggressus. Non dixit ó impie, ó
sceleratissime, omia subuertisti cõfudistiq;, ad ex
tremã impietatẽ prorupisti: neq; sermonẽ accusa
tiõis in longũ produxit, sed quẽadmodum hi qui
secant, hoc breuiter facere studet, celeritate se-
ctionis cruciatus sensum fallentes: Itidem & hic
asperitatem obiurgationis paucis uerbis cõstrin-
gens, regis iracundiã cohibuit. Quod enim est in
his qui laborant sectio, hoc est in his qui peccant
redargutio. Deniq; præter alia etiã ipsa breuilo-
quentia declarat nobis humanitatẽ. Quòd si cu-
pis uerborũ quoq; sectionẽ uidere, & ubi ferrum
occultarit, audi. Non licet, inquit, tibi adolere in-
censum domino, sed solis sacerdotibus filijs Aa-
ron consecratis. Hic inflixit uulnus. Quomodo?
Ego dicã: Eo q non simpliciter dixit, sacerdotib.
sed addidit, Aaron. Is primus fuit pontifex, simi- Num.16
leq; facinus illius tẽporibus quidã ausi sunt. Da-
tham enim & Core & Abiron, coniurati aduer-
sus illum cũ alijs aliquot uoluerũt ipsi præripere
sacerdotiũ: sed alios quidẽ terra dehiscens absor-
buit, alios uero cœlitus emissus ignis exussit. Hu D
ius ergo historiæ uolens illum commonefacere,
mentionẽ fecit Aaron, qui tunc erat iniuria affe-
ctus, ut ad calamitatẽ eorũ qui fecerãt iniuriam,
huius cogitationẽ transmitteret. Quanq; nihil ijs
profectũ est, nõ propter sacerdotẽ, sed ob regis a-
speritatẽ. Quũ enim deberet laudare sacerdotẽ,
procq; cõsilio gratias agere: ille, inqt, indignatus
est, et uulnus reddidit acerbius. Neq; eñ perinde
mala res est peccatũ, atq; post peccatũ impuden-
tia. Atqui nõ eodẽ modo Dauid, sed quomodo?
Postq; à Nathan incusatus esset de Betsabee, pec 2.Reg.12.e
cauí, inquit, dño. Vidisti cor contritũ, uidisti sub-
missam animã, uidisti ut etiã lapsus sanctorũ sint
egregij. Quẽadmodũ eñ preclara corpora etiam
in aduersa ualetudine, multa nobis formæ uestí-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gia ostendunt: Sic & sanctorũ animæ in ipsis etiã A erratis suæ uirtutis signa præ se ferũt. Et tamẽ ille in media regia accusabat à Propheta multis præsentib. hic uero intus in adytis nullo teste redargutus est; uerũ ne sic quidẽ tulit increpationem. Quid igit? insanabilis permansit? Nequaq̃, propter dei humanitatẽ, quemadmodũ de lunatico quum discipuli non ualerent eĩcere dæmonium, Matt. 17.c dicit Christus: Adducite mihi cũ huc. Sic & hic, quũ sacerdos nõ posset morbũ quouis dæmonio seuiorẽ nempe peccatũ eĩcere, ipse deus laborantem aggredit: & quid facit? Leprã immittit frontí ipsius. Factũ est, inquit, quũ ille minaretur sacerdoti, lepra efflоruit in fronte eius, iamq̃ exibat sicut hi qui ad mortẽ abducuntur funẽ ore gestantes dãnationis signũ: sic & ille ignominię signum B in frõte gestans, nõ carnificibus ipsum trahentibus, sed lepra loco carnificis ipsum præcipitẽ agente. Ingressus ut sacerdotiũ usurparet, etiam regnũ perdidit. Ingressus est ut fieret uenerabilior: & factus est execrabilior. Nã quouis hoie priuato posthac erat execrabilior: adeo res est mala nõ manere intra fines nobis à deo præscriptos, siue honoris, siue cognitiõis res fuerit. Nónne uides, hoc mare q̃ est ob uiolentiã intolerabile, quãtis insurgat undis, attamẽ postea q̃ uehemẽter insurrexit, multoq̃ cũ tumore progressum est, ubi uenerit ad terminũ ipsi à deo præscriptũ, fluctib. in spumã solutis, in sese redit. Et tamen quid arena possit esse infirmius, uerum nõ illa est quæ prohibet, sed dei metus terminum posuit. Quòd si hoc C exemplũ nõ te reuocat ad moderationẽ, quæ Oziæ acciderũt erudiant te, quæ nũc à nobis dicta sunt. Verũ qm̃ iram dei uidimus, dignãq̃ ultionẽ, age & humanitatẽ eius multãq̃ æquitatẽ cõmonstremus. Neq̃ em̃ ea tantũ dicenda sunt, quæ pertinent ad irã, uerũetiam quæ ad moderationẽ, ut neq̃ in desperationẽ conĩciamus auditores, neq̃ in socordiã. Sic & Paulus facit, ex utraq̃ tempe-
Rom. 11.d rans admonitionẽ, hunc in modũ loquens: Vide igitur bonitatẽ ac seueritatẽ dei, quo simul & terrore & bona spe excitet eũ qui lapsus est. Vidisti seueritatẽ dei, uide et bonitatẽ. Quomodo igitur uidebimus bonitatẽ? Si cognouerimus qua re dignus fuerit Ozias. Quibus igitur erat dignus? ut simul atq̃ intra sacrorũ uestibulũ tanta cũ impu- D dentia irrupisset, mille fulminis ictibus, extremo supplicio cruciatuq̃ afficeret. Quandoquidẽ illi qui hæc primũ sunt ausi hanc dedere pœnã, uide
Num. 16.a b licet Dathan, Core, & Abiron, multo magis hũc ad eũ modũ puniri oportuit, qui ne illorũ quidem calamitatibus fuerit castigatus. Verũ hoc non fecit deus, sed prius illi sermones admouit per sacerdotẽ, multa plenos humanitate: quodq̃ Christus adhortatus est, ut facerent homines quoties inuicẽ peccauerint, hoc deus fecit erga hominẽ.
Matt. 18.d Quoties em̃, inquit, peccauerit in te frater tuus, abi, argue eum inter te & ipsum solum. Sic & regem hunc redarguit deus. Et Christus quidẽ dicit: Si te non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. At deus humanitate proprias supergre diens leges, ne sic quidẽ illũ resecuit, nec audire nolentẽ, indignantẽq̃ deiecit, sed iterũ aggreditur castigatq̃, modo correctionẽ habente potius q̃ ultionem. Neq̃ em̃ fulmen uibrauit è sublimi, neq̃ exussit impudens caput, sed tantũ lepra castigauit. Atq̃ quæ Oziæ quidẽ acciderũt, sic habẽt. Ego uero si unũ quiddã adhuc addidero, dicẽdi finẽ faciã. Quid aũt hoc est? Quod prídẽ ab initio quærebamus, quãobrem in rebus externis inq̃ prophetijs, quũ omnes soleant designare tempora, quibus reges uixerint, hic eo prætermisso tempus sumat quo mortuus sit Ozias, ad hũc loquẽs modum: Et factum est anno quo mortuus est O- Esa. 6.a zias rex. Et tamen poterat regis tempus exprimere, quemadmodum omnibus Prophetis mos erat. Verum id non fecit. Quam ob causam igitur non fecit? Mos erat uetus leprosum è ciuitate expellere, ut & hi qui in ciuitate uiuebant melius haberẽt, & ipse leprosus non obijcereť promptis ad inferendã cõtumeliã scommatum ac derisionis occasio: sed ut extra ciuitatem cõmorans, solitudinem ueli loco haberet obtentam aduersus iniuriã calamitatis. Hoc & regem hunc perpeti oportuit post leprã, sed nõ perpessus est, his qui in ciuitate erant illum ob principatũ reuerentibus, uerũ manebat domi suæ clanculũ. Hoc ad iracundiã prouocauit deum, hoc prophetiã inhibuit, quodq̃ tempore Heli factum est, uerbũ pretiosum erat, nec erat uisio præcipiẽs. Tu uero mihi hic quoq̃ cõsidera dei humanitatẽ. Non enim
C subuertit ciuitatem, neq̃ perdidit inhabitantes, sed quod amici faciũt erga æquales amicos, quoties habent aliquid quod merito expostulent, obiter silentio ferunt, expectantes, hoc & deus erga gentẽ fecit maiore pœna supplicioq̃ dignã. Nã ego quidẽ, inquit, eieci illũ è templo, uos autem ne è ciuitate quidem: ego illum uinctũ lepra è rege priuatũ reddidi: uos autem ne sic quidem sepe rastis, sed à me condemnatũ non sustinuistis è ciuitate propellere: & tamẽ fortassis factum hoc rex placidè laturus erat. Sed nequaq̃ funditus ciuitatem subuertit, quum uideret eum extra præscriptos fines demigrare iussum, cõmorari in ciuitate. Verum deus hoc non fecit, deus enim erat, nõ homo. Vbi uero finita est huius uita, simul et iram aduersus illos deposuit, ac rursus ad eos redijt. Tu uero ex reconciliationis modo considera dei humanitatem. Nam si deus expẽdisset iustitiæ rationem, ne tum quidẽ reconciliari debuit. Quam ob causam? Quia non illorum erat rectè factum quòd ejectus est Ozias. Neq̃ enim illi arreptum abegerant, sed mors naturæ lege superueniens, eum tunc è ciuitate eiecit. Verum non huc usque deus minutias excutit erga nos, sed tantum hoc quærit, speciem modumq̃ reconciliationis erga nos. Proinde super his omnibus gratias agamus illi, glorificemus illius humanitatem, qua nos omnes dignos haberi contingat, gratia & misericordia unigeniti filij eius domini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria, honor simul cum spiritu sancto, nũc & semper, & in secula seculorũ, Aũ.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN A Esaía propheta cap. IX. Potestatis & pacis eius non erit finis: Homilía.

CHristus unã cũ patre habẽs substantiam & essentiã, cõnexa sibimetipsi pietas, uirtus, & saluatio: uia, ueritas, & uita: leo, agnus, & petra declarata est à prophetis: q̃a antea uiderũt futura, & quasi præterita demonstrabãt, & præsentia pro futuris canebãt. Aperiebat em̃ eis secretũ uerbi, ut agnoscerẽt reuelationẽ trini temporis, id est præteriti, præsentis, & futuri: ut exinde manifestaret, quía nõ ipsi loquebant, sed deus per ipsos loquebat. Nã modo cũ cãtaremus hos uersiculos in una modulatiõe, qd dicebamus: potestatis eius nõ erit finis. Hoc dixit ꝓpheta quod B perfecit in aduẽtu suo dñs ꝓphetarũ, potestates eius audite. Quãta fuit possibilitas, ut miraculis uarijs ac diuerlis repleret totũ mundũ ore euangelico. Quæ miracula, si ad singula annalibus libris scriberent, puto ne ipsum mũdũ capere eos, qui scribendi erãt libros: tñ pauca dicamus de potestate eius. Natus est, quía uoluit: potestate animã suã posuit, potestate eam assumpsit, potestate passus est, potestate medicus phreneticos tolerauit: potestate cæcos, claudos, mutos, aridos, ab spiritu immũdo captiuatos curauit, nõ accipiens ab aliquo, sed sua potestate perfecit. Potestatis & pacis eius nõ erit finis. Quantã pacẽ monstrauit nobis, ut ipsam principalẽ hereditatẽ donaret no C
Ioan. 14.d bis, dicẽs: Pacẽ meã do uobis, pacẽ meã relinquo uobis. Quã pacẽ potuit meliorẽ donare, q̃ ut carnem spirituí subijcere discerem⁹? Quã pacẽ potuit donare, nisi ut ij qui eramus inimici dei, & longe positi, per ipsum reconciliaret nos patri? Quã pacẽ potuit dare, nisi ut ex populo Iudæorũ inimicorũ, & crucifixorum eius applicaret fidei suæ, & gẽtes æquè sociaret sibi, ut faceret utraq̃ unũ, & populũ pacificaret inimicũ sibi, & nobis gratiã donaret confirmatis sibi? Potestatis & pacis eius ergo nõ erit finis, quía hodie cũ patre æ-
Psal. 121.b què operat, usq̃ in finẽ seculi. Sedet super thronũ Dauid quasi homo perfectus rex Iudæorũ. Et uerè rex est hodieq̃ Iudæorũ, id est circũcisorũ, qui spiritu nõ litera, cuius laus non ex hominib. D sed ex deo: in circũcisione cordis, non corporis. Rex est, quía sedet super sedẽ Dauid patris sui, hoc est secũdum carnẽ demonstrante Apostolo, qui dixit, Paulus seruus Christi Iesu, uocatus Apostolus, segregatus in euangeliũ dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ. Sedet super sedẽ patris sui. Quid est, Sedet nisi manet & permanet? Quía quãuis ecclesia cõfiteat esse filiũ dei, dñm nostrũ Iesum Christũ: tñ quía crediť corde ad iustitiam, ore aũt cõfessio fit in salutẽ: etiã ex semine Dauid natũ secundum carnem cõfitetur, hoc est, sedet super sedẽ Dauid patris sui. Semper eũ confiteť ecclesia natũ ex uirgine Maria, crucifixũ sub Pontio Pilato, sepultũ, resurgentẽ, in cœlos ascẽdentẽ. Ergo hoc quod cõfiteť ecclesia quasi sedes Dauid est. Confiteat ergo ecclesia omnia opera eius, ut oẽs sancti eius benedicãt eum. Conseruet rex milites suos, prælíatores suos, ꝓducat ad uictoriã, ad palmã supernæ uocatiõis suæ. Cõfirmet quos iniuriauit, perficiat quos de uetusta uita separauit, coronet quos gubernãdo perduxit. Nõ ergo adhuc pigri in tãti sapiẽtis domo inueniamur, sed quasi exerti & succincti ambulãdo ꝓficiamus in uía uitæ. Et qd accepimus, cõseruemus: ut coronet in nobis deus, nõ merita nostra, sed dona sua, Amẽ.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Esaía propheta, cap. XLII. Cãtate dño canticum nouũ, laus eius in extremis terræ: Homilia

VIta innouata correcta anima spiritu feruẽs, ab omni torpore & praua cogitatiõe separata, semper cantat, ut modo cãtauimus, canticũ nouuum. Nouũ canticũ nõ in lingua tantũ cõstat, sed in incorrupta uita. Cũ em̃ immutatus homo in melius fuerit, cantat canticũ nouũ: cũ uero in uetustate permãserit, cãticũ nouũ in lingua habet, in corde nõ habet. Et ubi nõ est una lingua, & una cõsciẽtia, deprauata dicit uita. Puritatem deus nunq̃ despicit, simplicitatẽ à se non abijcit: de se cogitantẽ semper munerat, sapiẽtia replet, bonitate dilatat, fama conseruat, ad se perducit. Hæc uita uerè est dicenda uita, quæ mortẽ nunq̃ inueniet, ad pœnã nõ accedet. Cãtemus ergo cãticũ nouũ, non lingua tantũ, sed, ut dixi, sancta uita. Laus eius (ita sequitur uersiculus) ab extremis terræ. Vbi nõ prædicat Christus, ubi nõ clamat ueritas, ubi nõ salus cucurrit, ubi nõ populus peculiaris ad eius deum accessit? Deus qui uoluit in omnẽ terrã exire sonũ suũ, & facere præstolatores suos seruos, utẽtes præsenti uita & trãsitoria.
Scit em̃ deus, qui sunt eius: nouit qui in illo confi- 2. Tim. 2.c dunt, qui toto ardore ad deũ accedunt, qui in proposito perseuerãt, qui sanctitati studẽt, qui calcãt delectationes & cupiditates mũdi, qui carnis affectus cõprimunt, qui in omnib. suggestionib. manu cordis repugnant, qui in uiscerib. pietatis semper grauidant: hi tales cultores dei sunt, prædicatores Apostolorũ, imitatores, pedissequi beatitudinis. Laus ergo eius ab extremis terræ. Quę sunt extrema terræ? Possunt & in nobis esse extrema terræ. Extrema terræ est in nobis, quãdo uita nostra finit, & iam terra carnis nostræ non seminatur uerbo, nõ corrigit admonitione, sed quomodo peruenit, ita iudicat: tibi ergo erit laus ab extremis terræ, quía cũ cõsummauerit homo, tunc incipit. Cõsummauit uitã tẽporalẽ, incipit ęternam mereri. Ergo ibi erit laus, ubi extrema terræ, ubi extrema uitæ nostræ. Ibi est ergo laus. Qualis erit illa laus, qualis erit illa lætitia, quãta iucunditas, quãta exultatio? Audite q nõ scitis, gaudete qui scitis, quando dicturus est sanctis, Intrate in gaudiũ dñi uestri. Quãdo habẽt repudiari impij, qui
bus dicturus est: Discedite à me, nõ noui uos: Ite Matt. 15.b in ignẽ æternũ. Ista est ergo salus ab extremis terræ, bene uiuẽtibus. Quia in memoria æterna erit Psal. 111.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustus, ab auditu malo nō timebit. Quod est audi A tūmalū: ut modo dixi, Ite in ignē ęternū. Malū au
ditū auertat ab auríb. sanctis, auertat deus à cul
toríb. suis, illa condonet, quæ promisit. Illā repræ
Matt.25.b sentet, in quā credidimus, ut dicaī nobis pro bea
ta uita in illa beatitudine, Euge serue bone & fi
delis: custodisti cor à cogitatione maligna, quieui
sti ab opere nephario, iam post laborē requiesce
ab operib. intra in gaudiū dñi tui. Præstet deus
iuis, qui hoc audiunt, ut imitētur, ut delectentur,
ut tantū ardorē sancti patiantur. Nullus negligat
uitā, cū potest uiuere in uita. Videte qd cantaui
mus. Canticū nouū cantauimus, à uetustate iam
recessimus. Quem em̄ fructū habuimus tunc, in
quo nunc erubescimus? Nunc aūt liberati à pec
cato, serui aūt factideo, habemus fructū nostrū in B
sanctificatiōe, finē uero uitā æternā. Stipendium
peccati mors. Timete, cōpungímini, corrigite, re
dite præuaricatores ad cor, scitote qm̄ ipse est de
Exec.18.g us. Vacate, & cognoscite. Vacate à malis cogita
tionib. cognoscite, qa nō uult mortē moriētis, tā
Matt.6.d tū ut reuertaī & uiuat. Sufficiat diei malitia sua.
Peccasti, quiesce, ne adíjcias ultrà: & cętero de
precare dñm, ut auertat irā suā à te. Currat popu
lus uocatus, cōuertaī populus in disciplinā, ut sit
1.Pet.2.b unus grex, & unus pastor. Vos aūt genus electū,
regale sacerdotiū, gēs sancta, populus acqsitio
nis. Videte quid estis, uidete quid eritis. Estis mo
do filij ecclesiæ, estis modo membra Christi, estis
modo in agone seculi pugnātes, cū capite uestro
gaudētes: ibi uictores, ibi triūphatores, ibi palmā C
supernæ uocatiōis accipiētes, nullo uictus mune
raī, nullus uictus audet petere retributionē. Nō
habet hic uictus dicere in illa uita æterna, ubi uē
tura est omnis pia anima: Bonū certamen certaui,
cursum cōsumaui, fidē seruaui: de cętero repośita
est mihi corona iustitię, quā reddet mihi dñs in il
la die iustus iudex: nō tantū aūt mihi, sed & oīm
bus q diligūt manifestationē eius. Videte quātus
erat iste, q hoc dicebat, quantū pręsumebat, quā
tū de suis uiríb. nihil sperabat, nihil sentiebat. Nā
q dixit bonū certamē certaui, alibi agnoscēs fra
gilitatē suā qd clamauit? Gratias deo, qui præsti
tit mihi certamē per dñm nostrū Iesum Christū.
Qui dixit, cursum cōsummaui: in alia epistola qd
Rom.9.c dixit, gratiā dei in se agnoscēs? Neq uolētis, neq D
currētis, sed miserētis est dei. Qui dixit, fidē serua
1.Tim.1.c uí: in alio loco epistolæ suæ quid dixit? Misericor
diā consecutus sum, ut fidelis essem. Ecce qūo ex
hortaī perfectos, & reuocat superbos, ne lua su
perbia nō ambulēt in uia arcta & angusta, humi
li & secura, reddēs eliquatos ciues, & mittēs per
fluuium dei, id est per generationem religionis.
Psal.45.a Et iste fluuius quid facit? Fluminis impetus lætí
ficat ciuitatem. Ibi currat omnis, qui non claudi
cat: ibi perseueret omnis qui de eo bene sentit in
bonitate, et cātet canticū nouū, ut perseuerās usq
in finē salu⁹, laus eius sit in extremis terræ. Quan
ta dominus donauit, quanta potuimus, quātum
subministratū est, tāta diximus, & nō tacuimus.
Et nūc currite boni, pij, fideles: nolite negligere
quod estis, ut perueniatis ád illā lætitiā sempiter
nam, quod nondū estis, ut spes uestra repræsen
tet uobis rem uestram. Quę est res uestra? chorus
angelicus, ubi coronatur omnis qui ibi applica
tur. Hic cantate, hic proficite, hic perficimini, ut
ibi exultetis cum salute, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Esaia propheta cap. LXII. (de aduentu domini)
Gaude Sion, ecce rex tuus uenit: Homilia.

QVoniā tempus uenit, ut de aduentu & incarnatiōe dñi loquamur sanctæ cha
ritati uestræ, ideo tacendū non est die
bus his. Hoc agit ecclesia uoce prophe
tica de aduentu eius futuro, inde lectiōes & psal
mi proferunt in aures audientiū. Et quia hos uer
siculos cantauimus, de quibus tractaturi sumus:
intēti ergo estote, ut fundamentū fidei maneat in
uobis. Agebantur à spiritu sancto prophetæ, præ
cones saluatoris nostri, ut cognosceremus domi
nū præsciū esse futurorū, & nihil uetustum apud
ipsum, nec aliquid nouitatis, sed totū sempiternū,
æternitate plenū, nec initiū habens, nec finē: can
tabamus ergo, Gaude Sion. Hoc gaudiū nō est
risus oris, uocis, atq buccarū, sed gaudiū cordis:
de quo gaudio clamabat euangelista, dicens: An Luc.2.b
nuntio uobis gaudiū magnū, quod erit omni po
pulo: quia natus est nobis hodie saluator, qui est
Christus dominus. Hoc gaudiū nō est tēporale,
sed æternū. Quale gaudiū? ut sciret mūdus quod
non nouerat, miracula, signa, & prodigia uirtu
tū: & mortui resurgerēt, cæci uiderēt, claudi am
bularent, muti loquerētur, surdi audirēt, aridi sa
nitatē acciperent, paralytici curarētur: & cætera
miracula, quę longū est enarrare: hoc qđ etiā ipsi
optimè nostis, qui legistis, & in lectionib. diuinis
agnouistis. Gaudiū hoc prædicat omnis ecclesia
cū magna lætitia & exultatione. Nec em̄ & nobis
gaudiū sempiternū non generaī, quoties supera
mus impugnatiōes carnis nostræ. Conueniī hoc
castellū quod dicīr Sion, ut gaudeat. Sion (sicuti
ij, qui eruditissimi fuerunt ante nos exposuerunt
nobis) speculatio dicīr. Quoties oculis cordis spe
culamur domū illam, quæ initiū nō habet, nec fi
nem. Ergo gaudeat Sion, id est mēs nostra, specu
lans futura bona, respuēs à se mala. Subsequitur
uersicul⁹, dicēs: Ecce ueniet habitator in te. Quis
est iste habitator, nisi qui nos habere uoluit, & si
bi congregare peculiarē q populum cōfirmare?
Iste habitator ipse est, de quo alio loco cecinit pro
pheta, dicens: Quoniā deambulabo & inhabita- 2.Cor.6.d
bo in eis, & ero illorū deus, & ipsi mihi erūt popu
lus. Iste habitator cum possederit oīa interiora
nostra, aget oia sancta in nobis, pfecta, irreprehē
sibilia. Iste ergo habitator possideat qs redemit,
perficiat qs inchoauit, perducat, quos de terra
Babylonica eiecit. Ergo iste habitator noster re
quiescit in nobis, glorificatur in medio nostrū, cū Mat.5.b
uiderint homines bona nostra opera, & glorifica
uerint patrē nostrū q est in cœlis. Cuius facti su
mus filij, non pro obsequijs nostris, aut meritis,
non pro bona actione, quam nō fecimus; sed pro
eius

eius misericordia & libertatē accepimus, et in ad- A quia iunior ego sum. Hoc enim per te fieri uolui,
optionem filiorū annumerati sumus. Ergo taliter hoc per te impleri præcepi, ut iunior senes, & ine
glorificatur deus in medio nostri, quando in affe loquens eloquētes obiurges. Te mihi dignū meri
ctu charitatis proficimus, & facimus quæ præce tum, nō ætas cōstituit, Te idoneū sanctitas, non
pit, & persistimus in eis quæ iusit, glorificatur in qualitas sermonis asseruit. Apud me em̄ nō ætas
medio nostri. Subsequitur & dicit, quia dñs misit iunior impediī, aut senior collaudaī: sed actus, &
me ad te. Nunc cognoscimus, quia dñs missus est uita, & morū dignitas cōmendaī. In te, quod amo
ad nos redemptor, uita & salus, pietas & gratuita in alio, nō inuenio. Eloquentes plurimos uideo,
gratia. Et quando nos uidemus è limo terræ erigi sed probos inuenire non possum. Senes innume
ad cœlestia præmia, gaudeat cor credentiū & læ ros cerno, sed degeneres oēs aspicio. Quare te ad
tetur: quærat dominum, ut non mortua, sed sit ui gentes & populos mittā, ut corrigantur praui, di
ua anima nostra. Pro ijs bonis domino quid retri gressi redeant, cōtemptores obaudiāt. Nec aliud
buemus, nisi tantū deposita ceruice, subiecto col poteris uelle, cū uolo: quia propterea dilectus es,
lo pectus tundamus, dicentes quod dixit publica dum efficis quod exopto. Procedit Hieremias ad
Luc.18.c nus, Deus propitius esto mihi peccatori? Qui se B populū, iussa domini cōstanter edicēs. Loquīr ad
proficere scit, non superbiat: qui uero agnoscit se plebem, aggreditur oēs, dei uerba insinuat. Hæc,
nō proficere, sed à bonis deficere, tantū corrigat, inquit, dicit dñs. Quod inuenerūt patres uestri in
& non desperet: quia deus noster & perfectos ui me delictū, quia recesserūt à me? Proh dolor, dñs
det, & imperfectos: Perfectos adducat ad se, & cum cōtemnentibus fabulaī. Vult em̄ inter ipsos
imperfectos corrigat, et faciat perfectos. Quia ita & se, iudiciū celebrari, uult offensionis autorē de
Psal.138.c ei uox prophetica clamitat in quodam sacro psal tegi, uult delicti causam & cōtemptus materiam
mo, dicens: Imperfectū meum uiderunt oculi tui. denudari. Cur me sacrilega mente deseritis? Si uo
Et quia pietate sua perfecit & imperfecta, subse bis unquā contraria intuli, si prospera denegaui,
quitur, dicens: Et in libro oēs scribenī. Exultate si uos in aliquo deserēdo offendi, narrate. Si uero
de tantis muneribus eius, gaudete de tantis bo cuncta præstiti, quæ optatis, nec unq uobis aut
nis eius: non uobis assignetis bona, quę ab eo ac solatia abstuli, aut beneficia denegaui: uos deniq
cepistis, ne perdatis quod habetis: sed scitote quia ipsi, cur bonis mala rependitis? Quare uos in pro
nihil habetis quod non accepistis: & si accepistis, speris læsi? Quare muneribus offendi? Quare be
nolite gloriari quasi nō acceperitis, ut ea quæ ac neficijs desertores exhibui? Cur beneficijs cōtra
cepistis conseruentur in uobis, & quæ minus ha ria irrogatis? Aut nunquid, ut seruiatis, nocendū C
betis de bonis, perficiantur in uobis, Amen. est? Puto em̄ est: aut ut reuertamini, uindicandū est? Puto em̄
melius sponte q̄ coacti seruitis. Melius siquidē il
SERMO DE HIEREMIA PROPHETA læsos benignitas corrigit, q̄ læsos censura cōuer
tit. Melius uos utilia reuocāt, q̄ pœnæ discruciāt.
MAGNVM Hieremiæ sanctissimi meri Melius uos utilia reuocāt, q̄ pœnæ discruciāt.
tum, magnū in eum collatum est diuini Propter uos, Aegyptios presi, Pharaonē deleui,
tus donū. Magnum, inquā, Hieremiæ Amorrhæos extinxi, in terrā uos repromissionis
est meritū, qui ante promereī, q̄ nasciī: induxi. Deos suos gentes nunq deserunt, nunq
ante sanctificatur, q̄ ædatur: ante propheta con immutant, nunquā in alienos cultus transiliunt.
stituitur, q̄ mundi exordio potiaī. Dicuntur eius Quod natio quæq colere instituit, hoc formidat,
merita, & ab eo necdū exercenī officia: dona nar hoc tremit, hoc instanter defendit, hoc uenerāt ac
rantur, nec tamen donorū causæ tractantur: pro suspicit. Perseuerat colere, quod colit: ne mutato
motio dicitur, & necdum promotiōis negotium ritu errasse dicaī, dum quod coluerat, deserit. Ille
Hier.1.b aperitur. Noli, inquit dñs, putare Hieremia, quòd suum defendit errorem, & tu tuā Israel nō ita uen
hodie te prophetā constituo: aut nunc primū, ad dicas ueritatem? Ille perseuerat in falso, & tu nō
istam gentem corrigendā præmitto. Olim enim, perseueras in uero? Ille figmentū uenerāt & colit,
olim mihi probatus ac notus es, olim cōsecratus tu deū auersaris ac despicis? Ille sua castra defen D
ac dignus, olim propheta gentibus institutus. Te dit, tu tantū imperatorem offendis, dum deseris?
mihi apertū te idoneū præsentia ipsa monstrauit: Proh nefas, figmentū nihil præstat, & colīr: deus
tibi propheta dei præsagiū & fiduciā prædicandi cuncta largiī, & à prophano populo declinaī. Si
attribuit. Per te, prophetiæ officia, & meæ dispo tibi Israel, ita quispiā ex ipsis diceret, ego semper
sitionis nuntia, perferri ad illos institui. Te tamen quod colui, colo: quod defendi, defendo: quod ue
nemo deterreat, nemo tibi fortitudinem uanā im nerari instituī nunq destruo: cur tu deseris tua?
mittat. Inter me & ipsos tu eris medius, qui iussa cur exempla non sequeris mea, ut ita tua retinere
perferas, præcepta ostendas, mandata edicas, nec contendas, ut me mea cōspicis retinere? Aut cur
poteris reticescere, quæ loquor: Neq enim silen quē colebas dominū, deseris, cum me figmentū
tio posis adferre salutem. Quid est, inquit, domi nunq deseruisse cōspexeris? Aut quare non po
nator domine? Cur minori mihi tam onerosum teris meo prouocari exēplo, cum tuo ego debue
pondus imponis? Cur ad corrigendum populū, rim prouocari? Quā defensionē salutis poteris ob
ætatem paruulam dirigis? Cur prophetandi mihi tendere, quam uindicationē poteris inuenire, qui
tantā credis prouinciā? Ego em̄, nec ad exequen nec aliena opprimis, nec tua defendis, nec reos
dum idoneus sum, quia ætate premor, sermone redarguis, nec te innocentem ostēdis? reuertere,
impedior, officio terreōr. Noli, inquit dñs, dicere

quæso, reuertere ad dominũ. Reuertere, inquã, A ad deũ: quia præter illũ inuenire non poteris aliũ. Reuertere ad eum, quẽ crudeliter deserebas. Reuertere ad eũ, qui idcirco causam ꝓponit, ut purget: qui idcirco obiurgat, ut saluet: qui idcirco ante præstruit, ne cõdemnet, dicẽdo: Quod inuenerunt patres uestri in me delictũ, quia recesserũt à me? O uenerãda pietas dei, ó detestanda cõtumacia populi. Dicite, inquit dñs, quid peccauerim, quidue deliquerim: cur à uobis cõtemnar ac deseror: cur post beneficia talia nõ agnoscar, nec post innumera dona à uobis uniuersis attendar. Aut meã culpã edicite, aut contẽptus pœnas exoluite, aut me uobis in aliquo defuisse mõstrate, aut uos mihi paruisse ostẽdite. Quid agis homo, quid angeris? Quid respõdere poteris, qui incusaris? Pro B uocaris à deo, q suæ offensæ à te causas exposcit: qui tui contẽptus rationes exquirit: qui te sua beneficia duxisse in irritũ recognoscit. Quia de ipso nõ habes, quod queraris: de te iam iudica, quod mereris. Confitere ergo, cõfitere quod uerũ est: & dñm in suo præstito nõ cessasse, & te indignè ipsũ ac sacrilege cõtempsisse. Cõfessio criminis uenia est cõtemptoris. Citò flectit, ut ignoscat: quia ad hoc improperat, ut nõ defendas. Nõ te deus contemnit, si redeas, etsi tu contempseras, cũ abibas. Non te despicit reuertentẽ, qui aliquãdo horruit desertorẽ: tuos non aspernabit reditus, qui ut redeat, suos demonstrat affectus. Reuertimini, inquit, ad me, & ego reuertar ad uos. Et iterũ: Nolo
Malac. 3.b. mortẽ peccatoris, tantũ reuertat, & uiuat. Cupit C ignoscere, desiderat misereri desertoris: præuenit preces, dũ ipse hortat, ut homo, qui deseruerit, reuertatur. Desertores desertus inuitat, cõtemnentes reuocat. Offensus se reis ingerit, ut ignoscat. Quare ut desertor redeat, contemptori ueniam, & fidei gloriam cœlestis tribuat imperator.

DE TRIBVS PVERIS HOMILIA

TRIVM puerorũ sermo tractabitur, quorũ fides, quali laude intonet gloriæ, salutis flãmæ testant. Ecce in tribus pueris nõ anni faciũt sapientiã, non membra colligũt uires, habẽtes scilicet talẽ in sacrario pectoris fortitudinẽ, quam armatus rex exhorruit, & ignis expauit: quorũ infantiã fidei cõstantia gloriosam decursa libri pagi D
Dan. 3.d nula paucis exponã. Anno octauodecimo Nabuchodonosor fecit imaginẽ auream, altã cubitis sexaginta, & latã cubitis sex, & statuit eã in regione Babylonis.] Singula exponẽda sunt singulis respondẽdo: postea ad fortiora ueniamus. Fecit, inquit, imaginẽ aureã. Qualis deus nouo honore monstret, quẽ abstrusa metalla generarũt? Quid ergo dicemus? Durus fossor sudauit, palluit, laborauit, ne minus fortia cupidus deus membra fusci peret. Alta, inqt, cubitis sexaginta. Hæc uero oĩa ridiculis transigenda. Et stabat in cõspectu imaginis præco fortiter clamãs: Qualis deus, q ut disci possit, publicè preconat, & tanctꝫ nouę religionis indiciũ, aureus postea ponit, quẽ cultũ fore Gentibus monstrat insanus uates, quẽ contremenda

stia peruenire. Per eundẽ dominũ nostrũ Iesum A Christum, qui uiuit & regnat cum deo patre, &c.

DE SANCTA SVSANNA HOMILIA.

DIVINAE lectiões, et sancta oracula dei, quæ insonuerũt auribus uestris, nidũ sa
Psal. 83.a ciant in mentib. nostris. Non uolent, & transeãt: aut sedeant, & descendant. Nã si passer inuenit sibi domũ, aut turtur nidũ, ubi ponat pullos suos: quãto magis passer uerbum dei? Audiuimus de Susanna lectionẽ. Aedificet pudicitia cõiugalis, & tã firmo fundamẽto innitat, murocꝫ uallet, ut & insidiãtes repellat, & falsos testes conuincat. Remãserat casta mulier moritura, nisi adesset, qui uidebat, qđ iudicãtes latebat. Cõscripta sunt uerba eius: O angustiæ mihi sunt undicꝫ, B si em̃ hoc fecero, mors mihi est, si aũt non fecero, non effugiã manus uestras: melio est aũt mihi manus uestras nõ euadere, cꝫ me peccare in cõspectu dei. Contẽnebat quod audiebat, quia timebat eũ, quem nihil latebat. Ait ergo, Angustiæ mihi undicꝫ. Sed expectabat eũ, qui saluã faceret à pusillanimi tẽpestate falsorũ testiũ, tancꝫ uentorũ malorũ. In illis tamen uentis & fluctib. naufragiũ castitas nõ fecit, quia dñs gubernauit: affuit precanti, exaudiuit quã nouerat, nec deseruit, ne morere tur: cui subuenit, ne adulteraret. Excitauit deus spiritũ sanctũ Danielis, adhuc nouelli ætate, sed robusti fide. Et quia erat in eo propheticus spiritus, cõtinuo nequissimorũ seniorũ uidit fallaciã. Sed quod ille intuebat, prouidendum erat quõ cæteris monstraret. Falli, inquit, testes sunt, redite in iudicium. Quid pluribus? Apparuit falsitas, Susanna ergo religiosa mulier, & pudica coniũx erat utiqꝫ quandocꝫ, moritura & ipsa quandocꝫ. Et si tunc esset mortua, pudicitiæ quid obesset, dũ caro conderetur sepulchro & castitas redderetur deo? Putastis enim fratres tancꝫ ad magnũ meritum pertinere, si falsi testes non præualeant super innocentem. Non est magnũ meritum, si nõ præualeat falsum testimoniũ aduersus innocentem, si aduersus dominũ non prꝫualeret. Ipse dñs noster Christus per linguã falsorum testiũ est crucifixus. Sed etiã ipsi quidem falsi testes ad horã prꝫualuerunt, resurrecturo quid nocuerunt? Demonstrauit ergo seruis exemplũ, ne falsos testes perhorre scant: & cum credunt, non timeãt. Possunt enim D facere malam famã: nam non possunt interficere
Dan. 3.c cõscientiã. Liberati sunt tres uiri de camino ignis ardentis, affuit deus eorũ: & in ipsa deambulatione laudes dixerũt deo, affuit deus eorũ. Nunquid defuit deus eorũ? Illi euaserunt, illi mox arserunt, utriꝫ tentati. Hi carne cõsumpti, hi carne illæsi, sed utriꝫ coronati. Qui ergo liberauit Susannã mulierem castam, coniugem fidelem à falso testi-
Matth. 1.c monio seniorũ, ipse liberauit & uirginẽ Mariam à falsa suspicione. Inuẽta est ergo & uirgo illa prægnans, ad quam uir nõ accesserat: uterus quidem fœtu tumuerat, sed uirginalis integritas mãserat. Seminatorem fidei fide conceperat, dominum in suum corpus assumpserat, nõ eius corpus uiolari permiserat. Meritò tamen tancꝫ homini uenit in suspicionẽ. Aliunde esse credebat, quod de se non esse sciebat, & ipsum aliũ de adulterio suspicabat. Quare dignus fuit ab angelo corrigi, quia nonnulla erat maleuola suspicio. Maleuolæ suspitiones sunt calumniantiũ, beneuolę suspitiones sunt gubernantiũ. Licuit cuiquam de filio male suspicari, sed filio nõ licet calumniari. Vticꝫ suspicaris malum, sed optas inuenire bonũ. Qui beneuole suspicatur, uinci cupit. Tunc enim bene lætatur, quando falsum inuentum fuerit quod male suspicabat. Talis erat Ioseph circa coniugem suam, cui corpore non erat mixtus, sed tamen fide iam fuerat copulatus. Venit ergo & uirgo in falsam suspitionẽ: sed sicut pro Susanna affuit in Daniele spiritus, sic pro Maria domini fuit angelus. Ad Ioseph inquit angelus: Noli timere accipere Mariã B coniugem tuã: quod enim de illa natum fuerit, de spiritu sancto est. Gaudebant paulo ante coniugatæ ad Susannã, gaudent uirgines ad Mariam, utræꝫ teneant charitatem: illæ coniugalem, istæ uirginalem: utraꝫ em̃ castitas habet apud dominum meritũ. Ergo unusquisꝫ fratres mei pro dono quod accepit, certet in hoc seculo, ut uincat in futuro, per Christum, &c.

DE IONA PROPHETA HOMILIA.

FACTVM est uerbũ domini ad Ionam, Ionæ 1.a dicens: Surge & uade in Niniuem ciuitatem magnam.] Statim Prophetã de uocabulo ciuitatis hortatur: & urbem laudando, prædicit futurã ueniã. Nã ipsius prædi
C cationis hoc uerba significant. Adhuc triduũ est, inquit, & Niniue subuertetur. Cur futura prædicit, atcꝫ denuntiat, nisi ut prædicta nõ faciat? Ideo & gehennam minatur, ut gehennam nõ inferat. Terreant & nos, inquam, uerba prolata: rerũ nõ contristet austeritas. Sed cur plagæ dilationẽ tam breui tempore coarctauit, nisi ut uirtutem animi gentium barbararum possis addiscere, Niniuitarum scilicet, qui triduani tẽporis angustijs imminentia ualuerũt mitigare supplicia. Et ut dei misericordiam admireris, qui ad pœnitentiam breuis temporis exoratus, multorũ laxauit ueniã peccatorum: sed & tibi beneficiũ benignitatis ostendit: & licet ingenti peccatorum mole suppresso, lenitatem remedio pœnitentiæ pollicetur. Nam si cut is cui tardus atcꝫ tepidus animus est, etiamsi multi temporis curricula ad sui pœnitentiam mereatur, nihil firmum atcꝫ robustum poterit promereri, nec deum facilè ad misericordiam commouebit, proprijs desiderijs occupatus: Sic uigilãs atcꝫ sollicitus, etiam spaciꝫ dilatione suppositi, in ipsis temporis angustijs cõstitutus, auxiliũ facilè diuinæ benignitatis agnoscit, & ingẽti sarcina liberatus exultat. Et ut ad plenius addiscas, peruide ꝓ Matth. 26.g Petrus eum tertio denegauit: tertio & cum iureiurando ad uilissimę puellę uerba formidauit, & ad pœnitentiã suã nõ multorũ spatia postulauit annorum, sed ipsa nocte qua cecidit, ipsa quoꝫ surrexit: ipsa nocte, qua meruit plagã, meruit & medelã: ipsa nocte qua uulnus sensit, sensit & remediũ sanitatis: & planctus illi subsidiũ fuit. Nã flẽs,

Universidad de Bibliotecas

inquit, & lachrymans: & non solũ lachrymãs, sed
Luc. 22.g cum omni affectione. Et ideo Euãgelista nõ eum
simpliciter, sed cum omni dolore fleuisse testatur.
Et illarũ lachrymarũ quantum meritũ fuerit, nul-
lus poterit uerbo explicare: sed rerũ demonstrat
euentus, Post lapsum eñ illius denegationis, cui
nullum malum poterit cõpararí, priori eum reddi
dit ecclesiæ, & totius orbis ecclesiæ sollicitudinẽ
curamq; cõmisit: & quod plus est, ultra oẽs apo-
stolos erga dominũ, eum ostendit habere charita
Ioan. 21.c tem. Petro nanq; ait, Amas me? Quid hoc uerbo
glorioſius? Sed ne dicas, quòd Niniuitis tanquã
Barbaris & à cõmuni sensu extraneis ueniã de-
dit: seruus, nanq; dictũ est, qui nescit uoluntatem
domini sui, & non facit: plagis uapulabit paucis.
Et ne hoc dicas, ideo tibi et beati Petri testimoniũ B
protuli, seruí qui nouerat domini uoluntatẽ. Sed
& iste post tam grande peccatũ, post tãti criminis
reatũ: uide ad quantã excellentiã culminis eleuet.
Idcirco nec te terreat tuorũ conscientia pecatorũ,
cum pœnitentia deleant. Tunc enim grauius cri
men peccatũ est, cum in peccato duratur. Hoc &
2. Cor. 12.g Paulus deflet, hoc ingemiscit, hoc luctum meritò
nuncupat: ne fortè, ait, ueniẽs ad uos humiliet me
deus, & lugeã multos non peccantiũ simpliciter,
sed non pœnitentiũ in turpitudine & in immun-
ditia, quam gesserũt. Ad uerã igitur pœnitentiam
quid aliud, nisi ieiuniũ necessarium est? Sed ad hi-
Ionæ 1. d storiam redeamus. Postq; audisset propheta hæc
uerba, descẽdit in Ioppen, ut fugeret in Tharsis à
facie dñi. Quò fugis propheta? Nõ audisti, quod C
Psal. 138.b Dauid ait, Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie
tua fugiã? in terrã? Sed dñi est terra, & plenitudo
eius. Ad inferos? Et ibi uirtus tua non deerit. Ad
cœlum? Ibi quoq; te esse cognosco. Et in mare? Et
eò tendit dextera tua. Hoc & circa istum factum
est, qui potestatem dñi posse se declinare arbitra-
tus est. Nam sicut ij, quos nimia ebrietate confu-
sos ad præcipitiũ casus aliquis attulerit, cæca qua
dam caligine deseruntẽ, nec pedis tentatione suo
gressui prospiciunt, potus nimietate turbati: sic
& ij, qui peccatorũ mole opprimuntẽ, improuisa
cupiditate, propria præcipitantẽ insania. Nunquid
à dño fugis Iona, & eius iussa quadã putas tergi-
uersatione posse contemni? Ipsis fluctibus pote-
ris edoceri. Quum enim nauem fuit ingressus, tur D
bantur maria, fluctus eleuantẽ, & profundi pelagi
arena monstratur. Et sicut fidele mancipium cum
seruum fuga lapsum nonnullis etiã cõmuni domi
no preciosis ablatis, omni animositate cõtra eius
retentores insistit, nec antè derelinquit, nisi eum
præsentauerit dño: sic & mare conseruũ agnitum
nõ alieno patrocinio, nullius postulato subsidio,
sed propria uirtute cõmotum, ut sibi redderetur,
exposcit. Sed nautæ nondũ agnita causa naufra-
gij, nauem aliquantarũ rerũ iactatione subleuari
arbitrabantur: & nihilominus nauigiũ turbabat.
Apud se enim periculi sarcinã retinebant, & ma-
gis magisq; prophetæ corpore grauabantur: non
corporis magnitudine, sed peccati. Nihil eñ gra-
ue æque & onerosum inuenies, q̃ peccatum. Et
ideo Zacharias plumbo peccatũ figurauit: & Da Zach. 5.c
uid naturã eius describens, ait: Iniquitates meæ Psal. 37.a
superauerunt caput meũ, sicut onus graue grauatæ
sunt super me. Christus aũt ad eos qui in pecca
tis uixerunt, dicit: Venite ad me, qui laboratis & Matth. 11.d
onerati estis: & ego requiem dabo uobis. Pecca-
tum naufragiũ præparabat, & Ionas somno pre-
mebatur: sed sopor ille tristitiæ fuit, non requies.
Nam idonea benignaq; mancipia culpã suam nõ
tardè cognoscũt. Hoc & propheta sustinuit. Ad-
misso peccato crimen peccati cognouit: quia hu-
iusmodi natura peccati est, post partũ dolores in-
cutit, & natũ plus afficit mentem, unde prolatum
est. Igitur nauta proximat ad Ionam, & ait: Surge
& deprecare dominũ tuum. Sciebat iam non na-
turam suam exercere elementũ, sed diuino motu
uniuersa turbari, & artem nauticã tantis procellis
resistere nulla posse uirtute, nec gubernatoris ma
nus undiq; circumuallantibus fluctibus reluctari
posse credebat. Maior eñ gubernator necessari-
us fuit, scilicet qui cuncta gubernare cõsueuit: &
aliud nihil nisi cœleste flagitabatẽ auxiliũ. Ideo &
illi contẽptis remis uelisq; depositis, & omne nau
ticum subsidiũ abdicãtes: manus tendebãt ad cœ
lum, dei misericordiã postulantes. Sed cũ se in ea-
dem desperatione nihilominus aduiderent: rerũ
& tempestatis causam sorte uoluerũt cognoscere.
Quo facto, Propheta prodiit sorte: & nautæ ut in
summa tranquillitate positi, ut serenis flatibus na
uigantes nõ illico eũ præcipitare festinãt: sed ha-
bita cõmunione colloquij, seruantes uelut iudicij
disciplinã cum omni diligẽtia maturas interroga
tiones proferebant, & responsa poscebãt, tanq; &
ipsi prolatæ sententiæ maiori cognitori daturi re-
sponsum. Audi nanq; eos interrogãtes, audi iudi
ciariã quæstionem. Vnde tibi professio? quò festi
nas? de qua gente? De qua plebe, pductus es? Ac-
cusant maria fluctibus inquieta, sortis attestatẽ in-
certũ, reus omnib. declaratẽ: & tamen illi cogito-
rum ordinẽ imitantes, qui nõ ante sententiã pro-
ferunt, nisi testiũ uerba ipsius rei fuerint cõfessio
ne firmata: ita & ij dissimulata inquietudine pro-
cellarũ, & ignauia suæ naturę deposita, seruant iu
diciariã disciplinã, & sententiã proferunt cõmuni
consensu. Et hæc oĩa diuina prouidẽtia gerebant,
ut Propheta pius & mansuetus existeret: & ita eũ
deus rerũ corrigebat documentis, tanq; si ad ipsũ
clamitaret, & diceret: Humanitatẽ imitare nauta
rum: qui ne unius quidẽ animæ salutẽ despiciũt,
nec unius corporis curã prætereũt. Quantũ autẽ
ad tuã solicitudinẽ pertinet, uniuersa ciuitas infi-
nitis hominibus ampliata morti donata est. Et isti
quidẽ calamitatis suę reũ sorte monstratũ, nõ pas-
sim præcipitare uoluerũt: tu aũt Niniuitas prodi-
disti, quorum nulla fueras læsione laceratus. Et tu
quidẽ mea præceptiõe contẽpta, tantã plebẽ præ
dicatiõe sanare noluisti: isti aũt nullo iubẽte cona
tibus omnibus elaborãt, à mortis te sententia libe
rare. Nã accusante mari, attestante sorte, ipso etiã
confitente, & suæ fugæ tergiuersationẽ non dene
gante, miranda lenitate, Prophetæ morti parce-
re cogita-

re cogitabant, & ad incõmodũ suũ gurgitib. eũ A
nõ dare tentabant. Sed nõ patiebant maria, imò
dei prouisione gerebaẽ, ut & nautæ ei parcere co
gitarent, & belua cõsumere formidaret. Nam eo
dicente: Tollite me, & in mare præcipitate, & tẽ-
Ionæ 1.c pestas à uobis temperabiẽ, Littus magnopere po
stulabãt, sed fluctibus ire prohibebãtur ad terrã.
Et tu si uidisti prophetam fugientẽ, audi eum &
de uentre beluæ cõfitentem. Nã illud, ut homo,
pertulit: hoc, ut propheta, mõstrauit. Igitur susce
ptum eum mare, custodiæ uentris beluæ cõmen-
dauit, fugacẽ dño seruaturũ, & nec fluctib. læsus
nec rapaci morsu consumptus est, sed beluæ atq;
elementi natura mutata, Propheta reddiẽ ciuita-
ti. Ingressũ iraq; urbẽ, ut imperiale præceptũ, quo
contextũ suppliciũ cõtinet, ingenti uoce domini B
cam sententiã prædicabat. Adhuc triduũ, inquit,
& Niniue subuertetur. His auditis Niniuitæ au-
ditum nulli contemptui manciparunt, sed uerba
prolata suis cordib. intimarunt. Et statim uiri atq;
fœminæ, serui & dñi, senes & iuuenes, iudices &
ministri, graues & pueri, uno cõcursu, una mẽte,
una lamentatione, ad auxiliũ ieiunij cõuolarunt:
sed & ipsa animalia huius ministerij tenebanẽ ob
sequio. Vbiq; saccus, ubiq; cinis, ubiq; lachrymæ,
ubiq; gemitus. Nã & ipse, qui tenebat imperij po
testatẽ, excelsa sede derelicta, regali põpa renun-
tiata, indutus cilicio, capiti cinerẽ imposuit: & sic
ualuit ciuitas liberari. Et res totius admirationis
gerebaẽ, cilicio purpurę cedebat ambitio, & cinis C
diadematis obruebat ornatũ. Videtis, q̃ non ina
niter proclamabat, ebrietatẽ declinandã, non ie-
iunium formidandum? Nam ebrietas & luxuria
stantẽ euerterunt ciuitatẽ: cõmotã, ieiunium soli-
dauit. Cũ ieiunio Daniel in lacũ leonũ ingressus
est, & eorũ tantam mansuetudinẽ sensit, ut simpli
citatẽ ouium arbitraretur. Nam bestię in illa feralis
Dan. 6. 14 ardoris rabie, furoris sui natura lenita, oblato sibi
cibo parcebant: & aliquanto tẽpore fame defe-
ctæ, præparatã satietatis copiã respuerũt. Nã die-
bus septem eis fuerat cibus denegatus, ut in ipso
oblationis aspectu prophetæ carnibus auida cu-
piditate inhærẽtes, cõsumpto se corpore satiarẽt.
Cum ieiunio & tres pueri Babyloniũ fornacẽ in
gressi sunt, & ingenti flãma spatio aliquanti tẽpo
ris erogato, intacti egressi sunt, & eorũ corpora D
ignis lumine splẽdidius micuerũt. Quid igit est?
Nempe si hæc flãma erat, mõstrabit flãmæ natu-
ram: & illa, si corpora erant, subiacebant corpo-
ris passioni. Sed hanc admirabilẽ quæstionẽ nul-
lus poterit, nisi ipsum ieiunium, explanare. Quæ
stio enim ardua est. Humana corpora cum igne
pugnabant, & uictoria corporũ monstrabaẽ. Vi-
disti admirabilẽ pugnã, uidisti admirabilẽ uictori
am. Mirare igitur ieiuniũ, et illud cũ omni auidita
te tuis amplexibus festina suscipere. Quando eñ
& in flãma prodest, & in lacu leonũ iubuenit, &
spiritus propulsat immundos, & diuinã sententiã
mitigare nouit, & ad libertatẽ reuocare cõsueuit:
quis huius insaniæ reperitur, qui uelit ieiunij tan
torum bonorũ materiã declinare? Sed dicis: Cor
poribus exinde generaẽ infirmitas. Sed quãtum
exterior conteriẽ, tantũ interior renouaẽ de die in
diem. Imò si diligenter scrutarí uolueris, inuenies
ieiunio corpora ualidius roborari. Et si meum ser
monẽ respuis, medicorũ te doceat disciplina, qui
parcitatẽ, salutis nominant matrẽ. Nam pedũ do
lores, capitis uertiginẽ, subitaneas mortes & cęte
ra, quibus febris atq; languores corporis compa
rantur, ex luxurijs atq; uoluptatibus aiunt gene-
rari, & tanquã de fonte noxio riuos ad corporũ
læsionẽ, & ad animarũ perturbationẽ cõmeare te
stantur. Nõ igitur ieiuniũ timeamus, & ideo uos
frequenter admoneo ad ieiuniũ, ueluti mitigatio
nem, ne multo nos uino & luxuria saginemus. Et
ideo deprecor ne ieiunij meritum delitiosis uolu-
ptatibus præoccupariũ, non mereaẽ effectũ. Nam
sicut ij, qui medicinali remedio potari disponunt,
si non fuerint diligenti abstinentia præparati, fru
ctum remedij sentire nõ possunt: ita & ij qui post
crapulam ad ieiuniũ ueniunt, remediũ non agno
scunt. Et ideo sobrio animo ad ieiunium cõfugia
mus, ut misericordiã consequamur, gratia domi-
ni nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria & ho-
nor, unà cum spiritu sancto, & nunc, &c.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Zach. 6.d
Zacharia propheta cap. v 1. (de præparatiõe ad-
uentus domini) Ecce uir, Oriens nomen eius,
sub umbra eius orietur sol: ipse ueniet ad saluan-
dum populũ suum: Homilia.

NObilis genere atq; ditatus spiritu Za-
charias, inebriatus nõ uino erroris, sed
uerbo ueritatis futura dicebat: præsen-
tia nõ tacebat, præterita nõ ignorabat:
quia locuples spiritus totũ demõstrabat, qui pro-
pria dona singulis impartiẽ, sicut modo hos uersi
culos ex cõrexione prophetiæ eius una modula-
tione cecinimus, dicẽtes: Oriens de Oriente. O-
riens uenit, ut sibi adoratores in spiritu & uerita-
te cõfirmaret. Iste ergo Oriens nomẽ eius. Quan
quàm non fuit sine nomine, & nõ qualicunq; no
mine, sed illud nomẽ quod est super oñe nomẽ,
ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ,
terrestriũ, & infernorũ: & omnis ligua cõfiteatur,
quia dñs Iesus Christ⁹ in gloria est dei patris. Ori Philip. 2.b
ens ergo nomen eius. Magnũ beneficiũ, singula-
re donum, sequestratũ munus, ut donareẽ nobis
unde beneficium obueniſſet nobis. Quale nomẽ
Oriens? Delectabile, dulce, suaue. Hoc semper
appetamus, ut conuersi ab Occidente intenti ad
Orientẽ agnoscamus deũ omnipotentem, Subse
quitur uersiculus, dicẽs, Sub umbra eius orietur
sol. Et uere sub umbra eius orta est claritas diuini
tatis eius, qui in sole posuit tabernaculum suum.
Quia lux uenit in mundũ, radiauit mentibus no-
stris obscuris, declarata sũt tetra, manifestata sunt
occulta, tenebrosa aperta, ut lux orireẽ nobis: qa Esa. 9.d
qui sedebamus in tenebris & umbra mortis, lux
orta est nobis. Sol istẽ nõ est nubilosus, nec obte-
ctus, nõ ascendens & descendens: sed ille sol iusti
tiæ, qui totũ cardinẽ mundi aduentu suo splendi
ficauit: quid aliud egit, nisi ut patri & sibi laceret

popu

populum peculiarẽ, dato pignore ſpiritus ſancti, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, ut ad inſtar hæreditatis illius, & odoris, nõ aromatici, ſed pietatis: nõ tranſitorij, ſed æterni, perduceret nos ad thuribulũ illud, quò Eſaias perductus eſt prophetã: Vnde carbonem in labijs accepit, ut à uaniloquijs, ab otioſis ſermonibus ſeparatus, de forcipe tacta labia carbone ignito immutareť ex carnali intellectu in ſpiritualẽ ſenſum. Et qui loquebatur ex humano ſenſu, inciperet ex dono loqui diuino, ut clamaret & diceret, Ecce uirgo in utero cõcipiet & pariet filiũ, & uocabis nomẽ eius Emanuel, quod eſt interpretatũ, nobiſcũ deus. Aequè dicebat, Vidimus eum non habentẽ ſpeciẽ, neq; decorem. Illic natiuitatẽ demonſtrabat, ubi dicebat, Ecce uirgo in utero concipiet: & hic paſſionem ubi dicebat, Vidimus eum nõ habentẽ ſpeciem, neq; decorẽ. Vnus atq; idẽ ſpiritus agebat omnes uates, qui uaticinio non tacebant aduentum eius. Dicit Zacharias: Ecce uir oriẽs nomen eius, ſub umbra eius oriet ſol, ipſe ueniet ad ſaluandum populũ ſuũ. Dicit Eſaias: Ecce uirgo in utero cõcipiet, & pariet filiũ. Vterq; unum dixerunt, quia de unico locuti ſunt. Ergo ſubiũxit ſanctus, ſuprà memoratus Zacharias, dicẽs: Ipſe ueniet ad ſaluandũ populum ſuũ, cum ſciamus eum iam uenijſſe. Tamẽ cum dicitur, cum in memoria recolitur, quaſi præſens uideť. Infirmus emi cum loquiť de medico, ſanitatẽ ſperat. Cum dicitur ei: Ecce ueniet archiater, renouať, innouať, ad ſpem reducit ſalutis. Ecce uenit totũ. Ecce aliquando ueniet. Et quandiu adhuc negligitis deſidioſe in ordinateq; animas ueſtras? Ecce ueniet, præpara te locum quò ueniat. Dicite cum propheta: Si dedero ſomnũ oculis meis, aut palpebris meis dormitationẽ, & requiem tẽporibus meis. Quandiu ſancte Dauid, quandiu non dormis, quandiu requiem temporib. tuis non das? Si enim non dormieris, ſenſu immutato aliud loqueris. Dic ergo nobis, quandiu nõ dormis? Donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Sed primitus tollam omnia impedimenta mentis meæ. O tabernacula ſancta, ó ſtabulum hoſpitale, ó altiſſimus mente: quali cõſcientia præparas ex tanto talis locum domino, tabernaculum deo Iacob: & inuenis ei locum, quẽ totus nõ capit mundus? & ſi apud te erit, alibi non erit: ſi totũ habebis, alij eum nõ habebunt? ſi ad te ueniet de ſecreto cœli, abſens erit à patre? Quid? Quia et ibi apud te eſt, quia eructas uerbum bonum, & dicis opera tua regi. Quia bonus homo de theſauro cordis ſui profert bona. Apud te erit, & à ſingulis non recedet, & in ſede ſua permanebit. Parate ergo locum domino, ſuſpendite uela orationis: aperite ianuas cordis, triclinium animæ ſit ſplendidum odoribus: Quia Chriſti bonus odor eſtis uos. Sed ſit uobis odor uitæ in uitam, orate pro eis, quibus eſt odor mortis in mortem. Sed ad hæc quis idoneus? Nullus de ſe præſumat: ueniat ſaluifactor, diſcumbat in corde eccleſiæ ſuæ, quia fuit unus diſcipulus, in cuius pectu diſcumbebat Ieſus.

Eſa. 7.c

Zach. 6.d

Pſal. 131.a

Matth. 12.c

A Nunquid acceptor eſt perſonarũ, ut in uniꝰ pectus diſcũberet ſaluator mundi? An forte pectus Ioannis agnoſcit uirginitas, caſtitas: quia qui caſtum habet cor, ibi diſcumbit Chriſtus. Nec enim ſola caſtitas corporis ſufficit ad integritatem cordis. Conſiderate inſulſas quinq; uirgines. Virgines enim erant, ſed caſtum cor non habebant. Caſtitas diſcordiæ non conuenit, ebrietati, impudicitiæ, iracundiæ, malitiæ, adulationi, ſubdolæ menti, laudibus humanis inhærenti, uoluptatibus inſiſtenti, cupiditati, auaritiæ, diſſenſioni, zelo, liuori, inuidiæ, contentioni, his uitijs non coniungitur caſtitas. Quę enim ſocietas luci cum tenebris, quæ pars fidelis cum infideli? Separate filios ancillæ, remaneat filij liberæ, charitas, pax,

B gaudiũ, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, ut ſitis hæredes & cõparticipes uirginibus illis, quæ lãpadibus ſplendidis oleo ſapiẽtiæ plenis, flãmante ſpiritu ſeruentes meruerunt ingredi in aulam regiam, in thalamum ſponſi. Eia fratres, uidete quis uenit & ſaluos facit, qui aperuit oculos cæci nati, qui claudum fecit ambulare ſicut ceruum, qui planam fecit linguam mutorũ. Tantum medicum nullus neglígat, ne remaneat infirmus, Ideo per circulum anni iſte dies agitur, ut mentes Chriſtianorum immutentur. Quando paterfamiliãs habet natale, tũc ſerui ſibi relaxari ſentiunt largitatem, ſperant patroni ſui in honore natalis, mutatis ueſtibus officio ſuo præparati ſunt, ut nitor ueſtimẽtorum impertiatur illis præ

C mium. Et nũc quum auditis: Ecce uenit, expoliate uos ueterẽ hominẽ cum actibus ſuis, & induite nouũ: ut ueſte in nouitate uitæ ueſtræ induta, ad natale eius occurratis nitidi, ſplendidi, puri, immaculati, ut relaxentur anguſtiæ ueſtræ, & dicatis illã ſingularem laudem: ἅγιος ἅγιος ἅγιος, ſine ceſſatione domino deo noſtro, Amen.

Ioan. 13.c

Matth. 25.a

2. Cor. 6.e

DE NATIVITATE SEPTEM MACHABAEORVM HOMILIA.

QVam ſpecioſa, & grata ciuitas nobis enituit, & totius anni diebus ſplẽdidior dies hodierna præfulget, nõ de uſitatis ſolis radijs illuminata præclarius, ſed de lumine martyrũ, ſupra coruſcũ fulgoris micantẽ illuſtrata ſublimius. Multis etemi ſolib. illuſtrio

D res ſunt martyres, & magnis luminaribus clariores. Propterea hodie ſi dici poteſt, cœlo ipſo ornatior terra lætať. Sed in hac cõparatione nõ attendas cinerẽ ſanctorũ corporũ, nec fauillã reliquiarum carnis, omniaq; oſſa conſumpta tẽporibus, ſed aperi oculos fidei, & uide eos diuina uirtute, & gratia ſpũs ſãcti amictos, & diuini luminis claritate radiãtes. Hi ergo ipſi de ſuperno Solis circulo in terrã radij Chriſto emittẽte iaciunť, & à corporib. eorũ profiliẽtes coruſca luce fulgoris, ſicut ſpeciẽ eccleſiæ gaudentis illuſtrant, ita faciem diaboli inuidentis obcæcãt. Nam ut audaces latronũ duces, ſiue impij ſepulchrorũ effoſſores, ſi fortè dum prędas agũt, aut ſpolia capienda conquirunt, in arma, uel ornamenta imperatoris incurrerint, quamlibet cupidi prædarum: tamẽ ita agnitis

agnitis regis inſignib⁹, deterrenť, ut fugiãt, neq; A cominus accedere, uel attingere audeãt. Vnde ſibi nõ cõpendiũ procedere, ſed periculũ prouidẽt imminere, ſi quid inde audeãt uſurpare: Ita profecto & dæmones, qui uere latronũ & principes, et magiſtri ſũt, ubi coronatorũ martyrũ corpora uiderint poſita, lõge illico à cõſpectu eorũ pauidi fugiũt, & abſiliũt. Non emi ad naturã eorũ intẽdũt, ſed in arcanã dignitatẽ, & gloriã Chriſti, qui in agone certantiũ induta corpora martyrũ ſuorũ, ſicut arma portauit. huiuſmodi enim armis nõ angelus, nõ archãgelus, nõ ulla alia creaturæ uirtus induta eſt, ſed ipſe dñs uirtutũ, & angelorũ, ſicut Paulus clamat, dicẽs: Si experimẽtũ quęritis, prę

B liantis in me Chriſti. Pretioſa ſunt enim corpora martyrũ: qm̃ plagas pro dño ſuſceperũt. Et quia ſtigmata propter Chriſtũ mẽbris ſuis impreſſa ferunt, & ſicut corona regalis undiq; decorata fulgores uarios emittit: ita ſanctorũ martyrũ corpora, ſicut pretioſis lapidibus acceptis pro Chriſto uulneribus diſtincta, omni regũ diademate pretioſiora, & ſpectabilia reddunt. & illi quidẽ ſecularium ſpectaculorũ præſides, ſiue arbitri, quos Græci agonothetas uocãt, proponẽtes certamina, magnũ muneris ambitũ eſſe exiſtimãt quãdo iuuenes, & robuſtos luctatores in ſtadiũ introduxerint, unde prima oſtentatione miraculũ ſpectatoribus præbeant ſtudio. Hoc uero ſpirituali in agone nõ ita eſt, ſed omnia è cõtrario. Agonẽ emi proponens Chriſtus, nõ talem, qualẽ illi terreni agonothetæ, ſed horribilẽ, & plenũ timoris. Non emi hoim cõtra hoies luctamen, ſed hoim aduerſus dæmones pugna eſt. Tale ergo certamẽ nobis proponẽs Chriſtus, nõ iuuenes exercitatos ad luctamina athletas, ſed primæuos adoleſcentulos, & cũ ipſis ſenẽ Eleazarũ, ſimulq; mulierẽ anum matrẽ ſeptẽ adoleſcentiũ uult conſiderare. Quid hoc noui eſt? quid paras? inutilẽ et adhuc enerã in bellũ, in harenã uel prælių ducis ætatẽ? quis enim ante hãc diẽ uidit, uel audiuit mulierẽ in ultima ſenectute poſitã dimicaſſe, & terribilẽ mort s adiſſe cõflictũ? Nemo huiuſmodi factũ audiuit unq;. Sed ego, inquit, admirabile hoc, & nouum, quod neq; auditu aliquãdo perceptũ eſt, ipſis operibus demonſtrabo. Non enim talis agonotheta ego ſum, ut certaminis exitum in aliqua certantium uirtute conſtituam, ſed ipſe aſsiſto luctantibus, & auxiliũ prębeo, & manum præbeo athletis meis. Et quod ex propri arbitri libertate ſuſcipiunt, de bonæ uoluntatis affectu, ut pro legibus meis, & nomine meo dimicent, id in uictoriã

D ipſis procedere, mei eſt auxilij. Ergo cum uideris mulierẽ annis cõfectam, ſenio tremulã, baculo in digentẽ induci, & cõgreſſam prælio paſsiõis diſſoluere crudelẽ tyrãni furẽtis inſaniã, et de corporeis uirtutibus triumphantẽ, & diabolo prędalentem, & facile uires illius concidentẽ cũ poteſtate maiore, admirare diuini agonothetę gratiã, obſtupeſce ad intuendã Chriſti uirtutẽ, cuius athletæ nõ corporis robore ſed fidei uirtute luctanť. Infirma eorũ natura, uel uetus eſt, ſed quæ eos unxit gratia, potẽs eſt. Reſoluta ſunt corpora ſenectute, ſed ſolidatæ ſunt mẽtes deſiderio pietatis. Nõ eſt ſẽſibilis hæc pugna, neq; ſenſibile certamen. Noli ergo iſtos athletas extrinſecꝰ cõſiderare, ſed ingredere ſenſu rationabili ad interiorẽ eorũ habitudinẽ: cõſpice fidei eorum fortitudinẽ, ut intelligas, qm̃ qui cõtra dæmones pugnat, non robore corporali, neq; ualida compage mẽbrorum indiget, nec de ætate iuuenili fiduciã ſumit: ſed & ſi tener adhuc aduleſcẽtulus in flore primęuo agit, & ſi ſenex ad extremas ætatis ſuæ metas peruenerit, animã uero fortẽ habeat, & corroboratã fidẽ, nihil de ætate, uel immodica, uel extrema ab effectu certaminis impediť. Et quid dico ſenẽ & iuuenem, quãdo etiã mulieres expeditę ad hæc prę

C lia cucurrerunt, & illuſtres coronas adeptæ ſunt? Nã illi extranei nobis, id eſt, mũdani agões, et ętatis, & formę, & generis dignitatẽ requirũt. Vnde & ſeruis, & mulieribus, & ſenibus, & pueris ad eos aditꝰ denegať: iſthic uero apd nos omi pſonę omiq; ætati & utriq; ſexui indiſcreta facultate ſtadium patet, & agonis adeũdi cõmune ius, & una libertas eſt, ut prõpta omnib. ſine inuidia bonitate ineffabilẽ ſaluatoris noſtri uirtutẽ cognoſcas, & Apoſtolicũ ſermonẽ opere confirmari uideas: Quia uirtus in infirmitate perficitur. Quando emi pueri, & ſenes ſupra naturã ualẽt, & internis uiribus modos ætatis extendunt, euidenter operantis in ipſis gratia manifeſtatur: & ut plenius appareat, quia infirmitas athletarũ noſtrorum, quæ in exteriori eſt, clariores faciat eſſe uictores, & ſenẽ, & pueros relinquentes, infirmiorem ipſis producamus in medium mulierem, illam anum, & ſeptem puerorum matrem. Nam labores partuum nõ uel modice huic certamini impedimẽto ſunt. Quid ergo eius prius aut poti⁹ mirabimur? quod ex natura infirmũ, aut quod de ætate habuit prælijs inutile, & immaturum, aut neceſſarię cõpaſſionis affectũ? Mater enim erat, unde facile eam potuiſſet in tormentis uiſcerum ſuorum uincere materna pietas, niſi diuinæ pietatis altior uirtus uirili fide anile pectus armaret. Magna etenim hæc impedimenta ſunt ad eum curſum, cuius intentio ſumma indiget patientia. Ego uero & aliud his maius habeo dicere, quò & uirilem mu-

D lieris fortitudinẽ, & callidam diaboli uerſutiã conſideretis. Quid aũt hoc eſt, diligenter inſpicere debetis. Immundi dæmonis maligna callidꝰitas non primam eam traxit in agonẽ, ſed poſt filios eam duxit in prælių. Qua cauſa hoc? Ob hoc utiq;, ut præueniẽtibus in cõſpectu eius ſeptẽ filiorũ ſupplicijs, deijceret ſenſum eius: cũ uirtutẽ mentis in matre fregiſſet, uaria crudelitate propoſitis ei ſpectaculis orbitatis ſuæ, cũ iam eneruatã, & cõſumptam maternis doloribus facile uinceret, & in ruinam mẽtis impelleret. Ne ergo hoc cõſideres, q illata ſibi tormẽta tolerabant: ſed illud magis cõtemplare, q mater per ſingulos eorũ duriores ſuſtinebat dolores. Et hoc quod dicitur bene norunt, quæcunq; pariẽdi dolores expertæ ſunt mulieres, & mattes factæ ſunt. Nam ſæpe & mater, ſi

uideat

uideat filiũ suũ febribus æstuare, ita perturbaꝛ, ut ardores illius in sua cupiat mẽbra trãsferri, et mutata in se si possit ægritudinis uice trãsfundere in filiũ sanitatẽ suã. Ita omnib. domesticis malis eas, quæ de filij malis acciderint, erumnas grauiores existimãt, & intollerabiles fiunt, quę matris sunt. Sicut ergo uera in cũctis matribus talis affectio, ita profecto manifestũ est, quia mater illa grauius in supplicijs filiorũ puniebaꝛ, cꝫ si ipsa pateretur: et maior erat passio in uisceribus matris, quàm in corporibus filiorũ. Si ergo unius filij nuntiata est ægritudo, auditu solo uiscera materna turbantur. Hic aũt non unum tantum, sed filiorũ chorũ uno tempore pariter interfici uidẽs mater, nec absens per auditũ suscipiens passiones eorũ, sed presens oculis hauriens uulnera omniũ, quos pepererat, quid non patiebaꝛ? Quõ non excidit mente, unumquẽcꝫ horum spectans horribilius, & diuersis pœnarum ingenijs cruciari, & per incisiones membrorũ tam crudeli, cꝫ lenta morte consumi? quomodo tam ferali spectaculo nõ dissilierunt uiscera eius, & desũpto corpore anima excussa est? Quõ non & prima filij passione in ipsos ignes, quibus filius cremabatur, insiluit, ut simile, uel deterius filiorũ spectaculũ compendio mortis euaderet? Nam etsi sapiẽs esset, tamẽ mater erat: etsi amans deũ, tamẽ carnẽ portabat: etsi prõpta esset fide, attamen fœmineum sexum gerebat: & si zelo diuinæ pietatis prompta ferueret, sed & maternæ affectionis uinculo memor partuum tenebaꝛ. Si enim nos qui uiri sumus, frequenter cum uidemus reum per forum duci refrenato ore in mortis damnationem, & eum trahente carnifice, de solo eius aspectu frangimur, cum tamen sufficientem habemus consolationẽ ex ipsa cõscientiæ securitate, qua ab illius pœna mortis discernimur: facile metiri possum⁹ quid illa pertulerit, quæ nõ reum aliquem & extraneum, & dãnatione cõmerita duci uidebat, sed septẽ filios simul in una die non ista morte cõsumi, sed uarie laniatos pœnis uidebat interfici. Si enim lapidea quidẽ fuisset, & si uiscera adamante cõpacta gessisset: ita forte potuisset incõcussa durare, & nihil eorũ sentire, quę mulierẽ, & matrẽ perpeti, uia ipsa naturæ, pietatisꝫ cogebat. Denicꝫ cogita, quõ admiremur Patriarcham Abrahã, cꝫ filium suum offerens deo, ipse uinxit in apparatu hostiæ man⁹ eius, pedesꝫ constringẽs, eum paterna manu immolandũ altari imposuit: & sapienter conferens, tunc uidebis quanta mulieris huius uirtus extiterit. O amarissimum illud, simul & dulcissimũ matris spectaculum: ó amarissimũ quidẽ propter naturã affectionis humanæ, & propter ipsorum faciẽ tormentorum: dulcissimũ uero propter uirtutẽ fidei, qua delectabaꝛ domesticarũ spectaculo passionũ: quo impiã sacrilegi regis crudelitatẽ cõfessio gloriosa uincebat. Vnde fortissima illa mater nõ frangebaꝛ spectaculo orbitatũ suarũ, sed cõfortabaꝛ: ga non profluentẽ eorũ sanguinẽ aspiciebat, sed magis ad coronas eorũ quæ texebanꝛ in cœlis intenta gaudebat. Nõ uidebat ad receptaculũ tẽporale cauari petrã sepeliendis, quia prouidebat æterna ædificari tabernacula coronãdis. Nõ considerabat circũstantes populos, quia uidebat astãtes angelos. Oblita est dolores partuũ suorũ, contẽpsit naturã sexus sui, nec memor etiam senectutis, ipsam quoꝫ naturæ tyrãnidẽ animo superãte calcauit: naturæ, inꝫ, tyrãnidem, quæ & bestiarũ feritatẽ subigere cõsueuit. Sæpe enim difficiles capi beluæ, per amorẽ tamen suæ sobolis capiunt. Dum enim natorũ suorũ dilectionẽ uitæ suæ præferunt, ita affectu pietatis incautæ in manus incidunt uenatorũ: qui prius catulos eorũ uenanꝛ, ut per affectionis captiuitatẽ perueniant ad capturã parentũ. Nullũ est animal, nec ita infirmũ, quod nõ pro filijs suis defensandis robur assumat: necꝫ ita mãsuetũ, quod abreptis catulis nõ iritetur, & aduersus rapientẽ quãta potest uirtute desæuiat. Sed ista totam ipsam, & per hoïes rationabiles, & per animalia irratiõabilia pariiure porrectã, atꝫ diffusam naturæ tyrannidẽ fidei uirtute dissoluit: & non solum non insiluit capiti sæuientis tyranni, necꝫ lacerauit faciem eius, ut bestia uidens catulos suos diripi: sed tantã magnanimitatẽ fidelis animi omnẽ philosophiã supergressã monstrauit, ut immolationẽ filiorum suorum præpararet hortatu suo, & ingereret persecutori. Et cum adhuc priores punirenꝛ, resiliuos ad emulationẽ eorum exhortantib. uerbis in palæstra passionis iungebat. Audiãt hæc uniuersæ matres, & æmulenꝛ uirilem mulieris huius fortitudinẽ, & uerã circa filios dilectionẽ, & secundũ illã septẽ martyrũ matrem nutriãt filios suos. Non enim educatio filiorum hęc naturæ est, sed educatio matres facit: hęc enim uolũtatis est. Et ut discas, quia nõ pariendo tantum, sed magis bene nutriendo fit mater, audi beatissimũ Paulũ, quõ honorificet & coronet uiduam: nõ propter partũ, sed propter educationẽ bonam filiorũ. dicens enim: Vidua eligatur non minus annorũ sexaginta, testimoniũ habẽs in operibus bonis, ut horũ bonorũ laudẽ cõsummaret, adiecit: Si filios enutriuit: nõ dixit, si peperit. Quid ergo æstimabim⁹ illã mulierẽ pertulisse, si tamẽ mulierẽ istã dici oporteat, cũ uideret in filiorũ mẽbris uiscera sua cruciari, alteri⁹ auulsos à suis manib. digitos super prunas igniũ spargi, & unius caput clauis cõfigi, alteri⁹ capiti cutẽ detrahi, & totũ corpus extracta pelle nudari, & eũ qui talia patiebaꝛ stantẽ fortiter, insuper & ipsi tyranno pœnas æternas uoce libera cõminantẽ? Quõ mater hæc spectans eleuauit uultũ suum, & os aperuit, & linguã mouit in uerba, nõ in uerba materni doloris affectu mollia, sed uerba uirtutis? Quõ nõ recesit à carne anima eius? Quõ, ego dicam. Non enim in terrena præsentia intẽdebat, sed in futura cœlestia præparabaꝛ, in his omnibus filiorũ suorum prælijs & tormentis unũ timebat, ne cuicꝫ tyrannus parceret, & inuidia diaboli soluto certamine triumphantiũ scinderẽ chorus filiorũ eius, ne quis eorum sine corona maneret. Et quoniam hoc timebat, minimũ eorum, qui iam solus agoni supererat, tantum non manibus appre

Gen. 22.c

1. Tim. 5.b

apprehendens in ignẽ ipsa incensum impulit: ueruntamen pro manibus eum uerbis exhortationis impulit, & armauit cum magna trepidatione pietatis, uoce patria obsecrãs eum, ne callidi persecutoris sęuioribus crudelitate blanditijs emollitus, euelleretur à fratribus glorioſis, & cõfortantium immarcessibilem coronã uictus amitteret. Nos citra dolorem alienas ærumnas audire non possumus, sed illa proprias & domesticas passiones citra dolorem intuebatur. Hæc non negligenter, necꝫ in ambustione audiamus, sed unusquisꝫ eorum qui audiunt in filijs suis totam hanc rem sibi depingat, in corde suo præponens uirtutem eorum quæ dicimus, de suis affectionibus metiatur: quamuis nec ita possit, quia naturales passiones sermo non potest explicare, experimentis autem tantũ percipi potest humanæ affectionis expressio. Quàm bene igitur ad eam matrem congruit sermo ille prophetícus, ut post septem filiorum coronas dicamus: Tu autẽ sicut oliua fructifera in domo dei. Nam olympiacis spectaculis cum innumerabiles sæpe conueniant luctatores, unum tantummodo manet corona uictorem: isti uero de septem fratribus septẽ emicuerũt coronæ. Et quam mihi ostendis regionem ita fertilem, quemnidum tam numerosa prole fœtosum? Nunquid similes habuit parturitiones mater filiorũ Zebedæi? Gloriosa quidẽ & ipsa Apostolorũ mater, sed duorũ tantum. Septem uero martyres nescio unquam unum protulisse uterũ, & ipsam eis matrẽ gloriæ sociã in cõsortio passionis appositã: & quidẽ non una necꝫ simplici adiectione meritorũ atꝫ uirtutum. Nam filij eius septẽ martyres erant, tantum aũt corpus matris appositum est. Corpus quidem erat unũ, septem uero martyrũ legio implebatur in matre. In qua dilata est gloria passionis, & corona martyrij, in ea omniũ uirtus & gloria consluebat: quia per unumquencꝫ filiorũ suorũ passa est, & quoniam illos ipsos tales ipsa perfecit: hæc ecclesiam nobis integram martyrũ peperit, septem filios enixa sublimiter, quorũ neminẽ peperit terræ, sed omẽs cœlo, magis aũt regi cœlorũ, cui oẽs eos in uitam peperit ęternã. Ergo callidus omnis malitiæ machinator diabolus, ultimã eam duxit ad certamen, ea causa, quam supra exposui, ut uirtute eius fracta, & in spectaculo filiorũ per tormẽta morientium debilitata, facile postea debellaret afflictam. Si enim sæpe sanguinis humani fusionem uidentes homines consueuerunt pauore per celli, & non modicæ curationis eguerũt, ut & deficientẽ uitam resumerent, & labantẽ animam reuocarent: tantos illa uidens sanguinis riuos nõ ex aliena, sed de filiorũ suorum carne manãtes, quid non sustinuit, aut quã perturbationem mente susceperit? itaꝫ diabolus, ut supra dixi, propter quod eam post filios suos, quasi perfractã orbitatibus, & facile uincendam in ultimũ certamen induxerat, id totum in cõtrarium sibi cecidisse persensit, & muliere per hæc ipsa quibus uincendam putauerat, uincente confusus est. Maius enim, confirmata mater exemplis filiorum, aggressa est certamen. Quamobrem per orbitates suas non fracta est, sed fortior facta est. Non enim iam relinquerat sibi pro quibus angeretur, uel quibus timeret. ne forte infirmitate fraudarentur coronis, sed omnes sicuti in u..um reponens promptuarium, ad supernos premittens triumphos, & ad incussa perennis gloriæ regna, gaudebat, confidens de cætero, & secura cum magnanimi uoluntate. Et sicut coronæ quædam pretiosissimis lapidibus cõpositæ eminentem gemmam: ita carnẽ suam choro filiorum coaptans, ad desiderabilem Iesum pulsos suos, ut aquila subsequens euolauit: magnum nobis relinquens solatium atꝫ consilium, per id quod in semetipsa opere passionis probauit. Qđ filijs ualido sermone persuaserat, ut corroborata anima, & sublimi sensu instructa audeat omnes ingredi passiones, & omnia siue tormẽtorum, siue discriminum uisibiliũ dura contemneret. Quis enim uir, quæ mulier, quis senior, aut quis iuuenis de cætero ueniam possit accipere, aut excusationem habere fragilitatis carnis, & timiditatis humanæ, si propter Christum sibi pericula uideat inferri: quando mulier senectute confecta, & tanto rum filiorum mater, & ante tempus gratiæ congressa, sustinuit multis uirorum per idem tempus metu mortis inclinatis in sacrilegia perfidiæ: nec dum in domini saluatoris aduentu extincto peccato, necꝫ morte deuicta, tantis animis, & tãta uirtute, tantas propter deum pœnas substinuisse cernitur, & uicisse cognoscitur, ut euangelicam perfectionem intemporibus legis impleuerit? Vnde hæc ergo omnia cogitãtes, & mulieres, & uiri, & iuuenes, & senes exemplum agonis huius, tantorumꝫ in filijs, in matre luctaminiũ sicut in tabula ita in corde uestro describite, assidua uobiscũ exercitatione meditamini. Contra omnẽ spiritualium inimicorum armaturã illius patientiã, ppona mus ad inuictæ uirtutis exemplum, ut isthic æmulantes fortitudinẽ sanctorũ illorum, similiter illis eorum coronã possimus adipisci. Quantã illi patientiã in periculis corporalib. ostenderunt, tantã nos in passionibus irrationalib. continentiam demonstremus: id est cõtra iram & auaritiã, uel inanis gloriæ concupiscentiam diuino timore muniti, sensibus repugnantes, & consilia diaboli destruentes in nobis. Si eñ cupiditatũ ignes uicerimus, sicut illi tyrãnidis ignẽ uicerunt, poterimus iuxta ipsos & matrẽ eorum, parí gloria constituti similes haberi. Potens autem est deus ut præstet nos omẽs per eandem fidem ad parem gloriã peruenire: per charitatem & gratiã domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo est deo patri regnum, gloria, cum spiritu sancto, & nunc &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI OPERVM TOMI PRIMI, FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Chile